BIBLIOTHECA MANUSCRIPTA

AD

S. MARCI VENETIARUM

CODICES MSS. LATINI

TOM. IV.

VENETIIS
EX TYPOGRAPHIA COMMERCII
MDCCCLXXI.

BIBLIOTHECA MANUSCRIPTA

AD

S. MARCI VENETIARUM

DIGESSIT ET COMMENTARIUM ADDIDIT

JOSEPH VALENTINELLI PRAEFECTUS

CODICES MSS. LATINI
TOM. IV.

VENETIIS
EX TYPOGRAPHIA COMMERCII
MDCCCLXXI.

CLASSIS X.

PHILOSOPHIA.

Cod. 1 membr., saec. XV, a. 230, l. 148 [L. VI, CXXXVI]. X.

Platonis, *liber qui dicitur Phaedon, de immortalitate animae, Leonardo Aretino interprete*. Dedicatio Innocentio papae VII [1404-1406] inc.: « Qui laudant sanctitatem tuam, beate pater, » opus certe bonum ..... » ; dialogus vero inter Phaedonem et Echecratem : « Ipse affuisti, o Phaedon, ea die qua Socrates ve- » nenum bibit in carcere ... ». Versionem, hucusque ineditam, habent bibliothecae italae Vaticana, Laurentiana, Ambrosiana.

Codex habet folia 64.

Cod. 2 chart., saec. XIV, a. 287, l. 221 [Z. L. CCCCLXIX]. B.

I. Platonis, *Timaeus vel de natura, dialogus latine duobus libris, Chalcidio interprete*. Dedicationis epistola Osio inc.: « So- » crates in exhortationibus suis virtutem laudans cum omnium » bonorum ... » ; textus : « So. Unus, duo, tres. Quartum e nu- » mero Timaee, vestro requiro ... », f. 2-14.

Interpres, ecclesiae romanae diaconus, scriptor clarissimus, sub fine tertii et quarti saeculi initio florens, Osii episcopi cordubensis rogatu, dialogum ex graeco in latinum transtulit, de quo, uti pluries edito, nihil est quod in praesens referam. Glossae codici coaevae occurrunt plures, interlineares et marginales. Caeli systema, aliaque minoris pretii diagrammatibus exprimuntur. Sub fine : *Antonius de Romagno de Feltro*.

II. *Commentum* (non una tantum vice editum) *Chalcidii su-*

per Timaeo Platonis. « Timaeus Platonis et a veteribus difficilis » habitus . . . », f. 17-58.

Figuris mathematicis fere omnibus deficientibus spatia relicta sunt. Sub fine : « Excusetur scriptor si in locis quampluri- » mis liber iste corruptus invenietur: sumpsit enim ab exemplari » cuius summa emendatio erat esse corruptissimum. Antonius de » Feltro ».

III. M. Tullii Ciceronis, *ad Brutum, de natura Deorum, libri primi capitula duodecim non absoluta.* « Cum multae res in » philosophia nequaquam satis adhuc explicatae sunt . . . . . », f. 58-59.

IV. Lucii Apuleii, platonici madaurensis philosophi, *contra magiae accusationem aliorumque maleficiorum criminationem, sibi per Sicinium Æmilianum et Herennium Rufinum eius aemulos falso iniectas, oratoria defensio, libris duobus,* plus una vice editis. « Certus equidem eram proque vero obtinebam, Maxime » Claudi . . . », f. 63-95.

Nomen eadem manu tertia vice subscriptum : *Antonius de Romagno de Feltro,* non puto amanuensis, quod Apuleii defensio aliena prorsus descripta sit manu.

V. Aurelii Macrobii Ambrosii Theodosii, *conviviorum septem dierum saturnaliorum.* « Multas variasque res in hac vita nobis, » Eustachi fili, natura conciliavit . . . », f. 99-142.

Exstant tantum partes libri primi, secundi, septimi. Manus eadem quae Apuleii defensionem, capitula octo priora libri primi quoque descripsit. Alia manus reliquum codicis dedit, nempe capitula primi libri a decimo ad finem ; secundi a primo ad octavum absolutum, septimi a capitulo quarto ad finem. Nihil est quod et fragmenta Macrobii, quibus desunt loca graeca, et cetera pravae satis lectionis commendem.

Folio extremo 144 occurrunt notitiae familiae Antonii de Romagno, partim Tragurii scriptae, ab anno 1387 ad 1400. Ceterum Antonii de Romagno legere est epistolas, latinis versibus datas Antonio de Luschis vicentino, ac huius responsivas in *Antonii de Luschis carmina.* Patavii, 1858, 8.°

Cod. 3 chart., saec. XV, a. 237, l. 168 [L. VI, CXXXVII]. Ve.

Platonis, *Timaeus, interprete Chalcidio.*

Codicillum, foliis 37 eleganter exscriptum, ornant figurae geometricae rubricatae ac insignia, coloribus invenuste expressa, comitis Iacobi Zabarellae qui Octavio Ferrario, bibliothecae archigymn. patavini, saeculo decimoseptimo praefecto, dono dedit.

Cod. 4 membr., saec. XV, a. 250, l. 170 [Z. L. CCXXV]. B.

Expositio in commentaria Chalcidii ad Timaeum Platonis. « Etsi multos super Platone commentatos esse, multos etiam » glossulasse non dubitemus . . . ».

Opus hucusque anecdotum habet auctorem qui in prooemio scribit: « Si aliquid hic inveniatur quod in nostra philosophia » continetur, non tamen vituperandum me iudico... ». Quoniam Chalcidius, non tantum commentaria in Timaeum, sed huius etiam versionem, utriusque linguae peritus, exaraverat, ita auctor, a littera dedicationis *Osio* orsus, duplicem opellam sat longa interpretatione excutit, his seriem particularum Timaei de chaos concludens: « Sed quia satis in primo volumine et in nostra philosophia de his scripsimus, ad cetera transeamus . . . ».

Codicis foliorum 96, a principio manu Bessarionis inscripti: « Chalcidii sive alterius qui eum sequitur, expositio in Timaeum » Platonis » ; titulum exornant picturae cum stemmate Bessarionis.

Cod. 5 chart., saec. XV, a. 294, l. 215 [Z. L. CCXXX].

Bessarionis, *in calumniatorem Platonis* ec., fol. 1-144. « Cum » superioribus diebus liber quidam nobis esset oblatus qui philo- » sophorum Platonis et Aristotelis comparationem pollicetur... ». Sunt libri primus, secundus, tertius [in editis quartus] ex prima Bessarionis compositione, non tamen huius manu.

Additus fol. 147-194 *liber de erroribus interpretis legum Platonis,* qui universi operis quintus solet inscribi.

» Aristoteles philosophus in secundo libro eius operis, quod de re-
» bus naturalibus scripsit . . . », f. 339-359.

Scripta Bessarionis pro Platone exstant, ut in indice relata, ex ea recensione qua Romae impressa fuere (1). Ab accurato librario charactere eleganti exaratus liber est, tum in textu latino, tum etiam in graecis locis, quae litteris rubris distincta sunt. Non videtur autem codex hic, uti nec ullus ex Marcianis, idem esse quo Aldus usum se profitetur in editione anni 1503, in quo *Graecum inerat totum manu ipsius Bessarionis,* cum argumento in librum tertium [quod inc.: « Adversarius ostendere cupiens Aristotelem »] quod Aldus idem vulgavit, nisi quidem is manum Bessarionis hoc in codice perperam agnoverit, argumentorum vero in librum tertium et annotationem ad textum, quae in eodem desunt, aliunde acceperit.

Titulum exornant picturae auro et linearum implexarum ductu conspicuae, cum stemmate auctoris in corona laurea, item cuiusque libri littera initiali auropicta.

Cod. 10 chart., saec. XV, a. 300, l. 218 [Z. L. CCXXVIII]. B.

Eiusdem, *in calumniatorem Platonis.* Insunt libri primus, secundus et quartus a Bessarione retractati, ut in editione romana [a. 1469]: immo vero ex hoc ipso codice, manu auctoris emendato, in ea impressione librum quartum [fol. 97-180] repraesentatum fuisse, typographorum maculae et signa quaedam aperte declarant.

Monitum volo manum, quae librum quartum, codices 6 et 9 praecedentes, ac tres primos codicis 8 exscripsisse.

Cod. 11 chart., saec. XV, a. 300, l. 220 [L. VI, LXI]. B.

I. Eiusdem, *in calumniatorem Platonis.* Liber tertius incip.:
» Etsi libri quos superiori tempore pro Platone philosopho edi-
» di . . . . . », f. 1-70. Est ex prima auctoris compositione, cum emendationibus autographis.

(1) Romae, per Conradum Suueynheym et Arnoldum Pannartz [1469], f.°

II. Eiusdem, *plura, sine ordine, in calumniatorem Platonis,* praesertim ex Aristotele. Tractatio mutila incip.: « dicti Arist. » Nam nihil posse fieri et aliquid posse condicunt... », f. 71-152.

III. Antonii Lulli, *de oratione liber primus,* f. 153.

Operis utriusque mutili habentur capitula 15-20 primi libri, nempe *de syllogismo categorico, de numeris et rationibus numerandi, capita prima, disserendi methodus, finitionis species.*

Cod. 12 chart., saec. XV, a. 330, l. 233 [L. VI, CCX]. O.

I. Nicolai Perotti, pontificis sipontini, provinciae Tusciae gubernatoris, *ad Bessarionem, cardinal. nicaenum, patriarcham constantinopolitanum, epistola:* « En tibi remitto divinum opus, » quod nuper adversus calumniatorem... Ex Faliscorum colonia, » pridie idus novembris... », f. 1-2.

De opere luculentissimo *In calumniatorem Platonis*; Bessarioni gratulati sunt Nicolaus Perottus, Omnibonus Leonicenus, Naldus Naldius, Marsilius Ficinus, Antonius Panormita, Franciscus Philelphus et Ioannes Argyropulus, quorum hac de re litteras codex hic exhibet. Eas, Naldiana excepta, a Leone Allatio ex codicibus Vaticanis erutas frater Bonaventura Malvasia in *Compendio historico della venerab. basilica de' ss. dodici apostoli,* anno 1665, non sine multis iisdemque gravissimis mendis, Romae vulgavit. Quam Perottus scripsit et codex primum offert ex Allatiis *Apibus urbanis,* Zenus inter illius opera numeravit (1): at editionem silentio praeteriit. Nulla est epistolae apposita anni nota: inscriptio tamen, quae in editione partim deficit, a Perotto tum quum Tusciam, idest Umbriam, moderaretur, scriptam designat. Id muneris eundem anno 1465 gessisse, ex epistola cardinalis papiensis, Zenus idem scripsit (2). Alia Morellio sententia: epistola namque papiensis, si quidem Perottum Umbriae praetorem significat, certe de anno 1471 id affirmat. Praeterea Philelphi epistola cum ceteris eius a. 1502 typis venetis edita [p. 217] Platonis *defensionem* anno 1469 emissam a Bessarione

(1) *Dissertaz. Vossiane,* I, p. 268.
(2) Ib., p. 261.

demonstrat: ex quo ad annum circiter hunc litterae Perotti rejiciendae.

II. Nicolai Perotti, *ad splendidissimum equitem Franciscum Iustinianum, patricium et legatum venetum epistola.* « Retulit » mihi hodie insignis Nicolaus Alexandri Sfortiae legatus . . . », f. 2-4.

Apud Iustinianum Trapezuntius iactaverat, in Bessarionis libro pro Platone multa se notasse, quae fidei christianae adversarentur; simulque Bessarionem de inconstantia postulaverat, ut qui *defensionis* initio adversarium proprio se nomine nunquam appellaturum pollicitus, eundem postea in libro *de natura et arte,* quem adiecerat, aperte nominasset. Perottus itaque a Nicolao, Alexandri Sfortiae Pisauri principis legatus, de re monitus, hisce litteris Iustiniano suadet, Trapezuntium Bessarionis arguendi occasionem ex eo tantummodo arripuisse, quod in Aristotele a christianis dogmatibus aliena is animadvertisset: quod Trapezuntius haudquaquam patiebatur. Huius deinde nomen vulgatum ait, quod Platonis *defensio* absoluta, familiarium, atque adeo ipsius Perotti hortatu, librum *de natura et arte* ante multos annos in Trapezuntium conscriptum eidem Bessario adiunxisset. Ab hac quoque epistola nota abest: anno tamen circiter 1460 scripta videtur, quo scilicet Franciscus Iustinianus, cum aliis patriciis viris a republica veneta legatus, missus ad Fridericum III imperatorem, Romam proficiscentem deducendum (1). Perusiam se contulit, ubi cum aliorum principum legatis perhonorifice exceptus (2), ipsum fortasse Perottum est alloquutus.

III. Nicolai Perotti, *refutatio deliremantorum Georgii Trapezuntii, cretensis.* « Evomuit tandem Trapezuntius cretensis con» ceptum animo virus . . . », f. 4-19.

Ut Bessarionis pro Platone opus prodiit, in eius examen totis ingenii viribus Trapezuntius incubuit; quumque loca plura reprehensione digna putasset, annotationes emisit, quibus doctrinae christianae fidei adversae Bessarionem reum egit, seque nimio Aristotelis studio affectum magis magisque declaravit. Has

(1) *Sanudo.* Vite de' Dogi, col. 1188.
(2) *Pellini.* Istoria di Perugia, II, p. 699.

Perottus libello hoc oppugnat, qui, ut annotationes Trapezuntii, typis evulgatus haud est. Et annotationum quidem nemo ex iis, qui de Trapezuntio scripsere, meminit: Perotti autem opellam apud Torquatum Perottum, episcopum amerinum extitisse, iamque editioni paratam Leo Allatius in *Apibus urbanis* indicavit [p. 246]; unde Zeno innotuit. Fragmenta praeterea ex ea Allatius dedit in *Diatriba de Georgiis* [n. L], quae scilicet ad Trapezuntii contumeliam maxime faciunt, quanquam [quod Allatio minime solitum] non leviter corrupta. Bessarionis opus strenue ac eleganter a Trapezuntii annotationibus Perottus vindicat; et a Platonis philosophia antiquos ecclesiae patres non abhorruisse, quod Bessarion demonstraverat, plane confirmat; magnam ipsius cum fide christiana consensionem ostendens: at a nullis in adversarium conviciis abstinet; probis ut hominibus, quemadmodum Allatio, sit improbandus.

Rebus Trapezuntii cognoscendis non inutilis auctor est.

IV. Omniboni Leoniceni, *ad Bessarionem cardin. nicaenum epistola.* « Nescio quid mihi gratius accidere potuisset, quidve » iocundius . . . », f. 20.

Leonicenus, ut alii, quorum epistolae sequuntur, clarior est, quam ut de eo quid me ascribere oporteat. Auctor sub fine effert laudibus Marcum Vicentinum.

V. Naldi Florentini, *epistola ad eundem.* « Ego quum ita » multa de moribus tuis, de vitae integritate audiebam . . . . . », f. 20-21.

VI. Marsilii Ficini, *epistola ad eundem.* « Plato noster cum » in Phaedro non minus copiose quam subtiliter . . . », f. 21.

VII. Antonii Panormitae, *epistola ad eundem.* « Allati nuper » Neapolim fuere libri tui, quos adversus calumniatorem... », f. 21.

VIII. Francisci Philelphi, *ad eundem.* « Haud scio quid optatius mihi potuisset iocundiusque contingere . . . Mediolani, IV » idus septembris . . . », f. 21.

IX. Ioannis Argyropuli, *ad eundem.* « In ipso meo acerbis» simo casu ac miserabili calamitate . . . Florentiae, VI kal. no» vembris . . . », f. 22.

Cod 13 chart., saec. XV, a. 223, l. 148 [L. VI, LXXVI].

Anonymi, *de praestantia Aristotelis in comparatione Platonis, libri tres in capita distributi.* « Saepe ac multum ipse » mecum soleo admirari, quid sit quod in dicendo sciendoque, » ac omnino in omni genere . . . ».

Auctor in eo totus est ut evincat **a.** Aristotelem omni studiorum genere Platoni praecelluisse ; **b.** eum ita de Deo sensisse ut cum unam et trinam, ac ab eius voluntate mundum processisse praedicarit, naturam animae germanam, providentiam et fatum ita testatum fuisse ut verisimilius sit aeternam salutem eum assecutum ; **c.** vita utriusque comparata, Platonem scelestum, Epicuri et Machometi praecessorem, Graeciam scriptis suis perdidisse ac religioni christianae excidium peperisse. Singulare est quod caput duodecimum tertii libri inscriptum : « Quod » divinitus illud Platoni dictum est optimam rempublicam non » esse simplicem, quodque id solis Veneciis contigit », auctorem venetum revelat : eundem coenobitam ordinis s. Francisci contextus confirmat.

Codex folia habet 178.

Cod. 14 membr., saec. XV, a. 293, l. 212 [Z. L. CCCCXCI]. B.

I. Aristotelis, *oeconomicorum, sive de cura rei familiaris,* liber primus cum supplemento *Probam mulierem omnibus* ec., interprete Leonardo Aretino, versionem Cosmae Medicaeo nuncupanti, f. 5-20. Pluries editus.

Praeeunt **a.** *Bessarionis epistola ad Paulum pp. II de errore paschalis,* ex integro in *latina et italica d. Marci bibliotheca* [Venet., 1741, p. 196-198] legenda, **b.** *Bernardi divi epistola Raymundo militi, de gubernanda familia,* eadem quae codice [L. VI, CCXVII].

II. Leonardi Aretini, *de studiis et litteris, ad illustrem dominum Baptistam de Malatestis.* « Compulsus crebro rumore » admirabilium virtutum tuarum, scribere ad te constitui . . . » ; finit vero : « Habes meum de litteris studiisque iudicium, de qui-

» bus si forsitan aliter existimes, faciliter cedam. Non enim prae» cipiens ad te scripsi, non tamen mihi arrogo, sed quasi unus » de turba erga tuam excellentiam affectus conferre tecum volui » opinionem meam, et currentem, ut aiunt, ad gloriam cohor» tari . . . », f. 20-26.

Epistolam dedit Gabriel Naudaeus, ex codice suae bibliothecae a. 1642, *Isabellae,* loco *Batistae,* nomine recitato.

III. Platonis philosophi liber, *qui dicitur Phaedrus. Leonardus Aretinus traduxit e graeco.* « Amice Phaedre, quonam et » unde . . . », f. 28-36.

Praeit auctoris *praefatio ad Antonium Luschum:* « Subgloriari licet, videntissime Lusche, praesertim ad te scribenti . . . », quam ex codice Ambrosiano 43, plut. 76 edidit Da Schio, pag. 168-170, operis: *Sulla vita e sugli scritti di Antonio Loschi* [Padova, 1858].

IV. *Chrinica Horosii, praesbyteri hispanensis, ad beatum Augustinum.* « Urbis anno 3184 Ninus rex Assyriorum regna» vit . . . », f. 36-37.

V. Platonis, *apologia Socratis, Leonardo Aretino interprete.* Initium: « Quid vobis acciderit, iudices, ab accusatoribus meis » nescio . . . », praeeunte interpretis argumento: « Socrates phi» losophus, vir omnium innocentissimus . . . », f. 39-49.

VI. —— *Crito, vel de eo quod agendum.* Dialogus inc.: « Quid tu hoc temporis venisti, o Crito? An non valde ante lu» cem adhuc est? . . . ». Praeit interpretis argumentum: « Da» mnato Socrate et in carcerem truso . . . », f. 50-55.

VII. —— *Gorgias, eodem interprete.* « Callides, Belli et pu» gnae oportere aiunt, o Socrates, ita participem esse...», f. 56-87.

VIII. —— *epistolae duodecim priores, ex versione Leonardi Aretini,* cum praeeunte nuncupationis epistola Cosmae Medicco: « Inter clamosos strepitus, negotiorumque procellas, quibus flo» rentina palatia . . . », f. 88-109. Hoffmannus in *Lexico bibliogr.* verbo *Platonis* [nomine *Laurentii Aretini*], has asserit Parisiis anno circiter 1470 editas.

De scriptis Leonardi Aretini ac eius codicibus mss. plura dedit Laur. Mehus in *Leon. Bruni epistolar. libris octo* [Florentiae, 1741, I, p. L-LXXXVIII].

IX. Æneae Sylvii Piccolominaei [Pii pp. II], episcopi senensis, *historia Gothorum.* « Est in Arthoo Oceani salo posita insula » magna nomine Scantia . . . », f. 111-133.

Praeit littera dedicationis Ioanni de Carvaiali, diacono cardinali, qua auctor operis originem et texturam aperit: « Leonar- » dum Aretinum, nostri saeculi virum eloquentissimum, scripsisse » de Gothis historiam accepi . . . . veni ad monasterium got- » vicense [Göttweih], quod est in monte altissimo constructum, » non longe ab Hystro, inter Wiennam atque Pataviam. Ibi dum » intro bibliothecam librosque evolvo, incidit in manus meas » Iordanis [Iornandis] historia, quae res Gothorum continet : » perlegi, invenique quod cupiebam ; sed quia longa est, statui » in compendium redigere . . . . . ». Hanc primum publici iuris fecit Duellius ex codice nostro [L. X, CLVII] ; olim in bibliophylacio Apostoli Zeni ; in *Biga librorum rariorum.* Francofurti et Lipsiae, 1830, f. 1-20.

X. Dionis Chrysostomi, *de regno orationes quatuor, a Gregorio Tiphernio translatae,* f. 135-162.

Interpres Nicolao papae V, *cuius iussu* multi *rerum scriptores in romanum vertuntur sermonem,* nuncupat versionem, quam ineditam huc usque puto. Gregorium Tipherno [Città di Castello] natum, Eman. Chrysolorae discipulum, Venetiis a. 1466 vita functum, illustrat Hodius in opere : *De Graecis illustribus.*

Cod. 15 membr., saec. XIII, a. 323, l. 218 [L. VI, CLXVIII]. Ma.

I. Porphyrii, *introductio in Aristotelem, Severino Boethio interprete.* Capita septem. « Cum sit necessarium, Chrysaori, ad » eam, quae est apud Aristotelem, praedicamentorum doctri- » nam . . . », f. 1-8.

Glossae marginales sine nomine occurrunt, alia manu, etsi coaeva, additae, seriori interlineares.

II. Aristotelis, *praedicamenta, eodem interprete.* « Æquivoca » dicuntur quorum nomen solum commune est . . . », f. 8-22.

Habentur quaedam tantum a principio glossae interlineares et marginales.

III. —— *peri ermenias seu de interpretatione, eodem*

interprete, cum lectionibus variantibus. « Primum oportet constituere quid sit nomen, et quid verbum, postea quid negatio et affirmatio . . . », f. 23-31.

Glossae additae frequentiores tum in margine, tum inter lineas.

IV. Gilberti Porretani, *sex principiorum liber.* « Forma est compositioni contingens simplici et invariabili consistens essentia . . . », f. 32-39.

Gilberti Porreta, sive *Porretani,* philosophi subtilis, pictaviensis episcopi ann. 1141-1145, liber *de sex principiis* saepius editus est in antiquis latinis Aristotelis editionibus, ex recensione Hermolai Barbari.

V. Aristotelis, *priorum resolutoriorum libri duo, anonymo interprete.* « Primum oportet dicere circa quid et de quo est intentio, quoniam circa demonstrationem . . . », f. 40-91.

VI. —— *posteriorum resolutoriorum, interprete anonymo,* libri duo. « Omnis doctrina et omnis disciplina intellectiva ex praeexistenti fit cognitione. Manifestum autem est hoc speculantibus . . . », f. 91-124.

VII. —— *topicorum, libri octo, interprete Abramo de Balmes.* « Propositum quidem negotium est methodum invenire, a qua poterimus sillogizare... de omni problemate... », f. 124-189.

VIII. —— *elenchorum libri duo, eodem interprete.* « De sophisticis autem elenchis et de hiis qui videntur elenchi, sunt autem paralogismi . . . », f. 188-208.

Lectiones variantes interlineares primi libri initio insunt.

IX. *Vocabula* [518] *tabulae artis veteris,* una pagina columellis expressa.

Codicem pravae lectionis magister Ioannes Marchonova coenobio s. Ioannis in Viridario a. 1467 legavit.

Cod. 16 membr., saec. XIV, a. 265, l. 186 [L. VI, CXLII]. Ma.

I. Porphyrii, *isagoge ad categorias Aristotelis, eodem Boethio interprete,* f. 1-6.

II. Aristotelis, *liber praedicamentorum, eodem interprete,* f. 6-17.

III. Aristotelis, *peri ermenias*, seu *de interpretatione libri duo, interprete eodem*, f. 17-22.

IV. Gilberti Porretani, *sex principiorum liber*, f. 23-28.

V. Aristotelis, *topicorum libri octo, Abramo de Balmes interprete*, f. 29-74.

VII. —— *elenchorum*, seu *de sophisticis elenchis libri duo*, f. 75-89.

VIII. —— *analyticorum*, seu *resolutoriorum priorum libri duo*, f. 89-118.

IX. Aristotelis, *analyticorum*, seu *resolutoriorum posteriorum libri duo*. In fine: « Explicit... et tota nova », f. 119-138.

Codicem eleganter exscriptum, cum annotationibus manus tardioris fol. 1-14, conspicuum reddunt picturae litterarum initialium librorum.

Cod. 17 membr., saec. XIV, a. 256, l. 180 [L. VI, CXLV]. Ma.

Eadem quae codicibus antecedentibus, eodem Boethio interprete, scilicet:

I. Porphyrii, *isagoge ad praedicamenta Aristotelis*, f. 1-12.

II. Aristotelis, *liber praedicamentorum*, f. 13-23.

III. Gilberti Porretani, *sex principiorum liber*, f. 33-43.

IV. Aristotelis, *peri ermenias*, seu *de interpretatione libri duo*, f. 43-55.

V. —— *analyticorum priorum libri duo*, f. 56-124.

VI. —— *topicorum libri octo*, f. 125-224.

VII. —— *elenchorum libri duo*, f. 224-251.

VIII. —— *analyticorum posteriorum libri duo*, f. 253-294.

Codex eleganter scriptus, adnótationibus pluribus interlinearibus et marginalibus additis, cum picturis litterarum initialium cuiusque libri variis.

Cod. 18 membr., saec. XV, a. 310, l. 220 [L. VI, CCXCIII].

Eadem, nempe:

I. Porphyrii, *isagoge vel introductio*, f. 1-7.

II. Aristotelis, *praedicamenta*, f. 19-26.

Littera prima refert Aristotelem volumen gerentem. Glossae interlineares, frequentius marginales, abundant.

III. Gilberti Porretani, *sex principiorum liber,* item cum glossis interlinearibus et marginalibus, f. 26-32.

IV. Aristotelis, *topicorum libri octo,* Abrahamo de Balmes interprete, cum glossis interlinearibus et marginalibus, f. 33-80.

V. —— *de sophisticis elenchis* [redargutionibus] *libri duo, eodem interprete,* glossis interlinearibus et marginalibus non ita frequenter adiectis, f. 81-96.

VI. Aristotelis, *priorum resolutoriorum,* Ioanne Francisco Burana, veronensi interprete. Libri duo, glossis item interlinearibus et marginalibus interiectis, f. 97-158.

Codicem conspicuum reddunt litterae plures initiales, forma grandiori offerentes imagines Aristotelis, virorum simul colloquentium, aliaque varia :

Cod. 19 membr., 1497, a. 250, l. 195 [L. VI, CXLIII]. Ma.

Eadem, nempe.

I. Porphyrii, *isagoge ad categorias Aristotelis,* f. 1-7.

II. Aristotelis, *liber praedicamentorum,* f. 7-17.

III. Gilberti Porretani, *liber sex principiorum,* f. 17-21.

IV. Aristotelis, *peri ermenias,* seu *de interpretatione libri duo,* f. 22-27. Finis inscriptus : *Exitus hic habendus lector super arte vetusta.*

V. —— *topicorum libri octo,* f. 27-64.

VI. —— *analyticorum,* seu *resolutoriorum priorum libri duo,* f. 65-96.

VII. —— *elenchorum,* sive *de sophisticis elenchis libri duo,* f. 97-108.

VIII. —— *analyticorum,* seu *resolutoriorum posteriorum libri duo,* f. 109-126.

Codicem, cui notae marginales additae foliis 1-27, inspexisse asserunt notarii. *M. Franciscus* .... *die* 13 *octobris* 1497. *M. Paulus de Mantua* ... *subscripsit* 28 *augusti ;* in fine autem : *P. M. scripsit* 22 *octobris* 1497.

Cod. 20 membr., saec. XIV, a. 292, l. 210 [L. VI, CLII]. Ma.

Simplicii philosophi, *in Aristotelis decem categorias commentarius e graeco in latinum sermonem translatus,* cum principiis latioribus textus aristotelici. « Multi multas habuerunt sollicitudines in libris praedicamentorum Aristotelis, non solum » quod prooemium sit tocius philosophiae . . . ».

Annotatio de textus graeci corruptione aliter in hoc desinit ac in codice Sorbonico ab Echardo allato; nimirum: « Melius » enim erat sic corruptum habere, quam nihil translatum. Anno » Christi 1266, mense martii perfectum ». Huic vero propositioni, in codicibus mss. et editionibus desideratae, praeponuntur, post finem libri, sequentia: « In exemplari graeco in praecedenti ca» pitulo *de motu* stabant quaedam pertinentia ad ultimum capi» tulum *de habere,* quae non erant significata ubi debebant in» troire, et non erant continua, et plena erant spaciis non scri» psit, et corrupta erant, et propterea non transtuli, erant autem » quae ad quantitatem mediae columnae huius (1). Sciat etiam » qui haec inspexerit, exemplar graecum valde fuisse corruptum, » sed in multis locis sensum nullum ex littera potui extrahere, » feci tamen quod potui. Melius . . . » ec.

Interpres non est Guilelmus Dorotheus [ordinis Praedicatorum], ut in editionibus venetis Scoti [1540, 1550, 1567], sed, ut verosimilius puto, Guilelmus de Morbecka. Graeca fragmenta correspondentia in margine, saeculo XVI, passim adscripta sunt.

Cod. 21 membr., saec. XIV, a. 270, l. 196 [L. VI, CLI]. Ma.

Eiusdem, *in Aristotelis categorias decem.*

Idem ac codex praecedens, nisi quod quae sub fine annotata consideravi, ea, non eadem manu, ex alio, forsan antecedenti, sumpta sunt. Folio primo index errate inscriptus praeter textum Simplicii, annotat Procli Diadochi *de decem dubitationibus circa*

(1) Haec in meditullio folii extremi 99 graece expressa sunt.

providentiam Dei, de providentia et fato et eo quod in nobis est, de malorum subsistentia.

Codex, notis marginalibus serius additis, habet folia 116.

Cod. 22 membr., saec. XIII, a. 210, l. 146 [L. VI, LXVIII]. Ma.

I. Anicii Manlii Torquati Severini Boethii, *in librum Aristotelis de interpretatione, editionis secundae, i. e. maiorum commentariorum.* « Alexander in commentariis suis hac se impulsum » causa pronunciat... », f. 1-85.

Opus frequenter editum.

II. *De dialectica.* « Dialectica est bene disputandi scientia : » disputamus utique verbis: verba igitur ante aut simplicia, aut » coniuncta... », f. 85-87.

Libellus hic, ut et praecedens Boethii commentarius, sine auctoris nomine est. Chirio Fortunatiano adscriptus prodiit sine ulla editionis nota, in 4.°, iterumque cum *Logica* Nicephori Blemmidae, Basileae, 1542, et ibidem 1558, in 8.° In appendice ad tomum primum operum s. Augustini, sub titulo *Principiorum dialecticae,* a monachis s. Mauri denuo est evulgatus. *Is utique est Augustini, sed a Fortunatiano excerptus,* inquit Fabricius. *Bibl. lat. antiq.* Hamburgi, 1722, III, p. 756.

Codicem emit Patavii, a. 1440, Ioannes Marchanova, dono autem obtulit coenobio s. Ioannis de Viridario, a. 1467.

Cod. 23 membr., saec. XIII, a. 207, l. 130 [Z. L. CCLXXIII]. B.

I. Porphirii, *de quinque vocibus, ex versione Boethii,* f. 1-6.

Occurrunt tantum ex libris quinque fragmenta, quibus saepius insertae particulae commentariorum eiusdem interpretis.

II. Aristotelis, *praedicamentorum,* seu *categoriarum libri quatuor, eodem Boethio interprete.* « Æquivoca dicuntur... », f. 7-21.

III. —— *de interpretatione.* « Primum oportet..... », f. 21-30.

IV. M. Tullii Ciceronis, *topica, ad C. Trebatium,* f. 30-43.

V. Sever. Boethii, *de topicis differentiis libri quatuor.* « Omnis

» ratio disserendi quam logicen Peripatetici veteres apellaverunt, » in duas distribuitur partes . . . », f. 43-66.

VI. Sever. Boethii, *de propositionibus categoricis categoricorum syllogismorum*, seu *de syllogismo categorico libri duo.* « Multa Graeci veteres posteris suis in consultissimis reliquere tractatibus . . . quibus prius quam ad res . . . », f. 66-85.

VII. —— *de hypotheticis syllogismis libri duo.* « Cum » in omnibus philosophiae disciplinis ediscendis atque tractan- » dis . . . », f. 85-110.

VIII. —— *de divisione liber*, seu *de differentiis topicis.* « Quam magnos studiosis afferat fructus scientia dividendi » quamque apud peripateticam disciplinam . . . », f. 111-119.

Omnia pluries edita sunt.

IX. Anonymi, *philosophiae rationalis.* « Studium sapientiae » quod philosophiam vocamus, plerisque videtur tres species seu » partes habere . . . », f. 119-125.

Folio extremo nota eadem occurrit quae cod. [Z. L. CCLXXI], scilicet: *Andrea di Biagio. Questo libro è di Francesco di Nicholao Biliotti adi* 15 *luglio*, 1457, *in Roma.*

Cod. 24 chart., saec. XV, a. 422, l. 280 [L. VI, CXLVI].

I. Porphyrii, *de quinque vocibus.* Dedicatio Petro Medici florentino inc.: « Memini me iamdudum, magnificentissime Petre, » librum Aristotelis de interpretatione . . . », f. 1-4.

II. Aristotelis, *libri praedicamentorum, tractatus tres*, f. 4-9.

III. —— *de interpretatione, libri duo*, f. 9-12.

IV. —— *analyticorum priorum*, seu *priorum resolutoriorum*, f. 13-18.

Exstat tantum pars prima *de syllogismi structura.*

V. —— *analyticorum*, seu *resolutoriorum posteriorum libri duo ad Cosmam Medicem.* Dedicatio inc.: « Ut tibi semel » promisi, ita facio, magnifice Cosma. At neque munus dicen- » di . . . », f. 18-34.

Insunt figurae geometricae, rubro colore notatae, non item litterae graecae.

VI. —— *de anima libri tres.* « Cum omnem scien-

» tiam rem esse bonam arbitramur ac honorabilem, et aliam alia » magis . . . », f. 35-47.

Haec omnia latine, ex versione Ioannis Argyropuli, non una vice edita. Cur manus coaeva, Argyropuli nomine deleto, Theodori Gazae interpretationibus his imposuerit, sum nescius.

VII. Severini Boethii, *in librum Aristotelis de interpretatione, editionis secundae, idest maiorum commentariorum libri sex,* f. 51-108.

Sub fine amanuensis : « Complevi die Veneris, 3.º septem-» bris, hora vero decimaseptima ».

Exstant notae marginales rubro colore, manu Nicolai Verniae, theatini, cuius erat codex.

VIII. Marsilii ab Inguen, *optimae quaestiones super libro elenchorum Aristotelis.* « Quaeritur primo, iuxta librum *elencho-» rum,* utrum de syllogismo possit esse scientia, et arguitur pri-» mo . . . », f. 110-169.

IX. —— *optimae quaestiones super analytica priora.* « Quaeritur primo, iuxta librum *priorum* Aristote-» lis, utrum de syllogismo simpliciter possit esse scientia . . . », f. 170-198.

X. —— *optimae quaestiones super libro analyticorum posteriorum.* Inc.: « Circa librum *posteriorum* quae-» ritur primo utrum de demonstratione sit scientia, tanquam de » subiecto proprio . . . », f. 198-223.

Folio extremo legitur : « Iste liber est canonicorum reg. » commorantium in monasterio sancti Hieronymi extra Vene-» tias, quem legavit eximius dominus Nicolctus theatinus, civis » venetus, pro cuius anima orate ».

Cod. 25 membr., saec. XIV, a. 303, l. 200 [Z. L. CCXXII]. B.

1. Sever. Boethii, *primum commentum in Porphirii opus de quinque vocibus, per modum dialogi cum Fabio, a Victorino translati ex sententia, non autem ex verbo.* « Hyemantis anni tem-» pore in Aureliae montibus concesseramus, atque ibi tunc . . . », f. 2-15.

2. —— *commentum alterum in Porphirii opus de*

quinque vocibus. « Secundus hic arreptae expositionis labor no-» strae seriem translationis expediet... », f. 16-30.

3. Sever. Boethii, ***commentum primum in categorias Aristotelis. Libri quinque.*** « Expeditis his quae ad praedicamenta Ari-» stotelis, Porphyrii institutione, digesta sunt... », f. 31-64.

4. —— ***commentum editionis primae,*** seu ***minorum commentariorum in peri ermenias Aristotelis libri duo.*** « Magnam quidem libri huius apud peripateticam sectam probatur auctori-» tas... », f. 65-83.

Frequentiores occurrunt notae interlineares et marginales.

5. —— ***commentarium in topica Ciceronis,*** in libros a primo ad sextum non absolutum, ut in editis. « Exhorta-» tione tua, Patrici rhetorum peritissime, quae et praesentis » honestate propositi... », f. 84-113.

Codex, sub fine mutilus, inscriptus est aeque ac ceteri [Z. L. CLXXI, CCLXXIII].

Cod. 26 membr., saec. XIV, a. 314, l. 240 [L. VI, LXVI]. Ma.

I. *In Aristotelis, peri hermenias,* seu ***de interpretatione libros duos, editionis primae,*** ex interpretatione Sev. Boethii. Prooemium inc.: « Cum scientia libri praedicamentorum generet dicibile ex » conditionibus, secundum quas.... »; textus vero commenti: « ***Primum oportet*** ec. Quoniam tunc scire opinamur compositum, » cum sciamus et quibus et qualiter est compositum... », f. 1-18.

Exhibita tantum principia pericoparum quas anonimus illustrat.

II. ***In librum sex principiorum Gilberti Porretani peripatetici.*** Prooemium anonymi interpretis inc.: « Cum scientia libri » sexti conferat ad scientiam priorum et determinatum sit de » praedicamentis.... »; textus vero: « ***Forma est compositioni » contingens*** ec. Sed quoniam tunc cognoscimus compositum... », f. 18-29.

Hic quoque principia tantum pericoparum auctoris oblata.

III. *Glossae anecdotae in primam partem libri divisionum Sev. Boethii,* usque ad pericopam: « Vox vero non constat ex » his quae significat, et fit totius divisio quidem in partes... ».

Prooemium inc.: « Cum scientia libri divisionum maxime confe- » rat ad cognitionem librorum logices quaerentibus logicam... », textus vero: « *Quam magnos* ec. Tunc scimus compositum cum » scimus ex quibus et qualiter componitur... », f. 30-31.

IV. *Glossae anecdotae in libros duos elenchorum Aristotelis, ex versione Sever. Boethii.* Prooemium inc.: Ut testatur Aristo- » teles in Ethicis, virtus dividitur per virtutes consuetudinis... »; textus vero: « *De sophisticis autem elenchis* ec. Iste liber habet » tres partes, scilicet prooemium, et tractatum et epilogum... », f. 32-50.

Folio extremo codex inscriptus: *Iste liber est monasterii sancti Bartholomei de Vicentia, in burgho Pustellae,* ex quo ad coenobium s. Ioannis de Viridario delatum.

Cod. 27 membr.-chart., saec. XV, a. 230, l. 168 [L. VI, LXV]. Ma.

I. Sev. Boethii, *de syllogismo categorico,* libri duo, sine introductione, f. 1-30.

II. —— —— *hypothetico,* libri duo, f. 30-68.

III. —— *liber de divisionibus,* f. 68-81.

IV. M. T. Ciceronis, *topica.* « Maiores nos res scribere in- » gressos, C. Trebati, et ex his libris... », f. 85-94.

V. Sev. Boethii, *de differentiis topicis,* libri quatuor. Commentaria haec in Aristotelis topica inc.: « Omnis ratio disserendi... », f. 94-118.

VI. Anonymi, *phylosophiae rationalis.* Idem ac cod. 23, f. 119-125.

Codicem, quem Ioannes Marchanova a. 1448 Patavii coemit, idem anno 1467 coenobio s. Ioannis in Viridario reliquit.

Cod. 28 chart., saec. XV, a. 292, l. 213 [Z. L. CCLXXXIV]. B.

Ioannis Duns Scoti, *quaestiones in universam logicam.*

a. *Quaestiones super universalia Porphirii.* « Utrum logica » sit scientia: quod non sit videtur, quia modus sciendi non est » scientia... », f. 1-33.

b. *Super libro praedicamentorum Aristotelis.* « Quaeritur

» circa librum praedicamentorum utrum sit de 10 vocibus, 10 » genera rerum significantibus . . . », f. 34-93.

e. *In libros periarmeniarum* [περὶ ἡρμενιας] *Aristotelis duos.* « *Primum oportet constituere.* Circa subiectum huius libri no- » scendum quod Boethius ponit illud interpretationem esse... », f. 94-128.

Scripta haec [quibus desunt quaestiones in *libros elenchorum, priorum et posteriorum analyticorum*] in Porphirii et Aristotelis opera dialectica continentur volumine primo Scoti operum [Lugduni, 1639, p. 77-223].

Cod. 29 chart., saec. XVIII, a. 280, l. 150 [L. VI, CCXCVII].

Commentaria in universam Aristotelis philosophiam, iuxta mentem angelici praeceptoris, in duas partes distributa.

a. *Logica minor,* seu *summulae.* « Sicut optima rerum stru- » ctura petit ut a minimis ad maxima procedatur . . . », f. 1-24.

b. *Commentaria in universam Aristotelis logicam, una cum quaestionibus agitari solitis, ad mentem doctoris angelici s. Thomae Aquinatis.* « Anagrammate puro, idem sonat logica ac ca- » ligo . . . », f. 25-55.

Commentaria haec duplex absolvit tractatus *de ente rationis,* f. 55-79.

Cod. 30 membr., 1425, a. 295, l. 210 [Z. L. CCLXXXVI].

1. Alberti Magni, *de praedicabilibus.* « De logica intenden- » tibus primo considerandum est qualis scientia sit logica . . . », f. 3-46.

2. —— *de decem praedicamentis secundum Aristotelem* tractatus septem. « In antehabitis dictum est, quod lo- » gica est scientia, per quam docetur qualiter . . . », f. 47-91.

3. —— *de sex principiis, secundum Gilbertum Porretanum,* tractatus octo, cum initiis textus Gilbertani. « *For- » ma est compositioni* . . . . . . Quamvis de ordine praedicabilium » iam in praedicamentis . . . », f. 91-112.

Numerus tractatuum respondet capitulis in quae Gilberti

liber, pluries editus, distributus est. Alberti M. autem omnia in codice prolata insunt eius operum tomo primo.

Sub fine legitur: « Scriptum per me Ioannem filium Her-» manni de Westfrisia, anno Domini 1425, die VI iulii.

Cod. 31 chart., saec. XIV, a. 308, l. 226 [L. VI, XCVII]. Ma.

I. Iacobi de Placentia, *commentarius in isagogen Porphirii, cum principiis textus*. « Scientiae secantur quoad modum et res » de quibus sunt. Hanc propositionem scribit Aristoteles in tertio » libro de anima . . . », f. 1-28.

II. —— *scriptum praedicamentorum Aristotelis secundum mag.* ec. « Ignoratis principiis ignorantur et alia » in principiis . . . », f. 28-57.

III. —— *scriptum peri hermenias, libri duo.* « Oportet enim ad hanc scientiam esse boni ingenii ut possit » Deus eligere . . . », f. 58-71.

IV. —— *scriptum super libro topicorum Aristotelis, libri duo.* « Propositum quidem . . . », f. 75-79.

V. —— *quaestiones duae logicae, quarum prima de accidente disputata est a.* 1340. « Quaestio est, utrum » accidens possit intelligi sine subiecto, et arguo primo quod » non . . . », f. 83-85.

Magister Iacobus de Placentia, doctor bononiensis.

Codicem sibi Patavii coemptum Ioannes Marchanova legavit a. 1467 coenobio s. Ioannis in Viridario.

Cod. 32 chart., 1442, a. 287, l. 220 [Z. L. CCXLI]. B.

I. Anonymi, *expositiones in Porphyrii Phoenicei introductionem*, ex versione Sever. Boethii. « Quaeritur utrum utile in mul-» tis ad extra . . . », f. 1-20.

II. —— —— *in Aristotelis praedicamenta.* « *Ae-» quivoca sunt.* Dubitatur utrum descriptio aequivocorum sit bene » data et arguo quod non . . . », f. 20-50.

Finit opella: « Et sic est finis libri praedicamentorum Ari-» stotelis, scripti per me Iohannem de Alamagna, in alma civi-

» tate senensi, dum ibi residebat beatissimus pater Eugenius pa-
» pa 4.us.

III. Roberti Linconiensis, archiep. paris., *in Aristotelis posteriorum analyticorum*, seu *resolutoriorum librum commentaria*. « *Omnis doctrina*. Intentio Aristotelis in libro isto est investigare » et manifestare generalia demonstrationis . . . », f. 52-96.

Folio extremo legitur : « Explicit optima expositio linco- » niensis episcopi super libro posteriorum Aristotelis, per manum » Iacobi deutonici, anno Dom. M.CCCCXLII, in vigilia omnium » Sanctorum ».

Commentaria pluries Venetiis edita.

IV. Strodi Rodulphi, *consequentiae*. « Consequentia dicitur il- » latio consequentis ex antecedenti et quae poterit... », f. 102-112.

Notae marginales, et in fine plures, occurrunt.

Cod. 33 chart., saec. XVII, a. 187, l. 133 [L. VI, CCLXXX]. D.

Introductio brevis in logicam Aristotelis, capita undecim. « Syllogismus, ut a definitione incipiamus, est oratio in qua qui- » busdam positis et concessis . . . ».

Auctor anonymus agit de syllogismis, scilicet exponit libros priores Aristotelis.

Codex habet folia exscripta tredecim.

Cod. 34 chart., saec. XVII, a. 200, l. 150 [L. VI, CCLXXXVIII]. D.

Expositio brevis in universam logicam Aristotelis. Praelectiones a professore aliquo habitae. « Aristoteles, Peripateticorum » facile princeps, commonstrat et probat, auditores nobilissimi, » disputationibus assiduis . . . ».

Extant autem :

a. *Prolegomena*, f. 1-28.

b. *In Porphyrii introductionem*, f. 28-50.

c. *In Aristotelis praedicamenta*, f. 51-104.

d. *In eiusdem de interpretatione*, f. 105-119.

e. *Expositio libror. priorum et poster. Aristotelis*, f. 119-179.

Desunt plura in fine.

Cod. 35 chart., saec. XVII, a. 197, l. 132 [L. VI, CCLXXXVII]. D.

Introductio in logicam Aristotelis. « Quoniam artes sunt » circa operationes, quae per naturam possunt bene et male » fieri . . . ».

Opus universum tribus tractationibus absolvitur, scilicet :
a. *De vocibus simplicibus*, f. 3-22.
b. *De enunciatione eiusque proprietatibus*, f. 22-39.
c. *De argumentatione*, f. 39-55.

Cod. 36 chart., saec. XVIII, a. 210, l. 155 [L. VI, CCLXIV].

I. *Schema logicae, quo de subiecto; num sit scientia, vel ars; quid sit.* « Tractaturi de subiecto logices, prius imitantes Aristo- » telis doctrinam in primo de caelo . . . », f. 1-13.

II. *Expositio libelli Porphyrii.* « Antequam veniamus ad » explicationem textus Porphyrii, sunt nonnulla dicenda circa » inscriptionem huius libelli . . . », f. 17-48.

Isagoge seu introductio Porphyrii in Aristotelem explanata, cum locorum principiis, ex versione Severini Boethii, a capite primo ad sextum *de accidente.*

III. —— *praedicamentorum Aristotelis.* « Antequam ad » textus explicationem deveniamus, nobis est explicanda inscri- » ptio huius libri . . . », f. 49-103.

Auctor anonymus interpretatus est *praedicamenta* a principio ad finem partis secundae alterius tractatus, ex versione item Sever. Boethii.

Cod. 37 chart., 1459-1461, a. 292, l. 214 [L. VI, CCXXVII]. Md.

I. Alberti Magni, *commentaria in duos libros Aristotelis, priorum analyticorum.* « Tractaturi de scientia syllogistica, opor- » tet primum scire, quod primo tractandum est de syllogi- » smo . . . ». Sub fine haec leguntur : « Explicit commentum do- » mini Alberti Magni, super duobus libris priorum analyticorum » Aristotelis, scriptum nec non completum per me Augustinum

» Cumanum de Dyepenbara, in artibus magistrum, anno Domini » 1481, decimaseptima die mensis februarii, sumptum ex origi- » nali propriis manibus eiusdem Alberti scripto, ac cum eodem » collacionatum, et de verbo ad verbum correctum anno eodem, » mense iunii, die 15 », f. 1-173.

II. Alberti Magni, *libri duo peri hermenias,* seu *de introductione.* « Sicut a principio istius scientiae determinatum est... ». » In fine: « Explicit liber periermenias, Alberti Magni, ratisponensis episcopi, finitus Bononiae, et scriptus ac correctus anno » Domini 1459, quinta die mensis iulii....... Est enim iste » liber periermenias cum originali Alberti, manibus eius propriis » scripto collacionatus ac de verbo ad verbum correctus », f. 1-38.

Subit fol. 38-41 index omnium tractatuum, primo librorum *peri hermenias,* dein *priorum,* unde liquet quare commentarius primus serius exscriberetur, eadem tamen manu.

Codicem *eximius doctor artium magister Nicoletus* [Vernia] reliquit monasterio s. Bartholemaei de Vicentia.

Cod. 38 chart., saec. XV, a. 290, l. 210 [L. VI, CVI]. Ma.

I. Ioannis de Burgo, *expositio in analyticorum priorum Aristotelis libros duos,* cum principiis propositionum singularum. « Iste vocatur liber priorum analyticorum et resolutionum, in quo » omnis intentio est nobis tradere notitiam... », f. 1-45.

II. —— *expositio in librum Aristotelis de sophisticis elenchis.* « Circa hunc librum super...... videndum est » primo de libri titulo, qui est talis... », f. 49-82.

Sub fine utriusque libri legitur: « Expliciunt recollectiones » super primo-secundo, recollectae per me Ioannem de Burgo sub » reverendo artium doctore meo magistro Ioanne de Mulglio, et » de Muglio ». Serius aliquis scripsit *de Mugio.*

Ex pluribus nomine *Ioannis de Burgo,* anceps haereo cui expositiones tribuam, praesertim quod incertae de iis notitiae, ut de Ioanne de Muglio, circumferantur.

Folio 1 margine inferiori occurrit notarii inscriptio: *M. Franciscus....... die* 13 *octobris,* 1407: extremo sunt anni 1435, 1448, cum pretii adscriptione: *ducatum unum cum dimidio.*

Cod. 39 membr., saec. XIV, a. 314, l. 224 [L. VI, CL]. Ma.

I. Radulphi Britonis, *quaestiones in analytica priora Aristotelis.* « Circa librum priorum quaeratur primo utrum de sillogi-» smo possit esset scientia: arguitur primo quod non ... ». In fine lego: « Expliciunt quaestiones libri priorum, datae a ma-» gistro Radulpho britono, qui nunc studet in theologia, in qua » magnum profectum facit, Domino concedente. amen », f. 1-52.

Montfoconius memoriam iugerit auctoris, dum eius opus *de anima* in codice biblioth. s. Germani memorat. Bibl. mss., p. 1128.

II. Roberti Grossatestae, *commentarius in libros analyticorum posteriorum.* « Intentio Aristotelis in libro isto est manife-» stare et investigare essentialia demonstrationis ... », f. 53-63, 65-71.

Robertus latine *Grossatesta, Grossumcaput, Capito;* anglice *Grosthead,* gallice *Grossetest,* suffolcensis, Oxoniae et Parisiis clarus, anno 1235 episcopus lincolniensis, obiit a. 1253. Ex pluribus auctoris anecdotis, *commentarius in posteriora* prodiit Venetiis ann. 1494, 1504, 1537, 1552.

III. *De unitate.* « Unitas qua unaquaeque res dicitur esse » una, cum sit simplex, cum sit composita, cum spiritualis seu » corporea, res unita unitate una est ... », f. 63-64.

IV. Alchindi, *libellus de intellectu et intelligentia.* « Intel-» lexi quod quaeris, scilicet scribi tibi sermonem brevem de in-» tellectu, secundum sententiam Aristotelis et Platonis... », f. 64.

Iacobus Ben Isaac Ben Alsabah, vulgo *Abu Ioseph Alchindus* [etiam *Alkindus*] e regia Alchindorum stirpe, Basoram peregrinatus, Bagdadum se contulit, ubi litteris est institutus graecis, persicis, indicis. Medicus et philosophus, dialecticam, musicam, geometriam, astronomiam, de quibus abunde et egregie saeculo nono incipiente scripsit, callebat. V. *Casiri.* Biblioth. arab.-hispana escurialensis, I, p. 353-359, et alibi.

Codicem, cum littera prima initiali auropicta, folio extremo inscriptum: *pretii trium florenorum,* Iac. Marchanova, qui librum *sua pecunia emit Patavii a.* 1438, coenobio s. Ioannis in Viridario reliquit, a. 1467.

Cod. 40 membr., saec. XV, a. 319, l. 228 [L. VI, CCXX].

F. Ægidii Romani, *in priorum analyticorum libros duos Aristotelis commentarium,* sine textu.

Praeit prooemium, f. 1-2: « Cum omnis scientia sit inqui- » sitio veri et habeat propriam rationem et modum disserendi... »; expositio vero: « Liber iste qui est de syllogismo... ». Opus Venetiis ann. 1494, 1499 publici iuris factum est.

Habes a principio tabulam phasium lunarum relate ad signa zodiaci.

Ægidius de Columna, romanus, discipulus d. Thomae Aquinatis, ex ordine fratrum Eremitarum, *doctoris fundatissimi* titulo inter scholasticos notus, bituricensis episcopus ab anno 1294 extitit, obiit a. 1316.

Codicem, folior. 55, inscriptum: 1437. *Io. Marchanova* ... *pro s. pec. em. Patavii,* puto coenobio s. Ioannis in Viridario pertinuisse, cui omnia Marchanovae volumina cesserunt.

Cod. 41 membr., saec. XIV, a. 350, l. 244 [Z. L. DXXVIII].

Fratris Augustini de Ancona, *quaestionum librorum priorum* [Aristotelis] *expositiones.* « Sicut dicit philosophus circa princi- » pium tertii physicorum, speculatio de communibus priorum... ». Libri duo, quorum primus habet quaestiones 194, alter 124.

Index titulorum ultra tercentos occurrit in fine.

Augustinus Triumphus, anconitanus, ordinis Eremitarum s. Augustini, dicat opus fratri *Conrado* eiusdem ordinis, *filio nobilis et sapientis viri domini Guidonis, comitis de Montefiltro.* Concilio lugdunensi a. 1274 adhuc iuvenis interfuit; post varias legationes ac officia Carolo et Roberto Siciliae regibus praestita, obiit archiepiscopus nazarenus Neapoli a. 1328, aetatis vero 85.

Codex, fol. 93, primo cum littera tituli initialis, auctoris imaginem referenti, inscriptus: ..... *de Bononia subscripsit:* 18 *septembris,* VI indictione.

Cod. 42 chart., saec. XV, a. 429, l. 291 [L. VI, LIV]. Ma.

Eiusdem, *scriptum*, seu *expositio analyticorum priorum Aristotelis*.

Codex habet folia 122.

Cod. 43 membr., saec. XIV, a. 313, l. 210 [Z. L. CCXL]. B.

I. Anonymi, *expositio in Aristotelis analyticorum posteriorum libros duos*. « Sicut dicitur 4.° metaphysicae: omnis scien- » tia particularis considerat de communi a ente particulari, sive » de partibus entis . . . », f. 3-44.

Occurrunt principia textus aristotelici, confusa tamen capitum partitione.

II. —— *expositio in Aristotelis analyticorum posteriorum librum primum, non absolutum*. « Cum omnes homines scire » desiderant, nulliter constat quod hoc desiderium... », f. 45-61.

Principia particularum aristotelicarum tenuiora sunt ac in praecedenti.

In fine inscriptio sic erasa ut nil lectu remaneat nisi: « Iste » liber est fratris Richardi de Anzolino, quem ego . . . . . . redemi » a Iudaeo, pro decem libris ».

Cod. 44 chart., saec. XV, a. 293, l. 215 [L. VI, CCXXXV]. Z.

Expositio libri posteriorum analyticorum Aristotelis, secundum venerabilem doctorem sanctum Thomam de Aquino, ordinis fratrum Praedicatorum feliciter incipit. « Sicut dicit philosophus » in primo metaphysicae, hominum genus . . . ».

Insunt initia capitulorum textus Aristotelis, pluries editus.

Codex, foliorum 95, duabus columnis, cum postillis marginalibus, sub fine haec habet: « Expositioni sancti Thomae . . . . » magna tum corporis, tum animi industria, propter eorum ca- » rentiam, ego Christophorus Guasperis de Perusio, anno tertio » mei studii finem imposui, die 14 mensis octobris 1471, hora » 19 eiusdem ».

Cod. 45 membr., saec. XIV, a. 302, l. 222 [L. VI, CLXI]. Ma.

I. S. Thomae Aquinatis, *commentarius in libros analyticorum posteriorum Aristotelis,* ut supra, f. 1-14.

Occurrunt tantum lectiones 1-33 primi libri.

II. Porphyrii, *liber de universali.* « Sicut dicit philosophus » secundo metaphisicae, inconveniens est syllogismi quaerere » scientiam et modum sciendi, unde multi propter hoc in ma- » gnos errores inciderunt... ». Sub fine legitur: « Explicit scien- » tia libri Porphirii . . . », f. 15-18.

III. *Recollectiones libri praedicamentorum,* seu *categoriarum Aristotelis.* « Quia ipsa loyca est de modo sciendi, tanquam de » subiecto et circa modum sciendi . . . », f. 18-26.

IV. —— *peri ermenias Aristotelis, libri duo.* « Si- » cut dicit philosophus tertio de anima, triplex est oppositio ra- » tionis; prima est simpliciter intelligentia indivisibilium, se- » cunda est compositio et divisio . . . », f. 27-39.

Codicem, cuius folio 38 inscriptum *Thomas notarius subscripsit,* legavit coenobio s. Io. in Viridario Io. Marchanova, a. 1467.

Cod. 46 membr., saec. XIV, a. 308, l. 220 [L. VI, CCXXXVII]. Z.

Fr. Ægidii Romani, *in primum et secundum librum posteriorum Aristotelis optima expositio,* cum initiis tantum textus capitulorum. Prooemium inc.: « Docet Aristoteles in suis praedi- » camentis, in capitulo de qualitate, quod scientia stat solum in » ea parte . . . » ; expositio vero: « Circa primam partem huius » operis, sic procedit Aristoteles ostendens . . . ».

Missa sunt quae fol. 1-2 insunt codicis 40.[i], cuius interpretatio ab hac differens, promissiori sermone rem agit.

Codicis foliis extremis 84-85 notae variae ingestae: *Istud scriptum est mei fr. Petri Martini, magistri ordinis Praedicatorum in Padua — Est liber iste magistri Marci Veneti, ordinis Servorum beatae Mariae — Ego fr. Paulus de Roma, ordinis Servorum sanctae Mariae, regulae sancti Augustini — Emi istud scriptum Paduae, pro florenis* 4 — 1441.

Cod. 47 chart., saec. XV, a. 436, l. 290 [L. VI, IV]. Ma.

Eiusdem, *in duos libros posteriorum analyticorum* seu *resolutoriorum*, seu *de posteriori resolutione Aristotelis*, sine textu.

Interpres nuncupat expositionem *vener. viro ex Anglicorum spectabili prosapia oriundo, dom. Stephano de Manlay*, quae inc.: « In secundo rethoricorum philosophus volens de nobilitate ali» qualem noticiam ... ». Prooemium, fol. 1-4, inc.: « Philoso» phus in tertio de anima volens ostendere modum cognoscendi » intellectus nostri .... ». Opus bis Venetiis, ann. 1495, 1500 excusum.

Codicem f. 156, cum pluribus litteris initialibus auropictis, cui resecta sunt insignia gentis alicuius, Io de Marchanova, testamento reliquit a. 1467 coenobio s. Io. in Viridario. Qua singularia haec foliis primis indita annoto.

« Borsius Estensis, speculum, pax, gloria et honor fulgens » Ferrariae, regimen populi, defensorque vocatus, marchio, Rho» digiique comes, Regii Mutinaeque dux pius, armipotens hac . . » ...... in aere columna — Edita fuere a dom. Mario Mirandu» lensi, per illustriss. dom. Borsum, cuius imago ex aere memo» ratur super columna in medio plateae Ferrariae ». Do quoque indicis librarii specimen: « In primis habeo istum qui appellatur » *Egidius super libro posteriorum* — Item habeo unum *Burleum* » *super libro physicorum Aristotelis*, in papiro, coopertum, li» gatum cum fundello rubro — Item habeo unum *Burleum super* » *arte veteri Aristotelis*, in papiro, ligatum cum fundello albo — » Item habeo textum *loice Aristotelis* in pergameno, coopertum » corio rubro et cantonibus — Item habeo unum *Paulum de Ve-* » *neciis*, in papiro, ligatum cum fundello albo *super libro poste-* » *riorum* — Item habeo unum *Burleum* in papiro, ligatum cum » fundello rubro, *super libro peri erminyas* et *super sex principiis* » — Item habeo *consequencias Strodi et Gaitani, et tractatum* » *Hentisberi de sensu diviso et composito*, in pergameno, ligatum » cum fundello rubro — Item habeo unam *logicam parvam ma-* » *gistri Pauli*, in papiro, ligatam sine fundello conscripto — » Item habeo unum *Petrum Hispanum* in pergameno, cum aliis

» de capreto — Item habeo *obligaciones Strodi*, et *commentum* » *super tractatu de sensu composito et diviso*, in papiro — Item » habeo unam *articellam parvam Ypocratis*, in pergameno ».

Cod. 48 membr., saec. XV, a. 200, l. 123 [Z. L. CCXXXI]. B.

Aristotelis, posteriorum analyticorum nova Roberti translatio incipit. Operis dedicatio inc.: « Si nihil esset aliud, vir piis- » sime, quod ad scribendum nos et transferendum merito allice- » ret... » ; versio vero : « Omnis doctrina, omnisque disciplina » intellectiva ex antea existenti efficitur cognitione ... », f. 68.

Cui nuncupaverit auctor anonymus nescio. Ex dedicationis tamen epistola liquet eum difficilimis temporibus opera varia eiusmodi aggressum, maioribus excutiendis paratum: « Nec quod » restet Platonis, cum transtulerim quaedam ...... si vita olim » dabitur et transferendi facultas, negligemus. Quin etiam Thucy- » didem veritate apud Graecos nobilissimum, atque dignissimos » alios aggrediemur ». Crediderim ceterum auctorem Pisis, declinante saeculo decimoquarto, codicem absolvisse, dum folio extremo scripsit:

« Haec ego dum conor nostris aperire Latinis
» Carmine, quae superum, quae argenti digna papiro
» Aurea quaeve notis signent elementa decoris.
» Interea nostri reparabant turribus arcem
» Pisanam, murisque novis atque aggere cives.
» Quin alias etiam curabant condere: cuncta
» Fervebant opere assiduo strepituque virorum
» Atquae hae reliquiae quas nulla ex urbe fugarat
» Suspicio: in caelum communique aere videbat
» Turrigeras extolli arces, miserisque minari
» Servitium, solito dum current sidera motu ».

Cod. 49 chart., an. 1437, a. 290, l. 213 [Z. L. CCXLII]. B.

Magistri Pauli de Venetiis, *in posteriorum Aristotelis libros duos*, cum initiis tantum pericoparum Aristotelis. Incipit expositio primi: « Iste liber est posteriorum Aristotelis, in quo de-

» terminatur de syllogismo demonstrativo ... ». Sub fine : « Et » sic est finis huius operis editi per reverendum magistrum Paulum de Veneciis, sacrae paginae doctorem, ordinis fratrum » Eremitarum s. Augustini ».

Opus impresserunt Venetiis Ioannes Herbort alemanus a. 1481, Bonetus Locatellus bergomensis a. 1491.

In codice folior. 132, *scripto per me fratrem Ioannem de Benignis, eiusdem voti et ordinis,* 1437, *in studio perusino,* locus pingendis initialibus relictus.

Magister Paulus *de Venetia, de Venetiis* quoque, nomine proprio *Paulus Nicoletti,* Utini in Foroiulii, saeculo XIV ad finem vergente natus est. *Veneti Eremitarum coenobii alumnus; cum praeter theologicam lauream, philosophicam quoque retulisset, anno* 1408 *receptus est inter eos qui ad academicos artium gradus iuventutem promovent: biennio autem post examinatus, in arte medica et eius laurea ornatus, anno* 1411, *idibus octobris datus est illi collega et antagonista Antonius de Urbino. Obiit anno* 1429 ..... *In actis gymn. patav. dicitur doctor profundissimus, omniumque artium liberalium in orbe monarcha. Logicam edidit, quae tanti habita est ut publice praelegeretur* (1). Ægidium Romanum in suis lectionibus oppugnasse docet sat notum distichon :

« Doctor Aristotelis dubios exponere sensus
» Audet, et Ægidium carpit ubique potest ».


Cod. 50 membr., 1460, a. 350, l. 235 [L. VI, CCXVI]. Ma.

Eiusdem, *in posteriorum Aristotelis libros duos,* ut supra.

Codex foliorum 113, resectis quae 114-119 occurrunt, extremo nota inscribitur : « Explicit expositio libri *posteriorum* ..... » scripta per me fratrem Paulum de Barianis de Placentia, sacri » ordinis Minorum professum, quam scripsi eximio artium et » medicinae doctori famosissimo, magistro Iohanny Marchanove, » tunc temporis in alma urbe Bononiae philosophiam legenti,

(1) Facciolati. *Fasti gymnasii patav.*, I, p. 113.

» 1460, ultima aprilis ». Titulus, cum littera initiali floribus et auro picta, habet scutum familiae Marchanovae.



Possessor moriens a. 1467 reliquit coenobio s. Ioannis de Viridario.

Cod. 51 chart., 1463, a. 337, l. 240 [L. VI, CCXCIV].

Eiusdem, *in libros posteriorum Aristotelis expositio,* ut supra. Sub fine codicis, fol. 109, interpres appellatur *artium monarcha et magister theologiae famosissimus,* addita nota : 1463, *die IX mensis novembris expositio feliciter explicit.*

Cod. 52 chart., saec. XV, a. 403, l. 290 [L. VI, XXXI]. Ma.

I. Apollinaris Offredi, *in librum primum posteriorum analyticorum* seu *resolutoriorum Aristotelis expositio.* « *Omnis doctri-» na* .... Pro introductione expositionis huius libri posteriorum, » sub brevitate videnda sunt ... », f. 1-51.

II. —— *quaestiones* [numero 47] *super primum librum posteriorum analyticorum Aristotelis.* « Primo quaeritur » utrum demonstratio sit subiectum libri posteriorum. Primo sic : » de demonstratione non habetur scientia ... », f. 51-120.

In expositione occurrunt principia breviora textus aristotelici, non item in quaestionibus : opus utrumque refert editio veneta anni 1493, arte Boneti de Locatellis bergomensis.

Apollinaris, gente Offredus, patria cremonensis, philosophiam et medicinam professus, dimidio saeculo decimosexto, doctor *acutissimus* est appellatus, carus Eugenio IV pontifici ac viris principibus.

Folio extremo legitur: « Et sic est finis huius praesentis » quaestionis .... 1443, die XXIII martii per me Iulium » de Belan .... scholarem ». Inferius vero, ante subscriptionem Iacobi de Brenzoli, diei 6 martii, 1446: « Istae quaestio» nes Apollinaris sunt meae magistri Ioannis de Bettis, artium » et scholaris mantuani »; de quo lege folio obverso: « Ego Lu» dovicus de Chataneis de Imola exegi hunc librum pro ducatis » tribus auri, quem pignoraverat magister Ioannes de Bettis de » Mantua, et dedit mihi licentiam quod debeam operari donec » restituet meas pecunias; et ego sum obligatus restituere suum » librum, donec restituat meam pecuniam, et hoc fuit die 20 fe» bruarii 1456, et hoc fuit praesente magistro Georgio de Feral» dis de Imola et magistro Bartholomaeo Fossato de Mantua ». Liquet ex alia nota virum de Chataneis studentem in artibus sibi coemisse ducatis quinque, *quinto anno in quo studebam.*

Codicem, cum initiali littera picta primi operis ac scuto gentis, ... reliquerat anno 1467 Ioannes Marchanova coenobio s. Io. in Viridario.

Cod. 53 chart., saec. XVII, a. 215, l. 156 [L. VI, CCLXXVII]. D.

I. *Expositio librorum quatuor topicorum Aristotelis,* cum initiis particularum textus, f. 1-50.

Materiem excutit auctor anonymus, capitulorum partibus per probabilitates, dubia, quaestiones, responsa, summas, ad trutinam revocatis. V. cod. 15.

II. *Explicatio duorum librorum elenchorum Aristotelis.* « Elen» chi apud Latinos idem sonant quod apparentes, nam sicut de » rebus experimur ... », f. 51-70.

Tractationis modus idem est ac antecedens, nullo apposito textu.

Cod. 54 membr., saec. XIV, a. 410, l. 283 [L. VI, LII]. Mk.

I. Averrois cordubensis, *commenta in Aristotelem.*

a. *Commentum super librum* [in libros quatuor] *de caelo et mundo Aristotelis.* Textus Aristotelis incip.: « Maxima cognitio

» natura demonstrans et scientiam... », commentum vero: « Quia » iste liber primus in quo loquitur de rebus sensibilibus .... », f. 1-186.

Titulus habet litteram initialem pictam, cui adhaeret philosophus castrum munitum laeva regens.

Sub fine lego: *Scriptor scripsisset bene cicius si voluisset.*

b. *Commentum super libris tribus de anima.* Textus Aristotelis: « Quoniam ex rebus honorabilibus est scire aliquid de rebus » quae differunt »; commentum vero: « A. intendit per subti- » litatem confirmacionem demonis... ». Finem excipiunt verba: *Hoc scripsi totum: pro pena da mihi potum,* f. 189-295.

In utroque praecedit Aristotelis textus scriptura crassiori, ut in editionibus Patavii et Venetiarum, ann. 1473, 1483. In littera initiali primi libri appinguntur sex viri nudi [animae] ex lacu ad caelum deprecantes..

c. —— *de sensu et sensato, Aristotelis.* « Virtutes qui- » dem sensibiles, quaedam sunt necessariae in esse animalis... », f. 297-300.

d. *De memoria et reminiscentia, Aristotelis.* « In secundo » tractatu huius tractatus incipit perscrutari... », f. 300-302.

e. —— *de sompno et vigilia, Aristotelis.* « Et cum iam » diximus de hac virtute, dicendum est de sompno et vigilia... », » f. 302-306.

f. —— *de longitudine et brevitate vitae, Aristotelis.* « In » hoc tractatu perscrutatur de causis longitudinis et brevitatis » vitae... », f. 306-307.

g. *Liber quartus metheororum.* « Postquam divisum est » quod principia et elementa elementorum quae sunt secundum » modum formae... », f. 307-315.

Quae litteris **c-g** continentur sunt commenta in Aristotelis tractatus, iam edita, una cum textu, Venetiis, impendio ac diligentia Andreae de Asula, a. 1483.

h. *Tractatus commentatoris Averrois de substantia orbis.* « In hoc tractatu intendimus perscrutari de rebus ex quibus » componitur corpus caeleste... », f. 315-321.

Tractatus ab Abrahamo de Balmes hebraeo latinitate donatus, exinde appellatus quoque *De compositione corporis caelestis,*

hebraice et latine saepius exscriptus, pluries impressus, exaratus anno 1178 Marochii, inest editioni modo citatae. Exstat codicibus Z. L. CCL, CCXCI.

II. *Liber Raby Moysè hebraei philosophi, de Deo benedicto, quod non est corpus nec virtus in corpore.* « Praeparatoria principia » quibus indigetur ad stabiliendum quod ipse non est corpus... », f. 321-324.

Auctor Moyses Maimonides, Averrois discipulus, uti creditur, tractationem hanc metaphysicam sub fine saeculi duodecimi exaravit. V. Renan, *Averroès et l'averroïsme*, p. 140-145. V. annotata, cod. L. VI, CLXIV.

III. *Quidam tractatus Averrois, qualiter intellectus naturalis coniungatur intelligencie abstracte.* « Intencio nostra in hac di- » stinctione est quod probemus omnes vias . . . f. 324-326.

Tractatum anecdotum, num intellectus materialis formas separatas comprehendat, edidit E. Renan in *Averroès* ec., p. 347-349.

IV. *Liber Averrois in Aristotelis de generatione et corruptione, textu inserto.* « Intencio nostra in hoc libro et quod oportet est determinare causas universales . . . », f. 326-344.

V. *Liber de causis cum commento, textu inserto.* « Omnis cau- » sa primitiva plus est influens super causatum... », f. 344-351.

Sunt initia capitulorum 1-32 libri Procli ut in codice proxime insequenti, cum commento, verosimiliter Averrois, quod inc : « Ad eum enim removet causa secunda universalis virtutem » suam . . . ».

Librum *de causis et doctrina philosophorum* minime Aristoteli tribuendum, quod plura ab eius dogmatibus abhorrentia contineat, monuit Patricius in *Discuss. peripatet.* (1). Opella, in archetypo deperdita, ex versione arabica latine translata, edita est cum commento d. Thomae de Aquino in huius operibus philosophicis. Romae, 1570, III, in fine.

V. *Liber de vita Aristotelis.* « Aristoteles philosophus, de » gente quidem Macedo, de patria vero stagiritanus . . . » ; finit: « Explicit liber de vita Aristotelis, cum multis libris particulari- » bus . . . », f. 351-352.

(1) Seldeni, *opp.*, III, p. 1885.

Opusculum, iam editum in Aristotelis editione veneta a. 1496, *ex vetere translatione nunquam antehac edita* in lucem protulit *cum locupletissimis scholiis* Petrus Ioannes Nunaesius, Lugduni Batavorum, 1621, 12.°, una cum vita eiusdem graece-latine per Ammonium seu Philoponum.

Ad imam paginae primae oram, haec manu eadem qua codex totus, adscripta sunt: « Tibi Stephane de Provino hoc opus » quod ego Michael Scotus dedi latinitati ex dictis Aristotelis » senteucialiter coniungendo, et si aliquid Aristoteles incomple- » tum dimisit de constitutione mundana in hoc libro, recipiet » eius supplementum ex libro Alpetrangii, quem similiter dedi » latinitati, etenim in eo exercitatus ». Dedicatio haec differt aliquantisper ab ea quam dedit Renan *in Averroès* ec., p. 163, de Scoto disserens. Amanuensis certe ex alio codice sumpsit, unde, rite expensis quae laudatus Renan excussit, verosimile est Scotum omnia quae in codice, ex arabico in latinum transtulisse.

Manu recentiori id folium inscriptum: *Dominus Nicolaus Condis .... de Veneciis, die* 11 *octobris,* 1388 — *M. Cavolini de Ravenna.*

Codex, duplici columna, quaqua versus scatet erroribus.

Cod. 55 membr., saec. XIV, a. 317, l. 218 [L. VI, XXXVIII]. Mk.

I. *De coloribus liber.* « Simplices colorum sunt quicumque » elementis consequuntur ut igni et aeri ... », f. 1-4.

Opellae, Aristoteli aut Theophrasto, aut Stratoni lampsaceno tributae, interpretatio, Emmanueli Margunio cretensi fortassis adiudicanda, non certe Simoni Portio aut Caelio Calcagnino, quam editam vidi utramque.

II. *Tractatus Averrois, de substantia orbis,* f. 4-8. Vide cod. 54.

Desunt capitula 5-7. Versio eadem est ac in codd. L. VI, LII; Z. L. CCXXXII, CCL; paucis immutatis, ut sub fine, loco: *et scias quod haec quaestio est valde bona,* in alio codice legitur: *et hec dicta sufficiant.* In edit. ven. a. 1483 finit tractatus: « quaestio est valde bona. Et sic consumatus est libellus de » substantia orbis ec. ».

III. Procli, *liber de causis*, f. 8-9.

IV. *Liber de intelligentia, Aristotelis.* « Cum rerum quidem » omnium esse secundum primum est diversumque... », f. 9-10.

Manifeste, ut ex contextu liquet, non est Aristotelis, sed cuiusdam qui in librum de mundo praefatur.

V. *Summa brevis totius logicae.* « Dialectica est ars artium, » ad omnium methodorum principia viam habens... », f. 10-32.

Opella anecdota, et *dialectica*, et *summula* appellata, habet auctorem Petrum Hispanum, dimidio saeculo decimo tertio florentem, de quo F. Ludovicus a Valleoleti in *tabula ordinis Praedicatorum*, n. 14: « Frater Petrus Hispanus, de natione Castellae, » scripsit *Summam logicalem*, quae ut communiter tractatus nun- » cupatur, in quo libro viam facilem ad dialecticam acquirendam » invenit ac tradidit ». Partem primam dimidiam habet codex [L. VI, CXCVIII]. Auctor ex cardinali pontifex renuntiatus est nomine Ioannis XXI, a. 1277.

VI. D. Thomae de Aquino, *opusculum de fallaciis, capitibus quindecim.* « Quia logica est rationalis scientia et ad ratiocinan- » dum inventa . . . », f. 32-40.

Nomine *de fallaciis, ad quosdam nobiles artistas* [locum habet inter auctoris edita opuscula. Venet., 1587, p. 392-401] editum est Venetiis, a. 1481, impensis Raynaldi de Novomagio.

Cod. 56 membr., 1294, a. 314, l. 207 [L. VI, XXXIX]. Mk.

I. Aristotelis, *ethicorum libri decem.* « Omnis ars et omnis » doctrina, similiter et actus, idest electio . . . », f. 5-63.

II. —— *de motibus animalium.* « De motu autem eo » qui animantium, quecumque quidem circa unumquodque genus » ipsorum existunt . . . », f. 65-69.

III. —— *de morte et vita, i. e. de longitudine aut diuturnitate et brevitate vitae.* « De eo autem quod est hoc qui- » dem esse longe vite animalium, hec autem brevis vite . . . . », f. 69-72.

IV. —— *de iuventute et senectute, et de vita et morte ac respiratione liber unus.* « De iuventute . . . . necessarium forte » causas dicere, quibusdam enim animalium . . . », f. 72-81.

V. Aristotelis, *de athonomis animalium,* seu *physiognomica liber unus* inc. : « Quoniam et anime sequuntur corpora et ipse » secundum se ipsas non sunt *impassibiles* ... », f. 81-88.

Nulla postilla. Sunt qui supposititium putent.

VI. —— *rhetoricorum libri tres.* « Rhetorica assecuti» va dialectice est ; ambe enim de talibus quibusdam sunt ... », f. 88-134.

Duo primi libri postillis redundant.

VII. —— *politicorum libri octo.* « Quoniam omnem ci» vitatem videmus communitatem quandam existentem ..... », f. 137-203.

Postillae passim numero sequiori occurrunt. Sub fine legitur : *Reliqua huius operis in greco nondum inveni.* Cum iisdem verbis desinat etiam d. Thomae commentarius in *Politica,* liquet latinam codicis versionem, Aquinate rogante, factam fuisse.

VIII. —— *oeconomicorum liber primus.* « Œconomica et » politica differunt non solum tantum quantum domus et civitas, » haec autem subiecta sunt eis ... », f. 204-206.

Sub fine haec inscripta : « Explicit yconomica Aristotelis » translata de greco in latinum per unum archiepiscopum, et » unum episcopum de Gretia et magistrum Durandum de Alver» nia (1), latinum procuratorem universitatis parisiensis, tunc » temporis in curia romana. Actum Aragè (2) in mense augusto, » pontificatus domini Bonifacii pape octavi anno primo [1295] ». Archiepiscopus vero esse videtur Guillelmus de Morbeka, brabantinus, ex ordine Praedicatorum, archiepiscopus Corinthi, de quo disserit Bernardus M. de Rubeis in dissertationibus de s. Thoma Aquinate, p. 238 et seq., hoc etiam codice in medium allato.

Foliis extremis chartaceis legitur, primo, manu annotatoris:

(1) An loco Durandi [hominis hucusque ignoti], legi debeat *Petrus de Alvernia* [qui commentaria d. Thomae in Aristotelis libros supplevit et continuavit] id ego non adseram.

(2) Berardellus in catalogo codd. ss. Ioann. Pauli, cod. 428 legit *Anagniae,* sed perperam, credo, etsi pontifex tunc temporis Anagniae esset. Codex certe et characterum forma et ornamentorum, praesertim in litteris initialibus, indole, gallicam sapit manum.

« Fratris Sixti Medices, theologi Dominicani veneti, ex munere » magnifici atque eruditissimi adolescentis d. Bernardini Lauretani, d. Andreae filii 1557 », cum indice codicis, *iuxta translationem antiquam*. Folio proxime insequenti, idem Medices inscripsit epistolam, quam codicis historiae adornandae exscribo, etsi a Bern. M. de Rubeis dissertatione 23.ª operis: *De gestis, et scriptis ac doctrina s. Thomae*, Venetiis a. 1750 editam: « Sunt » mercatores quidam [ne latrones appellem] qui aliorum lucubrationibus ditari, et virtutis opinionem ex maleficio aucupari » student, evenit enim proximis mensibus ut Thomas Iunta, bibliopola insignis, commentaria d. Thomae Aquinatis super libris *politicorum* imprimens, translationem antiquam Aristotelis super iisdem libris omni diligentia quaesitam nusquam reperiret, ea tamen maxime desideraretur in eo ipso volumine a » studiosis, cum ob illius fidem, tum ob id quod divi Thomae » interpretatio in hanc tantum directa fuerat atque hanc explanaverat. Itaque dum ego super hoc plurimum sollicitarer, atque nullum non evolverem lapidem; denique opera Caroli Sigonii viri eruditissimi, a nobili atque erudito adolescente Bernardino Lauretano, d. Andreae filio [quorum domus refertissima » est librorum atque antiquarum rerum memoria preciosa] codice hoc manu scripto cum *politicorum* atque *oeconomicorum* » textu donatus fui. Ipsum ego una cum viro excellentissimo » Marco Antonio Mureto, Thomae de Iunta dedimus imprimendum. Super eo autem opere, atque d. Thomae expositione laboravit maxime eruditus vir Remigius Florentinus, qui ex bibliotheca nostra dd. Ioannis et Pauli multa evolvit volumina, » ut commentaria haec redderet uberiora, et contextum et translationem ipsam alias lectu dificillimam transcriberet, ut impressoribus redderetur facilior. Verum Martianus Rata qui apud » Iuntas impressionem mercede curabat (1), cui nobiscum vel » amicitiae, vel familiaritatis iure nihil erat commune, atque » circa haec nihil magis quam omnes praenunciati contulerat, » omnium horum nomine suppresso [cum maxima familiae illius » nobilis nausea] totam hanc sibi laudem arrogavit. Quod si ho-

(1) Nullibi istius editionis Iuntinae memoria ingesta.

» minem istum labores praesentium virorum, in eorum oculis, » suffurari non pudet, quid [quaeso] existimas ab eo factum iri, » si in vindemiam, i. e. codices alicuius absentis, aut vita functi » intrare contingat? Quid si scripta aliorum ad illius manus per- » venerint? Verebitur ne, auctoris nomine obliterato, se se eorum » auctorem operum instituere? Tui, o lector humanissime, iudi- » cium esto, et ex ungue leonem in hac re minutissima, verissime » tamen narrata, cognosce ».

« Felix vale. Venetiis, 24 ianuarii, ex musaeo nostro dd. » Ioannis et Pauli a. 1558 ».

Cod. 57 membr., saec. XIII, a. 363, l. 235 [L. VI, XXXIII]. Ma.

I. Aristotelis opera plura, tum sincera, tum perperam ei tributa.

1. *De metaphysica,* libri quatuordecim, f. 1-75.

1. *De physico auditu,* libri octo, f. 77-132.

3. *De caelo et mundo,* libri quatuor, f. 132-162.

In fine notatur quod *sit translatus de graeco in latinum.*

4. *Meteororum,* libri quatuor, *de nova translat.,* f. 162-196.

5. *De generatione et corruptione,* libri duo, f. 197-213.

6. *De anima,* libri tres, f. 214-234.

7. *De sensu et sensato,* f. 235-242.

8. *De memoria et reminiscentia,* f. 243-245.

9. *De sompno et vigilia,* ac *de divinatione per somnium,* libri duo, f. 245-252.

Liber *de divinatione* in codicibus fere omnibus et editionibus a primo *de somno* disiunctus est.

10. *De longitudine et brevitate vite,* f. 252-254.

11. *De iuventute et senectute ; de vita et morte,* ac *de respiratione,* f. 254-262.

12. *De motu animalium,* f. 262-266.

13. *De vegetabilibus et plantis,* f. 267-278.

Fabricius, *bibl. graecae,* III, p. 244, haec de iis habet: « Qui » hodie exstant libelli duo de plantis, sub Aristotelis nomine, » graece, a recentiore quodam translati sunt e latino Galli nescio » cuius, qui ex arabico illos transtulerat ... ».

II. *Liber doctrinae inter animam et spiritum constabe luce cuidam amico scriptori cuiusdam regis edidit et Iohannes Hispalensis ex arabico in latinum, Raimundo tholetano archiepiscopo, transtulit*, f. 278-283.

Auctorem anonymum, non certe Aristotelem, nuntiat prooemium: « Interrogasti me de differentia spiritus et anime, ut tibi » scriberem quid antiqui dixerint in ea. Et ecce scribo tibi que- » dam collecta que excerpsi de libro Platonis qui vocatur *Cacadon*, vel *Caradon*, et eius libro qui vocatur Thymeus, et ex li- » bris Aristotelis philosophi . . . ».

Ioannis Hispalensis, seu *De Luna*, rabbini iudaici ex saeculo duodecimo, qui Aristotelis opera quaedam ex arabico in latinum, rogante Raimundo Toleti archiepiscopo, transtulit, notitiam ingessit Nicolaus Antonius in *bibliotheca Hispana vet.*, II, 267.

III. Procli, *de causis*, f. 284-293.

IV. *De causis proprietatum elementorum*. « Post quam pro- » missus est sermo a nobis in celo et in mundo et determinavi- » mus . . . », f. 293-300.

Non est Aristotelis, varia enim continet cum philosophi dogmatibus pugnantia, praesertim astrologica, ut et de Roma et Arabum sectis. Editus liber est in *Aristotelis opp.* latine, cum commentis Averrois. Ven., 1551, VII, p. 110.

V. Aristotelis, *de progressu animalium*. « De partibus autem » opportunis animalium ad motum eum qui secundum locum... », dictus quoque *de incessu animalium*, seu *de partibus incessui servientibus* [L. VI, 49], f. 300-306.

VI. —— *de lineis indivisibilibus*. « Utrum sunt indi- » visibiles linee que totaliter in omnibus quantis . . . », f. 307-310.

VII. *De inundatione fluvii*, seu *de Nilo*. « Propter quid aliis » fluminibus in hyeme quidem augmentatis . . . », f. 310-311.

Liber in antiquioribus latinis philosophi editionibus obvius, Aristoteli verosimilius tribuendus est, quod anonymus vitae auctor a Menagio editus, et Alexander Aphrodiseus inter eius opera recenseant.

VIII. *Liber de coloribus*, f. 312-317.

IX. Aristotelis, *de phisionomia*. « Omnes anime sequuntur

» corpora, et ipse secundum se ipsas non sunt impossibiles . . . »,
f. 317-323.

Sunt qui supposititium putent librum.

X. Aristotelis, *de mundo,* seu *epistola de universo ad Alexandrum.* « Multociens mihi divina quedam ac mirabilis quippe res, » Alexander . . . », f. 324-331.

Hanc epistolam sinceram putat Fabricius.

XI. —— *epistola ad Alexandrum.* « Aristoteles Alexan- » dro bene agere. Misisti mihi quod sepe sustinuisti multos ad » nos disceptantes . . . », f. 331-332.

Supposititiam aestimo.

XII. *De vita Aristotelis,* f. 332-334. Vide cod. 54.

XIII. *Liber de morte Aristotelis,* seu *de pomo Perypati philosophorum principis gloriosissimi.* Prooemium inc. : « Cum ho- » mo creaturarum dignissima similitudo sit omnium ad imaginem » Dei factus . . . . . . » ; tractatio vero : « Cum clausa esset via » veritatis sapientibus et impedita via rectitudinis . . . . »,
f. 334-338.

Libellum *de pomo* inscriptum, quod Aristoteles morti vicinus manu tenere eiusque odore se recreare fingatur, atque interim de morte contemnenda et animae immortalitate amicos docere, exaravit christianus scriptor, ut liquet a principio et a recitatis Abrahami et Noe, omnibus sapientiorum, nominibus. Bis editus, sine nota.

XIV. Aristotelis, *de intelligentia,* f. 338-340. V. cod. 55.

XV. —— *libellus de bona fortuna.* « Habitum autem » utique erit iis dicere, quoniam de felicitate est sermo . . . . . . »,
f. 340-342.

Cento consutus e locis quibusdam *Eudemiorum moralium* Aristotelis, iam editus Francofurdiae, 1507.

Codicis splendide exarati litteras initiales exornant picturae auro illitae, quibus Maria virgo cum puerulo ; monachi vel stantes, vel sedentes, aut simul colloquentes, aut discipulos instruentes, aut decumbentes [quorum animas angeli in caelum attollunt] aut manibus aliquid tenentes occurrunt. Folio 340 quidam rotae supplicio afficitur. Passim margines conspicui sunt aulaeis, arboribus, floribus, leonibus, leporibus et canibus currentibus, serpentibus, avibus, psittacis, noctuis. Ab initio legitur : 1437. *Io-*

annes Marchanova, artium et medicinae doctor p. s. pec. em. Venetiis. XXIII.

Cod. 58 membr., saec. XIV, a. 340, l. 240 [L. VI, XLIII]. Ma.

I. Aristotelis, *ethicorum ad Nicomachum*, libri decem, f. 1-55.

II. —— *rhetorica, translata a graeco in latinum.* Libri tres. « Rhetorica assecuta natura dialectice, ambe enim de talibus » quidem . . . ». f. 55-98.

III. —— *politicorum,* libri novem, f. 98-170.

IV. —— *magnorum moralium,* libri duo. « Quoniam ele» gimus dicere de moralibus, primum utique erit consideran» dum . . . », f. 170-191.

V. —— *de problematibus,* cum postillis. « Propter quod » magne superhabundantie egritudinales aut que superhabun» danciam faciunt . . . », f. 191-258.

Deest particula trigesima octava, quae respondet extremae in Aristotelis operibus.

Ioannes Marchanova, artium et medicinae doctor, qui *pro sua pecunia emit* librum *Venetiis,* a. 1440, addidit indicem folio primo, putans particulas *de problematibus* esse quadraginta; idem serius [a. 1467] s. Ioanni in Viridario dono dedit.

Cod. 59 membr., saec. XIV, a. 240, l. 176 [L. VI, XLI]. Ma.

Aristotelis, *de instructione morum* [*ethicorum*], libri decem, f. 1-131.

Postillae occurrunt frequentiores, ac glossae interlineares.

II. —— *topicorum,* libri octo, f. 135-207.

Postillae et glossae interlineares, praesertim in principio occurrunt, frequentius libris primo et secundo. Litterae librorum initiales omnes diagrammatibus auropictis conspicuae sunt, praesertim vero libri primi, in cuius ventre Aristoteles sedens ante pluteum docet auditorem.

III. Aristotelis, *priorum analyticorum* [i. e. *resolutoriorum*], f. 208-261.

Postillae et glossae interlineares una manu exscriptae ita redundant, ut iis concludendis vix spatia sufficiant.

IV. —— *posteriorum analyticorum,* libri duo, f. 261-293.

Varia manu non coaeva additae sunt postillae et glossae interlineares.

V. —— *elenchorum,* libri duo, f. 294-317.

Hic quoque glossae tum interlineares tum marginales superfluunt. Sub fine: *explicit tota logica nova.* Inferius: *Estimatus ducatis VII auri.* Folio anteriori charactere recentiori legitur: *Anno Dom. millesimo tercentesimo sexagesimo, die* 28 *mensis octobris, in die festi sancti Simonis et Iude ingressus est dominus legatus* [*cardinalis*] *Egidius* [*Albornotius*] *Bononiam* [eo anno receptam], *amen.*

Cod. 60 membr., saec. XIV, a. 314, l. 223 [Z. L. CCXXXV]. B.

Aristotelis, *opera varia,* sine interpretis nomine.

a. *Metaphysicorum,* libri quatuordecim, f. 1-104.

b. *Physic.,* seu *phisice auscultationis,* libri octo, f. 105-148.

c. *De anima,* libri tres f. 149-165.

Passim occurrunt notae marginales, praesertim a principio.

Codicem, ante Bessarionem, possederat *Frate Battista da Sassoferrato, dell' ordene de santo Francesco.*

Cod. 61 membr., saec. XIV, a. 280, l. 202 [L. VI, I]. Ma.

I. Magistri Adae Bouchermefort, *commentariorum in librum de causis* [Aristoteli vel Avempace, vel Alpharabio aut Proclo adscriptum], cum initiis propositionum litteris grandioribus. « Quo» niam intelligere et scire contigit circa omnes scientias, quarum » sunt . . . », f. 1-54.

Sub fine lego: « Librum de causis dextra mediante Dei mi» sericordia, complete scripsi : mihi non, sed laus cedat ipsi qui » nos formavit et cetera voce creavit ».

II. —— —— *commentariorum super libris octo physicorum Aristotelis,* cum initiis capitulorum. « Qua» liter liber totalis prima divisione dividitur in duas partes, sci» licet in prooemium et tractatum . . . », f. 54-130.

III. Magistri Adae Bouchermefort, *commentariorum in libros tres Aristotelis de anima,* cum principiis capitulorum. « Ratiocinatio est in hoc libro de anima: omne quod in principio est sciendum, quod anima quamvis non sit continua....... », f. 130-161.

Sub fine lego: « Expliciunt notulae libri de anima, editae a magistro Adam Bouchermefort, amen ».

De auctore nihil mihi compertum.

Codicem folio extremo inscriptum: *precii florenorum VI auri* possederat *Franciscus de Tayabobus de Emona,* antequam Ioannes de Marchanova coenobio s. Io. in Viridario, a. 1467 legasset.

Cod. 62 membr., saec. XIV, a. 363, l. 240 [L. VI, XXI]. Ma.

Alberti Magni, *commentarium in libros quatuor Aristotelis, de metheoris,* sine textu aristotelico. « In scientia naturali corpus mobile subiectum est, ut dictum est multocies... », f. 1-70.

II. Themistii, *commentum,* seu *paraphrasis librorum trium Aristotelis de anima,* cum initiis textus aristotelici. « De anima quaecumque possibilis est scientia... », f. 71-92.

Themistius, ab eloquentia *Euphrada* dictus, rhetor et sophista graecus, saec. IV plura in Aristotelem graece scripsit.

III. *Copia magistri Sugeri de Curtivo super veterem logicam totam.* « Circa finem octavi metaphysicae, scientia Aristotelis quae quasi tollit ab entibus proprias opiniones... », f. 92-108.

Est commentarius Porphirii introductionis in Aristotelis logicam.

IV. *Scriptum super libro praedicamentorum Aristotelis,* cum initiis textus aristotelici. « Iste liber continuari potest ad illa quae dicta sunt de universalibus scientiae... », f. 108-136.

V. —— —— *peri hermenias,* seu *de interpretatione Aristotelis.* « Inter libros totius logicae, iste liber..... », f. 137-158.

Tractatus in duos libros digestus est, ut semper apud Latinos.

Alberti Magni, *paucula quaedam ex libro sex principiorum,* ab initio primi tractatus, f. 158-159.

VI. Alberti Magni, *commentarius in Aristotelis libros quatuor de caelo et mundo.* « De caelo et mundo, in hoc libro naturarum loqui cupientes, primo visum est nobis... », f. 167-232.

VII. Averrois, *in parva naturalia Aristotelis.*

a. *De somno et vigilia*, f. 232-234.

b. *De longitudine et brevitate vitae*, f. 234.

c. *De virtutibus*, f. 234-236.

d. *De memoria et reminiscentia*, f. 236.

Codicem, *sua pecunia emptum a.* 1440, Ioannes Marchanova dono dedit coenobio s. Ioannis in Viridario Paduae, a. 1467.

Cod. 63 membr., saec. XIII, a. 345, l. 248 [L. VI, XIV]. Ma.

Anonymi, *quaestiones super libris Aristotelis de anima.* « Consequenter transeundum est ad quaerendum de homine, de » quo primo quaerendum est secundum statum eius in se ipso... ».

Sub fine, f. 69, quidam verbis exscriptis *Expliciunt quaestiones de anima* addidit *ab Alberto;* non certe Alberto Magno tribuendus textus, a quo toto caelo differt.

Codex, cum quaestionum indice praeeunte, habet a principio et in fine folia addita, tractatiunculas non absolutas de re philosophica, et vitam s. Nicolai pariter non absolutam continentia. Folio 13 haec scripsit qui *ad puellam in civitate paduana cibo abstinentem* [de qua in textu] se retulit: « Et ego vidi quan» dam mulierem quae vixerat per XVII annos absque comestione, » anno Domini M.CC nonagesimo quarto, et postea adhuc vixit, » et fuit in quadam villa prope mare in Valmania [sic] quae di» citur Quarancant, longe Boiaros, ad XI horas ».

Cod. 64 membr., saec. XIV, a. 300, l. 197 [Z. L. CCXLIX]. B.

Averrois, *commentaria in libros tres Aristotelis de anima.* « Dixit Aristoteles quoniam de rebus honorabilibus est scire de » rebus aliquid, quo differunt ab invicem aut in subtilitate... ».

Auctor unamquamque propositionem incipit verbis: *Dixit Aristoteles, Aristoteles dixit.*

Codex habet folia 79.

Cod. 65 membr., saec. XIV, a. 380, l. 263 [L. VI, XXXV]. Ma.

Eiusdem, *commentaria in tres de anima libros Aristotelis,* cum textu litteris grandioribus.

Codicis, folior. 40, extremo memoriae ingestae: « 1390 die » in qua fuit vigilia sancti Nicholay, per totam diem pluit cum » magnis tonitruis et corruscationibus, durantibus multo tem» pore ». — « 1405, 16 decembris ». Inest quoque, folio quo liber compactus, testamentum Francischini domini Ioannis Marignani, civis bononiensis, notario Bartholomaeo q. Petri de Rochignellis, 23 aug. 1369. Volumen coenobio s. Ioannis in Viridario dono dedit Ioannes Marchanova de Venetiis, a. 1467.

Cod. 66 membr., saec. XIV, a. 310, l. 223 [L. VI, CLVIII]. Ma.

D. Thomae Aquinatis, *quaestiones in libros tres Aristotelis de anima.* « *Bonorum honorabilium* ec. Sicut philosophus docet » in secundo de animalibus, in quolibet genere rerum necesse est » prius considerare ... ».

Codicem, foliorum 40, legavit Ioannes Marchanova coenobio s. Ioannis in Viridario Paduae, a. 1467.

Cod. 67 membr., saec. XV, a. 364, l. 240 [Z. L. CCLIII]. B.

I. Eiusdem, *in Aristotelis de anima libros secundum et tertium.* « *Quae quidem a prioribus tradita.* Postquam philosophus » posuit opiniones aliorum de anima in primo libro, accedit ad » determinandum de anima ... », f. 2-28.

In fine, characteribus rubris: « Explicit tercius liber de » anima, Deo gratias, amen, quem scripsit Ioachim Brixiensis, » et sunt quinterni tres et duae chartae et media ... ». Amanuensis idem est qui partem codicis [Z. L. CCLII] exscripsit.

Paucula tantum verba veteris translationis textus praeponuntur, dum in editione veneta Hier. Scoti, a. 1550, et Argyropuli traduntur: in ea occurrit et liber primus. Ceterum librorum

tantum secundi et tertii descriptio sententiam confirmat eorum qui, scriptoribus antiquis consentientibus, primum aiunt esse Reginaldi de Piperno.

II. Eiusdem, *glossae super librum de sensu et sensato, Aristotelis.* « Sicut philosophus dicit in tercio de anima, sic separa- » biles sunt res . . . », f. 30-48.

Ordinem a d. Thoma in tractatione librorum Aristotelis pandit locus ex prooemio : « Post librum de anima, in quo de » anima secundum se determinat immediate, sequitur hic liber » de sensu et sensato, quoniam ipsum sentire magis ad animam » quam ad corpus pertinet, post quem ordinatus est liber de so- » mno et vigilia ec. ».

III. —— *glossae super librum de memoria et reminiscentia.* « Sic dicit philosophus in VII de historiis animalium, nam » ex inanimatis ad animalia paulatim . . . », f. 48-53.

Sub fine lego : « Expliciunt glossae super libro de memoria » et reminiscentia, et de sensu et sensato, scripta a Ioachim de » Brixia ».

IV. Anonymi, *in Aristotelis de anima.* « Ad evidentiam eo- » rum quae sequuntur, quaeruntur octo quaestiones ; prima est » utrum de anima sit scientia, et quae sit necessitas scientiae de » anima . . . », f. 54-64.

Adduntur, modo appendicis, tractatus bini, f. 64-99, ille historicus, duobus capitulis, *de opinionibus circa animam, ab antiquis editis,* alter, capitulis duodecim, *de essentia animae ; huius comparatione ad corpus ; potentia corporis ad actum animae ; manifestatione huius existentiae ; operationibus, potentiis et differentiis animae ; ostensione generalis causae secundum quam anima ad corpus comparatur ; diversitate animarum ; harum virtute, quatenus est principium vitae et generationis.*

Cod. 68 membr., saec. XV, a. 296, l. 210 [L. VI, XVII]. Ma.

I. Alberti Magni, *in Aristotelis libros tres de anima.* « Omni- » bus quae de corpore mobili et mobili secundum locum . . . . », f. 1-71.

II. —— *de nutrimento et nutrito per se.* « De ani-

» ma secundum ipsam in praecedenti libro dictum est...... »,
f. 71-75.

III. Alberti Magni, *in librum Aristotelis, de sensu et sensato, commentarius.* « Quoniam de anima secundum se ipsam consi» deratam iam in secundo de anima determinatum est...... », f. 75-94.

IV. Anonymi, *quaedam ulterius de sensibus,* f. 95-97.

V. Alberti Magni, *in librum Aristotelis de memoria et reminiscentia commentarius.* « Reliquorum autem primum conside» randum est de memoria, cum agimus de communibus.... », f. 97-101.

VI. Anonymi, *de eadem materia.* « Iste tractatus incipit » perscrutari de memoratione et de inductione... », f. 101-102.

VII. Alberti Magni, *libri duo de intellectu et intelligibili.* « Sicut a principio istius operis diximus, scientia de anima non » satis complete... », f. 102-107.

Librum primum *de natura intellectus,* excipit alter, fol. 179-187, *de perfectione naturali intellectus.*

VIII. —— *liber de spiritu et respiratione.* Tractatus duo. « Multa sunt animalia, quae quidem secundum locum » moventur... », f. 107-114.

IX. —— *de motibus animalium,* libri duo. « Tem» pus et ordo expostulat quoniam da animalium motibus hic dis» seramus... », f. 114-122.

X. —— *de aetate, sive de iuventute et senectute,* » tractatus duo. « Iam explevimus quae de operibus animae et » passionibus videbantur esse dicenda... », f. 122-125.

XI. —— *de morte et vita* ac *de longitudine et brevitate vitae.* Tractatus duo. « Probatum in fine primi caeli et » mundi... », f. 125-130.

Adiecta fol. 130 tractatio, quae in Alberti operibus editis desideratur. « In tractatu perscrutamur de causis longitudinis et » brevitatis vitae; dicimus ergo quod concessum... ».

XII. —— *de natura et origine animae, liber.* Tractatus duo. « De anima quidem secundum quod est perfectio corporis, et de partibus eius... », f. 130-144.

XIII. —— *de somno et vigilia, libri tres.* « Som-

» pnus et vigilia non sunt passiones nisi animalium et conveniunt » omni . . . », f. 144-162.

XIV. Alberti Magni, *de motu processivo,* seu *de motibus progressivis liber.* Tractatus duo. « Generaliter autem intelligendum » est, quod animalia habentia motum non participant motum lo- » calem . . . », f. 162-170.

XV. —— *de diversitate animarum secundum intellectum, resolutis quaestionibus contra Averroem.* « Quia autem » apud nonnullos eorum qui philosophiam se profitentur scire, » dubium est de animae separatione . . . », f. 170-178.

Haec tractatio, titulo quoque *de diversitate intellectuum* in nostro codice, appellatur in editis: *De sanitate intellectus contra Averroem,* ut et *libellus contra eos qui dicunt, quod post separationem ex omnibus animabus non remanet nisi intellectus unus et anima una.*

Cod. 69 chart., saec. XV, a. 336, l. 235 [L. VI, XVI]. Ma.

I. Alberti Magni, *libri tres de anima, secundum Aristotelem.* Sub fine: « Completum 1421, die 27 mensis iulii, per me Ioan- » nem de Aquila in civitate Bononiae », f. 1-122.

II. —— *commentarius in libros duos Aristotelis de generatione et corruptione.* « Cum duae sint considerationes de » mobili simplici, quarum una est de mobili simplici . . . . », f. 123-156.

III. *De nutrimento et nutribili, secundum Albertum Magnum.* Tractatus duo, f. 156-161.

Codicem, cum tribus litteris initialibus auropictis, principio librorum monachorum icones in ventre referentibus, Ioannes Marchanova *pro sua pecunia emit Venetiis a.* 1436, ac anno 1467 coenobio s. Ioannis in Viridario, Paduae reliquit.

Cod. 70 membr., saec. XIV, a. 256, l. 190 [Z. L. CCLX]. B.

Alexandri de Alexandria, *super Aristotelis libros tres de anima quaestiones.* Littera dedicationis inc.: « Interrogasti me, ho- » noret te Dominus, illustrissime fili, Philippe de Melduno, de

» optimo quod est in nobis, scilicet de anima... » ; textus vero: « Ubi non est scientia animae non est bonum : XIX Augustinus » *de civitate*, III cap.º, plus scientiam terrestrium caelestiumque » rerum... ».

Absoluto opere legitur: « Explicit summa super librum *de* » *anima*, edita a fratre Alexandro de Alexandria, de ordine fra» trum Minorum, concessa fratri Thomae de Neocastro, provin» ciae Calabriae, praedicti ordinis, fratri minimo, quam summam » seu scriptum emit ab uno fratre ordinis Praedicatorum, fratre » Laurentio de Prato nomine, anno Domini MCCCCXXIII de » mense decembris. Deo gratias, manu propria ».

De auctore vide *Biblioth. ms.*, II, p. 66.

Codex, folior. 103, habet indicem uberrimum sub fine.

Cod. 71 membr., saec. XIV, a. 320, l. 230 [L. VI, III]. Ma.

Ægidii Romani, *in libros tres Aristotelis de anima expositio*, sine textu. « Philosophus in secundo physicorum volens » ostendere et investigare terminos et limites.. ».

Libro primo, f. 1-13, desunt plura, in fine codicis apposita, f. 69-72. Tertius finit folio 68. Opus, ut et cetera auctoris, nomine *commentarii, summae, sententiae, scripti,* nuncupat Ægidius *Iacobo Ioannis Caietani, rothomagensi canonico*. Editum Venetiis a. 1496. Vide cod. 40.

Folio primo memoria ingesta codicem ms. coenobio s. Ioannis in Viridario pertinuisse.

Cod. 72 membr., saec. XV, a. 369, l. 252 [Z. L. CCLVII]. C.

Eiusdem, *in libros tres Aristotelis de anima expositio,* sine textu.

Codicem, fol. 118, cum litteris trium librorum initialibus egregie pictis, a. 1420 possederat *Magister Nicolaus de Cremona, quond. Ioannis de la Rocha*. Praeeunt foliis duobus quaedam liturgica ex saeculo decimoquarto.

Cod. 73 membr., 1431, a. 350, l. 250 [L. VI, CI]. Ma.

Mag. Ioannis de Ianduno, *quaestiones in libros tres Aristotelis de anima*. Prologus inc.: « Inest enim mentibus hominum » veri boni naturaliter inserta cupiditas, sed ad falsa devius error » abducit... »; textus vero: « Ommissis autem omnibus parti» bus philosophiae, solum de naturali est praesens intentio... ». Aliquot lineis interiectis, exstat principium ut in aliis codicibus: « Et primo circa ipsam quaeritur: utrum de anima potest esse » scientia, et videtur quod non ... ».

Extremo folio additus a. 1615 *index collectus a d. Romano Lucensi, canonico regulari lateranensi, ad maiorem commoditatem*.

Ioannes de Gandavo, seu de Ganduno, vel de Ianduno, aliis de Geduno, Perusiae theologiam ac philosophiam docuit, sub initio saeculi XIV. Eadem cum Marsilio Patavino sentiens, in dissidiis de imperio inter Ludovicum Bavarum et Ioannem pp. XXII, ab hoc perculsus est anathemate a. 1327.

Codicem, folior. 219, quatuor exsectis, a. 1431 exscribendum curavit Patavii Ioannes Marchanova, qui scriptionis memoriam a. 1444 ingessit, a. vero 1467 legavit coenobio s. Ioannis in Viridario. Volumen ceteroquin commendant membrana tenuior, characteres elegantes, litterae plures initiales egregie pictae, insignia familiae Marchanovae.

Cod. 74 chart., saec. XV, a. 431, l. 288 [Z. L. CCLXXXI].

Magistri Ioannis de Gandavo, *super libros tres Aristotelis de anima quaestiones*. Textus aristotelici, ex antiqua versione, particula inc.: « Bonorum honorabilium notitiam opinantes ... ».

Codicem, folior. 87, cum initiis pericoparum Aristotelis ac notis marginalibus rarioribus, ornant litterae omnes initiales, praesertim vero quae ad singulorum librorum exordium, floribus auropictis.

Cod. 75 chart., saec. XV, a. 404, l. 285 [Z. L. CCLVIII]. B.

Eiusdem, *in libros tres Aristotelis de anima quaestiones.* Ut supra.

Codex, sine litteris initialibus librorum et capitum, quibus pingendis locus paratus, habet folia 155, quorum extremum inscriptum: « Expliciunt questiones trium librorum de anima edite » ab excellentissimo doctore ac magistro Iohanne de Gandavo in » Flandrea ».

Cod. 76 chart., saec. XV, a. 337, l. 238 [Z. L. CCLIX]. B.

I. Eiusdem, *super librum Aristotelis de anima quaestiones.* Libri tres, f. 1-185. Idem ac codicibus praecedentibus.

II. —— *super librum Aristotelis de somno et vigilia quaestiones.* « Circa librum de somno et vigilia, queritur utrum » de somno et vigilia possit esse scientia... », f. 188-217.

III. —— *super librum Aristotelis de sensu et sensato quaestiones.* « Circa librum de sensu et sensato quaeritur primo » utrum de communibus passionibus animae et corporis possit » esse scientia... », f. 217-266.

IV. —— *super librum Aristotelis de motibus animalium quaestiones pulcherrimae.* « Circa librum de motibus animalium et » de causa motus animalium qui incipit de motu autem eo... », f. 266-289.

Excepto superius notato, desunt principia textus Aristotelis.

Codex habet auropictam litteram initialem primam.

Cod. 77 membr., saec. XIV, a. 216, l. 155 [Z. L. CCLXI].

I. Fr. Gratiadei Æsculani, *quaestiones in libros Aristotelis de anima.* Prooemium incip.: « Sicut in principio metaphisicae » philosophus dicit: *Omnes homines multum scire desiderant* », quaestiones autem: « *Bonorum honorabilium.* Hic primo quaeri » posset quare scientia dicatur magis esse bonum honorabile, » quam bonum laudabile... », f. 1-28.

Frater Gratiadei vel Gratiadeus aesculanus ab Æsculo Samnitum Praecatinorum, seu Piceni, ordinis Praedicatorum, philosophia et theologia praestans, floruit ad annum 1341, ac valde iuvenis occubuit. Ex eo autem quod constet illum in disputationibus semper obstitisse Ægidio, ordinis Eremitarum; e re, ex stylo, ex opusculorum in unum volumen nexu, aestimarim opellas insequentes auctori eidem tribuendas.

II. Anonymi, *tractatus de suppositionibus* [logice]. « Suppo- » sitis significatis terminorum incomplexorum, in hoc tractatu » intendo perscrutari de quibusdam proprietatibus terminorum, » quae solum eis competunt sed quae sunt partes propositio- » nis . . . », f. 31-44.

Opella, cui alia praeerat, trifariam dividitur, nempe *de suppositione terminorum, de appellatione, de copulacione.*

III. —— *tractatus de propositionibus et syllogismis hypoteticis.* « In hoc tractatu secundo intendo perscrutari de pro- » positionibus et syllogismis hypotheticis, et hunc tractatum » divido in tres partes principales: in prima perscrutabor de » propositionibus hypotheticis et conditionalibus; in secunda de » syllogismis hypotheticis conditionalibus; tertia pars de aliis » speciebus propositionis hypotheticae et de modo syllogismandi » ex eis . . . », f. 44-70.

Cod. 78 membr.-chart., 1429, a. 345, l. 240 [L. VI, CXXIII]. Ma.

Pauli Veneti, *in Aristotelis de anima libros tres expositio,* cum initiis textus aristotelici. Prooemium inc.: « Tanta littera- » rum scientiae est amplissima gloria, ut sempiterna atque im- » mortalis humana intelligentia . . . ».

Expositio latissima differt toto caelo ab ea quae codice L. VI, CXXVII data est.

Codicem, foliorum 226, eleganter duplici columna exscriptum, commendant litterae pictae trium librorum initiales ita, ut prima referat monachum haeremitanum, in campo caeruleo, consociatis homine nudo, equo, serpente, arbore: ornamentis auropictis, in margines folii primi digredientibus, accedunt insignia gentis Della Torre. Littera initiali alterius libri Petrus Venetus,

ut credo, monachos stantes eloquio instituit; extremi, idem in suggesto sedens alloquitur discipulos in subselliis circumcirca sedentes.

Sub fine textus: *Matthaeus de Ripalta, placentinus studuit Paduae.* Inde notam summi historice habendam lego: « Opus hoc » inter ceteros Aristotelis commentariorum codices memoria di- » gnum coeptum fuit atque completum anno Domini 1429, sum- » ptibus mei fratris Matthaei de Ripalta, placentini; quo scilicet » tempore in partibus Ytaliae claruit tunc philosophorum prin- » ceps Paulus Venetus, nostri ordinis Eremitarum non immerito » excellentissima gloria, quem dum in felici studio paduano, opus » istud ab eodem clarissimo ordine, intellectu potius divino quam » humano, compilatum edoceret, expleto capitulo quod de gusta- » bili nuncupatur, mors impia subripuit, et mundum tanta luce » fulgidum viduavit, millesimo memorato, quintadecima luce » mensis iunii, dum aurora rubens micantes stellas caelitus ef- » fugaret, cuius fama posteris elucescat..... ». Idem Matthaeus sua manu exaravit fol. 225-226 *tabulam argumentorum.* Eius notitiae minoris pretii leguntur a principio. Quem codicem Ioannes Marchanova, a. 1440 emit Patavii, a. 1467 coenobio s. Ioannis in Viridario ab eo dono datum legimus.

Cod. 79 chart., saec. XV, a. 435, l. 296 [L. VI, LXXIV.[a]]. Ma.

I. Caietani Thyenaei, *expositio in libros tres Aristotelis de anima,* cum initiis textus aristotelici. Prologus inc.: « Sicut an- » tiquorum nos monet auctoritas, philosophia realis speculativa » in tres partes est distincta... »; prooemium vero operis: « Hic » liber qui de anima inscribitur, est textus in ordine librorum » naturalium Aristotelis .... »; finit vero: « Hic terminatur » expositio libri de anima, Aristotelis, edita per famosissimum » artium et medicinae doctorem, dominum magistrum Caietanum » de Thienis de Vicentia. 1448, die 19 iunii, Paduae ». *Titulos quaestionum libri de anima Aristotelis,* excipit epistola auctoris Onuphrio Calabro, quae in editionibus huius operis [Patavii, Petr. Maufer, 1475, f.º — Vicentiae, Henrici de Sancto Urso, 1486, f.º] supplet prologum: *Sicut antiquorum,* nomine tamen Onuphrii

Calabri misso. Post epistolam leges: « Exemplatum post exem-» plar Caietani, scriptum manu propria ipsius », f. 1-129.

Haec strictim de huius tractatus auctore Renan: « Gaetano » cherche à concilier l' immortalité avec la théorie aristotélique » de la perception: il n' y reussit que par la plus bizarre des » hypothèses » (1).

II. Caietani Thyenaei, *quaestiones tres philosophicae*, quarum prima *de sensu agente* respondet 11.[ae] codicis [L. VI, CLXX]; altera *de sensibilibus communibus* tertiae; extrema *de intellectu* decimae, editae omnes, ut notavi in eo codice, f. 130-135.

III. Iacobi Foroliviensis, *tractatus de intensione et remissione formarum*. « Quaestio est utrum intensio formae fiat per additamentum partis formalis... ». Finit: « Et sic tractatus de inten-» sione et remissione formarum hic feliciter explicit, compositus » ab olim monarcha et totius speculo mundi, artium et medicinae » doctore, Iacobo Forliviense, qui divinitate ingenii eum condidit » claritate aetatis suae dum foret vigenis uniernis: obiit autem » Paduae, 1414, pridie mensis februarii », f. 138-175.

Indicem sua, puto, manu, addidit initio Ioannes Marchanova, qui codicem a. 1450 *pecunia proprium faciendum curavit Patavii*, et a. 1467 coenobio s. Ioannis in Viridario Paduae donavit.

Cod. 80 chart., saec. XV, a. 438, l. 287 [L. VI, LXXIV.[b]]. Ma.

Caietani Thienaei, *expositio in libros tres Aristotelis de anima*, cum initiis textus aristotelici.

In codice, egregie fol. 117 exscripto, desunt litterae initiales, quibus pingendis spatium datum.

Cod. 81 chart., saec. XV, a. 412, l. 274 [L. VI, XXXII]. Ma.

Apollinaris Offredi, *quaestiones super tribus libris Aristotelis de anima*. Dedicatio operis Philippo Mariae Vicecomiti inc.: « Dudum animo volveram, invictissime princeps Philippe Maria, ut » et tuus essem initio natus ..... »; textus vero: « *Bonorum*


(1) *Averroes et l'Averroisme*. Paris, 1852. p. 277.

» *honorabilim notitiam*. Obmissis multis quae in principio expo- » sitionis huius libri . . . ».

Folio extremo 268 legitur : « Expliciunt quaestiones super » tribus libris de anima Aristotelis, editae et compilatae per ex- » cellentissimum ac aetatis nostrae philosophorum principem, m. » Apollinarem de Offredis, cremonensem, artium et medicinae » doctorem ac monarcham supremum. 1462. E. C. R. S. ». Vide cod. 52.

Cum Vicecomes *consilium pro salute animae* ab auctore quoque postulasset (1), idem respondit anno 1444 opere bifariam diviso, in cuius prima parte [f. 1-54] agit *de exploratione verborum*, altera [f. 55-268] quaestiones ac dubitationes difficiles de anima dissolvere decernit, « pro fidei nostrae vero solidoque cultu... ».

Titulus praestat littera initiali egregie picta, quae divum Hieronymum sedentem, cum leone, ac insignia cum lunula et tribus stellis refert.

Luna et stellae albae  in campo rubro.

Cod. 82 chart., saec. XVI, a. 320, l. 213 [L. VI, CCCI].

I. Petri Trapolini, *quaestiones ac notabilia recollecta super libris Aristotelis de anima, per me Benedictum Tyriacam.* « De » subiecto libri. Anima est subiectum, quia de ea probantur pas- » siones : de utilitate infra declarabitur . . . », f. 2-115.

II. *Quaestiones ac notabilia recollecta per me Benedictum Tyriacam mantuanum, in libro caeli, legente domino Petro Trapolino, doctore eminentissimo.* « Primo dominus Petrus in prooemio suo » multa dixit circa subiectum huius libri . . . », f. 116-125.

Textus uterque non ex integro Trapolinum habet auctorem, cum animadversiones a Tyriaca discipulo passim occurrant.

(1) Argelati. *Biblioth. scriptt. medioll.* II, 1649.

Petrus Trapolinus, patavinus ex Vico aggeris, ad lauream a. 1483 promotus, philosophiae ordinariae in patrio gymnasio a. 1484-1493 professor, medicinae practicae cathedram tenuit a. 1494-1499. Scholam ibi tenebat teoriae ordinariae anno 1509, quo obiit, quinquagesimo octavo aetatis.

Inseruntur **a.** *recollectae magistri Petri de Mantua, qui inceperat legere librum de anima, sed non potuit finire coactus legere physicam;* **b.** *plura in quaestiones de anima, agitatas a Ioanne de Ianduno* [f. 21-23, 64-65]; **c.** *quaestiones caeli et mundi, disputatae Parisiis per magistrum Dominicum de Clavisio,* f. 126.

Cod. 83 chart., 1523-1524, a. 210, l. 150 [L. VI, CCLXXI]. D.

Ioannis Montedocbe, *annotationes in tertium Aristotelis librum de anima.* « Dividebatur a principio totus liber de anima in » tres partes ut visum fuit... ».

Lectiones quinque supra octoginta ab auctore, *uno trium sui temporis philosophorum peritissimo a.* 1521, in gymnasio patavino actas, Aurelius Thedoldus, a die octava aprilis 1523 ad decimum quintum mensis februarii, a. 1524 exscripsit.

Codex habet folia 256.

Codd. 84-86 chart., saec. XVII, a. 295, l. 200 [L. VI, CXC-CXCII]. Yc.

Caesaris Cremonini, *explicationes in Aristotelis libros de anima.*

Volumen primum continet librum primum, lectionibus triginta, f. 1-91; alterum lectionibus centum triginta duabus, f. 93-506. Prooemium quod incip.: « Explicaturi libros Aristotelis de » anima », ediderunt Renan in *Averroes et l'Averroïsme,* Paris, 1852, pag. 357-358; Cantù. *Gli eretici d'Italia,* III, pag. 165.

Volumen secundum complectitur, lectionibus sexaginta octo, explicationes in primam tertii libri partem, f. 1-199.

Volumen tertium, lectionibus 69-116, partem postremam libri tertii, f. 1-164.

Accedit *quaestio* eiusdem Cremonini: *utrum animi mores*

sequantur corporis temperamentum. « Praeclara quaelibet diffici-
» lia esse in veteri est proverbio . . . », f. 166-199.

Cod. 87 membr., saec. XIV, a. 265, l. 205 [Z. L. CCXXXVII]. B.

Oraculum secrete secretorum Aristotelis, edictum ad peticionem illustriss. regis Alexandri, translatum de graeco in latinum per magistrum Iohannem filium Patricii et linguarum fidelissimum interpretatorem.

Guidoni de Valentia civitatis tripolitanae pontifici Philippus, *suorum minimus clericorum,* dicat *librum praesentis operis, quo de omnibus fere scientiis aliquid utile continetur.* Idem in prologo asserit *haec preciosissima philosophiae margarita ex haebraica in latinam linguam transtulisse,* subdens: *quem librum princeps potissimum philosophorum Aristoteles composuit, ad peticionem regis Alexandri . . . . . .*

Opus diversimode appellatum est: *Secreta secretorum — liber de secretis secretorum — liber de regimine regum et principum vel dominorum — epistolarum Aristotelis ad Alexandrum discipulum suum — de instructione principum per quatuor partes, secundum quatuor virtutes cardinales.*

Insunt autem praecepta *de regimine principum, de sanitatis conservatione, de physiognomia.* Si cum pluries edito compares, plura desunt de *proprietatibus originalium lapidum — vegetabilibus — iustitia et eius commendatione — exitu rerum in esse et ordine — motu et situ caelorum — ortu animae — formatione hominis — sensibus — consiliariis — baiulis — scribis — nunciis — subditis domus propriae — dispensatoribus.* Quomodo vero Ioannes et Guido, latini interpretes ambo appellentur, prologus alter declarat, quo assertum Ioannem *de graeca in romanam linguam, deinde in arabicam librum transtulisse ;* romana deperdita versione, Guidonem ex arabica in latinam. Opella Aristoteli perperam adscripta creditur (1).

Codex, folior. 22, quorum extremo, post nomen erasum apparet a. 1402.

(1) Fabricius. *Bibliotheca graeca,* III, 283-284.

Cod. 88 membr., saec. XV, a. 220, l. 145 [Z. L. CCXXXVIII]. B.

I. Aristotelis, *secreta secretorum*, f. 1-36.

Tractatus superiori absolutior, etsi pauca quaedam, in editis legenda, desiderentur.

II. Tractatus, *quid sunt planetae, qua anni periodo cursum suum peragant; quae agenda ab homine in signis zodiaci*, f. 36-38.

Opus complet rhithmus compendiarius. Est: li. ari. scor. tau. sa. gemi. capri. a. le. pis. vir.; videlicet: *Libra, aries, scorpio, taurus, sagittarius, gemini, capricornus, aquarium, leo, piscis, virgo.*

Principio inscripta vaticinia ann. 1424, ac nota 24 octobris, 1447: *Fra Valerio, guardian de san Francesco de Treviso me a datto questo libero a mi per Zuane Bonechorso, pagado per soldi* 50 *de pizoli, et fu lo marti della fiera, la quale si è de pre Antuonio da Veniexia da cha Venier.*

Cod. 89 membr., saec. XIV, a. 353, l. 240 [L. VI, CCXVII]. N.

Aristotelis, *metaphysicorum, secundum veterem translationem*, libri duodecim. « Omnes homines natura scire desiderant; » singulorum autem est sensuum dilectio . . . ».

Folio extremo serior manus inscripsit *epistolam beati Bernardi cuidam militi* [Raymundo] *transmissam de gubernanda familia*, quae incip.: « Doceri petis a nobis de cura et modo rei » familiaris utilius gubernandae . . . ». Finem epistolae haec verba excipiunt: « Ludovici de Dragonibus est ista sancti Bernardi » epistola, atque idem Ludovicus doctor in paduano studio, et » miles per sacrosanctam imperialem maiestatem scripsit. » Adduntur monita plura.

Codicem, fol. 39, commendant litterae initiales lineis tenuioribus pictae, praesertim vero libri primi auro conspicua, cum ornamentis in margines digredientibus. Folio primo legitur: *D. Augelli de Veneciis. Franciscus subscripsit XV octobris, V.ª indict.*: serius inscriptum *F.* 1632 *O.*

Cod. 90 membr., saec. XIV, a. 365, l. 252 [L. VI, XLV]. Ma.

Aristotelis, *metaphysicorum libri, cum commentario Averrois.* Desunt libri primus, undecimus, decimus tertius, et decimus quartus, cum perpaucis in fine decimisecundi.

Codicem, folior. 107, cum litteris initialibus belle pictis, Hieronymus de Sanctasophia, artium doctor Patavii, dono obtulit a. 1450 Ioanni Marchanovae artium et medicinae doctori, qui 1467 coenobio s. Ioannis in Viridario Patavii cessit.

Cod. 91 membr., saec. XV, a. 318, l. 193 [Z. L. CCXLVIII].

Averrois, *commentum in duodecim libros metaphysicae Aristotelis,* cum textu.

Libri decimustertius et decimusquartus desunt, ut in editione patavina Laurentii Canozii a. 1473, qua, ante impressoris notam, legitur: « Textus atque commentum translationis anti- » que correspondens huic novo non reperitur .... Nove » translationi librorum metaphysice et veteri ab Averroi cordu- » bensi commentate .... finis impositus est ».

Folio extremo 89 legitur: « Nicholaus ex parte Dei de co- » mitatu Augi, commorans in vico Bucherie parvi pontis, in ho- » spitio ad signum leonis incariati Veron. b. ».

Cod. 92 chart., saec. XIV, a. 333, l. 230 [L. VI, CCIV.ª]. Ma.

Ioannis Buridani, *in duodecim primos Aristotelis libros metaphysicorum quaestiones.* Prooemium inc.: « Aristoteles in pro- » oemio metaphysicae recommendat metaphysicam super omnes » scientias practicas et speculativas ... »; textus vero: « Primo » quaeritur utrum metaphysica sit omnium scientiarum dignis- » sima, et arguitur primo quod non ... ».

Sub fine quinti libri: « Finiuntur quaestiones Ioannis Bu- » ridani ...... die Echardi episcopi »; sub fine septimi: « Com- » plete sunt istae quaestiones .... in die sancti Policarpi, et

» eadem hora incipiunt quaestiones octavi » ; sub fine extremi : « Aprilis VIII die, XVIIII hora ».

Constat Buridani, philosophi galli, opera saepe in Gallia et Anglia typis commissa.

Folio 94 habetur tabula omnium quaestionum super libris omnibus metaphysicae disputatarum.

Margo inferior primi folii inscribitur : « Dominus Petrus » Raimondini de Imola XIII novembris 1399 vidit scriptum » ; extremi vero : « pretii ducatorum trium ».

Codicem, folior. 112, emit Patavii a. 1440 Ioannes Marchanova, reliquit coenobio s. Ioannis in Viridario, a. 1467.

Cod. 93 membr., saec. XV, a. 371, l. 261 [Z. L. CCLXXXVII]. B.

Alberti Teotonici [Magni], *commentum super metaphysicam Aristotelis,* libri tredecim. « Naturalibus et doctrinalibus iam » quantum licuit scientiis elucidatis . . . ».

Codicis, fol. 200 egregie exarati, ornant titulum littera initialis auropicta, in ventre referens monachum legentem, ac insignia Bessarionis, tribus alatis puerulis recta.

Cod. 94 chart., saec. XV, a. 295, l. 210 [Z. L. CCCCXC]. B.

I. Aristotelis, *metaphysicorum,* libri quatuordecim, a Bessarione card. latine versi. « Omnes homines natura cognoscere de- » siderant, signum autem est sensuum dilectio . . . », f. 5-132.

Praeit *Bessarionis episcopi tusculani, sanctae rom. eccles. cardin. in novam metaphysicorum Aristotelis translationem praefatio ad Alphonsum, sereniss. atque illustr. principem Aragonum, et utriusque Siciliae regem invictissimum,* quam, ideo quod versionis rationes exhibeat, libenter subiicimus.

« Bessarion Alphonso inclyto atque invictissimo regi salutem. » Magnum illum Alexandrum macedonem, inclyte atque invi- » ctissime princeps, editionem metaphysicorum Aristotelis, qui- » bus apprime eruditus fuerat, iniquo animo tulisse memoria » prodiderunt ; cuius rei rationem in litteris, quas ad praecepto- » rem suum Aristotelem dedit, facile expressit : quod scilicet do-

» ctrina ac sapientia potius, quam armis viribusque anteire ce-
» terorum cupiebat. Et quidem merito, cum illud hominis, hoc
» animalis, illud ingenii, hoc corporis sit virtus. Hunc tu, rex
» sapientissime, imitatus, neque armis solum, ac tot tantisque
» victoriis, quibus immortalem tibi gloriam comparasti, conten-
» tus, litteris quoque modo divinis, modo gentilibus, et his cum
» ad sapientiam, tum ad eloquentiam conducentibus, non in pace
» solum, verum et in medio bellorum fervore incumbis, et ita in-
» cumbis ut, cum summus in armis sis, summumque in re militari
» locum teneas, dubium sit quonam magis excellas huiusmodi
» rebus studentibus, armis ne an scientia, potentia an sapientia.
» Cuius rei argumentum est, quod me ut librum metaphysicorum
» Aristotelis tibi latinum facere efflagitasti, et ita efflagitasti ut
» ego tanti principis tam honesto desiderio victus, oblitus fuerim
» mei ipsius, et tantam rem aggressus sim. Quam veteres aggressi
» latini quid fecerint, quove modo in latinum verterint, aliorum
» sit indicium : ita certe verterunt ut opus fuerit et sanctiss. ac
» clementiss. dominum nostrum Nicolaum V pontificem maxi-
» mum, qui omnis scientiae, omnis divinae humanaequae sapien-
» tiae doctissimus, in apostolicam sedem conscendit, quique,
» ut loco et dignitate, ita philosophia, theologia, et omni opti-
» marum scientiarum genere principatum obtinet, viros eligere
» utriusque linguae peritos, qui omnes fere Aristotelis libros de-
» nuo in latinam verterent orationem, et maiestatem tuam ante
» illius in apostolicum tribunal assumptionem a nobis petere, ut
» hunc, de quo loquimur, librum latinum faceremus, quem iam-
» diu a me perfectum tuae sacrae maiestati, rex inclyte, dedicavi.
» Hunc, qualiscumque erit, cum tua serenitas hilari vultu acce-
» perit, non dubito ceteris quoque, ob auctoritatem et dignita-
» tem tuam, acceptum gratumque futurum. Vale feliciter, rex
» invictissime ».

Hanc codicis partem eadem interpretis manu exaratam credimus.

II. D. Hieronymi, *epistolae ad Rufinum monachum,* Praesidium Placentinum, Pammachium, Oceanum episcopum, Paulinum, Thyrasium, Damasum, Chromatium, Heliodorum, Cyprianum, Sumniam et Fretellam, Theophilum, Marcellam virginem

Mauritii filiam, Celantiam, Susannam, Eustochium virginem, Algasiam, Riparium, Apronum. Insunt vel ad eundem, vel ad alios epistolae Paulini et Thyrasii, Damasi, Chromatii et Heliodori, d. Augustini, Theophili, Epiphanii. Interseruntur vero:

a. *Definitio fidei symbolique nicaeni concilii a beato Hieronymo de graeco in latinum translata sermonem,* scilicet *exploratio fidei ad Cyrillum,* quae inc.: « Credimus in unum Deum, patrem » omnipotentem . . . », f. 211-213.

b. *Altercatio Luciferiani et Orthodoxi, a beato Hieronymo edita.* « Proxime accidit ut quidam Luciferi sectator . . . . . . », f. 213-222.

c. *Anastasii romanae urbis episcopi ad Ioannem Ierosolimitanum episcopum, super nomine Rufini haeretici.* « Probatae » quidem affectionis est hoc ut de sacerdote . . . », f. 240-241.

Foliis 245-249 exstant indices **a.** *primae partis epistolarum* [34] *beati Hieronymi ad anachoretas;* **b.** *secundae partis primi libri seu voluminis;* **c.** *epistolarum Augustini ad Hieronymum et Hieronymi ad Augustinum;* **d.** *secundi voluminis epistolarum beati Hieronymi ad mulieres;* **e.** *secundae partis secundi voluminis;* **f.** *tertii voluminis, quo continentur epistolae et alia quaedam opuscula preafulgidi luminaris ecclesiae beatiss. Hieron. presb., ad orthodoxae fidei confirmationem et diversarum haereseon confirmationem pertinentia.* Annoto indicem hunc ad alios codices, quorum nulla hic mentio, se referre.

Cod. 95 membr., saec. XIV, a. 208, l. 230 [L. VI, XLII]. Md.

Aristotelis, *ethicorum, ad Nicomachum, libri decem, Leonardo Aretino interprete.* « Omnis ars et omnis doctrina, similiter » autem et actus et electio bonum quoddam appetere videtur ». Opus pluries editum.

Codex, folior. 54, pluribus postillis marginalibus, praesertim in principio, non una tantum manu appositis, pertinuerat bibliothecae *canonicorum regularium sancti Augustini, commorantium in monasterio sancti Bartholomaei in burgo Pusterlae civitatis Vincentie.*

Cod. 96 membr., saec. XIV, a. 320, l. 222 [L. VI, CXXII]. Mk.

Eiusdem, *ethicorum libri decem, cum commentariis*. Prooemium incip.: « Philosophia in duas divisa partes, dico autem in » theoricam et praticam: circa utramque Aristoteles studuit... »; » textus vero: « Omnis ars et omnis doctrina . . . ».

Commentarii in editionibus Eustratio, Michaeli Ephesio, et Aspasio tribuuntur, etsi in schedula codicis integumento apposita legatur: « Michael Ephesius, in X Aristotelis ethicorum ». Ibidem nota: « Ex dono rev. m. Ioachimi Tur., vicarii generalis Ordinis (1).

Codex foliorum 204 titulum egregie depictum et auratum cum insigniis gentis Turrianae refert.

Cod. 97 membr., saec. XIV, a. 233, l. 153 [L. VI, XLIV]. Ma.

I. Eiusdem, *ethicorum libri*, interprete eodem. « Omnis ars » et omnis doctrina », f. 1-35.

Variae lectiones ex alia interpretatione interlineares et glossae in margine adiectae sunt.

II. —— *problemata* triginta octo, secundum novam translationem. « Propter quid magne superhabundancie egritudina- » les, aut que super habundanciam vel defectum faciunt . . . . », f. 35-77.

Postillae in marginibus et versionis emendationes interlineares perpaucae numerantur. Amanuensis in principio et sub fine, *problemata, librum causarum* appellat.

III. Liber *de arte fidei catholicae*. Opus in quinque libros tribuitur, quorum prior totus deest, secundus magna ex parte. Prima verba sunt: « Summa charitas, humilitas, iustitia, mise- » ricordia perpenduntur in Deo . . . ». Huius vero propositionis

(1) Ioachimus Turrianus venetus, fuit vicarius generalis ordinis Praedicatorum in domo ss. Ioannis et Pauli Venetiis, annis 1487-1500.

explicatio, ut et in reliquis, inc.: « Caritatem, humilitatem et » cetera intelligas in Deo esse, quemadmodum XX primis libris » declaratum est... », f. 97-100.

In operibus d. Augustini desideratur.

IV. S. Augustini, *liber de spiritu et anima,* f. 100-108.

In operibus eius. Venet., 1731, VI, Append., c. 35-64.

V. —— *manuale,* f. 108-113. « Adesto mihi ve- » rum lumen, Deus pater omnipotens, adesto mihi lumen ve- » rum... », f. 108-113.

In codicibus antiquioribus liber *manuale* inscriptum, in editionibus venit nomine: *speculum,* quo reapse exstat in Aug. opp. Ven., 1731, Appendix, c. 145-154.

VI. M. Tullii Ciceronis, *paradoxa* et *de amicitia,* f. 113-122.

Sub fine legitur rhythmus, qui incipit:

« Da nobis Christe quod lector postulat iste »,

desinit vero: « Fer tibi psallentes confessor ad astra clientes ».

VII. D. Augustini, *enchiridion ad Laurentium.* « Dici non » potest, dilectissime fili Laurenti, quantum tua eruditione de- » lecter... », f. 123-135.

In August. opp. Ven., 1731, VI, c. 195-242.

VIII. —— *liber de quaestionibus, ad Orosium.* « Li- » cet multi doctisssimi et probatissimi viri diverso quidem stylo, » sed non diversa fide... », f. 135-141.

Augustino perperam tributus, editus est ibidem VI, Append., c. 7-18, titulo: *Quaestionum sexaginta quinque dialogus, sub titulo Orosii percontantis et Augustini respondentis.*

Rhythmum profero fol. 142.

« Ense necat Paulum par lux, dux, urbs cruce Petrum
» Macro furor Pauli, liber est conversio Pauli.
» Cuspide cultelli perierunt ambo gemelli.
» Amne puer, mater fune, dolore pater.
» Urbis in omne latus resonat campana senatus ».

Codicem dono dedit coenobio s. Ioannis in Viridario B. de Lignamine, episc. concordiensis, anno 1455.

Cod. 98 membr., saec. XV, a. 265, l. 170 [L. VI, CCLI]. Mr.

I. Aristotelis, *ethicorum libri, interprete eodem.*

Praeeunt littera dedicationis *politicorum* Aristotelis Nicolao pp. V, ac prooemium : *Aristotelis ethicorum libros,* f. 2-134.

II. —— *oeconomicorum liber primus, eodem interprete,* cum supplemento : *Probam mulierem omnibus* ec. Praeit Aretini prologus ad Cosmam Medicem florentinum : « Preciosa sunt in» terdum parvi corporis [munuscula], quod lapilli gemmaeque » testantur . . . ». Aristotelis autem textus : « Res familiaris et » respublica inter se differunt, non solum quantum domus et ci» vitas . . . », f. 134-140.

Sub fine legitur : « Expletus est per me Iacobinum San» gallum de Bergamo ».

Codex litteris librorum initialibus egregie pictis, habet a principio insignia familiae Lauredanae.

Cod. 99 membr., saec. XV, a. 259, l. 169 [L. VI, XL]. Mc.

Eiusdem, *ethica ad Nicomachum, interprete eodem.*

Latinus interpres dicat *isagogicon moralis philosophiae,* quod inc. : « Sic ut vivendi, Galeote, sic etiam bene vivendi cura no» bis esset . . . . » *ad Galeotum Ricasolanum,* f. 1-2, cui aliquid *tradere conatur* quod sit *quasi introductio ac evidentia quaedam eius disciplinae quo paratior ad illam percipiendam queas accedere:* haec isagoge inc. : « Prima igitur huius disciplinae consideratio » mihi videri solet, an quid sit extremum et finis in rebus hu» manis . . . », f. 2-10.

Sequitur *praemissio quaedam ad evidentiam novae translationis Aristotelis Leonardi Aretini,* de qua sic auctor : « Aristo» telis ethicorum libros facere latinos institui, non quia prius » traducti non essent, sed quia sic traducti erant ut barbari ma» gis quam latini effecti viderentur », f. 11-13. Ulterius nova eiusdem praefatio occurrit *ad beatissimum patrem Martinum papam quintum* (1), quae inc. : « Non novum esse constat, beat. pa-

(1) Nicolaum nempe pp. quintum, cui Aretinus *politicorum* versionem

» ter, sed iam inde ab antiquis frequentissime usitatum... », f. 14.

Textus libri primi inc. : « Omnis ars . . . ».

Codex, fol. 13, belle exscriptus, habet postillas non infrequentes in marginibus et latinas et graecas litteras initiales tum tractationum Aretini, tum librorum auratas, cum picturis per nexus elegantiores expressis, prima avulsa. Folio extremo lego : *Est mei Antonii Becariae veronensis.*

Cod. 100 chart., 1491, a. 243, l. 166 [L. VI, CCXLIV].

Aristotelis, *ethicorum liber, ex Leonardo Aretino traductus primus foeliciter incipit.*

Sub fine scripsit amanuensis :

« Haec quicumque legis, memori sub pectore conde,
» Optima namque tenet hic monumenta liber ».

Postillae occurrunt rariores, multo plures verborum explicationes inter lineas.

Codicem, folior. 90, *Antonius Laurus sacerdos venetus sexto idus ianuarii* 1491 *finivit, primaque vigilia noctis, cometa crinita apparente, sereno celo spectantibus omnibus.* Anonymus alemannus possedit codicem de quo folio extremo scripsit: *Vermerrkt das die karten so geschriben sint von ainem pis auff* 90 *sint abgeschriben.*

Cod. 101 membr., saec. XIV, a. 349, l. 232 [L. VI, XIX]. Ma.

Incipit commentum fratris Alberti, ordinis Praedicatorum, quondam episcopi ratisponensis, super ethicam Aristotelis. Libri decem. « Cum omnis scientia sit de numero bonorum et hono» rabilium, tamen quando una comparatur ad alteram . . . ».

Codicem, folior. 177, cum litteris initialibus omnibus et titulo minio coloratis, prima autem primi libri auro picta, cum in-

nuncupavit. Martinum enim demortuum nuntiant verba prooemii : « Nam » cum per vacacionem apostolicae sedis nuper in constantiensi concilio sub» secutam . . . ».

signiis Ioanni Marchanovae [Vide L. VI, LXXII, CLX] hic dono dedit coenobio s. Ioannis in Viridario, a. 1467.

Cod. 102 membr., saec. XIV, a. 317, l. 232 [L. VI, LXXXVIII]. Ma.

Gualteri Burlaei, *in Aristotelis ethicorum libros decem, quaestiones.*

Auctor, *sacrae paginae humilis professor in florida universitate parisiensi,* opus nuncupat episcopo dunelmensi [Ricardo]: « Etsi multorum scriptorum in disciplina morali commendatarios vestra sollicitudo studiosa perlegerit . . . ». Prologus inc.: « Inde quum super sex primos libros ethicorum diffusius alias memini me scripsisse, nec completo opere super quatuor ultimis libris, revertor ad scribendum . . . . ». Sic autem materies distributa: « In exponendo vero textum, dividam quemlibet librum in tractatus, et tractatus in capitula, et capitula in partes et partes in particulas ». Finem cuiusque libri uberrimi indices excipiunt; decimo tamen desunt *tituli quaestionum.*

Walteri seu Gualteri de Burlaei, vel Burlaei anglicani hoc opus desideratur in syllabo a Roberto Watt dato (1).

Ricardus d. Bury seu Ricardus tantum, ordin. Praedicator. habet edita opera plura in Biblia.

Codicem foliorum 247, cum litteris initialibus, titulis et numero librorum rubricatis, scripsit quidam monachus, quod coniicio ex subscriptione libri quinti: *Vinum scriptori debetur de meliori.* Titulum conspicuum faciunt ornamenta auropicta, ac in littera initiali Burlaeus discipulis praelegens. Secundo folio expressa sunt insignia Ioannis Marchanovae, qui volumen, a. 1440 sibi coemptum, reliquit a. 1467 coenobio s. Ioannis in Viridario.

Cod. 103 membr.-chart., 1395-1396, a. 320, l. 234 [Z. L. CCLXII]. B.

I. Ioannis Buridani, *compendium librorum decem Aristotelis super ethica Nicomachea.* « Omnis ars et omnis intellectus et

(1) *Bibliotheca britannica.* Edinburgh, 1824. *Authors.*

» sollicitudo vel propositum et quaelibet accionum et omnis ele-
» cio . . . », f. 4-15.

Ad extremum: « Finitus et completus anno Dom. 1391, » die 17 mensis iunii ».

II. Eiusdem, *expositiones in eos libros*. Prooemium incip.: « Unitatis et nobilitatis excellentiam philosophiae moralis ex- » tollit Aristoteles secundo ethicorum, cum dicit eam esse, non » contemplationis gratia . . . . . »; textus vero: « *Omnis ars et » omnis disciplina*. Iste est liber ethicorum Aristotelis, in quo » determinat de iis quae pertinent ad regimen unius... », f. 16-83.

Sub fine: « Et sic sit finis sententiae conclusivae totalis » libri *ethicorum* Aristotelis, secundum magistrum Ioannem Bu- » ridanum doctorem solemnissimum et complete per me H. cle- » ricum coloniensis diocesis almannum, anno incarnat. 1394, die » 21 mensis octobris, hora 23, in domo filiorum quondam ma- » gistri Iofredi Ferrariae ».

III. *Elenchus quaestionum* [eiusdem Buridani] *ordinatarum per me Blasium de Parma*, f. 83-84.

IV. *Tabula quaestionum Ioannis Buridani, super decem libris ethicorum*, f. 86-90.

Amanuensis colophonem imposuit:

« Scribere qui nescit, nullum putat esse laborem.
» Tres digiti scribunt, totum corpusque laborat ».

V. Ioannis Buridani, *quaestiones super decem libris Aristotelis super ethica Nicomachea*. Idem prooemium, paucis mutatis, ac numero II. Textus quaestionum inc.: « Ut ergo habent ordi- » nem, observemus et incipiemus a libro ethicorum, et primo in » generali quaeremus . . . », f. 90-357.

Folio 357 lego: « Expliciunt quaestiones viri famosissimi » Ioannis Buridan, super toto libro Aristotelis *ethicorum*, anno » Dom. 1395, 10 die mensis novembris, ad laudem . . . et sancti » Martini, cuius erat vigilia, p. H. theotonicum clericum colo- » niensis diocesis, in domo fratrum Benedicti et Nycolay de ta- » bula ferrata ».

VI. *Quaedam conclusiones de libro primo Aristotelis*. « Quod » est dare aliquem ultimum finem, in quo est beatitudo . . . . . », f. 388-494.

Conclusiones sunt, non tantum de primo, quam de decem *ethicorum* libris, nec non *rhetoricorum* et *politicorum*.

Buridanus Bethuniensis Artesius, Guilelmi Ochami, angli discipulus, philosophus pro aetate subtilis artes liberales professus est, saeculo dimidio decimo quarto Parisiis, unde a *nominalium* adversariis pulsus, Germaniam concessit. Hoc, ut cetera eius in Aristotelem opera, pluries edita sunt in Gallia et Anglia.

VII. *Tractatus de podagra,* capitulis duodecim. « De causis » podagre et artetice. Primo sciendum est quod causa podagre et » artetice passionis . . . », f. 394-398.

Opellae historiam illustrant quae in prooemio prolata sunt: « Intencio huius tractatus est regulas seu canones utiles et spe- » ciales brevibus capitulis comprehendere ad praeservationem et » curacionem artetice passionis, ad communem quidem utilita- » tem, praecipue tamen ad conservacionem salutis domini mei » et venerabilis patris episcopi paduani . . . ».

Finit: « Expletum per manus Heymonis van dem Haghe, « clerici coloniensis diocesis, anno incarnac. . . . . . . 1396, die 5 » mensis maii ».

Primo et ultimo folio occurrunt nomina notariorum qui, transcriptione inspecta, bonam esse confirmant: « 1397, 28 se- » ptembr. Constantinus — De Strappis notarius subscripsit ».

Cod. 104 chart., saec. XV, a. 835, l. 230 [L. VI, LXXVIII]. Mb.

Donati Acciaioli, *expositio in libros decem ethicorum Aristotelis, ex versione Ioannis Argyropuli, bizantii.* Dedicatio incip.: « Cum post interitum quorundam doctissimorum hominum, stu- » dia florentina magna ex parte remissa viderentur . . . »; textus » vero: « Antea quam aggrediamur expositionem libri moralium, » non inutile erit . . . ».

Auctor, *Accierolus* quoque appellatus, florentinus, ab anno 1456 notus, obiit Mediolani in legatione, a. 1473. Argyropuli, quem summe laudat, auditor, cum huius versionem ethicorum Cosmae Medices ac filio Petro acceptam referri novisset, illi expositionem nuncupat, a. 1478 Florentiae apud sanctum Iacobum de Ripoli impressam.

Codex, fol. 270, *a monasterio s. Leonardi sito apud Veronam, in quo Deo famulantur canonici regulares s. Augustini observantiae,* ad eiusdem ordinis s. Salvatoris de Candiana desciserat.

Cod. 105 chart., saec. XVI, a. 210, l. 150 [L. VI, CXLVII]. E.

I. *Praelectiones in libros ethicorum Nicomacheorum Aristotelis.* « Antequam ad declarationem verborum descendamus, pri» mum prologomena quaedam praefigam . . . », f. 1-43.

Ex decem, sex tantum primi libri, in capitula distributi, excussi sunt.

II. Octaviani Manini, utinensis *carmen de Laudibus Sixti pp. V,* iam editum inter eius carmina. Venetiis, 1613, 4.°, p. 14.

Cod. 108 membr., saec. XIV, a. 298, l. 208 [Z. L. CCXXXVI].

Aristotelis, *politicorum* libri octo. « Quoniam omnem civi» tatem videmus communitatem quandam existentem . . . . . », folia 41.

Textus occurrit universus, sine postillis, his sub fine notatis « reliqua huius operis in greco nondum inveniri ».

Cod. 107 chart., saec. XV, a. 398, l. 285 [L. VI, XCI]. Ma.

Gualteri Burlaey, *expositio in octo libros politicorum Aristotelis,* cum principiis capitulorum.

Auctoris dedicatio Ricardo dunelmensis sedis episcopo inc.: « Requisivit me vestra paternitas reverenda ut librum politico» rum Aristotelis explanarem . . . » ; textus vero : « Novem sunt » quaestiones principales motae et solutae in isto primo libro... ». Habes quoque L. XI, I.

Codicem, folior. 83, legavit coenobio s. Ioannis in Viridario Ioannes Marchanova a. 1467.

Cod. 108 membr., saec. XIV, a. 304, l. 226 [L. VI, XLVI].

Aristotelis, *oeconomicorum* liber primus. « Oeconomica et » politica differunt, non solum tantum quantum domus et civitas, » haec quidem enim subiecta sunt eis ... ».

Codex, folior. 14, habet postillas marginales ac emendationes interlineares antiquae versionis.

Cod. 109 chart., 1466, a. 198, l. 140 [L. VI, CXXXV]. Ma.

I. Platonis, *epistolae, Leonardo Aretino interprete*. Praefatio ad Cosmam Medicem inc.: « Inter clamosos strepitus negotio- » rumque procellas, quibus florentina palatia ... », f. 1-3; epistolarum argumentum: « Ter Syracusas profectus est Plato ... », f. 3-4; prima ex duodecim epistolis: « Ego tam longa vobis » opere assiduitateque impensa ... », f. 5-52.

Sub fine legitur: « Opus absolutum ad petitionem Ioannis Marchanovae, artium et medicinae doctoris patavini, anno gratiae MCCCCLXVI, Bononiae.

Decem Platonis epistolis duae Dionis Syracusani insertae sunt, quemadmodum tum in codicibus manuscriptis, tum in editionibus fieri consuevit. Aretini interpretationem typis editam vidi nunquam, etsi Hoffmannus in *Lexico bibliographico* editionem nuntiet parisiensem, per Ulricum Gering, Matthaeum Crantz et Michaelem Friburgerum, sine anno [1470 ?] foliorum 52. At epistolam qua interpres Cosmae Mediceo opus inscripsit, Quirinus cardinalis dedit in epistola ad Montfauconium, an. 1471 scripta, in qua de Platonis epistolis disserit; denuo autem emendationem protulit Zacharias in *Bibliotheca pistoriensi*, p. 41.

II. Prudentii, hymni duo, scilicet *passio sancti Hyppoliti*, et *de loco in quo martyrium perpetratum et in baptisterium converso*. Absque nomine auctoris, ut et carmina quae sequuntur, f. 53-59.

III. Lactantii, uti fertur, *carmen de passione salvatoris nostri*, f. 59-61.

IV. *Carmen lugubre in dominicam passionem.* Inc.:

« Si qua tibi pietas, si pectus molle animusque
» Mitis et hircana cor feritate carens »,

f. 61-62.

V. Venantii Fortunati, carmina sex, nempe: 1. *epitaphium Euphrasiae*; 2. *epitaphium Vilitutae*; 3. *versus editi in mensa, in villa s. Martini*; 4. *ad Sigobaldum comitem quod pauperes pro rege paverit*; 5. *ad Childebertum regem et Brunechildem reginam, de natali s. Martini, episcopi turonensis*; 6. *ad eosdem laudando,* f. 62-70. Exstant in editione romana, I, pag. 151, 146, 360, 367, 351, 353.

VII. *Ex chronica Marcellini.* Prooemium inc.: « Post miran- » dum opus quod a mundi fabrica . . . », f. 79-104.

Licet tantummodo excerpta de Marcellini chronico titulus indigitare videatur, fere tamen totum illud exstat, ab initio ad annum 547, a librario tamen haud satis accurato exaratum. Ad annum 392 de divo Hieronymo pro iis, quae vulgatus Marcellini textus habet, ea insunt quae initio operis Gennadii de scriptoribus ecclesiasticis in *bibliotheca ecclesiastica* Fabricii posita sunt, ex alio tamen, uti quidem videtur, opere translata. Initium, *Hieronymus noster litteris graecis.*

Accedunt *epilogismi* annorum iidem, quos Panvinius post Marcellini chronicon edidit, Sirmondus autem omnino praetermisit, f. 104-105.

Sub fine eadem inscriptio legitur, quae fol. 52, anno tamen MCCCCLXV.

Cod. 110 membr., saec. XV, a. 194, l. 190 [Z. L. CDXVIII]. B.

I. M. Tulli Ciceronis, *de legibus libri tres.* « Lucus quidem » ille et haec Arpinatium quercus agnoscitur saepe . . . . . . », f. 1-35.

II. —— *academicarum quaestionum liber primus et secundus,* f. 36-71.

Est liber secundus *Lucullus* et *Hortensius* appellatus, falso in duos divisus.

III. —— *topica, ad Caium Trebatium.* « Maiores

» nos res scribere ingressos, C. Trebati, et iis libris ... ». Praeit epistola Trebatio : « Vide quanti apud me sis, etsi iure id qui» dem, non enim amore te vinco ... », f. 71-85.

IV. *Ex topicis Boetii est quod sequitur. Lege feliciter.* « Si quis » huius operis titulum diligens examinator inspiciat quom ... », f. 85-93.

Est liber quartus *de differentiis topicis.*

V. M. Tullii Ciceronis, *partitiones oratoriae* seu *de partitione rhetoricae, sub dialogo incipit.* « Cic. ad Marcum [in edition. *Ci*» *cero filius*]. Studeo, mi pater, latine ex te audire ea quae mihi » tu ... », f. 94-114.

Sub fine legitur : *Finis de oratore minori.*

VI. —— *de fato, ad Hirtium consulem romanum liber.* « Quoniam pertinet ad mores quos *ethos* vocant illi, » nos eam partem ... », f. 114-124.

Eadem desunt in fine quae in editionibus.

VII. Quinti Tullii Ciceronis, *ad M. Fratrem, commentariolum de petitione consulatus.* « Etsi tibi omnia suppetunt quae conse» qui ingenio aut usu homines ... », f. 124-133.

Ex schedis cl. Morellii deprehendo eum anno 1790 *commentarioli* editionem, Altorfii a. 1720 datam, in quodam lipsiensi catalogo vidisse, sic annotatam : « Exemplar diligenter collatum » cum cod. ms. [418] ex bibliotheca d. Marci Venetiarum et cum » prima Aldi editione a Vincentio [sic] Patarol ».

Serius [1732] prelo subiecit opusculum, cum adnotationibus et italica interpretatione, Iacobus Facciolatus Patavii.

VIII. *Somnium Scipionis ex M. Tullii Ciceronis sexto reipublicae libro excerptum.* « Cum in Africam venissem, Annio Man» lio consulae, ad quartam legionem ... », f. 133-137.

A capitulo quarto ad finem : desiderantur quae in editionibus praecedunt fragmenta.

Fragmentum sexti libri *de republica* a Macrobio servatum qui plenum in idem scripsit commentarium duobus libris comprehensum.

Folio extremo legitur : « Istud volumen in quo nonnulla M. » Tullii Ciceronis opera continentur, scriptum est per me Domi» nicum Ferrum, parmensem, iuris pontificii studiosum ».

Codex praestat membranae pulchritudine, scripturae nitore, librorum litterarum initialium pictura.

Cod. 111 membr., saec. XV, a. 145, l. 92 [L. VI, CCIII]. O.

I. Eiusdem, *de legibus libri tres,* f. 1-35.

Nomina disserentium desiderantur.

II. —— *somnium Scipionis,* f. 93-104.

De scriptione codicis haec in calce: « Ob reverentiam Lucii » qui inceperat [primum de legibus librum scripsit] Marinus To- » macellus absolvi fecit amicis aeque ac sibi ». Litterae librorum initiales auro pictae cum ornamentis, ac insigniis familiae venetae Baseggio. Notae a principio occurrunt: *duobus ducatis cum dimidio — Ex libris Francisci Thomasii de Colle vallis Elsae — Rodulphi Thomasii collensis — A. C. M. Donum Rainerii Collarinii, chirurgi volaterrani, IX iun.* 1747.

Cod. 112 chart., saec. XV, a. 212, l. 151 [L. VI, CXVIII]. Mb.

I. Eiusdem, *de legibus libri tres,* f. 1-41.

II. Aristotelis, *rhetorica ad Alexandrum* regem, Francisco Philelpho interprete.

« Aristoteles Alexandro: Cum tuis litteris factus certior, » nonnullos ad nos saepe misisses, qui ut civilium causarum » praecepta ad te perscriberem, ab me peterem »; textus autem: « tria sunt genera civilium causarum, deliberativum, demonstra- » tivum, iudiciale . . . », f. 47-86.

Deest, quae praeit in textu edito, dedicatio Philelphi, cui referendam censeo loci ac temporis indicationem sub fine inscriptam: « Ex Bononia, 1418, XII kal. octobris ».

Cod. 113 membr., saec. XV, a. 253, l. 174 [L. VI, CXVII]. Ye.

M. T. Ciceronis, *de finibus bonorum et malorum, libris quinque.*

Codicem emendatae lectionis, folior. 101, in usum familiae patavinae Zabarellae descriptum titulus egregie depictus cum eius

gentis insigniis, virorum, puerulorum, leonum, leporis, avium, serpentis imaginibus commendat. Volumen dono obtulit Iacobus Zabarella iunior Octavio Ferrario praefecto, post annum 1640, bibliothecae patavinae, ex qua anno 1791 nostrae accessit.

Cod. 114 membr., saec. XV, a. 260, l. 181 [Z. L. CCCCXII].

I. Eiusdem, *de finibus bonorum et malorum, libri quinque,* f. 1-77.

II. —— *de academicis quaestionibus, liber secundus,* seu *liber qui intitulatur Hortensius* [*Lucullus* quandoque], f. 78-119.

Opellam, ut ex codice quoque 418, contulit Ioannes Franciscus Conradus ab Allio in : *Ciceronis academica, ex codd. mss. Bessarionis et Recanati, ceterorumque mss. quos vidit Lambinus, Turnebus, Manutius, Gruterus, alii, ad veram lectionem restituta, argumentis et notis criticis illustrata ab Io.* ec. Londres, 1740, 8.° – Parisiis, 1796.

Elegantia litterae initialis pictae cuiusque operis omnem excedit laudem.

Cod. 115 membr., saec. XV, a. 314, l. 183 [Z. L. CCCCXI]. B.

I. Eiusdem, *de finibus bonorum et malorum, libri quinque,* f. 1-113.

II. —— *tusculanarum quaestionum, libri quinque,* f. 114-230.

Codicem bonae notae commendant membranae tenuiores et teretes, scriptura elegans, picturae litterarum initialium, ac praesertim tituli, cum insigniis cardinalis Bessarionis, qui volumen exscribendum curavit.

Cod. 116 membr., saec. XV, a. 246, l. 153 [L. VI, CCIV[b]]. O.

Eiusdem, *tusculanarum disputationum, libri quinque.*

Habitus codicis amanuensem imperitum nuntiat : folia sunt 128, quibus primum avulsum est, littera initiali picta, puto, con-

spicuum, quod ex quatuor reliquorum librorum mirificae artis coniicio.

Cod. 117 chart., saec. XV, a. 240, l. 167 [L. VI, LXXVII]. N.

Eiusdem, *tusculanarum quaestionum, libri quinque.* « Cum » defensionum laboribus, senatoriisque muneribus, aut omnino » aut magna ex parte aliquando liberatus essem . . . ».

Praeit librorum silva.

« Primus de morte contemnenda.

» Secundus de mortis tolerando dolore.

» Tertius de egritudine lenienda.

» Quartus de reliquis animi perturbationibus.

» Quintus eum complexus est qui totam philosophiam ma- » xime illustrat, docet etenim ad bene beateque vivendum virtu- » tem se ipsa contentam esse ».

Codex, folior. 115, perspicuitate maxima descriptus est.

Cod. 118 membr., saec. XV, a. 260, l. 180 [Z. L. CCCCXIV]. B.

I. Eiusdem, *de natura Deorum, ad M. Iunium Brutum, libri tres.* « Cum multae res in philosophia nequaquam satis adhuc » explicatae sint . . . », f. 1-70.

II. —— *ad M. filium, de officiis,* libri tres. « Quanquam » te, Marce fili, annum iam audientem Cratippum... », f. 71-140.

Codex, etsi belle tereti membrana exscriptus, pluribus scatet mendis.

Cod. 119 chart., 1440, a. 208, l. 140 [L. VI, CXV]. F.

Eiusdem, *de officiis libri tres.*

Folio primo occurrit *tabula,* non absoluta, *ad inveniendum rubricas in libro Marci Tullii Ciceronis de officiis,* secundo vero et tertio *versus duodecim sapientum Basilii, Asmenii, Liomanii, Euforbii, Iuliani, Hialasii, Palladii, Asclemadis, Eustemii, Pompeliani, Maximini, Vitalis, positi in epitaphio Marci Tullii Ciceronis.* Do Basilii :

« Hic iacet Arpinas manibus tumulatus amici,
» Qui fuit orator summus et eximius.
» Quem nece crudeli mactavit civis et hostis
» Vulnere nempe tuo Ciceronem conficis. at te
» Tullius aeternis vulneribus lacerat ».

Ornamenta ex imagine philosophi in cathedra praelegentis, ac belluarum, conspicuos reddunt et margines et litteram initialem. Sub fine legitur : *Nicolaus Marci Petri filius, Dalmata Spalatinus scripsit sibi et suis, a. d.* 1440.

Codex habet folia 101.

Cod. 120 membr., saec. XV, a. 246, l. 174 [L. VI, CXVI]. X.

Eiusdem, *de officiis, ad Marcum filium, libri tres.*

Sub fine rubris characteribus annotatur: « Paduae in domo » domini Ludovici de Buçacharenis, liber scriptus per me Nico- » laum, filium quondam Iohannis de Bononia ». Principio vero legitur epistola scriptoris coaevi : « Baptista Bevilaqua suo dul- » cissimo Georgio plur. sal. dicit. Quem Cicero de officiis ad Mar- » cum filium, ut eum praeceptis institutisque optimis imbueret, » scripsit, hunc itidem ad te, ut filium mitto; eoque libentius, » quo non solum ex ipsius assidua lectione, te in dies et doctio- » rem et meliorem fieri mihi persuaserim, sed etiam hoc quod- » dam ut pignus, meique erga te singularis amoris perpetuum ut » monumentum sit, a me doneris. Vale, mi Georgi. Ex Padua, » III idus novembris, 1425 ». Item manus coaeva scripsit ad extremum narrationem pluries editam *de effigie Iesu Christi salvatoris nostri. Temporibus Octaviani Caesaris* ec.

Codicem, foliorum 62, litterae initiales pictae, auro illito, exornant.

Cod. 121 chart., saec. XV, a. 294, l. 222 [L. VI, CXIV]. F.

Eiusdem, *de officiis, libri tres.*

Codex, folior. 46, cum notis marginalibus, rerum pertractatarum indolem et distributionem indicantibus, sub fine inscriptus est: *Ego Iacobus de Gavardis,* monogrammate praeposito.

Cod. 122 membr., saec. XV, a. 172, l. 117 [L. VI, XCVIII]. N.

Eiusdem, *de officiis, libri tres.*

Codex, initio mutilus, foliorum 72, bonae satis lectionis.

Cod. 123 membr., saec. XV, a. 207, l. 140 [Z. L. CCCCXV]. B.

I. Eiusdem, *de officiis, libri tres,* praeposito indice, f. 2-95.

II. C. Crispi Sallustii, *invectiva in M. T. Ciceronem.* « Gra- » viter et iniquo animo maledicta tua paterer, M. T., si te scirem » iudicio . . . », f. 96-97.

III. M. T. Ciceronis, *responsum.* « Ea demum magna volu- » ptas est, Crispe Sallusti, aequalem ac parem verbis vitam... », f. 97-101.

Invectiva utraque et Sallustii et Ciceronis supposita est.

IV. —— *Laelius, vel de amicitia, ad T. Pomponium Atticum,* f. 101-123.

Codex tereti membrana, cum rubricis, belle exscriptus est.

Cod. 124 membr., saec. XV, a. 210, l. 137 [L. VI, L]. N.

Eiusdem, *officiorum.*

Codex, foliorum 133, cum librorum trium litteris initialibus auro pictis. Ad finem nomina occurrunt *Thaddei Quirini, Bartholomaei, Antonii de Bonis de trenta de octobrio* 1447. Legitur quoque manu coaeva : *Gasparis Malcesini veronensis codex.*

Cod. 125 chart., saec. XVI, a. 213, l. 145 [Z. L. CCCCXIII]. E.

I. Eiusdem, *de officiis, ad M. filium studentem Athenis*, f. 2-119.

II. —— *epistola ad Quintum fratrem.* « Etsi non du- » bitabam quin hanc epistolam multi nuncii, fama denique es- » set . . . », f. 120-129.

Epistola, prima in editis ad Quintum fratrem, mutila desinit verbis erratis : « Etenim in promerendo ut tibi tanti honores

» haberentur quanti haud an nemini, fuisti omnium diligentissi- » mus, multo maius in his honoribus tuendis ».

Cod. 126 chart., saec. XV, a. 242, l. 170 [L. VI, XCIII]. Mk.

Collectae in officia Ciceronis, secundum Guarinum Veronensem, libri tres. « Cicero praebuit nobis in operibus suis duplicem dicendi scilicet et recte vivendi . . . ».

De opere altum historicorum silentium.

Codex, foliorum 85, ligneis tabulis antiquis, corio purpureo obductis, compactus est.

Cod. 127 membr., saec. XIII, a. 176, l. 113 [L. VI, CCVI]. O.

Liber Tullii de amicitia, qui intitulatur Laelius, ut patet libro secundo de officiis. « Quintus Mutius augur Scaevola multa » narrare de Gaio Laelio, socero suo . . . ».

Textui mendose scripto, sine ulla partitione, glossae sociantur plures interlineares et marginales.

Codex foliorum 24: extremis 21-24 occurrunt observata quaedam grammatica et moralia tum prosa oratione, tum carminibus.

Cod. 128 membr., saec. XIV, a. 210, l. 153 [Z. L. CCCCXVII]. E.

M. T. Ciceronis, *Laelius sive de amicitia dialogus, ad T. Pomponium Atticum.*

Codex, duplici manu exscriptus, habet folia 29.

Cod. 129 chart., saec. XV, a. 274, l. 179 [L. VI, CXX]. X.

Eiusdem, *de senectute.* « O Tite, si quid ego adiuro curamve » levasso . . . ».

Codex bonae notae habet folia 50.

Cod. 130 membr., saec. XIV, a. 202, l. 144 [L. VI, CCLIX].

I. Eiusdem, *ad T. Atticum, civem romanum, liber unicus de amicitia, per dialogum,* f. 1-38.

II. —— *paradoxorum, contra M. Antonium, liber unicus.* « Animadverti ego, Brute, saepe Catonem avunculum tuum, cum » in senatu sententiam . . . », f. 38-47.

III. —— *de somno Scipionis, liber unicus,* f. 47-51.

IV. —— *liber unicus academicorum posteriorum, per dialogos.* « In Cumano nuper, quum mecum Atticus noster esset, » nuntiatum est nobis . . . », f. 52-60.

Est liber primus *ad M. Terentium Varronem,* mutilus in fine, ut in editionibus.

Cod. 131 chart., 1471, a. 206, l. 137 [L. VI, XCII]. N.

I. Eiusdem, *de amicitia ad Atticum liber,* f. 1-23.

II. —— *de paradoxis liber,* f. 31-40.

III. —— *de senectute liber,* f. 41-68.

IV. —— *somnium Scipionis,* f. 69-75.

Sub fine notus rhythmus :

« Qui scribit scribat, semper cum Domino vivat.
» Vivat in coelis aloisius cum Christo fidelis ».
« Ego Aluisius Christophori scripsi hunc librum.
» Cur me ficus alat et pascar dulcibus uvis
» Cur nomen potius non dedit uva mihi ».

V. Plutarchi, *vita M. Antonii, interprete Leonardo Aretino, ad Coluccium Salutatum prologus. Luisius.* « Marci Antonii vi- » tam multiplici ac varia hystoriarum serie contextam . . . . » ; textus autem : « Marco Antonio avus fuit Antonius orator, quem » syllanas partes secutum . . . », f. 77-143.

Folio extremo haec insunt : « Scripta vita M. Antonii et » completa Pisis per me luisium, 1471, die 27 ianuarii, more » pisano ».

« Scribere qui nescit, nullum putat esse laborem.
» Scribere qui scit, nullum putat esse maiorem ».
Infra : « Iste est ad usum fratris Ludovici de Barga ».

Cod. 132 membr., saec. XV, a. 198, l. 140 [L. VI, CCVII]. O.

I. M. T. Ciceronis, *de amicitia,* f. 1-32.
II. —— *de paradoxis,* f. 33-47.
Liber in fine mutilus, folio abscisso.
III. —— *somnus Scipionis,* f. 48-55.
Operculum interius inscriptum : *donum Collarinii.*
Trium opellarum litteras initiales exornant diagrammata coloribus et auro conspicua.

Cod. 133 membr., saec. XV, a. 189, l. 136 [L. VI, CCV]. O.

I. Eiusdem, *de senectute,* f. 2-24.
II. —— *de amicitia,* f. 24-49.
III. —— *paradoxa,* f. 49-60.
Folio primo legitur : « Die decima nona decembris, circa » occasum solis, quae fuit dies sabbati, Romae in ponte Sancti » angeli inventi sunt homines necati pressura centum nonaginta » sex, qui pro incognitis erant relicti. Creditum est plus tercen» tis periisse, multi in flumine praecipitati qui in spondis seces» serant, multi postridie et proximis diebus ex ea pressura con» tusi passim defecere, ut sit numerus occisorum maior quam » quisque possit existimare : iuvenes, viri, senes, matronae, puel» lae, nobiles, ignobiles, omnis aetatis, sexus, conditionis defecere. » Res digna memoratu ».

In tegumento lego : A. K. M. I. Γεντιλίȣ δῶρον β. μαρτ. αψλζ, scilicet *Antonio Cocchio Mucellano medico Gentilis donum,* 2 *martii,* 1736. Librum iamdiu Leoni Baptistae Alberti pertinuisse Iacobus Morellius testatur (1).

(1) Codices mss. lat. biblioth. Nanianae, p. 45.

Cod. 134 membr., saec. XV, a. 188, l. 130 [L. VI, CXIX]. Ma.

I. Eiusdem, *de senectute, dialogus ad T. Pomp. Atticum*, f. 2-21.

II. —— *de amicitia*, f. 21-44.

III. —— *paradoxa*, f. 45-56.

Sub fine: « Ego Franciscus filius magistri Nicolai Ciroiçi » de Asillo scripsi hunc Tullium, currente an. Domini 1470, in- » dicione tercia, die XXII marcii ». Folio extremo lego: « Iesus, » 1473, di XI zenaro » ; primo autem : « Hic liber est ad usum » domni Hieronymi Tarvisini et post mortem, monasterii san- » ctorum Deodati et Martini extra Tarvisium ».

Cod. 135 membr., saec. XV, a. 213, l. 144 [Z. L. CCCCXVI]. E.

I. Eiusdem, *de amicitia, dialogus ad T. Pomponium Atticum*, f. 1-21.

II. —— *de senectute dialogus, ad eundem*, f. 21-39.

III. —— *paradoxa Stoicorum, ad M. Brutum*, f. 39-47.

Litterae tres librorum initiales floribus et auro pinguntur. Deest folium extremum. Lectio generatim prava.

Cod. 136 chart., 1467, a. 294, l. 184 [Z. L. CCCCXXVI].

Eiusdem, *epistolarum ad familiares libri sexdecim.*

Sub fine, fol. 168 inscribitur: « M. T. Ciceronis epistolarum » liber XVI et ultimus explicit, absolutus Rocchae, die Iovis, 23 » iunii, 1467, hora ultima diei, sole iam demerso . . . ».

Titulus, diagrammatibus pictis, refert epigraphen litteris aureis, insignia gentis quam ignoro, ut et principia librorum litteras initiales auropictas.

Cod. 137 membr., saec. XVIII, a. 238, l. 176 [L. VI, XI]. N.

Eiusdem, *de consolatione.* « Quanquam recentibus morbis » medicinam adhibere vetant sapientes . . . ».

Nemo est qui nesciat Ciceronem opus *de consolatione* vel *de luctu minuendo,* propter filiam amissam, exarasse, quod in Tusculanis ipse testatur: « Ægritudinis sedatio et hesterna dispu» tatione explicata est, et in *consolationis libro,* quem in medio » [non enim sapientes eramus] maerore et dolore conscripsimus ». Cum deperditae opellae fragmenta tantummodo superessent, fuit qui saeculo decimosexto, Ciceroni, qua primum repertum, tribuit ac edidit. *M. Tullii Ciceronis consolatio. Liber quo se ipsum de filiae morte consolatus est, nunc primum repertus et in lucem editus.* Venetiis, 1583, fol. 88, 16.° — Placentiae, 1583, p. 136, 16.° Antonius Riccobonus in eiusdem *fragmentis a Carolo Sigonio et Andrea Patritio* expositis [Lugduni, 1584, p. 304, 16.°] librum *de consolatione* Ciceronis non esse ostendit. Sigonium auctorem innuit Wolfius in praefat. ad orationes IV Ciceronis. Berolini, 1801, p. XXI. « Nuper Blacklockus quidam Britannos docuit » *consolationem* istam a Sigonio conscriptam ad Ciceronis aucto» ritatem referre ». Quod confirmant a Tiraboschio enarrata de opere, et de eodem hoc codice, sibi misso a comite bergomensi Iosepho Beltramelli, in *Storia della letteratura italiana.* Modena, 1787, I, p. 314-315.

Amanuensis scripturam saeculi decimiquarti male imitatus, dedit exemplum primae ex quatuor partibus, ita erratis ac verborum mutilationibus et omissionibus scatentem, ut diutius codice immorari piaculum sit.

Codicem, foliorum sexdecim, editionibus congruum, Iacobus Edwards, anglus, vir in negotiatione librorum intelligentissimus, per Venetias transiens, dono dedit Iacobo Morellio.

Cod. 138 membr., saec. XIV, a. 149, l. 102 [L. VI, LXXXI]. E.

I. Excerpta varia:

a. Ex Marco Tullio Cicerone, *de finibus bonorum et malorum, libris quinque.* « Non eram nescius, Brute, cum quae summis in» geniis . . . », f. 1-35.

Opellae, perperam *de academicis quaestionibus* appellatae, glossae marginales adduntur.

b. —— *liber de rerum universitate, qui*

Thymaeus [ex Platone] *dicitur.* « Multa sunt a nobis et in aca-» demicis scripta contra physicos... », f. 36-42.

c. Ex Marco Tullio Cicerone, *academicorum posteriorum liber secundus, qui inscribitur Lucullus,* quandoque etiam *Hortensius.* « Magnum ingenium, Luci Luculli, magnumque optimarum re-» rum... », f. 42-48.

d. —— *de divinatione et fato, libri tres.* « Vetus opinio est iamque ab heroicis ducta temporibus.... », f. 49-72.

Duo primi sunt *de divinatione,* tertius *de fato.*

Excerpta sunt potius per particulas et propositiones, quam per sensum.

II. Ex Platonis Phaedone excerpta, *de morte Socratis,* f. 73-93.

Haec excerpta veterem quandam interpretationem obiiciunt, quae graecis verbis mordicus haeret, neque tamen sensum ubique reddit. Fragmenta duo interpretationis dialogi eiusdem ab Apuleio factae, quae apud Priscianum legere est [libro X] a codice absunt: testimonia vero tria insunt, quae ex Fedrone [quemadmodum codex per totam orationem habet] Ieremias de Montagnone affert in *epitome sapientiae.* Excerptorum gratia, initium latius refero: « Ipse, o Fedron, affuisti Socrati illa die qua bibit » farmacum in carcere, sive ab aliquo alio audivisti? *Fedron.* » Ipse, o Echecrate. *Echecrates.* Quae igitur sunt quae dixit vir » ante mortem, et quomodo obiit? Libenter enim ego audirem. » *Fedron.* Fors quidam ipsi, o Echecrate, contigit. Accidit enim » pridie causa puppis inaurata navigii, quod in Thelum [Delum] » Athenaei mittunt quotannis.... »; finit vero: « Sed vide si » quid aliud dicis. Haec sciscitante, nihil amplius respondit; im-» mo modicum intermittens, movit se quidem et bene revelavit » eum, et lumina statuit. Intuitusque Crito, comprehendit os et » oculos. Hic vero finis, o Echecrate, amici nobis fuit, viri, ut nos » asseruimus, eorum quorum experientiam habuimus, optimi, et » aliter prudentissimi atque iustissimi fuit ». Viderint ii quibus facultas est, num interpretatio haec eadem sit quae sub Eurici, alias Everici Aristippi atheniensis nomine exstat in bibliotheca Oxoniensi collegii *Corporis Christi,* in catalogo mss. Angliae et

Hiberniae relata, II, p. 55, in qua quidem verbum verbo fere ubique reddi ait Forsterus in indice auctorum, quibus ad Phaedonem recensendum et illustrandum usus est.

Glossae marginales accedunt et lectiones emendatae.

III. Apuleii Madaurensis, varia:

a. Excerpta ex eius collectaneis, quae dicunt *Florida,* num. 23. « Qui me voluistis dicere extempore, accipite rudimentum » post experimentum . . . », f. 93-94.

b. *De Deo Socratis.* « Plato omnem naturam rerum, quod » eius ad animalia praecipue pertineat . . . », f. 94-103.

Excerpta data sunt per particulas et propositiones.

c. *De habitudine doctrinarum Platonis philosophi.* « Platoni » habitudo corporis cognomentum dedit . . . », f. 103-131.

Graecus textus desideratur. His omnibus glossae marginales accedunt et lectiones emendatae.

IV. *Liber unicus Hermetis Mercurii Trismegisti ad Asclepium, de divinitate: inscribitur Trismegiston.* Prooemium incip.: « Asclepius iste pro solemni est Deus. Deus te nobis, o Asclepi, » ut divino sermoni . . . »; tractatus vero: « O Asclepi, omnis » humana immortalis est anima . . . », f. 131-146.

Versio ea est quae Apuleio perperam tribui consuevit.

V. T. Severini Boethii, *de unitate et uno.* « Unitas est qua » unaquaeque res dicitur una . . . », f. 146-147.

Est pars potior capituli primi, cuius finis cum universo capitulo altero desideratur.

VI. Ex folio 160 exscribo quae rhythmis medicis scholae salernitanae a cl. Renzi in *Collectionis salernitanae* [Napoli, 1852] tomo primo editis, desunt:

« Promethei primus factus fuit anulus arte
» Quem iubet ex illa manuum consistere parte
» Quia merito digitus nomen habet medicus.
» Ille quidem digitus sub quadam traduce vena
» Respicit ad cordis loculum, qua gemma serena.
» Quod virtutis habet cordis in ima gerat.
» Anulus ex ferro primus fuit ad medicinam
» Corporis humani ferro prohibente ruinam.
» Cum neque per nervos damna venire sinat ».

« Saepe tuas gelida gingivas ablue linfa,
» Dentibus ut valeas proprium servare vigorem.
» Si mille legas codices, nil verius reperies ».

« Ad clarificandum visum, lava capud bis in hebdomada, » cum lixivio in quo radix iunci marini fuerit cocta : hoc dixit » senex equitanicus miniator, qui fuerat expertus. Sic docuit me » frater Ber. ».

« Pulvis radicis Alchāne sumptus valet ad memoriam ».

« Contra podagram emplastrum ex sapone saracenico : pro- » bavi et verum est ».

VII. *Testamentum duodecim patriarcharum, filiorum Iacob.* « Transcriptum testamenti Ruben, quodcumque mandavit filiis » suis . . . », f. 162-193.

Numerantur capitulis singulis, Ruben, Simeon, Levi, Iuda, Isachar, Zabulon, Dan, Neptalim, Gad, Aser, Ioseph, Beniamin.

Ex interpretatione Roberti de Grossetest, episcopi licolniensis, quemadmodum est in codice pseudepigrapho vet. testam. a Fabricio edito, I, p. 519.

Codicem, quem *sua pecunia* emit a. 1448, coenobio s. Ioannis in Viridario legavit Ioannes Marchanova, a. 1467.

Cod. 139 membr., saec. XV, a. 185, l. 123 [L. XIV, XXXIII]. F.

Loca quaedam ex libris Bibliorum, Proverbiis Salamonis, Ecclesiastico, Ecclesiaste, Sapientia : item Platone, Aristotele, Seneca, Severino Boethio. Partem potiorem dat Aristoteles, *ex cuius libris, incipiendo a metaphysica, deinde physica et cetera, ut patet ordo, nobiliores quasdam ex singulis libris propositiones universales infra, ut patere poterit, legenti ponam.*

Codicem, folior. 193 belle exscript. membrana tenuiori, candida, valde exornant libri titulus, insignia cuiusdam familiae, litterae initiales passim, diagrammata coloribus et auro egregie picta.

Cod. 140 chart., saec. XIV, a. 290, l. 202 [L. VI, LXVII]. Ye.

I. *Liber philosophiae Boethii, in quo continentur multa secreta philosophorum.* « Potissimum omnium expetendorum est

» sapientia per quam perfecta omnium bonorum acquiritur for- » ma... »; desinit: « Per istas nobiles artes et scientiam homo » perfecte seu sufficienter cognoscit Deum creatorem suum, se et » ea quae Deus constituit in hoc mundo tam sapienter, utiliter » et benigne, cuius nomen sit laudatum, benedictum, sanctifica- » tum in saecula saeculorum, amen ». Particulae sex, scilicet: **a.** *de ternariis et artium diversitatibus;* **b.** *de summo rerum principio;* **c.** *de elementis quatuor;* **d.** *de mutatione quae fit in aere usque ad terram;* **e.** *de situ terrarum et sui varietate;* **f.** *de hominis creatione et de multis quae ad hoc spectare noscuntur.* Earum unaquaeque habet prooemium, fol. 1-61.

Opus Boethio prorsus abiudico, non quod in editis ac manuscriptis codicibus nulla eius occurrat mentio, sed quod tractandi methodus aetatem accuset seriorem.

II. L. Annii Senecae, *de remediis fortuitorum bonorum, ad Gallionem.* « Licet cunctorum poetarum carmina gremium tuum » semper illustrent, aliquando deliberans hoc tibi opusculum... », f. 64-66.

Opella, Senecae falso tributa, qua authentica, Venetiis an. 1492 et alibi edita, inscribitur: « Hunc librum composuit Seneca, » nobilissimus oratorum ad Gallionem quemdam amicum suum, » contra omnes impetus et machinamenta fortunae: fecit autem » illum sub dyalogo, ut sit sensus conquerens et ratio confortans. » Liber autem iste et sensuum maiestate et eloquii claritate et » sententiarum brevitate refulget ». Lipsius in calce suae editionis tractationem appellavit *remedia in omni genere afflictionum ex Senecae philosophia deprompta.*

III. —— *de contemptu fortuitorum bonorum, ad Lucilium.* « Ita fac, mi Lucili. Vindica te tibi, et tempus quod » adhuc aut auferebatur aut surripiebatur ... », f. 66-70.

Sunt epistolae morales ad Lucilium a prima ad nonam, pluries editae.

IV. —— *de clementia, ad Neronem libri duo.* « Scribere de clementia, Nero caesar, proposui, ut quodammodo » speculi vice fungerer ... », f. 70-71.

Non compendium, sed fragmenta passim, sine delectu, ex duobus Senecae libris *de clementia* appella.

V. L. Annii Senecae, *de paupertate*. « Honesta inquit Epy-
» curus, lecta paupertas est. Illa vero neque iam paupertas est,
» si lecta est ... », f. 72.

Opella supposita, qua Senecae, cum aliis edita est Coloniae, a. 1529.

VI. —— *de beneficiis*. « Inter multos ac varios
» labores temere inconsulteque viventium ... », f. 73-76.

Ex libris primo et secundo Senecae *de beneficiis* propositiones, nullo inter se nexu cohaerentes, sumptae.

VII. —— *de moribus*. « Omne peccatum actio est,
» actio aut volontaria est tam honesta, quam inhonesta...», f. 76-77.

Opella, passim et sub fine mutila, Senecae falso tributa, etiam *de moribus vitae humanae* nuncupata, habet apophtegmata moralia ad bene beateque vivendum.

VIII. —— *de quatuor virtutibus cardinalibus*.
« Quatuor virtutum species multorum sapientum sunt definitae
» sententiis ... », f. 80-82.

De libello, pluries typis edito praesertim sub nomine: *Formula honestae vitae*, Senecae auctoris nomine ementito, vir doctus saeculo XV, fol. 4, cod. 147 [p. 93] scripsit: « Hunc librum
» Petrarcha scribens ad Boccacium in quadam *senilium* epistola
» negat Senecae fuisse: quod esse verum et in antiquissimo co-
» dice compertum est. Solet ascribi Martino scociensi [bracarensi]
» episcopo. Communis tamen opinio et auctoritas Eusebii facit,
» ut Senecae dicatur ».

IX. *Epistolae beati Pauli ad Senecam et Senecae ad beatum Paulum quatuordecim*. Incipit prologus s. Hieron.: « Lucius An-
» naeus Seneca cordubensis, Fotyni stoici discipulus et patruus
» Lucani ... », f. 82-84.

Septem ad Paulum apostol., non minus quam totidem Pauli ad Senecam spurias epistolas, saepius editas, ante multa saecula scimus confictas, cum earum meminerint bb. Augustinus et Hieronymus. De iis, pluries editis, haec Erasmus: « His epistolis non
» video quid fingi possit frigidius aut ineptius, et tamen quisquis
» fuit auctor, hoc egit ut nobis persuaderet Senecam fuisse chri-
» stianum ». Sub fine brevior occurrit Senecae vita. V. *Bibliotheca*, I, p. 250.

X. *Libellus de malo senectutis et senii, a Boncompagno editus.* « Cum sitis et fueritis pater orphanorum, iudex viduarum, » substentator pauperum . . . », f. 84-86.

Auctor, *postquam caepit senectutis oneribus aggravari, composuit librum,* quem nuncupavit *venerabili patri domino benefactori praecipuo Arduigo, Dei gratia, episcopo, cui deliciosa prosapia dedit originem, et florida Florentia praesulatum.* Singulare est quod *de senibus Venetiarum et constructione civitatis, quae regnum merito nuncupatur,* scribit: « In civitate siquidem Venetia- » rum senes ex aeris temperantia et moderata dieta virescunt, » et medio colore colorati refulgent. Si vero quaeratur quomodo » civitas Venetiarum sit constructa, responderi potest quod pa- » vimentum eius est mare, caelum est tectum, et paries decursus » aquarum; unde tollit facultatem sermonis materia singularis » ex eo quod in orbe terrarum simile regnum non potest nec po- » terit inveniri ».

XI. Vaticinia quindecim de pontificibus a Nicolao III, an. 1277, ad Urbanum VI, a. 1378; ternum de proxime succedentibus, sine nomine, f. 87-92.

Illorum, quae a s. Malachiae archiep. differunt, do lemmata.

Nicolaus III.	*Stellas congregabis ut luceant in firmamento.*
Martinus IV.	*Clavibus claudet et non aperiet.*
Honorius IV.	*Duros corporis sustinebit dolores.*
Nicolaus IV.	*Oriens bibens de calice irae Dei.*
Caelestinus V.	*Voce vulpina perdet principatum.*
Bonifacius VIII.	*Fraudulenter intrasti, potenter regnasti, gemens morieris.*
Benedictus XI.	*Viri fortes inediae orbabuntur.*
Clemens V.	*Mobilis et immobilis fiet, et maria plura vastabit.*
Ioannes XXII.	*Contra columbam haec ymago turpissima clericorum pugnabit.*
Benedictus XII.	*Sex planetas lucidabit, et unus finaliter eius fulgorem excedet.*
Clemens VI.	*Stolam suam in sanguine agni dealbabit.*
Innocentius VI.	*Lupus habitabit cum agno, et pariter cibabuntur.*
Urbanus V.	*Iste solus clave aperiet librum scriptum digito Dei vivi.*

Gregorius XI. *Flores rubei aquam odoriferam distillabunt.*
Urbanus VI. *Terribilis es, et quis resistet tibi?*

Liquet ex hac serie, alteram codicis partem authenticam, pravae prorsus lectionis [fol. 64-92], tempore schismatis avenionensis exaratam.

Folio extremo 94 legitur sub die 20 aprilis 1429, memoria calcis divenditae capitaneo Castri Ceresiae.

Cod. 141 membr., saec. XIV, a. 276, l. 198 [Z. L. CCLXVIII]. B.

L. Annaei Senecae, *opera,* videlicet:

1. *Quare multa mala bonis viris accidant, cum divina providentia mundus regatur. Liber ad Lucilium.* « Quaesisti a me, » Lucili, quod ita si providentia mundus ageretur... », f. 1-3.

Liber de providentia communiter appellatur.

2. *De consolatione filii, ad Marciam.* « Nisi te, Martiam, « scirem tam longe ab infirmitate muliebris animi... », f. 3-8.

Marcia gratiosa, docta et dives matrona romana, fuit filia A. Cremutii Cordi. Solatia matri, cui filius Metilius optimae spei vir, morte matura ereptus est, praeparanda sibi proposuit auctor.

3. *Epistolarum libri viginti duo, ad Lucilium,* f. 9-74.

Foliis 50-52 intercedunt index in volumine contentorum et rubricae epistolarum numero centumviginti quatuor.

« De *Lucilio iuniore* [Frid. Ern. Ruhkopfius habet], ad » quem epistolas has scripsit Seneca, omnia vestigia historiae et » politicae et litterariae radicitus sublata et deleta sunt ».

4. *De remediis fortuitorum bonorum, ad Gallionem.* Principium differt a codice praecedenti: « Licet cunctorum poetarum » carmina gremium tuum illustrent tamen multum diuque deli» berans...», f. 74-75.

5. *Pauli epistolae ad Senecam et Senecae ad Paulum,* nota d. Hieronymi praecedente, ac Senecae vita subsequenti, f. 75.

6. *De clementia, ad Neronem libri duo,* f. 75-79.

7. *De tranquillitate animi, ad Serenum.* « Inquirenti in me » quaedam vitia, apparebant, Serene, in aperto posita..... », f. 79-83.

Liber scriptus est ad Annaeum Serenum, praefectum vigi-

lum Neronis, quem nuper interemptum esse usu fungorum tradit Plinius. *Nat. hist.,* l. XXII, cap. 47.

8. *De brevitate vitae, ad Paulinum.* « Maior pars mortalium, » Pauline, de naturae malignitate conqueritur . . . », f. 83-87.

Paulinus, Paulinae Senecae uxoris frater aut affinis, fuit praefectus vel e curatoribus annonae.

9. *De beata vita, ad Gallionem.* « Vivere, Gallio frater, » omnes quidem beate volunt, sed ad providendum... », f. 87-90.

10. *De consolatione fratris, ad Polybium.* « Nostra corpora » firma sunt, si redigantur ad conditionem naturae omnia de» struentis . . . », f. 90-91.

Quidam amanuensis coaevus principio adscripsit: « Hic li» ber totus notabilis est a capite usque ad finem ».

Polybius libertus Claudii Caesaris fuit a studiis, a quo post Narcissum maxime aestimatus est. Innocentissimus et eruditissimus, teste Seneca, improbus fuit, referentibus Svetonio et Dione. Messalinae, qua cum familiarissime vixerat, machinationibus interfectus est.

11. *De quatuor virtutibus liber,* f. 91-92.

12. *De septem liberalibus studiis, cum rubrica, qua docetur quod animum ad virtutem non perducunt sed praeparant.* « De li« beralibus studiis quid sentiam scire desideras . . . », f. 93-94.

Est epistola trigesima sexta, ad Lucilium.

13. *De ira libri quinque, ad Novatum.* « Exegisti a me, No» vate, ut scriberem quemadmodum posset ira leniri . . . . . . », f. 95-112.

M. Annaeus Novatus, Senecae frater, postea Iun. Gallio dictus est, quum a L. Iun. Gallione quodam adoptatus fuisset. Mansuetudine et modestia commendatissimo libri *de ira* iure nuncupati sunt.

Cum amanuensis, qui sub fine voluminis dedit contentorum indicem, annotaverit *item liber tragoediarum,* f. 113, rite coniicio folia quae desunt 113-170, diu ante voluminis compactionem deperdita.

14. *De beneficiis, ad Æbutium Liberalem, libri septem,* f. 171-183.

De *Æbutio Liberali* obscura omnino est quaestio. Æbutio-

rum ceterum gentem non ignobilem fuisse e Cicerone compertum habemus.

15. *Declamationum libri decem.* Primus titulo *de civilibus causis* inc.: « Exigitis rem magis iucundam mihi quam faci-» lem . . . », f. 184-203.

Opus est M. Annaei Senecae rhetoris, L. Annaei Senecae, ut creditur, patris.

16. *De consolatione, ad Helviam matrem.* « Saepe iam, ma-» ter optima, impetum cepi consolandi te . . . », f. 204-208.

17. *Quomodo in sapientem nec iniuria nec contumelia cadat.* » Tantum inter Stoicos, Serene, et caeteros sapientiam professos » interesse . . . », f. 209-212.

Opella nota magis sub titulo: *De constantia sapientis.*

18. *De naturalibus quaestionibus libri septem, ad Lucilium.* » Quantum inter philosophiam interest, Lucili virorum optime... », f. 212-243.

Opus ab anonymo in codice notatum *de ignibus caelestibus et his quae fiunt circa stellas,* laudat Frid. Ern. Ruhkopfius *qua unicum physicae apud Romanos monumentum nobis relictum, nec a quoquam Romanorum ante simile quid in lucem editum.*

19. *Liber proverbiorum et sententiarum* L. A. Senecae tributus, in editionibus vero, *Mimo Publiano.* « Alienum est omne « quidquid optando evenit. Ab alio expecta alteri quod feceris... », f. 245-246.

Folio extremo haec inscripta: « Deficiunt mihi duo libri *de* » *mundi gubernatione* [al. *de divina gubernatione,* si fecit tres » unum habeo, s. unum tantum, ipsum habeo], *de moribus,* liber » *contra superstitiones,* de quo Augustinus mentionem facit *de* » *civit. Dei,* liber *de sententiis diversorum errorum,* liber *de ma-* » *trimonio,* de quo Hieronymus facit mentionem *libr. I contra* » *Iovinianum* in fine, *liber metricus de morte Claudii,* qui dicitur » *ludus Senecae* ».

Codicem, diagrammatibus pictura lineari conspicuum, qua mendis, iisque gravissimis ac frequentioribus scatentem quidam coaevus correxit, ita tamen ut emendationi locus relinquatur.

Cod. 142 membr., saec. XIV, a. 270, l. 182 [Z. L. CCLXVII]. E.

I. Eiusdem, *opera varia.*

1. *Epistolae auctoris et d. Pauli mutuae quatuordecim,* praeeunte d. Hieronymi admonitione, f. 1-2.

2. *De divina providentia,* f. 3-8.

Opusculum et *de mundi gubernatione* appellatum, mutilum est, ut in editionibus.

3. *De quatuor virtutibus,* f. 8-11.

4. *De moribus,* f. 11-14.

5. *De tranquillitate animi,* f. 14-24.

6. *De liberalibus studiis,* f. 24-28.

Est epistola octogesima octava ad Lucilium.

7. *De satyra Lucii, de Claudio Caesare.* « Quid actum sit » in caelo ante diem tertium octobris . . . », f. 28-33.

Opella Senecae falso tributa, nomine quoque: *Ludus de morte Claudii Caesaris,* ac *Apocolokyntosis* pluries, etiam seorsum, edita est. Oleum et operam perdidit clar. Iacobus Morellius in lectionibus variantibus colligendis, pro Heynio. Rem egregie attingit Ruhkopfius, in prooemio ad Senecae editionem [Lipsiae, 1797, IV, p. 20]. « Lucrum quod ex undecim codd. mss. colla» tione capere licet, exigui est momenti ad hoc opsculum emen» datius, quam fieri ad hunc diem potuit, exhibendum . . . .
» Qua quidem spe cum ita excidissem, lentior factus sum ad aliam » concipiendam et alendam, quae ex epistolis humanissimis viri » doctrina et meritis de litteris venerabilis Iac. Morellii, praefecti » bibliothecae Marcianae, quae Venetiis tanto decori est, meri» tissimi, ad Fesslerum s. v. datis enasci alioqui potuisset: quan» quam ille codex ms., Morellio monente, n. 67 in 4.° saeculo » XIV scriptus sit ab indocto librario et totus mendis scateat. » Ne tamen quidquid officiorum in editorem impigrum cadentium » praetermisisse incuser, precibus adii Heynium v. ill., inde a » triginta fere annis de me multis nominibus meritissimum, ut » Morellium, quocum et litterarum commercio et amicitiae vin» culo esse iunctum compereram, opusculo huic cum illo codice » conferendo conciliaret, atque adeo eamdem Senecae operam prae-

» staret, quam, Morellio adiuvante, ibi Blessingium Appiano prae-
» stitisse laudat Schweighäuser in praef. ad Appianum, praeser-
» tim quum paucis tantum foliis constare possit ille codex vene-
» tus. Summopere gandeo, quod Heynius meus precibus hisce
» motus omnem suam operam impensurum benigne mihi polli-
» citus sit, ut voto meo potirer ». Quod tamen Heynium minime praestitisse testis est Morellius, qui in domestici schedis annotavit : « Heyne non mi domandò mai quelle varie lezioni ».

8. *De legalibus institutis.* « Nichil tam mortiferum inge-
» niis est quam luxuria ... », f. 33-35.

Sententiarum series ab operibus Senecae minime excerptae, verum ex Gualteri Burlaei *vitis philosophorum.*

9. *De brevitate vitae, ad Paulinum,* f. 35-53.

10. *De remediis fortuitorum,* f. 53-56.

Sub fine, fol. 56, haec manu aliena inscripta. « 1305. Nota
» quod Clemens V vasco electus fuit papa in civitate perusii, et
» ex tunc curia romana semper residentiam habuit ultra montes
» usque ad tempora Urbani V qui primo venit Romam, et a tem-
» pore Clementis V usque ad tempora Urbani V [1362] nun-
» quam fuit aliquis ytalicus summus pontifex ».

11. *De proverbiis,* f. 56-61.

12. *De consolatione fratris, ad Polibyum,* f. 61-64.

13. *De clementia, ad Neronem,* f. 64-68.

II. *Quaedam notanda et digna memoria.* « Capitulum gene-
» rale Viterbii celebratum 1313 ... », f. 68-69.

Syllabum capitulorum generalium, ordinis s. Augustini, habitorum annis 1313-1388, excipit enarratio aliquot definitionum quae in iis datae sunt.

III. *Quaedam pulchra et notanda,* f. 70-75.

Est tabula chronologico-historica *a constitutione mundi et creatione primi hominis* ad annum 1239 ; item pontificum romanorum ab Innocentio I [406] ad Urbanum quartum [1272].

IV. *Verba sybillae Erithreae, prophetantis de adventu Christi in carne. De vita eius et fine iudicii,* f. 75.

V. *De miraculis quae apparuerunt post mortem Hieronymi.*
» Post obitum gloriosi Hieronymi, quaedam haeresis inter Grae-
» cos exorta surrexit ... », f. 76-79.

VI. Sermones varii *de amore Dei, de consecratione corporis Christi, de sancta Katerina, de oleo ossium beatae Katerinae virginis, de sancto Ioanne Chrysostomo, de astutia mulierum, de obstinatione diaboli, de beata Virgine, de amore vulgari, de amore Dei et eius dilectione, de morte et vita, de effigie mortis*, f. 79-88.

VII. *Expositiones quorundam vocabolorum.* « Eugenes dicun- » tur qui sunt generis, et est indeclinabile . . . », f. 88.

VIII. *Quaedam dicta de scriptis Lucidarii.* « Ait enim ma- » gister : cum Deus in sui providentia falli non possit... », f. 89.

IX. Ioannis Cassiani, *in collatione patrum*, f. 89-90.

X. *Normae ad phases lunares pluribus succedentibus annis inveniendas*, f. 91-97.

Computatio facta fuit pro annis 1380-1392.

Cod. 143 membr., saec. XI, a. 210, l. 170 [Z. L. CCLXX]. B.

L. Annaei Senecae, ad Lucilium, *epistolae triginta sex*, a quinquagesima tertia ad octogesimam octavam : extrema est *de liberalibus studiis.*

Codex, foliorum 141, inscriptus est marginibus inferioribus passim SANCTAE MARIAE REMENSIS, hoc est : *ad usum cathedralis remensis.*

Cod. 144 membr., 1428, a. 334, l. 237 [Z. L. CCLXIX]. B.

Annaei Lucii Senecae, ad Lucilium amicum suum, *moralium epistolarum libri novemdecim.*

Praeeunt **a.** epistola M. T. Ciceronis P. Lentulo proconsuli : « Ego omni officio ac potius pietate erga te ceteris satisfacio » omnibus . . . » ; **b.** « tabula librorum epistolarum Annaei Lu- » cii Senecae ec. ».

Codex, folior. 151, candida et politiori membrana perele- ganter exscriptus est *ad instantiam viri nobilis et egregii Andree de Valeriis de Parma, per me Opizonem de Cysis scriptorem et civem parmensem. Anno Dom. M.CCCCXXVIII, die XXVIII aprilis.* Volumen, scripturae potius pulchritudine quam textus

sinceritate praecellens, exornant picturae in marginibus et litteris maioribus, cum scuto gentis Valeriae inscripto *Andr.*

Folio extremo fere vacuo haec leguntur: « Epistole Senece » extimate pezze XXII con. d. X Va. d. XXVIII. Andreas de » Valleriis de parma [cuius sunt ipse Epistole] scripsit ».

Cod. 145 chart., saec. XV, a. 302, l. 218 [L. VI, CCLVI].

L. Annii Senecae, *epistolarum moralium ad Lucilium*, quotquot editae sunt. Deest trigesima octava: « De liberalibus stu- » diis quid sentiam scire desideras... », unde viginti tres loco viginti quatuor supra centum numerantur. Eas libris viginti, ut in aliis quoque codicibus, digestas habes. Tituli uniuscuiusque breviores sunt ac in editionibus, puta prima inscripta: « De col- » ligenda et sistenda fuga temporis; et non esse pauperem cui » etiam modicum satis est; et quod sera et pessima parsimonia » est in fundo ».

Codex, foliorum 149, habet litteras initiales cuiusque libri auro pictas, caeteras ut et titulos minio expressos. Sub fine: *Precii ducat.* 5.

Cod. 146 chart., saec. XV, a. 298, l. 216 [L. VI, CX]. Mu.

Eiusdem, *epistolae ad Lucilium* omnes, sine rubricis, cum glossis interlinearibus et marginalibus, praesertim a principio.

Foliis 153-154 adduntur notae epistolae *Senecae ad Paulum apostolum* et *Pauli ad Senecam.*

Codex mutilus [desunt prima et secunda epistola] inscribitur f. 152: *Iste liber est Dominici Trevisani, serenissimi regis Cypri secretarii;* f. 154 scriptura recentiori: *Est monasterii Caritatis.*

Cod. 147 chart., saec. XV, a. 297, l. 220 [L. VI, CXI]. Ma.

Eiusdem, *epistolae omnes.*

Textus ut plurimum bonus est, et a viro docto recensitus: glossae in eum identidem irrepsere, quas ex lineis iisdem subiectis cognoscere licet.

Initio annotationes quaedam saeculo XV scriptae sunt de vita et scriptis Senecae ex Hieronymo aliisque, ex quibus haec notatu digna profero: « Sunt qui asserant Senecam hunc etiam » tragoedias illas X scripsisse: sunt qui negant, Eusebius et » Petrarcha affirmat. Boccacius et plerique alii negant quibus » argumentum est *Octavia*. Coluccius etiam negat et tragoedias » ipsas attribuit Senecae fratri suo. Gasparinus Pergamensis te- » net quod Seneca iste tragoediarum scriptor non fuerit Seneca » moralis, neque Seneca frater suus, sed potius vult Senecae no- » minis eiusdem filium illas scripsisse; quoniam Seneca moralis » tres filios habuit, scilicet Novatum qui erat civilibus intentus; » Melam qui eloquentiae vacabat; et Senecam qui tragoedias » scribebat, propter quod Seneca tragicus dicebatur. Sunt qui » dicant tragoedias a Seneca morali omnes, praepter *Octaviam* » conscriptas: hoc negat conformitas stili ».

Praeeunt fol. 2 epistolarum rubricae in textu desideratae. In fine adscripta ea epistola est de utriusque Senecae differentia, atque cum ceteris Salutato codices manuscripti tribuere solent, quam Lino Coluccio eiusdem auctoris epistolis an. 1742, Florentiae Iosephus Rigaccius, seu potius Ioannes Lamius, edidit [p. II, p. 121]: hanc tamen ceu *Buccacii* codex hic perperam offert; multo vero emendatiorem quam in editione sit, licet in fine mutilam.

A principio leguntur carmina Franc. Petrarch. ex libro VI Africae, sub fine: « Hic postquam medio iuvenis stetit aequore » penus .... ». Extremo folio 273 scriptum est: « MCCCCXX, » ind. XIII, die Veneris, 11 februarii, in nocte crematum fuit » palacium illustre communis paduae, in quo ius reddebatur, et » incepit flamma videri prima hora noctis, et duravit per qua- » tuor horas noctis venientis ad diem Sabbati ».

Cod. 148 chart., saec. XV, a. 230, l. 157 [L. VI, CCXLIII]. Yc.

I. Excerpta ex operibus Senecae moralibus, scilicet *ex libro de clementia, epistolis ad Lucilium, opere de beneficiis,* f. 1-8.

II. *Notanda in libros Aristotelis artis metaphysicae, physicorum, de caelo et mundo, de somno et vigilia, de longitudine et*

brevitate vitae, de animalibus, de causis, ethicorum, politicorum, poetriae, de loicalibus, f. 8-9.

III. *Testimonia Iosephi de Christo — Ex libro IV confessionum d. Augustini — Ex capite XIII libri primi de hystoria ecclesiast. Eusebii Caesareensis*, f. 9-10.

IV. *Notanda in libros M. T. Ciceronis, Philippicarum, de natura deorum, de divinatione*, f. 10.

V. Fratris Thomae de Aquino, *de quatuor virtutibus*. « Quia » misericordia et veritas custodiunt regem . . . », f. 11-30.

Cod. 149 chart., saec. XVII, a. 140, l. 97 [L. VI, CCLXXXVI]. D.

Sententiae morales ex oper. Senecae depromptae, et quidem :

a. Ex *epistolis*, quarum finem excipiunt compendia itale data, f. 1-78.

b. Ex opella, *de tranquillitate animi*, f. 80-86.

c. —— *de clementia*, f. 87-90.

d. —— *de brevitate vitae*, f. 92-95.

e. —— *de vita beata*, f. 97-101.

f. —— *de beneficiis*, f. 103-123.

Cod. 150 membr., saec. XV, a. 210, l. 130 [L. VI, LXIX]. N.

Plutarchi, *praecepta civilia ad Menemachum, interprete Carolo Valgulio, brixiensi*. Interpres dicat opus cardinali Francisco Picolomineo senensi [ann. 1460-1503]. Dedicatio inc.: « Falconis » Sinibaldi, primarii pontificis maximi quaestionis institutum... »; opella vero: « Si ad rem aliam, o Menemache, illa sententia recte » et apte uti possumus . . . ».

Postquam summis laudibus Falconem Sinibaldum et Felinum Sandaeum evexit, *eos tamen caecos, obscuros, omnium rerum ignaros prae lumine sapientiae tuae, esse asserit*, quod assentiationis genus saeculo decimoquinto solemne erat.

Opus, cum aliis eiusdem auctoris, editum est Brixiae, per Bernardinum Misintam, a. 1497. Sub fine Ioannes Franciscus Duccus brixianus, laudat Valgulium epigrammate, quod inc.:

« Quanta sit eximii virtus interpretis, ecce
» Aurea significant haec monumenta tibi ».

Cod. 151 chart., 1454, a. 200, l. 145 [L. VI, CXL]. Ma.

Eiusdem, *apophtegmata laconica, Francisco Philelpho interprete, ad Nicolaum quintum pontificem.* Dedicatio inc.: « Quo de » te magis, Nicolae quinte, dies ac noctes mecum ipse cogito... »; versio autem: « Agasides rex Lacedaemoniorum, admirante quo- » dam Philophanem sophistam . . . ».

Edita sunt bis saeculo XIV, sine nota urbis, anni [ante a. 1480], impressoris. In ea parte quae foliis 38-68 data est, deest textus qui in altera occurrit fol. 91-101, quacum convenit noster codex.

Codicem, foliorum 110, *Mediolani, kal. octobris, a.* 1454, exscriptum, Ioannes Marchanova donavit coenobio s. Ioannis in Viridario Paduae.

Cod. 152 membr., saec. XV, a. 150, l. 110 [L. VI, CCLXIX]. B.

I. Eiusdem, *de liberis educandis* opusculum, Guarino Veronensi interprete, f. 1-35.

II. Francisci Barbari, *de re uxoria, libri duo,* f. 35-118.

Desunt epistolae binae Poggii Florentini et P. Vergerii senioris de opere, quae f. 54-55 codicis [L. VI, CCVIII] occurrunt.

Cod. 153 membr., saec. XV, a. 165, l. 118 [L. VI, CLXV].

I. Fratris V. de Morbetra, *commentaria in librum Procli Dyadochi, licii platonici philosophi: elementatio theologica,* cum initiis capitulorum litteris grandioribus. Textus inc.: « Omnis » multitudo participat aliqualiter et non. Si enim nullatenus par- » ticiparet, nec totum unum esset, nec unumquodque multo- » rum . . . », f. 1-52.

Finit: « Explicit caput CIJ [centumundecim]. Completa » fuit translatio huius operis Viterbii, a fratre G. de Morbetra, » ordinis fratrum Praedicatorum, XV kal. iunii, anno Dom. mil-

» lesimo ducentesimo sexagesimo octavo ». Etsi haec inscriptio referat numerum propositionum 102, vel 111, re tamen sunt 209, ut in terno codice parisiensi. [Textus graecus in nostris codicibus Z. G. CXCII, CXCIII habet propositiones 211].

Vetus haec latina interpretatio, etiam *elementa theologica, institutio theologica* Guillelmi de *Morbecta,* sive *Morbeka,* sive *Morbetra* [de quo ne verbum quidem in Quetif et Echard] servatur ms. in bibliotheca caesarea vindobonensi, teste Lambecio, lib. VII, p. 38, aliisque, ac subscriptione eadem, unde coniicio opellam hanc ex archetypo sumptam, unde codices vindobonenses eruerunt. Fridericus Creuzer dedit textum graecum cum latina versione e regione, non tamen illa Morbectae.

II. *Liber de causis, in quo traduntur aliquae veritates de primis entium causis.* « Omnis causa primaria plus est influens » supra causatum suum causa universalis secunda... », f. 53-64.

Libellus Aristoteli, seu Avempace, vel Alpharabio aut Proclo adscriptus, inter opera Aristotelis pluries editus est. Vide codicem 54.

Quem codicem Ioannes Marchanova emit Patavii, anno 1430, moriens, cum aliis, coenobio s. Ioannis in Viridario reliquit.

Cod. 154 chart., saec. XV, a. 290, l. 200 [L. X, XXXIX]. Ma.

Diogenis Laertii, *de vitis, sectis, dictis, responsisque ac libris philosophorum, libri decem,* ex versione Ambrosii Camaldulensis, cuius littera dedicationis Cosmae de Medicis : « Volventi mihi » quaedam graeca volumina venit ad manus Laertii Diogenis... ». Praeeunt foliis 1-3 *Pitagorae monumenta praeclara quae quum plerique alii tum in primis Plutarchus interprĕtatur,* ac index.

Sub fine: M.XLIIII [1444] VID.SEP.P.GASPAR.SIBI. ET.SVIS.OMNIB.

Codicem, folior. 222, Ioannes Marchanova, qui Patavii coemerat a. 1450, moriens coenobio s. Ioannis in Viridario, a. 1467 reliquit. Schedula typis impressa adhaeret fol. primo inscripta: « Colligebat Ascanius Varese patavinus, abbas generalis congreg. » lateranensis canonicis suis et sibi ».

Cod. 155 chart., saec. XV, a. 286, l. 217 [L. VI, CCLVIII].

Eiusdem, *de vitis philosophorum, libri decem,* ex versione eadem, cuius exstat prologus, ut in editis ad Cosmam de Medicis, florentinum, cum tabula in fine.

Codex folia habet 108.

Cod. 156 membr., saec. XIV, a. 280, l. 203 [L. VI, CXLIV]. N.

I. *Liber qui intitulatur: dicta et opiniones philosophorum, compilatus ex diversis et antiquis libris extractus per serenissimum principem dominum Robertum, Dei gratia, regem Ierusalem et Sicilie, comitemque provincie et Forcalquerii* (1), f. 1-59.

Duorum atque viginti virorum inter antiquos illustrium apophtegmata, et ante haec de unius fere cuiusque illorum vita vel brevem, vel prolixam narrationem codex habet. Singulorum capitum initium eiusmodi est.

1. « Sedechias primus fuit, per quem nutu Dei ... ».
2. « Hermes in Ægypto natus fuit, et Hermes in graeco » dicitur ... ».
3. « Tac dixit: *Qui non continet sensum sub posse suo...* ».
4. « Machalquinus dixit: *Qui diem cognoscit, non oblivi» scitur* ... ».
5. « Homerus fuit versificator antiquior apud Graecos ... ».
6. « Zalon [Solon] Athenis leges statuit: Zalon composuit » libros ... ».
7. « Rabion fuit magnus defensor suorum proximorum... ».
8. « Ypocras [Hippocrates] fuit disc. Æsculapii secundi... ».
9. « Pittagoras [Pythagoras] vidit bonum esse negligere...».
10. « Dyogenes [Diogenes] dictus caninus fuit sapientior sui » corporis [temporis] ... ».
11. « Socrates in graeco vult dicere iustitiae observator... ».
12. « Plato interpretatur completus, qui fuit de bono ge» nere ... ».

(1) *Forum Neronis* (*Forcalquier*) urbs in Narbonensi secunda.

13. « Aristoteles interpretatur in ydyomate Graecorum com-» pletus . . . ».

14. « Alexander fuit regis Philippi filius . . . ».

15. « Ptolomaeus [Ptolem.] fuit homo valde intelligens... ».

16. « Assaron dixit: *quinque de causis, rex dampnificatur...* ».

17. « Leginon fuit niger in Æthiopia *natus, discens scien-» tias* . . . ».

18. « Avesius [Anesius] dixit: *Cum deteriorantur tempora...* ».

19. « Macdargis fuit remissi coloris, magnarum aurium... ».

20. « Thesilus dixit: *Iocundis eloquiis non frauderis* . . . ».

21. « Gregorius dixit: *In Deum statue principia negotio-» rum* . . . ».

22. « Galenus fuit unus ex octo medicis praecellentiori-» bus . . . ».

Nil quidquam de operis editione satis mihi constat. A scriptore latino hoc primum prodiisse, non ego putaverim: bene vero ex idiomate arabico vel hebraico, non sine additamentis interpretis latini quibusdam, translatum idem mihi videtur. Exstant sane *institutiones philosophorum,* a R. Chanania fil. Isaac, arabice scriptae, ac deinde a R. Iuda f. Salomonis Charisii hebraice redditae, et anno Christi 1562 Rivae Tridenti typis vulgatae; quibus opus hoc manuscriptum saepe respondere, ex allatis a Wolfio in *bibliotheca hebraica* [librum enim Rivae impressum frustra quaesivi] deprehendere mihi licuit. Sunt nimirum in libro quoque R. Chananiae sapienter dicta a Solone, Hippocrate, Dyogene, Socrate, Platone, Aristotele, Alexandro, Ptolemaeo et Galeno: quod Wolfius, cum de viris iis illustribus in *bibliotheca* disserit, aperte testatur: « Historiam vero arabicam de vitis philosophorum et me-» dicorum arabum et graecorum » a Marco quodam Obelo latine quoque redditam, Laurentius Ramirezius indicat in notis ad Luitprandi chronicon [ad ann. 698, p. 377] apud Nicolaum Antonium in *bibliotheca hispana veteri,* II, p. 5, quam equidem historiam, fortasse opus Mohamed Ben Casem, eodem omnino titulo inscriptum Andreas Alpagus, in praefatione ad Avicennae opera, se itidem latine reddidisse testatur. Non attamen integram eam codex hic habere potest, utpote quod Avicennae vita in illa sit, haud vero in hoc. Quidquid de opere et auctore demum sit, codex

noster respondet octavo plutei XXIX biblioth. Laurentianae (1), quo codice prima est vita Hermetis.

II. *Dicta philosophorum moralium antiquorum.* « Sapientum » dicta sunt haec. Iterrogaverunt Prothegum de quodam qui suos » capillos procuraverat nigros fieri, qualiter hoc faciebat... », f. 59-68.

Cod. 157 membr., saec. XV, a. 262, l. 188 [L. XIV, LXX].

I. Roberti, *apophtegamata,* ut codice superiori, f. 1-53.

II. *Dicta philosophorum moralium antiquiorum,* aeque ac in praecedenti, f. 53-62.

III. Aristotelis, *liber de pomo.* « Cum clausa esset via veri» tatis sapientibus et impedita materia rectitudinis... », f. 62-66.

Nullum titulum libellus praefert: hunc attamen sub *Aristotelis* nomine *de pomo* impressum vidi inter opera eius editionum venetarum, et quidem ex hac ipsa versione, de idiomate hebraico a Manfredo Siciliae rege facta. De scripto supposititio disserunt Wolfius in *bibliotheca hebraica,* I, n. 79, et Fabricius in *bibliotheca graeca,* II.

IV. *Praecepta moralia.* « Non est tutum viro inermi se cre» dere viae quam hostis armatus obsedit... ». f. 66-69.

V. *Apophtegmata ex auctoribus ethnicis atque ex christianis.* « Pythagoras. *Liber non est quem animus infestat superbus...* », f. 69-70.

VI. *De bestiis.* « Bestiarum vocabulum proprie convenit leo» nibus, pardis et tygris, lupibus et vulpibus, canibus et simiis...», f. 71-73.

Mutilum in fine, excerptum est ex libro XII *ethymologiarum Isidori,* et secundo *Hugonis de Sancto Victore, de bestiis.*

Codicem, sibi ab Antonio Gilalberto de Barchinona, artium scholari, die 16 sept. a. 1465, dono datum, Ioannes Marchanova, cuius insignia in titulo, coenobio s. Ioannis in Viridario, a. 1467 legavit.

(1) *Bandinius.* Codd. latini biblioth. Mediceae Laurentianae, II, p. 9.

Cod. 158 membr.-chart., saec. XV, a. 260, l. 145 [L. VI, CCLXX]. D.

I. *De vita et moribus philosophorum.* « Socrates, auditor Gor-» giae, philosophus fuit et claruit in Graecia, tempore Assueri » regis . . . », f. 1-63.

Numerus philosophorum centenus, pleraque graecorum. Auctor est Ioannes Christophorus filius Uguccionis de Arzignano, si fides codici proxime insequenti, huic simili; quem tamen hoc recentiorem puto. Crediderim potius nomen fini appositum, amanuensi adiudicandum, praesertim ob telonarii officium quo fungebatur.

In fine, nomine exscriptoris abraso, legitur: 1463, *die* 3.ª *decembris, scriptum est per me* . . . . *die qua supra.*

II. *Extractum de libro vasilographia in imperiali scriptura, quem Sybilla erythrea babilonica, ad peticionem Graecorum regis Priami edidit, quem caldaeo sermone Doxopater peritissimus transtulit, tandem de aerario Manuelis imperatoris eductum, Eugenius regni Siciliae admiratus de graeco transtulit in latinum.* « Exqui-» ritis me, o illustrissima turba Danaum, quatenus graves even-» tus phrygiasque ruinas . . . », f. 64-69.

Codicem possederat Marinus Sanutus Leonardi filius, num. 758. Operculo inscriptum notum epigramma ianuae ecclesiae Salbuae [Salvore]. « Heus populi celebrate locum quem tertius » olim . . . ». Voluminis compactio, lineis punctisque auratis minutioribus, antiqua est.

Cod. 159 membr., saec. XV, a. 254, l. 182 [Z. L. CCCXII].

Liber de vita et moribus philosophorum. Desideratur in praecedenti codice epigraphe. « De vita et moribus philosophorum » veterum tractaturus, multa quae ab antiquis auctoribus, quae » in diversis libris de ipsorum gestis sparsim scripta reperi, in » unum colligere laboravi. Plurima quoque eorum responsa no-» tabilia et dicta elegantia huic libello inserui, quae ad legentium » consolationem et meram informationem conferre valebunt ».

Ordo seriei aliquantisper immutatus inc.: « Tales philoso- » phus asianus, ut ait Laertius in libro de vita philosophorum, » patre eximio . . . ».

Foliis 69-70 additus manu aliena index philosophorum.

Angelus Gabriel de Sancta Maria quidquid de auctore in opus *Biblioteca e storia degli scrittori vicentini,* vol. III, parte II, pag. IX-XI ingessit, ea sumpsit ex nota codici nostro apposita quam male expositam puto: « Explicit liber de vita et moribus » philosophorum, per me Ioannem Christophorum filium Ugu- » cionis de Arzignano, civis vicentini, die martis XVII februarii » MCCCCLXVII, circa horam 18. Vincentiae ad officium dacii ad » grossum praesens ». Idem subscripsit:

« Ve mihi nascenti, ve nato, ve morienti:
» Ve, quia sine ve non vivit filius Evae ».

Cod. 160 chart., saec. XV, a. 413, l. 280 [Z. L. CCLXXVI]. B.

I. Nemesii Emeseni, *de natura hominis liber, a Burgundione, iudice pisano translatus, anno MCLIX.* « Hominem ex anima » intellectuali et corpore optime constructum, et ita bene quod » non conveniebat aliter genitam esse . . . », f. 1-24.

Folio 24 occurrit epistola dedicationis Friderico I imper., quae inc.: « Quia in meis, serenissime imperator, vobiscum locu- » tionibus naturas rerum cognoscere . . . »; sub fine vero: « Hunc » igitur librum fideliter translatum et, ut potui, studiose emen- » datum, vestrae celsitudini porrigo . . . ».

Opellam pluries editam, graece et latinae, non tamen inter- prete Burgundione, laudat Caspar Barthius in *animadversiones* ad Zachariam Mitylenaeum. Lipsiae, 1655. « Nemesius aureolo, » immo omni auro potiore libello de homine — Nihil elegantius » libro Nemesii de homine — De hominis decoribus nobilem li- » brum habemus Nemesii, philosophi christiani, quantivis pretii ». Graece exstat in codice Marcio, Zan. CCLXVI.

Nemesius, emesenus in Phoenicia episcopus, iam Cappado- ciae praefectus, saeculo floruit quarto. De Burgundionis versione aliisque operibus vide *Biblioth. ms.,* II, pag. 13, 78-79.

II. *Tractatus de anima, editus a fratre Alberto theutonico,*

ordinis Praedicatorum. « Consequenter transeundum est ad quae» rendum de homine, de quo primo quaerendum est secundum » statum eius . . . », f. 29-224.

Libri tres editi volumine tertio eius operum. Lugd., 1651, f.°

Cod. 161 membr., saec. XV, a. 310, l. 215 [Z. L. CCLXXI]. B.

Severini Boethii, *opera varia,* scilicet:

a. *De arithmetica libri duo.* Dedicatio domino patri Symmacho inc.: « In dandis accipiendisque muneribus ita recte offi» cia inter eos . . . ». Prooemium inc.: « Inter omnes priscae au» ctoritatis viros qui, Pithagora duce, puriore mentis ratione » viguerunt . . . », f. 1-66.

b. *Musicae institutionis libri quinque.* « Omnium quidem » perceptio sensuum ita sponte ac naturaliter quibusdam viven» tibus adest . . . », f. 67-146.

c. *Liber de trinitate ad Symmachum.* Dedicatio inc.: « Inve» stigatam diutissime quaestionem quantum nostrae mentis igni» culum lux divina dignata est . . . », f. 147-151; textus vero: « Christianae religionis reverentiam plures usurpant, sed ea fides » pollet maxime ac solitarie . . . », f. 147-151.

V. *Biblioth.,* II, p. 43.

d. *Utrum pater et filius et spiritus sanctus de divinitate substantialiter praedicentur, ad Ioannem ecclesiae romanae diaconum.* « Quaero an pater et filius et spiritus sanctus de divinitate . . . », f. 151-152.

Est liber secundus *de trinitate,* sub nomine quoque *de praedicatione personarum.*

e. *Quomodo substantiae in eo quod sunt bonae sunt, cum non sint substantialia bona, ad eundem.* « Postulas ut ex hebdomadi» bus nostris eius quaestionis obscuritatem, quae continet mo» dum . . . », f. 152-154.

Est liber tertius *de trinitate,* etiam appellatus *an omne quod est, bonum sit.* Deest quartus *de duabus naturis et una persona.*

f. *De unitate et uno liber unus.* « Unitas est qua unaquaeque » res, sive simplex, sive composita, sive corporalis, sive spiritualis, » unitate una est . . . », f. 155-157.

A principio folium, saeculo decimotertio scriptum, continet fragmentum libri primi *de geometria* eiusdem Boethii.

Singula pluries edita sunt.

Sub fine lego: *Andrea de Biagio. Questo libro è di Francesco di Nicholao Biliotti* .... *adi* 15 *di luglio,* 1457, *in Roma.*

Cod. 162 membr., saec. XIII, a. 238, l. 154 [Z. L. DXXI].

An. Man. Severini Boethii, *de consolatione philosophiae, cum commentario anonymo.*

Occurrunt passim glossae interlineares et marginales aevi sequioris.

Foliis 67-68 insunt formulae epistolarum patri, matri, filiis, duci Venetiarum Rainerio Çeno, episcopo Paduae Ioanni, ac Vicetiae Manfredo; potestatibus Paduae, Vicetiae, Veronae, inscriptarum; quae indicationes, exempli ergo oblatae, dant annos scriptionis 1250-1254 Extremo 68 pretium solutum duorum ducatorum de Venetiis, ac aestimatio novemdecim enunciatur. Rhythmum calendarii partim tantum, evanescentis scripturae causa, non ideo exscribo, quod inepte sit elucubratum.

Cod. 163 membr., saec. XIV, a. 260, l. 188 [L. VI, CCXLVII]. F.

Liber Boethii Malii [sic] *Torquati Anitii Severini, de consolatione ad instruendam patientiam in adversis, et humilitatem in prosperis, et ad divinae cognitionis appetitum, et aeternae felicitatis spectabilem caritatem.* Libri quinque. Incipit metrum: « Carmina qui condam studio florente peregi... »; prosa vero: « Haec dum mecum tacitus ipse reputarem querimoniamque la» crimabilem styli offitio... ».

Libris singulis, quodlibet metrum, quamlibet prosam orationem antecedit: minio depictus titulus in textu edito desideratus: quin et sub fine, fol. 53-54, leguntur tituli metrici qui sequuntur in omnes et singulos libros.

« In quinque libris ».

« Auctorem primus consulandum miserum dat.
» Tristitiae causam liber explicat inde secundus,
» Tertius in rebus mundi non esse dolendum.

» Hinc consulatum auctorem denique quartus.
» Quintus perfectum notat hunc et rite refectum ».

« De primo ».

« Dat triplices questus libri pars prima prioris,
» Inde Severini pars altera dat benefacta.
» Exilii causas, hominum regimen quoque plorat,
» Ultima quaerendo quae sit mens laesa requirit ».

« De secundo ».

« Mores fortunae qui sint in parte secundi
» Prima disquirit fortunae verba loquendo;
» Altera felicem probat, approbat et miserum non :
» Ultima non facere fortunae dona beatum.

« De tertio ».

« Interni prima docet ut natura suadet :
» Quod cupiat sibi quisque bonum pars altera monstrat.
» In rebus mundi nullum feliciter esse:
» In quis falsa boni species tamen reperitur.
» Tertia dat causam, dat quarta sit, an sit, ubi, quid
» Vera boni species deitas quae iure probatur ».

« De quarto ».

« Prima quarti dicit contingere iustis
» Prospera, sed pravis mala tantum, quod probat apte,
» Parsque secunda deos iustos probat esse malosque
» Non homines sed bruta, magis quam corpore si sint.
» Tertia victuros dudum pravos sine poena
» Plus infelices quam si mors poenaque detur.
» Quartaque pars primo quaerit, solvitque secundo
» Cur bona sint pravis, iusti mala cur patiantur.
» Fortunam set [sic] quinta bonam pars approbat amen ».

« De quinto ».

« Quinti prima petit, solvit causa quid et an sit.
» Altera pars quaerit quod arbitrium sit et an sit.
» Tertia pars quaerit quid notio tunc operetur,
» Inde Dei, quaedam sententia falsa refertur :
» Solvendi radix quae sit datur inde probata
» Et plene post haec dat causam cur reprobatur,
» Post haec ponetur quae vera solutio fertur ».

Addo ex codice elogium, diversum ab eo quod legitur Ticini in aede s. Augustini.

« Ista quatuor carmina sunt scripta in sepultura Boethii ».

« Heu malus iste super quo venit mortis amotor
» Omne quod est genitum tendit ad interitum.
» In hoc sarcofago iacet Boetius archo
» Hominibus omni modo miserandus homo ».

Addo, propter codicis vetustatem, ternum aenigma:

« Porcus per taurum sequitur vestigia ferri:
» Anser ovem variat cui potam vacca ministrat.
» Si capud est currit, sine pede quandoque volabit.
» Adde pedem, comede: et sine ventre bibe.
» Ros generat spinam cui rauca facit supinam
» Quod rapit bovi, dat vitulo vel ovi ».

Codicem, cum glossis interlinearibus et marginalibus per plures exscriptis, rapuit Marciae Gallorum violentia a. 1797; Europae principum iustitia restituit a. 1816.

Cod. 164 membr., saec. XV, a. 268, l. 197 [Z. L. CCLXXIV]. B.

A. Manlii Severini Boethii, *de consolatione philosophiae.* Libri quinque anepigraphi, cum glossis interlinearibus a principio.

Codex, foliorum 52, habet primo: *In lo mille CCCC* 47, *adi secundo de lano;* quinquagesimo secundo: *Iste boetius est mei Galeoti de Manzalis, quem emi ducatis d.*

Cod. 165 membr., saec. XV, a. 234, l. 154 [L. VI, CCLX].

Agnitii [sic] Boethii, *de consolatione philosophiae,* f. 1-75.

A principio occurrunt glossae marginales philosophicae et philologicae, interlineares in universo volumine.

Foliis extremis 75-79 Philippus de la Strata mediolanensis, idem de quo alias retuli (1), scripsit quaedam ligata et soluta oratione, videlicet:

(1) *Bibliotheca,* I, p. 284-286; II, p. 7, 102-103, 170-171, 217.

a. elegiam in laudem Ioannis [Grimani] patriarchae [aquileiensis].

« Has tibi litterulas mitto, venerande Ioannes . . . ».

b. *epistolam ad reverendum priorem N.* Hexametri.

« Mittite, quaeso, prior reverende, valensque magister... ».

c. *tractatulum de peccato avaritiae et eius speciebus.*

« Quaesisti, prudens, optime vir, quantum damnum in » hominem congerat avaricia ».

d. *pulchrum sermonem de consecratione ecclesiae.* Elegidion.

« Est hodierna dies celebris, qua diva fuere . . . ».

e. epigramma duplex in laudem Iulii Bolani praetoris, quod maenia Montissilicis refecerit.

1. « Iuli, perpetuo, cedunt tibi, praetor, honori . . . ».

2. « Structa superbie lirae sonitu sunt maenia Troiae . . . ».

Eum Ioannis filium, de praetura montissilicensi optime meritum evincit inscriptio : *Iulio Bolano Ioannis filio, rectori optimo, auctori huius aulae monsilicensis populus dicavit,* 1470.

f. *prooemium consecrationis ad prandium.*

« Video mihi, praestantissimi patres, quinque per hunc » ordinem . . . ».

g. Aliena manu leguntur carmina itale, quorum primum inscriptum : *La soprascritta del nobel messer Gasparó dalla Strada milanese cittadino, padre de maestro Philippo, predicatore de santo Dominico* [de eo nihil in Echard], incip. : « Messer » Gasparro, nobile homo amato . . . . » ; alterum : *La soprascritta de la nobilissima madona Orsola de la giesia, donna del sopraditto e madre del frate.* « O quanto è digna donna de co» rona . . . ».

Cod. 166 membr., saec. XIV, a. 323, l. 232 [L. VI, LXIV]. F.

A. Manlii Severini Boethii, *de consolatione philosophiae,* cum *commentario Nicolai Treveth.* Libri quinque anepigraphi, in metris etiam et prosa oratione. Incipit prologus primus : « Expla» nationem librorum Boecii de consolatione phylosophica aggres» surus, votis quorundam fratrum satisfacere . . . . . . » ; alter : « Consolationes tuae laetificaverunt animam meam. Ps. 93, ec.

» Inter laetari et laetificari hoc interesse videtur... »; commentarium: « Metrum primum elegiacum, dactylicum, exametrum et » pentametrum ... ».

Ex editionibus sexcentis non una habet hoc commentarium, quod ceteroquin in codicibus mss. biblioth. Regiae parisiensis, Laurentianae florent., Escorialensis occurrunt. De annotatore vide *Biblioth.*, II. p. 101-102, 174.

Codicem columnis duabus, folior. 94, belle exscriptum, cum textu in meditullio, sibi coemit *Bartholomaeus de Placentinis de Parma, pro ducatis quinque auri, die Mercurii, 7 septembris, anno Domini M.III.LVI, quos sibi dedit Peregrinus famulus meus.*

Cod. 167 membr., saec. XIV, a. 375, l. 280 [Z. L. DXXII].

Eiusdem, *de consolatione philosophiae,* cum *eodem commento.*

Textum commentum intercipit. Manu posteriori additae sunt a principio glossae interlineares.

Codex habet folia 109.

Cod. 168 chart., 1438, a. 291, l. 217 [Z. L. CCLXXV]. B.

Fratris Nicolai Travechi, *in librum Boethii de consolatione philosophiae.*

Occurrunt initia breviora tum metrorum, tum prosae orationis.

Legitur folio extremo 88: « Boethii Severini ex consulibus » librorum commentum explicit, secundum fratrem Nicolaum » Treucch, anglicum, ordinis Praedicatorum, sacrae theologiae » professorem, anno Dom. MCCCCXXXVIII, die ultimo mensis » septembris, scriptum per me Petrum de domo Bartha ».

Codicem possederat *monasterium s. Salvatoris de Venetiis, cui Antonius de Fossis reliquit.*

Cod. 169 chart., saec. XV, a. 290, l. 205 [L. XIII, XL].

Magistri Matthiae, rectoris generalis viennensis, *reportata*

super Boethio de scholarium disciplina, cum initiis propositionum a Boethio. Prooemium inc.: « *Beatus homo qui invenit sapien-* » *tiam.* Haec verba proposita sunt scripta in Ecclesiaste prope » prooemium ... »; commentum vero: « *Vestra novit intencio.* » Iste liber, cuius subiectum est secundum omnes communes » expositores ».

Plures operis Boethii glossatores, huc usque editi occurrunt, non mag. Matthias, cuius notitiae desiderantur.

Codex habet folia 88, duplici columna.

Cod. 170 chart., saec. XIV, a. 290, l. 217 [L. VI, XXVII]. Mk.

I. Flacci Albini, nomine vulgatiori, Alcuini, *de dialectica.* « Quia mencionem philosophiae in priore disputationis nostrae » sermonem fecimus .... ». Sub fine: « Disputatio de dialectica » et de virtutibus eius, sapientissimi regis Karoli et Albini ma- » gistri expliciunt », f. 1-9.

Dialogus est inter Alcuinum magistrum et Carolum Magnum discipulum, capitulis quindecim digestus, pluries editus, versibus praeeuntibus, ita incipientibus:

« O vos, est aetas, iuvenes, quibus apta legendo
» Discite: eunt anni more fluentis aquae ».

quae tamen septem disticha, qua exhortationem ad discendam rhetoricam, huic praeponenda sensit Frobenius (1). De opere Busnagius (2): « Alius est de categoriis liber ex Aristotele, apud me » ms., inscriptus: Alcuinus magister e partibus Scithiae deve- » niens has categorias ab Aristotele Graecorum sermone editas, » et post ab Augustino latinis litteris elucidatas Carolo regi Fran- » corum, cum his versibus destinavit ».

Auctor in dialogo inter Carolum et Albinum eo unice respicit ut tradat praecepta agendi causas civiles in foro contentioso.

II. —— *incipit rhetorica:* « Quia te, venerande Al- » bine magister, Deus adduxit et reduxit ... », f. 10-20.

(1) *B. Flacci Albini, opp.* Monasterii s. Emmerami, 1777, II, 261-240.
(2) Lectionum antiqq., II, p. 488.

Praeeunt disticha:

« Qui, rogo, civiles cupit cognoscere mores
» Haec praecepta legat quae liber iste tenet ec »,

in operibus editis, de quibus supra, minime desiderata.

Exstat sub fine capitulum *de virtutibus,* unde in aliis codicibus titulus est *de rhetorica et virtutibus.*

III. A. M. T. Sever. Boethii, *dialogi duo in Porphyrii isagogen a Victorino translatam.* « Hiemantis anni tempore in Aure» liae montibus concesseramus . . . », f. 21-43.

Dialogi duo inter Fabium sciscitantem et auctorem respondentem, frequenter editi. Libri tantum tres priores.

IV. —— *in categorias,* seu *praedicamenta Aristotelis libri quatuor.* « Expeditis hiis quae ad praedica» menta Aristotelis, Porphyrii institutione, digesta sunt . . . . », f. 45-90.

Aristotelis praedicamenta offeruntur ex integro in editionibus, non ita in codice nostro.

Tituli operum tertii et quarti referunt in littera initiali crassiori imaginem Boethii, veste consulari induti; tituli alterius marginem inferiorem ornant insignia gentis alicuius.

Cod. 171 membr., saec. XIV, a. 340, l. 233 [L. VI, LV]. Ma.

I. Avicennae, *commentarius in Aristotelem de animalibus, ex arabico a Michaele Scoto in latinum translatus.* Libri novemdecim. « Et animalium quaedam communicant in membris sicut » equus, et homo in nervo et in carne et in membris . . . . . . », f. 1-68.

Titulum excipit nuncupatio solita Scoti: « Fridrice domine » mundi, Romanorum imperator, suscipe devote hunc librum Mi» chaelis Scoti, ut sit gratia capiti tuo et torques collo tuo ». Sub fine: « Explicit liber de animalibus Avicennae, scriptus per » Ioannem Ezzelmgam, anno Domini 1387, in vigilia ascensionis » Domini ». Reliqua manus antiquior exaravit.

II. —— *liber sextus naturalium, seu de anima, translatus ex arabico* [*in hebraicum*] *ab Avendeluch, israelita philosopho, iussu Toletanae sedis archiepiscopi et Hispaniarum primatis;* in

latinum vero ab huius cancellario Dominico Gundisalvo, archidiacono secobiensi. Dedicatio [in edition. desiderata] inc.: « Cum » omnes constent ex anima et corpore, nec omnes sic certi sunt » de anima sicut de corpore... »; desinit vero: « Habetis ergo li» brum, vobis praecipientibus et me singula verba vulgariter pro» ferente, et Dominico archidiacono singula in latinum conver» tente, ex arabico translatum, in quo quidquid Aristoteles dixit » in libro suo *de anima et de sensu et sensato,* et *de intellectu* » *et intellecto,* ab auctore libri sciatis esse collectum, unde post» quam, Deo volente, hunc habetis, in hoc illos tres plenissime » vos habere non dubitetis ». Textus autem inc.: « Iam exple» vimus in primo libro verbum de hiis quae sunt communia na» turalibus . . . »; desin.: « Sicut postea scies, cum loquemur de » animalibus ». Inferius vero, manu recentiori: « Completus est » liber *de anima,* qui est sextus liber collectionis secundae de » animalibus, et ei qui dedit intelligere sint gratiae infinitae. » Post hunc sequitur septimus liber *de vegetalibus* et octavus » *de animalibus,* qui est finis scientiae naturalis. Post ipsum col» lectio tercia de disciplinalibus in quatuor libris, scilicet *arith-* » *metica, geometria, musica, astrologia,* et post hunc sequitur » liber *de causa causarum* »; quae conveniunt cum prolatis in cod. 17.° plutei 84.ⁱ bibliothecae Laurentianae. Partes quinque, quarum unaquaeque in capitula, fol. 69-93.

III. Themistii, *de somno et vigilia.* « Tu cui Deus occulto« rum veritates patefaciat, et quae in domo vitae et domo mortis » beatificet . . . »; finit vero: « Hoc ergo est sufficiens ad illud » de quo quaesisti secundum locum tuum in speculatione », f. 94.

Quae *de somno et vigilia* hic inscripta nomine Themisthii, differunt toto caelo ab huius textu pluries impresso.

IV. Algazel, *metaphysica Avicennae abbreviata.* Libri duo. « Usus fuit apud philosophos proponere naturalem scientiam, » nos autem elegimus proponere divinam . . . », f. 94-110.

Opus in cod. insequenti 173, *tractatus de scientia quae vocatur divina apud philosophos,* appellatum, in edit. ven. anni 1506, *liber philosophiae Algazelis* ex arabico in latinum translatus dicitur a *magistro Dominico archidiacono secobiensi apud Toletum,* Gundisalvo nempe, de quo supra, dimidio saeculo duodecimo.

Abu Hamid Muhammed Iba Muhammed El-Gazali, communiter Algazel, qua philosophus magni nominis inter Arabes, an. 1058 Tus [Chorasan] natus, Aristoteli adhaerens, opera plura logicae et philosophiae (1) conscripsit, Bagdatiae [Bagdad] edocuit, in patria a. 1111 obiit.

V. Avicennae, *de philosophia prima, sive scientia divina,* [*metaphysica* quoque appellata]. Tractatus decem in capitula distributi. « Postquam auxilio Dei explevimus tractatum de in» tencionibus scientiarum logicarum et naturalium et doctrina» lium . . . », f. 111-144.

Ex arabico in latinum transtulit Gerardus Cremonensis, saec. XII.

VI. —— *de sufficentia.* Libri duo in capitula. « Post» quam expedivimus nos, auxilio Dei ab eo quod opus fuit pro» ponere in hoc nostro libro, scilicet de doctrina parvitatis logicae » artis, debemus nunc aperire sermonem de doctrina scientiae na» turalis . . . », f. 145-163.

VII. A. Manlii Severini Boethii, *de Trinitate libri quatuor,* pluries editi, fol. 164-168.

Habes quoque cl. II, cod. 64 (2). Annotandum censeo hos libros seorsum ab auctore datos nominibus :

1. *Quod Trinitas sit unus Deus et non tres Dii.*

2. *Utrum pater, filius et spiritus sanctus de divinitate non substantialiter praedicentur.*

3. *An omne quod est bonum sit, cum non sint substantialia bona.*

4. *Adversus Eutychen et Nestorium, de duabus naturis et una persona Christi.*

Liber tertius, ut in aliis codicibus, in nostro quoque, venit nomine *de hebdomadibus,* quod ex alio Boethii opere deperdito, sic inscripto, auctor ipse breviaverit.

VIII. —— *brevis fidei christianae complexio* [aliis *confessio fidei,* aliis *de fide*]. « Christianam fidem novi » ac veteris testamenti pandit auctoritas . . . », f. 166-167.

(1) Casiri. *Biblioth. arab.-hisp. escorialensis,* II, passim.

(2) *Biblioth. ms.*, II, p. 43.

Opellam primum, inter Boethii opuscula sacra edita habemus cum *consolationis philosophiae*. Lugduni Batav., 1656 — Ibi, 1671, p. 289-297. Codicis Bobiensis ex saeculo VIII in Ambros. mediolan. asservati dedit characteris specimen L. Biraghi in suo *de Boethio* libro. Milano, Besozzi, 1865, ac Bosisio : *Sull' autenticità delle opere teologiche di A. Sever. Boezio.* Pavia, 1869, p. 9.

IX. Albumasar, *de astronomia* quaedam. « Dixit Chel Ben- » bisr israelita : scito quod signa sunt XIIII ; ex his sex sunt » masculina, sex feminina. Aries est signum masculinum . . . », f. 168-169. Desunt plura. Aliquid simile minime occurrit in eiusdem *Flores astrologiae*. Venet., per Io. Baptistam Sessa, s. a.

Casirus, ubi opera nuntiat auctoris (1), vitam ex *arabica philosophorum biblioth.,* fol. 170 perstringit : « Giaphar Ben Moha- » mud Ben Omar, persa balkensis [Abulmasar], praestantissimus » operum de astrologia iudiciaria et astronomia scriptor, in rebus » Persarum, aliarumque nationum gestis abunde versatus, vir » fuit ingeniosus, sed vini assiduus potor. Obiit in urbe Vasetha » centenario, ut fama est, maior », saec. nono ad finem vergente.

Quae articulis primo, secundo, quinto, sexto allata sunt, ea, verosimilius ex hoc codice, venetae editioni ann. 1508 adornandae contulerunt, quod verba ad uniuscuiusque finem testantur: *optime castigata et emendata per canonicos regulares sancti Augustini, in monasterio divi Ioannis de Viridario commorantes.* Adde quod *B. Cecilius Fabrianensis canonicus regularis* uctostichum et dedicationem lectori inscripserit :

« Nuper Avicennae correcta volumina, lector
» Accipe longaevo quae iacuere situ.
» Canonici fecere patres : ne tanta latinis
» Condita sub putri gurgite gemma foret.
» Evolet aethereas, nullo prohibente, per auras
» Quo nullas toto pulchrior orbe labor.
» Ast prius haec superum lecture inventa parenti
» Inde refer patribus qui tribuere piis ».

« Delectatus quisquis philosophandi studio aetatem consumis : » Canonicos regulares divi Augustini mira pietate prosequere ;

(1) *Biblioth. ms.*, I, pag. 351.

» qui cum alia, tum tibi in praesentiarum nonnulla Avicennae » volumina, quae sane [quod nephas dicere] pene squallentia tota » deperditaque iacebant, vultus reparata in priores; examussim » emuncta elimataque, imprimenda denuo formatoribus tradi- » derunt... ».

Quem codicem Ioann. Marchanova *per pecuniam suam* emit Patavii anno 1440, idem coenobio s. Ioannis in Viridario anno 1467 legavit.

Cod. 172 membr., saec. XIV, a. 282, l. 210 [L. VI, LVII]. Ma.

I. Avicennae, *liber sextus naturalium,* seu *de anima,* ex translatione, ut codice praecedenti, fol. 2-38.

II. —— *de philosophia prima, sive scientia divina* [*metaphysica* quoque appellata], f. 38-93.

Idem opus ac codice praecedenti.

III. Algazel, *philosophiae liber alter.* « Iam diximus quod » ea quae sunt dividuntur in substantiam et accidens... ». Tractatus quinque, f. 97-110 [item codice antecedenti].

IV. *De generatione lapidum, montium; corporum mineralium ductilium, lapideorum.* « Terra pura lapis non fit, quia continua- » tionem non facit, sed coniunctionem... », f. 111-112.

Cod. 173 chart., saec. XV, a. 297, l. 213 [L. VI, XXVIII]. Mk.

I. Algazel, arabi, *liber de summa theoricae philosophiae, translatus a magistro Ioanne et D. archidiacono in Toleto, de arabico in latinum. Tractatus de logica.* « Capitulum de hiis quae debent » praeponi ad intelligentiam logicae et ad ostendendas utilitates » eius, et partes eius... », f. 1-18.

Ex hac interpretatione, sine interpretis nomine, editus Venetiis, a. 1506, cum sequenti.

II. —— *tractatus de scientia quae vocatur divina apud philosophos.* « Usus fuit apud philosophos proponere naturalem » scientiam, nos autem proponimus divinam, eo quod magis ne- » cessaria est... », f. 18-94.

Codex in fine mutilus.

Hunc quoque tractatum, in codice praecedenti *metaphysica Avicennae abbreviata* dictum [in edito *liber philosophiae*], a magistro Dominico Gundisalvo, archidiacono segoviensi, latine translatum, codex idem testatur.

Cod. 174 membr., saec. XV, a. 336, l. 230 [Z. L. CCCCLXXII]. P.

Ioannis Sarisberiensis, *in Policraticum, de nugis curialium et vestigiis philosophorum, in quo inquiritur quid sit fructus litterarum libri octo.* Prologus inc.: « Iocundissimus tum in multis, » tum in eo maxime est litterarum fructus... »; liber autem primus: « Inter omnia quae viris solent obesse principibus nihil » perniciosius esse arbitror... ».

Auctor a patria in Anglia *Sarisberiensis,* appellatus et *Ioannes Parvus* et *Ioannes Severianus* dictus, a. 1153, *Adriano IV, natione anglico pp. sedente,* ut sub fine codicis, floruit. Opus varium iucundumque lectu, Thomae cancellario Angliae nuncupatum, et in quo centone multos pannos purpurae et fragmenta melioris aevi agnovit Lipsius ad Taciti XII, 63, sic auctor diiudicat in epistola octuagesima ad Petrum Cellensem: « Edidi li» brum qui mihi a vestro placebit aut displicebit arbitrio. Incul» tus est et ex edicto meo a vobis amicis desiderat emendari. Ad » illustrem virum regis Anglorum cancellarium properabat, sed » eum, nisi processus expedierit, cohibete. Garrulus enim est et » qui vix amicum habebit in curia. Nollem tamen quod nos cu» rialibus faceret inimicum. Precor ut eum incunctanter erudia» diatis, eumque expectanti amico remittite castigatum; non » equidem ut fur ille cantuariensis *Brito,* de cuius manibus avelli » non potuit antequam totus depingeretur, forte ut facilius pos» sit argui hostium oculis ingerendus ». Prodiit frequenter.

Codex, foliorum 178, cum effigie auctoris in titulo, habet ornamenta ac praecipue litteras initiales coloribus et auro depictas.

Cod. 175 membr., 1471-1472, a. 286, l. 198 [Z. L. CCLXXXVIII]. B.

I. In librum, *de causis.* Sunt initia capitulorum 1-32 eius

libri cum commento. Textus inc.: « Omnis causa primaria... » ; commentum vero: « Quod est quia causa universalis prima agit » in causatum causae secundae... », f. 2-12. V. p. 37.

II. Alberti Magni, *liber de causis et processu universitatis a prima causa.* « Difficultates quae sunt circa totius entis principia » utcumque tangere cupientes... », f. 13-152.

III. S. Thomae Aquinatis, *super librum de causis,* propositionibus duabus supra triginta, quot scilicet partitioni textus Procli respondent. « Sicut philosophus dicit in decimo *ethicorum:* » ultima foelicitas hominis consistit... », f. 153-196.

Occurrunt in marginibus, manu Bessarionis, fragmenta graeca Procli latinis respondentia.

IV. Fratris Ægidii Romani, *in librum de causis commentarium,* cum initiis textus Procli. Dedicatio incip.: « Ex illustri ac » generosa prosapia oriundo viro magnifico et suo domino speciali, dom. Benedicto, Dei gratia, sancti Nicolai in carcere Tulliano diacono cardinali devotus... »; commentum vero: « Philosophus in primo metaphysicae, postquam dixerat metaphysicam..... ». Sub fine: « Explicit sententia super libro de » causis edita a fratre Ægidio de Roma, ordinis Fratrum haeremitarum sancti Augustini, completa Baiotis », f. 197-397.

Codices duo, una manu exscripti, in unum coierunt, quod evincunt insignia duplicia Bessarionis, fol. 2 et 153, antiqua foliorum enumeratio, nec non amanuensis notae singulae incipientes: « Iste liber fuit scriptus domi et iussu ven. in Christo patris » et dom. dom. Bessarionis, miserat. div. episcopi Sabini..... » ; continuantes autem in illo fol. 152: « completus 20 die martii, » anno nativit. Dom. millesimo quadringentesimo septuagesimo » primo...... Romae, apud sanctos Apostolos » ; in altero fol. 398: « completus undecima die mensis decembris, anno Dom. » millesimo quadringentesimo septuagesimo..... Romae, apud » sanctos Apostolos..... ». Quaternus librorum titulus tum in litteris initialibus tum in marginibus splendet ornamentis egregie auro pictis.

Cod. 176 chart., saec. XV, a. 310, l. 208 [L. VI, LIII]. Ma.

I. Averrois, *varia*.

1. *Commentum super librum Porphyrii*. Capitula septem. » Intentio in hac distinctione est explanatio eius quod continet » liber priorum . . . », f. 1-8.

Textus auctoris hic desideratus, est prooemium seu isagoges in logicam Aristotelis. Nullum huius tractatus ingerit mentionem Renan in *Averroès* ec., p. 49-54.

2. *Commentum super libro praedicamentorum Aristotelis*. « Intencio in hoc sermone est explanare sentencias contentas in » libris Aristotelis . . . », f. 11-20.

3. *Super libro : peri ermenias*, f. 20-29.

Est commentum in Aristotelis librum *de interpretatione*, logicae insertum.

4. *Super librum quartum metheoreorum Aristotelis*, capitulis 39. Textus inc. : « Quoniam quidem quatuor causae . . . . . » ; commentum vero : « Postquam divisum est quod principia ele- » mentorum quae sunt . . . », f. 44-52. V. p. 36.

Occurrunt principia locorum Aristotelis.

II. Alpharabii, *de ortu scientiarum*. Scientias nihil esse prae- » ter substantiam et accidens . . . », f. 55-57.

Opus puto unum ex viginti *de scientiis philosophicis*, quae in indice anonymo bibliothecae Escurialensis annotatur (1). Alpharabius [proprie Abou-nasr Mohammed ibn-Tarkhan] philosophus obiit Damasci a. 950. Cum Averroes valde in Alpharabii opera excutienda insudasset, ideo inter eius opera habet locum.

III. *Epistola Avicennae de intellectu* [cum postillis manus tardioris]. « Intencio nostra de hac actione est quod perhibemus » ostensionis vias claras et demonstraciones . . . », f. 58-59.

Auctor [proprie *Ibn-Sina*] a. 1036 demortuus plura arabice scripsit, quorum indicem dat Casirus in sua *bibliotheca*, I, p. 270. Operibus Averrois subnectitur, eadem causa quae supra.

IV. *Epistola eiusdem, de causa et causato*. « Causa est id ad

(1) Casiri Michael. *Biblioth arab.-hispana escurial.* Matriti, 1760, I, 299.

» quod sequitur aliud. Causarum alia efficiens, alia materialis... », f. 65-67.

V. *Epistola Averrois super quaestione de creatione et generatione.* « Et nos discimus in hoc secundum nostrum posse et secundum ... », 69-70.

Haec a principio leguntur: « 1442. Ioannes Marchanova, » artium et medicinae doctor, pro sua pecunia faciendum curavit » Patavii » ; sub fine vero memoria eiusdem qui librum coenobio s. Ioannis in Viridario donavit anno 1467.

Cod. 177 membr., saec. XV, a. 330, l. 242 [Z. L. CCXCIV]. B.

Alberti Magni, *logica,* scilicet:

a. *De praedicabilibus liber unus.* « De logica intendentibus » primum, considerandum est qualis scientia sit logica ..... ». Sub fine: « Explicit liber de quinque universalibus Alberti Ma» gni », f. 2-45.

Tractatus novem excipiunt quaedam ex *libris physicorum, topicorum, de anima* eiusdem Alberti sumpta, f. 44-46.

b. *Praedicamentorum* liber pariter unus. « In antehabitis » dictum est quod logica est scientia per quam docetur ..... », f. 46-97.

Tractatus septem excipiunt quaedam ex *libro topicorum* eiusdem.

c. *De sex principiis, secundum Gilbert. Porretanum.* « Quam» vis de ordinatione praedicabilium iam in praedicamentis suffi» cienter ... », f. 98-119. V. p. 13.

d. *Incipit liber divisionum, cuius primus tractatus est de his quae sunt ante scientiam definienda.* « Cum a principio logicae » determinatum sit quod logica est scientia docens per notum » venire ad cognitionem .... », f. 119-131 ; finit vero: « Quae » autem Aristoteles de hac arte scripserat, ad nos non devene» runt, ed ideo dicta Boethii ab Andronico sumpta secuti sumus ».

e. Alberti Magni, *peri hermenias,* seu *de interpretatione.* Libri duo. « Sicut a principio istius scientiae determinatum est, » logicae intentio est docere ... », f. 131-160.

Sub fine: « Explicit ars vetus logicae Alberti Magni ».

Subest nomen amanuensis: *Walterus de Valle,* quem unum puto qui pro Bessarione codicem exscripserat. Littera certe auropicta a principio eadem est ac in aliis, eiusdem iussu, exaratis.

Cod. 178 chart., saec. XV, a. 292, l. 200 [Z. L. CCLXXXIX]. B.

I. Eiusdem, *liber de causis et processu universitatis a causa prima, cuius primus liber continet proprietates causae primae et eorum quae ab ipsa procedunt,* f. 1-138.

II. Nicolai Maniacoriae, *suffraganeus bibliothecae.* Dedicatio inc.: « Petro venerabili basilicae s. Petri canonico .... Cum » corruptum regum volumen in vestro reperissetis armario, ad » hoc corrigendum, quaterniones bibliothecae .... » ; textus vero: « Apponendo, exemplaria depravamus, cum ad arbitrii no- » stri libitum id suppleri volumus in scripturis... », f. 141-181.

Auctor, cardinalis diaconus s. Damasi, dimidio saeculo decimo secundo florens, agit de critica sacra, et de ab eo adhibitis in emendandis locis peculiaribus librorum sacrorum veteris foederis; quibusdam praehabitis de modis quibus solent scripturarum exemplaria depravari. Historicis ecclesiasticis silentibus, vicariam operam impendit Ioan. Alb. Fabricius qui in *Bibliotheca latina* paucula quaedam de eo, ex nostro codice obtulit.

Cod. 179 membr., saec. XIV, a. 170, l. 120 [L. VI, CLXIV].

I. *Expositio libelli de causis.* « Sicut philosophus dicit in X » ethicorum, ultima felicitas hominis consistit in optima hominis » operatione... », f. 1-26.

De opellae historia sic auctor in prooemio: « Et in graeco » quidem invenitur sic traditus liber, continens ducentas et un- » decim propositiones, qui intitulatur elementatio theologica; in » arabico vero invenitur talis liber qui apud nos *de causis* dicitur, » qui constat de arabico esse translatum [sic] et in graeco peni- » tus non haberi, unde videtur ab aliquo phylosophorum arabum » ex praedicto excerptus per sensum, quia omnia quae in hoc » libro continentur in graeco, plenius et diffusius continentur » in illo ».

II. *Errores qui extrahi possunt ex libro qui appellatur Evangelium aeternum* [oppositum evangelio Christi], f. 27.

III. *Prophetiae historicae de annis* 1254-1289. « Anno Do» mini MCCLIV nascetur Antichristus ... », f. 27.

IV. *De quibusdam pillulis.* « Pillulae regis Rogerii quibus » utebatur singulis diebus, et etiam papa Alexander ... », f. 27.

Rogerium puto utriusque Siciliae regem [1130-1154] et Alexandrum III pontificem [1159-1181].

V. *Proprietates et nomina arboris qui vulgariter appellatur romarinus,* sive *ros marinus,* f. 28.

VI. Alberti Magni, *de intellectu et intelligibili.* « Sicut a » principio huius operis diximus, scientia de anima non satis » complete habetur ... », f. 29-37.

Ex editis libris duobus, primus tantum in tres distributus tractatus habetur.

VII. *Probationes anni solaris et lunaris* [falso *rhetorica Aristotelis* appellatae], f. 37-38.

VIII. *De laudabilioribus bonis.* « Laudabilia sunt bona vi» tuperabilia et turpia ... », f. 38-40.

Cui liber sit adiudicandus prorsus ignoro: Aristoteli tribuit amanuensis.

IX. Aristotelis, *de rhetorica sub compendio tractatus,* sine ordine. « Rhetorica est convertibilis dyalecticae, utraque enim » de talibus ... », f. 40-42.

X. Alberti Magni, *de viribus animae.* « Sicut dicit Damasce» nus, impossibile est substantiam esse ex parte aliqua...», f. 42-48.

XI. *Abstractiones libri Flavii Vegetii Renati, viri illustris, comitis, epithoniu* [*epitome*] *rei militaris,* f. 48-50.

Exstant tantum **a.** *elenchus quinque librorum Vegetii ex veteribus membranis;* **b.** *index capitulorum primi et secundi libri cum fragmentis aliquot capitulorum ex utroque, quasi operis speciminibus.*

XII. Rabbi Moysis, *de Deo benedicto,* f. 50-51.

Moisis Maimonidis, viri iudaei perillustris ex saeculo XII, opus crediderim, etsi Bartoluccii, De-Rossi, Steinschneider diligentiam effugerit. Vide p. 37.

XIII. *Notabiliora sexti libri physicorum* [Aristotelis]. Tra-

ctatus mutilus in fine. « Contigua sunt quorum ultima scripsit » et nullum continuum est ex indivisibilibus ... », f. 52.

XIV. *Quaedam in opus de generatione et corruptione Aristotelis.* « Plures eorum qui libros inspexerunt et eorum diversitatem in definitionibus rerum, extimaverant id esse propter diversas ipsorum intenciones ... », f. 53-57.

XV. Liber Ysaac, *de differentia spiritus et animae.* « Convenerunt antiqui quod spiritus est corpus subtile procedens a » corde ... », f. 57-59, 83.

XVI. Fratris Thomae, *liber* [mutilus] *de quiditate entium.* « Quia parvus error in principio magnus est in fine, secundum » philosophum ... », 59-64.

Tractatus est *de ente et essentia.*

XVII. —— *super libro physicorum* [Aristotelis] *fragmentum.* « Nunc est dicendum de his quae dicit Aristoteles » in VI libro physicorum, quod omne quod mutatur ... », f. 64.

XVIII. Roberti Anglici, *tractatus de relationibus,* quibusdam repetitis et sine ordine. « De praedicamento relationis quaerunt » aliqui quae sint res huius generis per se ... », f. 65-79.

Robertus seu Rupertus Anglicus aut Anglus, ordinis Praedicatorum, ex saeculo XIV, ipsum latuit Echard in opere *Scriptt. ord. Praedicatorum.*

XIX. Fratris Thomae de Aquino, *tractatus quomodo elementa sint in mixto.* « Dubium apud multos esse solet quomodo ele» menta sint in mixto : videtur autem quibusdam... ». Sub fine : « Explicit tractatus de commixtione elementorum », f. 79-80.

XX. Severini Boethii, *de Trinitate liber primus,* f. 81-83.

XXI. *Lectiones morales religiosae ex Bibliis.* « Timor Dei » in terris non erat, fornicatio operabatur, proximi audierant » concupiscentiam ... », f. 84-88.

XXII. *Liber de arte versificatoria editus a fratre P. de Meseraco, ordinis Praedicatorum,* f. 89-94.

XXIII. *Libellus de anima et potentiis eius.* « Anima est » actus primus corporis physici, vitam habentis ... », f. 94-98.

XXIV. Divi Hyeronimi, *quod uxor sapienti non sit ducenda.* « Fertur aureolus Theophrasti liber, in quo quaeritur an vir sa» piens ducat uxorem ... », f. 98.

Fragmentum libri primi contra Iovinianum. Deperditis annumeratur Theophrasti liber *de nuptiis.*

XXV. *Quaedam logica de propositionibus et iuridica de decimis,* f. 99-101.

XXVI. *Index titulorum Decretalium,* f. 101-102.

XXVII. *Casus, indice oblati, qui inducunt irregularitatem et impediunt promotionem et mysterii sacri altaris executionem,* f. 102-104.

XXVIII. *Abstractiones de scripto physicorum fratris Alberti, ordinis Praedicatorum.* Compendium per fragmenta, f. 104-106.

XXIX. *Tractatus de Deo.* « Deus hoc est quod nulla attin» git opinio; plus est enim quidquid dici poterit aut cogitari... », f. 106-110.

XXX. Sever. Boethii, *super librum peri yrminias.* « Vox est » aeris per linguam percussio, quae per quasdam gutturis por» tas... », f. 111-113.

Exstat tantum prooemium mutilum et pars capituli primi libri primi in librum Aristotelis *de interpretatione* editionis secundae.

XXXI. *Quaedam sine cohaerentia in organon Aristotelis,* f. 113-115.

XXXII. *Incipit liber Secundi philosophi.* « Adrianus autem » adnotans et surgens ait: O philosophi... », f. 115-116.

Series quaestionum rhetorico modo expositarum [saeculis anteactis apud italos nomine: *il libro dei perchè*], quarum specimen: « Quid est Deus? Immortalis mens, incontemplabilis cel» situdo, forma multiformis ec. Quid est mulier? Hominis confu» sio, insatiabilis bestia, continua sollicitudo. Quid est navis? » Marina operatio, domus sine fundamento, avis lignea, incerta » salus... ».

XXXIII. *Isti sunt errores quos Tancredus de Amelia, qui hereticus consolatus per annos XXIIII fuit et postea rediit ad fidem catholicam.* « In primis namque credunt heretici quod prin» ceps tenebrarum, qui et lucifer appellatur, fecisset quatuor ele» menta... », f. 117.

XXXIV. *Vita s. Albani martyris.* « Erat olim in partibus » aquilonis homo quidam potens et nobilis, qui gloria praeemine-

» bat suorum splendore natalium ... ». Sub fine : « Explicit epi- » stola sive ystoria sancti Albani martyris », f. 117-120.

Ea in *Acta Sanctorum a Boland,* 21 iunii, desideratur.

XXXV. *Fragmenta ex Marci Tullii Ciceronis de senectute,* f. 121-122.

Folio extremo voluminis pretium notatum : *II ducati.*

Cod. 180 membr., saec. XV, a. 443, l. 284 [L. VI, XV]. Ma.

I. Alberti Magni, *commentarius super libris tribus de anima, secundum Aristotelem.* « Omnibus quae de corpore mobili et im- » mobili secundum locum ... », f. 1-72.

II. —— *liber de causis et processu universitatis a causa prima.* Libri duo. « Difficultates quae sunt circa totius en- » tis principia utcumque tangere cupientes ... », f. 73-117.

III. S. Thomae Aquinatis, *de ente et essentia.* « Quoniam » parvus error in principio, magnus est in fine... », f. 117-120.

IV. —— *super librum de causis,* proposi- sitionibus duabus supra triginta, quot scilicet partitioni textus Procli respondent. « Sicut philosophus dicit in X ethicorum, ul- » tima felicitas hominis ... », f. 120-134.

Sub fine : « Completum et finitum per me Buscherum de » Mera nec non de Zeelandia ».

V. Alberti Magni, *de generatione et statu animae secundum naturam,* etiam *de immortalitate animae, de natura et origine animae,* capitulis septemdecim. « De anima quidem secundum » quam est perfectio corporis ... », f. 135-146.

VI. —— *de intellectu et intelligibili libri duo.* « Si- » cut a principio operis nostri de anima diximus : scientia de » anima non satis complete habetur ... », f. 147-155.

Sub fine : « Scriptum et finitum per me Buscherum ec. ».

VII. —— *de nutrimento et nutrito.* « De anima se- » cundum seipsam in praecedenti libro dictum est... », f. 155-156.

Exstat tantum textus a capitulo primo ad dimidium alterum.

Codex nitidissimus, in littera initiali primi libri valde orna- ta refert monachum legentem, ut et in margine insignia gentis Battaggia [Vide cod. L. VI, XVIII].

Cod. 181 chart., saec. XV, a. 203, l. 144 [Z. L. CCXCIII].

I. Anonymi, *de anima*. Partes duae. « Cum omnes homines » aeque constent ex anima et corpore, non tamen omnes sic certi » sunt de anima, sicut de corpore... », f. 1-38.

Quaeritur in opella: *de anima, an sit, quid sit, an sit creata vel increata ; si creata, an una vel multae ; sin multae, an simul creatae ab initio mundi, an non ; si quotidie novae creatae, an de nullo vel de aliquo ; an mortalis vel immortalis ; an vires suas retineat in corpore post mortem, an non ; si retinet, quas amittat, quas retineat, exuto corpore.*

II. Alberti Magni, *de unitate intellectus contra Averroem*, sive *libellus contra eos qui dicunt quod post separationem ex omnibus animabus non remanet nisi intellectus unus et anima una.* « Quia apud nonnullos eorum qui philosophiam profitentur, dubium est de separatione animae a corpore.. », f. 39-55.

Finit: « Hic igitur sit finis quaestionis, ubi est finis dubitationis. Haec quaestio disputata fuit per excellentissimum » philosophorum ubique divulgatum Albertum Magnum, qui fuit » magister beati Thomae de Aquino, eiusdem ordinis ». — « Explicit quaestio de unitate intellectus, disputata in curia romana » ac in concistorio ante dominum papam et suos cardinales ac » excellentissimum clerum per Albertum Magnum ».

Codd. 182-183 membr.-chart., 1407, a. 308, l. 215 [Z. L. CCCV-CCCVI]. B.

Mag. Guillelmi de Alvernia, episcopi parisiensis, *de universo*. « Scientia de universo dicitur secundum duas intenciones, quarum altera est physica completa ex aggregatione omnium » scientiarum physicarum... ».

Partes tres, quarum prima bifariam divisa, primo volumine folior. 315; altera *de universo spirituali*, volumine secundo folior. 235 continetur; tertia deest. Secundae finem excipit nota amanuensis: « Explicit secunda pars de universo finita anno Dom. » millesimo CCCC.° VII.° per manus Nicolai de Egra. Tertiam

» partem finalem reperies G. 3 ». Fol. 236-241 occurrit *tabula libri de universo.*

Magister Guillelmus III Aureliaci apud Alvernos natus, doctorum sui temporis facile princeps, a. 1228 episcopus parisiensis renunciatur, obit a. 1248. Opera eius non una tantum vice edita sunt.

Codices inscriptos: *Iste liber est Carthusiensium Nurembergae,* a Bessarione legato, in Germaniam apostolico, sibi coemptos facile ex analogia coniicio.

Cod. 184 membr., saec. XIV, a. 288, l. 194 [L. VI, CXCVIII].

I. Petri Hispani, *dialectica.* « Dialectica est ars artium et » scientiarum, ad omnium methodorum principia viam ha» bens... », f. 1-9.

Operis tantum pars dimidia, si cum tractatu universo [Vide p. 39] conferas. Quibus ibi de auctore nuntiavi, haec addo ex Sartio: « Erat Bononiae anno 1223 Petrus Hispanus, Decreto» rum professor non obscuri nominis, qui cum Tancredo et mag. » Ioanne de Petesella, aliisque claris viris, interfuit cuidam com» promisso....... Exstant litterae quibus eum ad scholas pata» vinas Guillelmus Guascus, *decretalium* doctor invitabat, loci » amaenitatem, rerum venalium copiam, auditorum, qui ad ipsum » confluxuri essent, multitudinem ostentans ». *De claris archigymnasii bononiensis professoribus,* p. 29.

II. D. Thomae de Aquino, *opusculum de fallaciis,* f. 9-16. Vide p. 39.

Primo folio, manu seriori lego *Guceli Franciscus scripsit.* Codicem *eximius artium et medicinae doctor m. Ioannes Marchanova de Venetiis* donat anno 1467 s. Ioanni in Viridario Paduae.

Cod. 185 membr.-chart., saec. XV, a. 337, l. 230 [L. VI, CLXIII]. Ma.

I. Thomae Aquinatis, *de totius logicae Aristotelis summa.*

Opusculum numero quadragesimum octavum in editione romana 1570 [t. XVII, parte sec., f. 14-24], quod Quetif et

Echard d. Thomae abiudicant, cum nullus ex veteribus inter eius opera enumeret (1).

1. *Tractatus primus de quinque universalibus secundum rem, et secundum intentionem logicam.* Cap. 8. « Omnes homines na- » tura scire desiderant: scire autem est effectus demonstratio- » nis... », f. 1-6.

2. —— *secundus de praedicabilibus.* Cap. 4. « Nunc » dicendum est de praedicamentis, et quia praedicamentum di- » citur... », f. 6-10.

Arbor Porphyrii, quae in editionibus desideratur.

3. —— *tertius de praedicamento quantitatis.* Cap. 8. « Quantitas dividitur in discretam et continuam: dicitur autem » discreta... », f. 11-14.

4. —— *de praedicamento qualitatis.* Cap. 6. « Nunc » est dicendum de praedicamento qualitatis... », f. 14-16.

5. —— *de praedicamento ad aliquid.* Cap. 5. « Dicto de » praedicamentis absolutis, dicendum est de respectivis..... », f. 16-18.

6. —— *de sex praedicamentis et eorum praedicatione in communi.* Cap. 1. « Nunc restat dicendum de aliis sex praedica- » mentis, quae sex principia dicuntur... », f. 18-19.

7. —— *quid sit actio secundum rationem praedicamentalem, iuxta utramque opinionem.* Cap. 3. « Actio est forma se- » cundum quam in id quod subiicitur... », f. 19.

8. —— *quid sit passio formaliter, ut est praedicamentum.* Cap. 2. « Passio ergo est effectus illatioque actionis... », f. 19-20.

9. —— *de praedicamento quando quid sit, quia est tempus ut denominetur temporale, seu respectus temporis ad temporalia quae mensurat.* Cap. 2. « Est autem quando quod ex tem- » poris adiacentia relinquitur... », f. 20-21.

10. —— *de praedicamento ubi quid sit formaliter et in quo sit subiective.* Cap. 2. « Ubi est circumscriptio corporis ex » conscriptione loci proveniens... », f. 21-22.

(1) Scriptt. ord. Praedic., I, p. 340.

11. *Tractatus de praedicamento situs, an aliquid sit secundum rationem formalem.* Cap. 3. « Positio est ordo seu ordinatio par- » tium in loco ... », f. 22-23.

12. —— *de habitu secundum quod est praedicamentum quid sit formaliter.* Cap. 4. « Habitus est corporum et eorum » quae circa corpus sunt adiacentia ... », f. 23-25.

13. —— *de interpretatione, seu enuntiatione.* Cap. 14. « Dicto de his quae quantum ad rem significatam pertinent... », f. 25-33.

14. —— *de natura syllogismorum.* Cap. 1. « Quoniam » enim scientiae est causam rei cognoscere; causae autem cuius- » libet rei... », f. 33-36.

Est opusculum quadragesimum septimum in editione romana 1570, tom. VII, part. sec., f. 13-14.

15. —— *de demonstratione.* « Restat de demonstratio- » ne, enim cum sit habitus acquisitus ex speculatione ..... », f. 36-43.

Lectio differt prorsus ab editione, cui sub fine haec inscripta: *De demonstratione tractatus ultimus, in quo completur logica sancti Thomae de Aquino.*

II. *De intentione.* « Dubitatur quid sit intentio prima et quid » secunda: ideo ad horum declarationem oportet hic videre... », f. 44-45.

III. *Tractatus de quiditate sive ente et essentia Aristotelis.* Prooemium inc.: « Dilectis in Christo fratribus et sonisci [sic] » R. frater ..... Quia vestra proficiendi cupiditas sic vestris me » sermonibus ... »; tractatus vero: « Libellus ergo iste cuius » subiectum vel materia est essentia prima ... », f. 45-78.

Quidam iniuria d. Thomae Aquinati tractatum, quem habet quoque codex L. VI, 160, tribuerunt: est vero expositio commentationis anonimae libri eius *de ente et essentia.*

IV. Roberti Lincolniensis episcopi, *tractatus philosophici novendecim.*

1. *De inchoatione formarum.* « Formam primam quam qui- » dam corporeitatem vocant ..., », f. 80-82.

2. *Quod homo sit minor mundus.* « Magnus mundus in se- » metipso ad semetipsum ... », f. 82.

3. *De artibus liberalibus.* « In rebus humanis triplici de cau-
» sa se ingerit error », f. 82-83.

4. *De generatione sonorum.* « Cum sonativum percutit vio-
» lenter partes ipsius . . . », f. 83-84.

5. *De calore solis.* « Cum principalis intentio nostra sit de
» calore solis . . . », f. 84-85.

6. *De generatione stellarum.* « Res eiusdem naturae, eiusdem
» operationis . . . », f. 85-86.

7. *De coloribus.* « Color est lux incorporata perspicue . . . »,
f. 86-87.

8. *De statu causarum.* Aristoteles in primo secundi philoso-
» phiae primo . . . », f. 87-88.

9. *De motu supercaelestium.* « Quoniam motus simplex aut
» est circularis aut rectus . . . », f. 88-90.

10. *De differentiis localibus.* « Differentiarum idem genus
» condividendum . . . », f. 90-91.

11. *De unica forma omnium.* « Rogavit me dilectissima dile-
» ctio tua quatenus . . . », f. 91-92.

12. *De intelligentiis.* « Voluisti insuper a me scire quid sen-
» tiam . . . », f. 92-94.

13. *De veritate.* « Ego sum via, veritas et vita: haec ipsa
» veritas . . . », f. 94-97.

14. *De veritate propositionis.* « Rem quae partim est vel fuit,
» et partim futura est . . . », f. 97-98.

15. *De impressionibus elementorum.* « Et testatur Iacobus in
» canonica sua epistola . . . », f. 98.

16. *De motu corporali et luce.* « Unum, in quantum unum,
» unum solum efficiens est . . . », f. 98-99.

17. *De finitate motus et temporis.* « Primum argumentum
» quod ponit Aristoteles . . . », f. 99-100.

18. *De angulis et figuris.* « Utilitas angulorum et figurarum
» maxime . . . », f. 100-101.

19. *De natura locorum.* « Hiis ergo radicibus et fundamentis
» datis . . . », f. 101-102.

Mutilus in fine.

De gestis et scriptis Lincolniensis vide *Fabricii.* Biblioth. latina mediae et infimae aetatis. Patavii, 1754, VI, p. 103-105.

Codicem, pessimae prorsus lectionis, Io. Marchanova a. 1448 *sua pecunia* Patavii coemptum dono obtulit s. Io. in Virid., a. 1467.

Cod. 186 membr., saec. XV, a. 270, l. 195 [L. XIII, XXI]. Ma.

Martini de Dacia, *de modis significandis*. « Cum cuiuslibet » artificis principia sive artis primo et per se considerare inter- » sit; nos igitur grammaticae eius principia essencialia .... ». In fine: « Explicit liber ternorum modorum significandi ».

Partes tres, quarum primam f. 1-14 tantum habet codex [L. XIII, LIV] et commentatur anonymus codice 188 proxime insequenti. In calce primae legitur: « Et haec de grammatica ad » praesens sufficiant ». Altera f. 14, inc.: « Constructio est passio » convertibilium. Philosophus tamen definit sic: *constructio est* » *congrua dictionum ordinatio* ... »; desit vero: « Explicit liber » secundorum modorum ». Tertia, f. 16-21, incip.: « Subiectum » totius artis grammaticae est convertibile sub forma convertibili.... »; finit: « Explicit liber terciorum modorum significandi ».

Opus *de modo significandi* quod *grammaticam* quoque *speculativam* appellant, Alberto de Saxonia ab aliquibus tributum, habet Ioannes Duns Scotus, quocum edito si nostrum conferas, plura communia offendes.

Martinus Dacus vel *de Dacia,* proprie *de Dania* [ex stylo saeculi decimitertii, qui antiquitatem affectabant veris populorum ac terrarum nominibus, antiquitus a Graecis et Romanis celebrata substituerunt, ut pro *Turcis Teucros* dicebant], ordinis Praedicatorum, magister theologiae parisiensis. In patriam redux ad summos honores provectus, cancellarius factus est a. circiter 1295, a rege Enrico Meved.

Codicem, fol. 21, litteras librorum initiales belle pictas referentem, sacerdos Petrus Montagnana donavit a. 1478 coenobio s. Ioannis in Viridario.

Cod. 187 chart., saec. XV, a. 236, l. 166 [L. XIII, LIV]. Mk.

I. Martini de Dacia, *de modis significandi minoribus,* f. 1-39. Finit: « Et haec ad praesens de modis significandi et con-

» gruentibus ad ipsos sufficiant — Expliciunt modi significandi » minores, compositi a magistro Martino de Datia . . . ». Desunt pars altera et tertia, quae in codice 186 praecedenti occurrunt.

II. ***Liber computi per rhythmos num.*** **66,** ***cum expositione:***

« Annis adde nomen domini partire per octo,
» Viginti solis sic annum noscito cicli ».

« In istis duobus versibus docemur invenire annum solarem... ». Finit: « Post primum pasca dabit quinquaginta secundum. In » isto versu docemur invenire pentecostem », f. 43-50.

Littera initialis prima coloribus et auro egregie est picta.

Cod. 188 chart., saec. XV, a. 345, l. 240 [Z. L. CCLXXXII]. B.

Commentarium in operis Martini de Dacia, de modis significandis minoribus, partem primam. « Quaelibet ars habet sua or» gana, quibus exercet suas operationes, et hoc maxime notatur » in artibus ».

Auctor anonymus operis indolem et formam sic exponit: « Causae autem huius libri, sicut et aliorum sunt quatuor: ma» terialis, efficiens, formalis et finalis. Materialis causa huius libri » est modus significandi, nam modus significandi est subiectum » in hoc libro; causa efficiens est quidam qui vocatur magister » Martinus, qui modo est magister in theologia; causa formalis » est duplex scilicet forma tractatus et forma tractandi; forma » tractatus est divisio libri in capitula, et capitulorum in partes, » et partium principalium in partes minutas, donec deveniatur » ad indivisibilia; forma tractandi est modus agendi . . . . » Causa finalis huius libri est cognitio eorum quae hic traduntur, » licet proprie iste non sit finis, eo quod dicta grammatica sit » organum aliarum scientiarum . . . . ».

Codex, fol. 62, belle duabus columnis exscriptus est.

Cod. 189 membr., saec. XIII, a. 250, l. 182 [L. VI, CC]. O.

I. Raymundi Lulli, ***ars demonstrativa veritatis.*** « Quoniam » haec ars demonstrativa sequitur regulam artis compendiosae » inveniendi veritatem . . . », f. 4-67.

Sub fine: *Qui me furetur nunquam requies sibi detur.*

Absolutam artis Lullianae doctrinam opus continet, et ingenium auctoris acerrimum, iuxta ac in fidem christianam reverentiam ostentat. Sic enim praefatur: « Ne secundum sententiam » Salvatoris dicentis in evangelio: *Vae homini illi, per quem » scandalum venit,* liber iste generet scandalum, ex nomine libri, » qui intitulatur *Ars demonstrativa,* in cordibus in ipso legen- » tium, quod forte crederent quod intentionis instituentis hunc » librum esset demonstrare ea quae sunt fidei catholicae demon- » stratione propter quod et quia; scilicet articulos fidei et sacra- » menta ecclesiae, et alia quae excedunt capacitatem humani » intellectus; praemittere curavi meam intentionem esse, quod » omnes rationes factae de articulis fidei, et de aliis pertinenti- » bus ad ipsam fidem, humanum intellectum excedentibus, non » sunt demonstrationes, sed persuasibiles rationes ».

Artem hanc demonstrativam, qua an. 1309 Parisiis a Lullio scriptam, Ioannes Baptista Solerius numerat inter eius opera in *Actis Sanctorum a Boland* [5 iunii, p. 697, § 1, n. 4] cui frater Ioannes a Sancto Antonio accedit in *Bibliotheca Franciscana* [III, p. 35]; quibus tamen acquiescere nullo modo possum, cum in parte calendarii fol. 2, *anni dominicae incarnacionis* excurrant ann. 1287-1339.

II. Raymundi Lullii, *liber de quatuordecim articulis catholicae fidei.* « Quoniam fides est intellectus illuminatus a Deo, in » huius libri principio supponendum est... », f. 68-160.

Tractatum de articulis fidei anno 1296 Romae a Lullio vulgari sermone scriptum et quadriennio post Maioricae latine redditum Solerius refert [lib. cit., p. 703, § 12, n. 13] eundemque in bibliotheca ducali Urbinate fuisse adiungit. Aliud is initium affert, fortasse ad compendium illud eiusdem tractatus pertinens, quod Iacobus Custurerius, ex fide Solerii, in bibliotheca sanctae Mariae de Sapientia lustravit. Hic utique codex ipsum exhibet opus, ex quo nonnulla Wadingus in *annalibus Franciscanis* [VI, p. 239] dedit, ad Lullii devotionem in ecclesiam romanam comprobandam; quod etiam, iuxta bibliographum Franciscanum, Barcinone, Populeti, ac Maioricae manu scriptum exstat.

III. —— *liber propositionum secundum artem de-*

monstrativam compilatus. « Ab arte demonstrativa trahit hoc » opus exordium. Et quoniam per ipsius artis modos et regu- » las... », f. 161-178.

Auctor in fine, ubi opus praedicaverit *theologis breve auxilium, directionem philosophantium, nec non in omni casu iuristis verum revelans iudicium, secundum ordinem veritatis,* subdit: *Haec quidem ars est in diversa ydiomata translationi aptissima.*

IV. Raymundi Lullii, *liber super psalmum:* Quicumque vult salvus esse. Prologus inc.: « Multum enim est negotium aptum » et adoptabile.... Quidam Tartarus in finibus Saracenorum... », f. 179-188.

Vide quae de opere scripsi in *Biblioth. ms.,* I, p. 257-258; II, p. 73.

V. —— *liber amici et amati.* « Quadam die con- » tigit eremitam qui Romae conversabatur... », f. 188-195.

Opusculum anno 1505 Parisiis impressum est cum brevi praefatione, quae auctorem Blaquernam, ipsum scilicet Lullium, designat: quod ex Solerio constat; iterumque iuxta bibliographum Franciscanum, Rothomagi cum annotationibus recusum est.

Vide *Biblioth. ms.,* II, p. 74.

Praeeunt fol. 2-4 elenchi et figurae geometricae [passim quoque volumini adpictae] demonstrationibus inservientes; extremo manus litteras inter digitos pansos referens, in studium chiromantiae.

Codicem reipublicae venetae Lullius dono misit, hac inscriptione manu sua apposita, quam pagina prima praefert: « Vobis » illustri domino Petro Gradonico, inclyto Venetiarum duci, et » honorabili vestro consilio et communi vestro Venetiarum, ego » magister Raymundus Lul cathelanus transmitto et do istum » librum, ad laudem Dei, honorem vestrum et communis vestri » Venetiarum, et exaltationem fidei catholicae et confusionem » omnium infidelium; quia liber iste praecipue ad haec conditus » fuit et est, et de sancta fide catholica certitudinem dat. Sed » supplico quod nobilis vir dominus Petrus Ceno [Zeno] possit » habere usum de ipso quamdiu sibi placuerit ».

Gradonicus principatum ann. 1289-1311 tenuit: Petrus vero Zenus bellica virtute maxime claruit: quem Antonius Stella

iis adscripsit qui inter Venetos navali pugna illustres evasere, multisque laudibus cumulavit. Fato nobis auspicato cessit ut quod volumen, pacti impositi causa, nusquam respublica possedit, demum, ex liberalitate Nanianae familiae, in Marciam inveheretur.

Raymundus Lull, latine Lullius, ex Maiorica, ordinis sancti Francisci, ingenio, linguarum peritia, gratia apud viros principes inclytus, tria millia et ultra opusculorum ex philologia, philosophia, theologia composuit, quorum paucula tantum edita sunt. Gravia ex Mahumetanis in Africa passus, octogenario maior a. 1315 occubuit.

Cod. 190 membr., saec. XIV, a. 290, l. 212 [L. XIV, LVII]. Mk.

I. Eiusdem, *liber proverbiorum.* Prologus inc.: « Cum pro- » verbium sit brevis propositio, quod in se magnam contineat » sententiam ..... » ; prima autem libri pars : « Quia Deus est » ens perfectum, nomen suum est perfectum .... » ; cum indice praeeunte, f. 1-76.

« Liber iste, sic auctor, valde utilis est ad cognoscendum et » amandum Deum, se ipsum et suum proximum, et ostendit na- » turas substantiarum et earum accidentium. Docet etiam cogno- » scere virtutes morales et vicia .... Prima pars est de proverbiis » quae sunt de centum nominibus Dei .....; secunda de prover- » biis naturalibus per quae cognitio habetur de naturis creatu- » rarum ; tertia de proverbiis moralibus, quae docet virtutes et » vicia. Quamlibet partem in centum rubricas dividimus, et quam- » libet rubricam in 20 proverbia ».

Sub fine operis haec inscripta: « Raymundus sua proverbia » in civitate romana finivit, ad gloriam et laudem Dom. Dei no- » stri, in cuius custodiam hunc tractatum commendavit, et omnes » alios quos fecerat propter suum amorem .... Anno Dom. » 1299 perfectus fuit iste liber in vigilia sancti Luce... ». Dein: « Hunc librum scripsit Guillermus de Reus, cui Deus det bonam » vitam » ; unde coniicio Reuss in Hispania librum descriptum.

II. —— *probatio articulorum fidei et legis christianae.* « Ad probationem articulorum fidei accedentes, antequam probe- » mus unum Deum esse ... », f. 76-83.

Prologum sufficit apostrophe:

« Suscipiat, sublimis apex, reverenda corona
» Ecclesiae, quod sancta fides romana ministrat,
» Undique per Latium, mundi per climata cuncta,
» Gentibus et populis, tu qui Bonifacius esse
» Diceris octavus, qui Petri sede refulges,
» Ut Paean caeli solio, super omnia cuius
» Lumen ades, digneris opus breve sumere missum,
» Articulos fidei producens ordine pleno,
» Illos atque probans rationum motibus omnes,
» Illis concludens praemissis inde duabus,
» Si quod in hiis positum non esset, ut esse liceret,
» Illud corripiat vestrae solertia lucis,
» Omnia non omnes possunt ubique videre,
» Ac maiestati vestrae Raymundus in illis
» Evigilans studiis supplex et talia vobis
» Scripsit, ut in robur fidei pertranseat istud ».

Sub fine: « Factus fuit iste tractatus Romae, a. Dom. millesimo biscentesimo nonagesimo sexto, et completus ibidem in vigilia beati Ioannis Baptistae, praecursoris ... ».

Cod. 191 membr., saec. XV, a. 230, l. 160 [Z. L. CCXCIX]. P.

I. Eiusdem, *liber qui de novis fallaciis est inventus.* « Quoniam intellectus humanus est valde gravatus per hoc quia opiniones philosophantium ... », f. 1-26.

Liber in quinque distinctiones distributus, agit 1. *de fallaciis deductionis per decem quaestiones generales,* 2. *de fallaciis deductionis per subiecta generalia,* 3. *de apparente definitione paralogismorum ec.,* 4. *de syllogismis veris, necessariis et demonstrativis,* 5. *de quaestionibus abstractis.* Folio ultimo lego: « Finivit Raymundus librum istum in Montepessulano, mense octobris M.CCC.VIII ».

II. —— *disputatio cum Sorte, de re theologica et philosophia.* « Dixit Sortes quod nos melius intelligimus vel peius: hoc provenit ex intellectu passivo, quem dictum est esse potentiam sensitivam........ », f. 27-20 finit: « Explicit

» haec disputatio die Veneris ante carnisprivium, anno Domini » M.CC.XCVII ».

Liber *valde utilis cum in se multum de theologia contineat, et de philosophia, et plura secreta primae causae et ex parte effectus in ipso sunt inventa.* Sub fine Raymundus ait: « Concedo » quod eamus Parisios ad venerabiles dominos magistros, et eis » hunc librum quem fecimus praesentemus ut ipsi corrigant ipsum » ad placitum ... »; ulterius vero: « Raymundus et Sortes, cum » libro compilato et cum spe et devocione, librum praesentave- » runt domino episcopo parisiensi et cancellario et rectori uni- » versitatis ac dominis magistris antedictis, et ab ipsis respon- » sionem bonam, humilem et devotam expectaverunt ».

III. Eiusdem, *doctrina, modus et logica nova ad scientiam iuris et medicinae.* « Cum iurista et medicus debeant investigare » principia generalia, quibus quilibet suam scientiam faciliorem, » clariorem, radicabilioremque habere posset ... », f. 30-32.

Auctor, cum ab initio libellum istum quasi complementum *libri novae logicae* aestimarit, *gratia mixtionis principiorum generalium et regularum,* sic finit: « Finitum est istud opusculum » ad honorem Dei, et per illum modum quem tenuimus in appli- » cando artem ad scientiam iuris et medicinae, per eundem mo- » dum potest applicari ad theologiam et ad omnes alias scientias » et ad artificialem practicam ipsam reduci ».

IV. —— *lectura ad declarandam artem generalem, cuius subiectum est artificium generale ad solvendum quaestiones.* Partes tresdecim. Prima incip.: « Dictum est quod subiectum huius » artis est artificium ... ». Lego sub fine: « Finivit Raymundus » hanc lecturam in civitate Ianuae, an. Dom. millesimo CCC.III, » die prima mensis februarii ... », f. 33-48.

Codicillum, praeced. similem, Parisiis quoque delatum, Venetiasque remeantem, ante Recanatum possederat *Barth. Da monte.*

Cod. 192 chart., saec. XV, a. 240, l. 173 [Z. L. CCXCVIII]. B.

I. Eiusdem, *liber de ente reali et rationis.* « Quoniam intel- » lectus est valde fatigatus, discurrendo veritatem et realita- » tem ... », f. 1-36.

Liber dividitur in sex distinctiones: 1. *de quatuor causis,* 2. *de quinque praedicabilibus,* 3. *de decem praedicamentis,* 4. *de Deo,* 5. *de octo individuis,* 6. *de quaestionibus.* Sub fine legitur: « Ad laudem et honorem Dei finivit Raymundus librum in mense » decembris in Vienna [Allobrogum], dum erat ibi concilium ge- » nerale factum per dominum papam Clementem quintum, anno » Domini M.CCC.XI... ».

II. Eiusdem, *liber de natura.* « Cum rerum phisicarum prin- » cipia sufficienter determinare valde sit arduum... », f. 37-45.

Liber trifariam partitus, *de natura, substantia naturata* et *motu naturali.* Sub fine: « Finivit Raymundus istum librum Pa- » risiis, mense februarii, qui inceptus fuit mense ianuarii die ul- » tima sole eclipsante, anno M.CCC nono... ».

Quaedam sequuntur fol. 45-46 *de elementis,* quae ad opus Raymundi antecedens se referunt.

Codicem in Gallia exscriptum revelant tractus litterarum longiores; Parisios saeculo elapso devectum, indeque Marciana revisentem, nunciant insignia biblioth. regiae Parisiensis.

Cod. 193 membr.-chart., saec. XV, a. 252, l. 177 [L. VI, CCXXXII]. Mk.

I. Eiusdem, *liber de ascensu et descensu intellectus.* « Quo- » niam aliqui homines saeculares desiderant scientias acquirere et » expectant... », f. 1-62.

Tractatum in decem distinctiones, scilicet: 1. *de scala,* 2. *de lapide,* 3. *de flamma,* 4. *de plantis,* 5. *de brutis,* 6. *de homine,* 7. *de caelo,* 8. *de angelo,* 9. *de Deo,* 10. *de quaestionibus,* sic definit in prooemio auctor: « In isto libro posita sunt propria vo- » cabula scientiarum, in quo datur modus et doctrina, per quam » homo sciat uti intellectu, ad inferiora descendendo et ad supe- » riora ascendendo, et iste ascensus et descensus erunt subiectum » in hoc libro ».

II. *Nota stupenda de precioso sacramento.* « O veneranda » sacerdotum dignitas, in quorum manibus Dei filius..... », f. 63-64.

Auctor, ubi sacrificium missae et sacerdotum dignitatem

summis extulit laudibus, addit rhythmum strophis septemdecim, cuius, qua in Mone (1) desiderati, do principium :

« Viri venerabiles, sacerdotes Dei,
» Praecones altissimi, lucernae Dei,
» Caritatis radio fulgentes et spei,
» Auribus percipite verba oris mei ».

et finem :

« Ultimam sic gerere curam pastoralem
» Possitis et ducere vitam spiritalem,
» Ut cum exueritis clamidem carnalem
» Induat vos Dominus stolam aeternalem ».

Cod. 194 chart., saec. XV, a. 240, l. 168 [L. VI, LXXXIII]. Mk.

I. *Haec lectura est incepta super artificium artis generalis* [Raymundi Lullii]. « Hic titulus est huius operis et dividitur in » tres partes secundum tres distinctiones quas continet in se... ». Sub fine : « Si in hac lectura aliquid non bene fuerit declaratum » aut bene dictum, caritative et amore Domini nostri Iesu Christi » scientibus corrigatur », f. 1-77.

II. Raymundi Lullii, *compend. artis demonstrativae.* « Quo» niam omnis scientia est de universalibus, ut per universalia » sciamus de particularibus reddere rationem . . . », f. 81-205.

III. —— *lectura super figuras artis demonstrativae.* « Quoniam Deus multum est recolibilis, intelligibilis et » amabilis, est ideo nobis multum necesse . . . », f. 206-275.

IV. —— *liber de praedestinatione et libero arbitrio.* « Quoniam praedestinatio hominibus est obiectum valde ob» scurum, idcirco quamplurimi homines indicant... », f. 276-289.

Dividitur in tres distinctiones, scilicet de arbore, de floribus, de quaestione. Sub fine legitur : « Ad laudem et honorem Dei et » ad utilitatem hominum finivit Raymundus librum de praede» stinatione et libero arbitrio in Monte pessulano [Montpellier], » in mense aprili, anno millesimo CCC.III incarnacionis . . . ».

(1) *Lateinische Hymnen.* Freiburg, 1853-1855, III, 8.°.

V. Raymundi Lullii, *liber de lumine*. « Quoniam intellectus » multiplicat species, attrahendo similitudines entium corpora- » lium . . . », f. 290-306.

Trifariam dividitur, distinctio prima est de arbore, altera de definitionibus luminis, tertia de quaestionibus. Sub fine: « Ad » honorem Dei finivit Raymundus librum de lumine in Monte » pessulano, mense novembris M.CCC.III . . . ».

Littera initialis primi operis belle est auropicta.

Cod. 195 membr., saec. XV, a. 189, l. 138 [L. VI, CLIV]. Mk.

Raymundi Lullii, *compendium artis demonstrativae*.

Operi sub fine mutilo praeeunt, fol. 1-7, **a.** *tabula stellarum formatarum quae ponuntur in astrolabio cum longitudine sua ec., positio planetae* et *dominus anni*; **b.** figurae philosophicae; **c.** quaedam ad declarandam *artem Raymundinam*.

Codex, foliis 103, cum litteris initialibus et figuris philosophicis colore belle obductis, inscribitur a principio: *liber iste est mei Benedicti Longo, quondam domini Laurentii,* 1482: trino loco exstant quoque insignia eius familiae, scilicet leonis nigri, sinistrorsum recti, cum lingua rubra exserta, in campo albo.

Cod. 196 membr., saec. XIV, a. 343, l. 242 [Z. L. CCLXXXV]. B.

Ioannis Duns Scoti, *quodlibetum*. « *Cunctae res difficiles,* ait » Salomon. Eccl. 1, et cur intelligat eas esse . . . ».

Quaestiones una supra viginti editae, tomo XII, eius operum [Lugduni, 1639, f.°].

Quodlibet, quodlibetum, quodlibeta, quodlibetica quaestio est series dubiorum de rebus variis cuilibet ad lauream doctoratus vel magisterii in theologia promovendo propositorum.

Cod. 197 membr., saec. XIV, a. 340, l. 243 [Z. L. DXXV].

Ægidi Romani, *quodlibetum*. « Ut quaestiones propositae ad » debitum ordinem reducantur, dicere possumus quod ens . . . ».

Sunt quodlibeta sex in quaestiones distributa, publici iuris

facta, *altissimi et fundatissimi* Ægidii Columna, *Romani* a patria dicti, ordinis eremitarum s. Augustini, archiepiscopi bituricensis, a. 1316 demortui.

Fol. extremis 79-80 occurrit index, quem claudit rhythmus:
« Laus tibi sit, Christe, quoniam liber explicit iste.
» Gloria, laus et honor tibi sit rex Christe redemptor ».

Manu varia coaeva inscriptum lego: *Nota omnes quaestiones numero sunt C42. Amen.* Folii autem primi margo inferior manu recentiori inscriptus: *M. Zanini de Amado. Franciscus scripsit XVII octubris, VIII indict.; .... aprilis* 1410 *m. scripsit.*

Si Fortunato Ulmo fides (1), praesens volumen unum est ex libris quos Franciscus Petrarcha a. 1362 reipubl. ven. dono dedit.

Cod. 198 chart., saec. XV, a. 340, l. 237 [Z. L. CCXCVII]. B.

Eiusdem, *in librum de causis commentarium,* sine textu. « Philosophus in primo metaphysicae, postquam dixerat meta» physicam esse de primis causis encium..... ». Propositiones duae supra triginta, primis textus verbis praeeuntibus.

Interpres, Aristotelis opellam putans, plura ad demonstrationem ex *philosopho* sumit, etsi aperte constet vel Alpharabio, vel Proclo esse adscribendam.

Codex folia habet 90 duplici columna.

Cod. 199 membr., saec. XV, a. 335, l. 220 [L. VI, CLXVI]. Ma.

I. *Quodlibetum disputatum per magistrum Nicolaum Varne,* f. 1-15.

Quaestiones mutilae, sine ordine, cum indice *quaestionum electarum a quolibeto magistri Varne,* de Deo, angelis et homine.

II. Eiusdem, *quaestiones libri metaphysicae Aristotelis,* numero 84, quarum tituli fol. 57 occurrunt. « Quia secundum do» ctrinam Aristotelis, principiorum notitia sibi praesupponit » scientiam de subiecto... », f. 17-57.

(1) Tomasini Iacobi Philippi. *Bibiothecae venetae manuscriptae* cc. Utini, 1650, p. 56.

III. Eiusdem, *tractatus abreviatus de modis distinctionum.* « Quoniam secundum sententiam commentatoris [Averrois]... », f. 57-59.

IV. —— *utrum verbo mentis nostrae possit sufficienter probari ex infinitate alicuius effectus extensiva.* Quaestio mutila in fine, fol. 59. Folio 60 legitur: *Quaestiones extractae ex quolibet magistri Warnae.*

Nicolao seu Nicoleto Verniae, ex fere simili auctoris nomine et praenomine, quaestiones tribuendas minime censeo, quod Nicoletus non fuerit caenobita; quod eius operum indoles a contentis in codice abhorreat; ac praesertim quod codicem Ioannes Marchanova *pro sua pecunia,* a. 1453 Bononiae emerit. Tomasinus codicem citat: *Quaestiones et tractatus mag. Bernae super metaphysicam* (1).

Idem Marchanova coenobio patavino s. Ioannis in Viridario a. 1467 dono obtulit.

Cod. 200 chart., saec. XV, a. 210, l. 143 [Z. L. CCCX]. B.

I. Hentisberis, *sophismata.* « Regula solvendi sophismata » non ea quidem quae apparenti condicione undique vallavit in- » ventorum subtilitas... », f. 1-3.

Fragmentum a principio praelectionum iuvenibus habitarum, quibus spatium relictum, fol. 4-48.

II. —— *tractatus de sensu composito et diviso, secundum magistrum Guilielmum Hentisberum.* « Arguenda de sensu » composito ad sensum divisum et eius frequentia fallit Aristo- » telem... », f. 49-53.

Editum opus Venetiis, per Bon. Locatellum, a 1494, f.°

III. —— *sex sophismata principalia edita et compilata per magistrum Guilelmum Hentisberum, doctorem anglicum, regem sophistarum.* « Omnis homo est omnis homo. Hoc sophis- » ma patet sic. Iste homo est iste homo et iste homo est iste » homo... », f. 54-79.

Impressa sunt anno 1481.

(1) *Biblioth. patavinae ms. publicae et privatae.* Utini, 1639, p. 35.

IV. Eiusdem, *causae obligatorii* [etiam *tractatus de obligationibus*]. « Primo ponitur talis causa quo heri vidimus ser . . . », f. 96.

Differt tractatus a longiori, seu parte logicae extrema, ut in pluribus codicibus.

Guillelmus Hentisbarius vel Hentisberius, mendose *Hentisbarus, Hentisberus, Entisber, Esbarus, Tisberus,* proprio idiomate *Heytusbery,* dialecticus anglicus, floruit circa annum 1380 : eius opus praecipuum : *sophismata* a pluribus excussa, Caietano Thiaeneo, Paulo Pergulensi, Magistro Messino, Angelo de Forosempronii, Simone de Lendinara, edita sunt anno 1481.

V. Magistri Pauli Pergulensis, *sophismata asinina.* « Volo » probare novem modis quod tu es asinus : haec hinc inde de- » legi . . . . . Primo arguitur : haec est vera, tu es asinus . . . . », f. 97-109.

VI. *Recollectae super praedicamentis,* incerto auctore. « Ut » summularum notitia [Pauli de Venetiis] ad memoriam reduca- » tur, ponendae sunt quaedam obiectiones . . . », f. 110-113.

Capitula a primo ad undecimum operis mutili.

VII. *Sophismata asinina.* « Tu es asinus. Probatur : iste ho- » mo est asinus . . . », f. 122-126.

Codicem foliorum 145 structor librarius ita compegit, ut a principio foliis duobus saeculo decimotertio exscriptis pars synonimiae botanico-pharmaceuticae exhiberetur, cuius specimen do: « Cinnario idest cardo — Celtica idest saliola — Cyssa idest re- » sina hedere — Cardamomum idest masturtium — Camomilla » idest trociscus apirenus — Coliriza idest requiritium vel her- » bel pene olente — Cetria idest pice liquida — Calamus idest » arundo seu canna — Crisocantes idest hedere arborea — Co- » lumbaria idest peristereon sive berbena ». Foliis duobus extremis inscriptum fragmentum fabulae romanensis gallicae, sic incipiens :

« Conoïsant sũt delor gran felonïe.
» Lor segnor ont grepi por coardie.
» Car tute lost il auent inbaïlie.
» Et lestendard ert in lor segnorie ».

finiens :

« Le veil Galindres in estant fudriçez
» Sages hom fu et de grau richitēz.
» Roi de barōt lamīrable citez.
» Un gran mantel dermī ot afublez.
» Blança la barba iusqua al nou del baludrez ».

Cod. 201 membr., saec. XIV, a. 291, l. 220 [L. VI, LXXIX]. Ma.

Dulmentonis, *summa philosophiae in decem partes distributa* [quarum unaquaeque in articulos]. « Plurimorum scribentium » grati laboris dignique memoria principes ad mensuram meae » facultatis . . . ».

Deest pars decima, quod innuit tabula in opere contentorum, sub fine, quae pars in codice quoque 375 bibliothecae s. Antonii desideratur (1).

Ioannem Dulmentonum, anglum, anno circiter 1320 florentem Possevinus appellat *Dumbleton.*

Codicem, folior. 232, Ioann. Marchanova, Bononiae emptum a. 1457, legavit a. 1467 coenobio s. Ioannis in Viridario Patavii.

Cod. 202 membr., 1468, a. 220, l. 145 [Z. L. CCCIV]. B.

Fr. Nicolai Boneti, *metaphysica novem libris partialibus contenta.* « Omnes homines, immo omnes naturae intellectuales cum » naturaliter scire desiderant . . . ».

Sub fine legitur: « Explicit metaphysica Bonetti, ordinis » Minorum. Frater Bernardinus de Mevaneo scripsit eiusdem or» dinis, 1468 ».

Nicolaus Bonet, itale Beretta, turonensis, magister ordinis Minorum, ac in studio parisiensi ante annum 1333 doctor renuntiatus, opera theologica et philosophica conscripsit. Legatus a. 1338 ad imperatorem Tartarorum missus, quadriennio post redux Melitae episcopus constitutus, obiit a. 1360.

Codicem, folior. 109, duplici columna, conspicuum faciunt

(1) Minciotti Luigi. *Catalogo dei codici mss. esistenti nella biblioteca di s. Antonio di Padova.* Padova, 1842, pag. 100.

litterae librorum initiales pictae, ac insignia, sub initio, Bessarionis puerulis recta.

Cod. 203 membr., 1469-1470, a. 280, l. 196 [Z. L. CCCIII]. B.

I. Eiusdem, *philosophiae naturalis libri octo.* « Quoniam au» tem sciendi et intelligendi naturale desiderium omni intellectui » est innatum... », f. 1-109. Praeit fol. 1-3 *tabula in octo libros,* in capitula distributos.

II. —— *theologiae naturalis libri septem.* « Doctor im» mobilis, simpliciter primus, cum de numero studentium ac » scribentium participem me fecisset..... », f. 113-259. Praeit pariter f. 110-112 *tabula secundum eundem auctorem.*

In fine: « Explicit liber theologiae naturalis qui continet » septem libros *partiales vel minores,* secundum magistrum Ni» colaum de Boneto ec. ».

Haec vero folio extremo amanuensis: « Iste liber fuit scri» ptus domi et iussu ven. in Christo patris et dom. dom. Bes» sarionis, divina clementia, episcopi sabinensis, sacrosanctae » romanae ecclesiae presbyteri cardinalis niceni vulgariter nun» cupati, et patriarchae constantinopolitani, anno a nativitate » Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo, die vero » vigesima quinta mensis ianuarii, pontificatus sanctiss. dom. » nostri, dom. Pauli divina providentia papae secundi anno sex» to, Romae, apud sanctos apostolos ».

Codicem tereti membrana eleganter exscriptum ornant litterae initiales operum pictae ac insignia cardinalis Bessarionis.

Cod. 204 membr., saec. XIV, a. 260, l. 180 [Z. L. CCCII]. B.

I. Gualteri Burley, *flores totius loycae.* « Circa signa uni» versalia, quatuor proponimus inquirere, quorum primum est de » signis universalibus distinctivis substantiae... », f. 1-50.

II. —— *de obligationibus.* « Obligatio secundum » quod nos utimur hoc nomine in sophismatibus, est praefixio » enunciabilis... », f. 151-240.

Gualterus seu Walterus Burley, seu Burlaeus, e discipulo

Scoti, *Scotistarum* adversarius ac *Nominalium* hyperaspista, magister oxoniensis ac parisiensis, dictus *doctor planus et perspicax*, plura conscripsit opera, quorum perpauca publici iuris facta sunt; obiit a. circiter 1337.

Cod. 205 membr., 1366, a. 243, l. 170 [L. VI, CCXCII].

Guillelmi Ocham, *summa totius loycae* [quoque *magna constructio logicae*]. Commendatio operis inc. : « Quam magnos veritatis sectatoribus afferat fructus sermocinalis scientia, quam loycam dicimus . . . ».

Opus trifariam divisum, *de terminis et proprietatibus terminorum, de propositionibus, de syllogismis,* Lazarus de Soardis primum impressit Venetiis anno 1508. De auctore vide quae annotavi, II, p. 127, 227.

Codicem, folior. 124, cum litteris partium initialibus egregie auropictis, explevit Guillelmus de Culmo, an. Dom. MCCCLXVI, die ultimo mensis augusti.

Cod. 206 membr., saec. XIV, a. 228, l. 152 [Z. L. CCLXXX]. B.

Quaestiones logicales ecclesiasticae, sine nomine auctoris. Eas sic inscripsit, sub initio, Bessario propria manu.

Habentur autem :

a. *Tabula, alphabetico ordine digesta, nominum ad quae logicales quaestiones de Deo se referunt,* f. 1-9.

b. *Quaestiones logico-theologicae,* veluti: *Utrum Christus de beata Virgine potuit incarnari — Utrum Deus generet Deum — Utrum Deus sit pater et filius,* f. 13-20.

c. *Logicae quaestiones de Deo et ecclesia,* ad quas se refert tabula litt. **a**, f. 21-131.

Quae subscriptio sub fine legitur rubris characteribus: « Explicit repertorium optimum reportaturarum per Patrenten », excipit antiquiorem deletam. « Explicit compendiosissima lectura super quatuor libros sententiarum ».

Qui passim nominantur sunt divus August., Scotus, Ocham, Ioannes de Polyaco, Wiclefus, contra quem acrius auctor insurgit.

d. *Conclusiones probantes Deum esse* [sub fine mutilae], f. 145-147.

Cod. 207 membr., saec. XIV, a. 247, l. 180 [Z. L. CCC]. B.

I. Magistri Ricardi Lauinham, *loycae et phisicae utilissime compilati tractatus*, videlicet:

a. *de terminis et propositonibus*, f. 1-22.

b. *de obligationibus*. Finit: « Expliciunt obligationes com- » pendiose extractae ab obligationibus Suynsheffde », f. 22-24.

c. *de probationibus propositionum et expositionibus earumdem*, f. 24-25.

d. *de decem generibus*, f. 25-28.

e. *de scire et credere*, f. 28-33.

f. *de sophismatibus relatorum*, f. 34-38.

g. *de insolubilibus*, f. 38-43.

h. *de fallaciis*, f. 43-48.

i. *de terminis naturalibus*, f. 48-57.

k. *de causis naturalibus*, sic inscriptus: *Ordo situationis planetarum in orbibus suis per istum versum declaretur: Post s, i, m, s, u, m sequens ultima luna subit.* « Quatuor sunt com- » plexiones hominum, videlicet colera, sanguis, flemma..... ». Sub fine: « Explicit tractatus de causis naturalibus », f. 58-63.

Desunt *Collectioni salernitanae* Salvatoris de Renzi, tom. I, rhythmi de temperamentis:

« Ignis dat coleram, sed sanguis respicit auram,
» Melan vult terram, sed flemma sequitur undam ».

l. *de anima*, f. 63.

m. *de natura operationum*, f. 63-64.

n. *de sincategorematibus*, vel *terminis sincategorematicis*, f. 64-66.

o. *de impositione*, f. 66-68.

p. *de depositione*, f. 68-69.

q. *de potentiis activis et passivis*, f. 69-71.

r. *de primo tempore*, f. 71-73.

s. *de incipit et desinit*, f. 73-78.

Richardus Lauingham, suffolcensis, puer in monasterio gip-

peswicensi educatus, frater ordinis b. Mariae de Monte Carmelo, doctor et professor theologiae Oxoniae, mortuus est a. 1381. Plura scripsit theologica, historica, philosophica.

II. **a.** Hitlisbyry [Entisberi], *primus tractatus de eventu futurorum*, f. 78-79.

b. —— *tractatus qui vocatur: iuxta hunc textum Aristotelis in libro peri yrminias*, f. 79-91.

Cod. 208 membr., 1392, a. 290, l. 216 [L. VI, LXIII].

Blasii de Pelacanibus de Parma, *quaestiones dialecticae trifariam divisae.*

a. *Quaestiones duae supra viginti.* « Quaestio principalis sit » haec : utrum dialectica sit scientia et arguitur quod non ... », f. 1-25.

b. *Circa capitulum de hypotheticis quaestiones novem.* « Prima quaestio utrum definitio data de propositione hypothetica... », f. 25-43.

c. *Quaestiones viginti sex de praedicamentis.* « Sit prima » quaestio de praedicamentis, utrum quando alterum de altero » praedicatur ... », f. 43-82.

d. *Quaestiones undecim de locis.* « Circa locos sit prima » quaestio, utrum quatuor sint speties argumentationis, scilicet » sillogismus ... », f. 82-92.

Anno 1400 conductus est ad philosophicam scholam regendam in archigymn. patav. Blasius de Pelacanibus, qui, etsi *omnium liberalium artium doctor, famosissimus omnium liberalium artium doctor et monarcha*, a coaevis sit appellatus, idibus octobris anni 1411 dimissus est, *quod minus aptus ad docendum videretur, eiusque schola auditoribus careret.*

Sub fine legitur :

« Tres digiti scribunt, totum corpusque laborat.
» Scribere qui nescit nullum putat esse laborem ».

Inferius vero : « Frater Iohannes de Mediolano, ordinis Cru» ciferorum scripsit hunc librum in carceribus sancti Marci de » Venetiis, et completus fuit M.° trecentesimo nonagesimo secun» do, die XXV mensis aprilis, in festo beati Marci evangeliste ».

Vide quae de eo notavi, tom. I, p. 284; II, p. 7, 102-103, 170-171, 217.

Quem Ioannes Marchanova anno 1435 codicem pro ducatis tribus sibi coemit Patavii, idem coenobio s. Ioannis in Viridario a. 1467 legavit.

Cod. 209 chart., 1416, a. 283, l. 214 [Z. L. DXXVII].

I. Pauli Veneti, *summa logicalis,* seu *tractatus summularum logicae,* seu *summeta*. Prooemium inc.: « Conspiciens in circuitu » librorum magnitudinem, studentium taedium constituentem in » animo, nec non et aliorum nimiam brevitatem, quibus nulla » fere est annexa doctrina .... »; textus vero: « Terminus est » signum orationis constitutivum ... », f. 4-23.

Tractatus octo, quorum primus *summularum tradit notitiam,* alter *suppositionum declarat materiam,* tertius *consequentiarum ostendit doctrinam,* quartus *terminorum vim instruit probativam,* quintus *ligandi regulam docet obligativam,* sextus *insolubilia solvendi dat artem et viam,* septimus *contra primum obiicit solutionem innuens responsivam,* octavus *vero tercium fortificat per rationem argumentativam.*

Opus impressum est Venetiis, per Ioannem Emericum de Spira, a. 1495, iterumque s. a., cum Menghi faventini expositione.

II. —— *de sophismatibus.* « Loquar propositiones ab » initio sophismatum ... », f. 24-71.

Sophismatibus quadraginta novem, quae inter *asinina* quoque appellata, opus conclusum est ac Venetiis impressum a. 1493, cum emendationibus magistri Secundi veneti, Contarellii professoris theologiae et F. Baptistae de Modoetia.

Sub fine: « Ista sophismata cum loyca praecedenti scripsit » quidam frater Andreas de Anglada, ordinis sancti Augustini » conventus Arthezis et provinciae to.^ne^ filius, unius notabilis» simae civitatis quae vocatur Usani, anno Dom. 1416, primo » anno studii in conventu paduano ordinis Heremitarum sanctiss. » Augustini ».

De auctore, vide codicem 33.

Manu recentiori inscripti leguntur rhythmi calendarii.

Ianuarius

A. Cizio ianus epi sibi pau dicat hil feli
Mar an prisca fa ag Vicenti pauli iulque Valerus

Februarius

Dem. Bri pur blasius aggat februo scolasti
ca Valen Iuli coniunge dic petrum mathiam inde

Marcius

De Martius officio decoratur gregoriano
gertrud alba bene iuncta maria genitrice

Aprilis

ge April in ambrosii festis solet atque ti
burtii est Valer sancti geor festisque Vitalis pbp

Madius

vet Philippus crux iunge iohannes nichol gregorius
habebunt maius accerie solet august ger habere

Iunius

er Nil marcel Iuni dabit tibi bar nab et
anni Celice gervasii baptist iohanna
deinque petrus

Iulius

go Iul visi martii orit socium bene marga di
visi armid marga mada cum iacobo so
cia ger

Augustus

ci Pe stephef in augusto scribentur loren
et ipo Sumptio virgine alme ti bar ludo
vice Iohannes

September

Fosi Egi sed retinet et nati virginis et crux
cum quibus addite matheum fremi cos
mique micha

October

A Re leo Francisci nec non dionisia addes
atque lucas evangelista crispinus simon
et quin

November

Dri Omen november leo que teo marcii bri
cui que succedunt istis ce clemen
leat prima ca sed an

December

Fos Eligi urba nicho concepci dama lu
nicha Postulat inde thoma sibi
nat stat io pu thome sil

aliaque minoris ponderis. Confer quae obtuli de calendar. rhythmis in *Biblioth.*, I, p. 201-203, 291-293, 296, 298; III, p. 117-118; IV.

Folia duo a principio et sub fine, quae libri custodes appellantur, referunt quaedam varia ex iure, saeculo decimotertio inscripta.

Codicem possedit quidam Pasquinus.

Cod. 210 chart., 1428, a. 290, l. 202 [Z. L. CCCVII]. B.

M. Pauli de Venetia, *quatuor dubiorum determinationes.*

a. Dubium primum, quadraginta quaestionibus distributum: « Quoniam otium mors hominis est una viventis, nec non ad mul- » torum . . . », f. 1-34.

Habet sub fine: « Explicit determinatio primi dubii acta » per me fratrem Paulum . . . . dum essem lector in con- » ventu paduano ». Indicem excipiunt haec: « Expleta fuere » scripta superius per me Nicolaum Pauli de Assisio, die tertia » mensis februarii, 1428, hora vespertina, in die festi sancti Bla- » sii gloriosi . . . ».

b. Alterum habet quaestiones triginta novem. « Post ex- » peditionem primi dubii accedo ad secundum, quod quaerit » utrum . . . », f. 35-60.

c. Tertium, quaestionibus quinquaginta. « Examinato se- » cundo dubio, sequitur tertium declarans utrum in principio... », f. 61-92. Eadem epigraphe: « Explicit determinatio tertii dubii » acta per me fratrem ec. dum essem lector in conventu paduano, » et baccalaureum eius ordinis sacratissimi ».

d. Quartum, quaestionibus totidem, inc.: « Quartum dubium » determinans ut veritas pateat primitus praemissi... », f. 94-119. Sub fine: « Expletum per me Nicolaum Pauli, anno Dom. » 1428, die 12 mensis septembris, cum magna festinantia ».

Cod. 211 chart., 1449-1450, a. 145, l. 105 [Z. L. CCLXXVIII]. B.

I. *Clarum compendium ad introductionem iuvenum in loycae facultate, per humilem et eximium artium doctorem magistrum Paulum de Pergula, nuperrime compilatum,* 1431. « Omnis qui » aliquid memoria dignum suis posteris relinquunt; aut rerum » magnitudine, aut ipsorum dispositione... », f. 1-59.

II. Pauli Pergulensis, *tractatus insolubilium.* « Insolubile est » propositio de qua fit mentio... », f. 59-66.

Collatione facta, compendium potius appellarim quam textum integrum, cuius germanum principium dat codex proxime insequens.

III. —— *tractatus de sensu composito.* « Cum » saepenumero cogitarem non mediocrem fructum iuvenibus af» ferre si compositionis materiam clarissime intelligerent, hanc » horam, Petre de Guidizonibus, hodie institui, ut brevissimo » spacio certoque ordine... », f. 67-73.

Tractatus Petro de Guidizonibus nuncupatus, de quo ante finem: « Habes, mi Petre, tractatum brevissimum sed uberri» mum, quippe quem certo ordine... ». Opella concluditur: « Et » sic est finis tractatus sensus compositi et divisi, magistri Pauli » pergulensis fulgosi artium doctoris, 1449, die VI decembris, » hora 3.ª noctis, in domo sua Venetiis ».

Auctor, e Pergula urbinati *Pergulensis* dictus, philosophus scholasticus empirista, *doctissimus artium doctor,* primus philosophiae publice tradendae Venetiis pretio conducitur. Anno 1448 dignitati episcopatus iustinopolitani sibi oblatae renuntiat. Idem ecclesiae s. Ioannis eleemosynarii, qua plebanus, ad annum 1488 praefuit.

IV. Magistri Strodi, *consequentiae utiles.* « Consequentia di» citur illatio consequens ex antecedenti... », f. 73-111.

Absoluto tractatu, lego: « Et sic finiunt, ad laudem et glo-

» riam increatae maiestatis et totius curiae caelestis, consequen-
» tiae orthodoxi ac monarchae physicorum magistri Strodi, ar-
» tium doctoris, valde utiles ac necessariae, quibus ego frater
» Georgius Pyranensis initium dedi prima die decembris, et
» finem imposui ultimo eiusdem, Venetiis, in domo magistri
» Pauli Pergulensis, tempore iubilaei, 1450 ».

Folia *custodiae,* uti dicunt, notis musicis ex saeculo XIV, in usum ecclesiae inscribuntur.

Cod. 212 chart., saec. XV, a. 298, l. 215 [Z. L. CCCIX].

I. Mag. Pauli Pergulensis, *dubia super consequentiis Strodi,* Prooemium praelectionibus inc.: « Iesum Deum et hominem to-
» ciusque fontem uberrimum mente, corde et ore, dilectissimi fra-
» tres, ferventer oravi, ut mentem quam mihi ad sui ymaginem
» creando donavit... », f. 1-59.

Operis partitionem ita a principio complectitur auctor: « Tri-
» partitum vobis tractatum tradere institui ut sic toto libello
» trinitas suffragetur. Prima itaque pars generalis consequentia-
» rum regulas limitabit, secunda speciales chategoricharum sin-
» gulas formas ordinabit, tertia speciales ypoteticharum normas
» dilucidissime declarabit ». Sub fine vero, veniam a discipulis de male enunciatis impetraturus: « Iam opus quod a me tanto
» tempore petebatis, acutissimi iuvenes, ad optatum finem per-
» venit, in quo si quid electum aut praestantia dignum effeci, id
» totum altissimo Deo cumulatissime tribuatis ».

Sub fine lego: « Secundum magistrum Paulum Pergulen-
» sem dubia finiunt super consequentiis Strodi, Venetiis composi-
» ta, ibique per me Pasquinum de Modoecia scripta M.CCCC.XL8,
» die 9 madii in domo de Agugiariis, apud ecclesiam s. Francisci ».

II. —— *insolubilia.* Nuncupatio inc.: « Tua,
» mi Ieronimae, honesta petitio, Dom. nostri Iesu Christi cele-
» berrimo festo, quarundam omnium obiectionum in regulis Ti-
» beri [Entisberi] coegit ascribere, ut tua in dies florida crescat
» industria... »; textus autem: « In primis itaque duas sup-
» positiones hic sophistarum princeps assumit, quarum prima ca-
» sum de insolubili ita describit... », f. 61-70.

Sub fine : « Expleta sunt insolubilia praeclarissimi doctoris » magistri Pauli Pergulensis, 1452, die 17 septembris, 4 hora » noctis ».

Cod. 213 membr., 1446, a. 294, l. 223 [L. VI, CCXXX]. Mr.

Eiusdem, *dubia super consequentiis Strodi.*

Sub fine : « Expliciunt dubia preclarissimi artium doctoris » magistri Pauli de Pergula, scripta per me fratrem Augustinum » de Iadra, ordinis Minorum, in conventu civitatis Belluni, anno » Domini M.CCCCXLVI, die XVIII mensis octobris, hora VII » noctis ».

Q.F.B.B.S.P.P.M.I.I.E
I.F.O.V.V.D.Q.H.A.A.N.A

Codicem, foliorum 39, belle exscriptum cum titulis ac litteris initialibus rubricatis exornant picturae egregii operis in fronte libri ; sive enim auctorem in cathedra praelegentem, sive ornamenta castigatioribus lineis, ac vividioribus coloribus et auro ducta consideres, habes quod maxime laudes.

Cod. 214 chart., saec. XV, a. 308, l. 203 [Z. L. DXXIX].

Mag. Pauli Pergulensis, *dubia super consequentias Strodi.*

Codex, fol. 60, finit eodem modo ac praecedens.

Cod. 215 chart., saec. XV, a. 285, l. 198 [Z. L. CCLXXIX]. B.

Eiusdem, *dubia super consequentiis Strodi,* f. 1-39. Folia reliqua vacua 40-73 sunt parti tertiae, quae deest, inscribendae parata.

Titulum egregio picturae opere ornant littera initialis ac insignia familiae Iusto [*Giusto* quoque et *Zusto*] referentia in campo caeruleo apertum circinum et tres oculos, cum lemmate superius: *Assai acquista chi fortuna passa* ac litteris aureis *Z. P.* ; quae nec Coronelli in *Blasone veneto* nec Cappellari in *Campidoglio veneto* obtulerunt. Infra legitur : « Est ad usum fratris Bartholomaei Iusto ».

Cod. 216 membr., saec. XV, a. 253, l. 178 [L. VI, CCXXVIII].

I. Eiusdem, *dubia super consequentiis Strodi,* f. 1-52.

II. —— *insolubilia,* f. 53-62.

Codex varie pictus in titulo cum auro superposito, habet in littera initiali imaginem auctoris legentis.

Cod. 217 membr., saec. XV, a. 205, l. 143 [L. VI, CCXLVIII]. Ma.

I. Eiusdem, *dubia super consequentiis Strodi,* f. 1-76.

II. —— *insolubilia,* f. 76-88.

III. —— *de sensu composito,* f. 89-92.

IV. —— *tractatus de sensu composito et diviso parvus et utilis.* « Termini cum quibus sumuntur propositiones, aliquando » in sensu composito, aliquando in sensu diviso, isti sunt... », f. 92-93.

Codicem litteris initialibus operis primi usque tertium, egregie auropictis, lego folio primo ducatis quatuor stetisse.

Cod. 218 chart., saec. XV, a. 426, l. 289 [L. VI, CV]. Md.

I. Ioannis de Marliano, mediolanensis, *defensio sui tractatus de reactione, adversus Caietan. Thienaeum.* « Quanquam in tra» ctatu, quem alias edidi, posuerim et probaverim modum quem» dam... », f. 1-7.

Ioannes de Marliano vel Marlianis, mediolanensis, artium et medicinae doctor, artem medicam Ticini professus est, in eoque studio legit: gravis annis obiit in patria a. 1483.

II. —— *probatio cuiusdam sententiae calculationis de motu locali.* « Quoniam calculator in probando latitu» dinem motus uniformiter difformem... », f. 8-12.

Sub fine: « Laudatus sit Deus per me Ioannem de Marliano, » mediolanensem, die 10 augusti, 1460 ».

III. —— *argumenta de reductione aquae calidae ad frigiditatem, de spasmo et de evacuatione, quae cum ab eo Papiae medicinam legente, Polycletus de Ferrariis, mantuanus*

audiisset, ad Ioannem Arnulfum de Arculis, veronensem, Ferrariae medicinam legentem misit. « Cum argueret rector studii in » cartulis de reductione aquae calidae ad frigiditatem... », f. 12.

IV. Ioannis de Arculis, *responsiones ad argumenta Marliani.* « Tenendum est quod aqua calefacta calidior continente reduci- » tur ad frigiditatem... », f. 12-13.

Ioannes Arnulfus de Arculis alias Arculanus, artium et medicinae doctor, veronensis, Bononia evocatus est Patavium a. 1452 ut medicinam practicam ordinariam profiteretur, hinc Ferrariam migravit ut duci Borso I medicinam faceret, ibique mortuus est a. 1460.

V. Ioannis de Marliano, *argumentationes contra responsiones Ioannis de Arculis.* « Pro responsione ad argumentum quod pro- » bare videbatur aquam calidam... », f. 13-17.

VI. Ioannis de Arculis, *responsiones ad argumentationes superiores.* « Non parum admiratus sum quod in rescriptis tuis mihi » imposueris quod nunquam scripsi... », f. 17-18.

VII. Ioannis de Marliano, *argumentationes aliae ad responsiones superiores.* « In respondendo ad argumentum quod pro- » bare videbatur, quod aqua ex se non infrigidetur... », f. 18-23.

VIII. —— *tractatus de reactione, ad Bonifranciscum de Arlotis reginum, publice Ferrariae docentem.* Partes quatuor. « Cum multa ac varia apud philosophos rerum ge- » nera, in quibus esset... », f. 23-41.

Tractatus compositus *per Ioannem de Marliano, anno Dom.* 1448, *dum febre quartana moleste affligeretur, editus* [publici iuris per exempla factus] est Mediolani ann. eodem.

IX. Caietani de Thienis, *tractatus de reactione in defensionem alias ab eo dictorum in hac materia et confutationem eorum quae contra alios ab eo dicta fuerunt.* « In materia de reactione tam a » veteribus quam a modernis variae inventae sunt... », f. 42-47.

X. *Sententia* [*tractatus*] *super de tribus praedicamentis Hentisberi, incoepta a magistro Messino et completa a Caietano de Thienis.* « Dubium est utrum omnis motus verus et proprie di- » ctus in argumento trium praedicamentorum consistat..... », f. 47-65.

XI. Angeli de Fossanbrono, *sententia super Hentisberi libro*

eodem. « In omni praedicamento potest esse mutatio quare in quo-
» libet... », f. 65-79.

Tractationibus IX-XI subsunt verba: « Expliciunt recolle-
» ctae Cayetani, Messini, et Angeli de Fossanbrono super regulis
» Hentisberi totalibus ».

XII. Magistri Ioannis de Imola, eremitae [artium et theologiae doctoris], *quaestio: utrum scientia civilis vel canonica sit nobilior medicinali.* « Et videtur quod sic: illa scientia est nobi-
» lior alia quae facit hominem magis honorabilem... », f. 79-82.

XIII. Dini de Garbo, florentini, *expositiones super canonibus secundi libri Avicennae.* « Serenissime princeps, mundi rex, Ro-
» berte, accipe hoc opus, ut sit gloria capiti tuo... Horum libro-
» rum quos de medicina... », f. 82-143.

Haec ad extremum scripta sunt: « Incaepta fuit haec expo-
» sitio a Dino de Florentia Senis, dum studium ibi floruit anno
» Dom. 1325, et Florentiae fuit finita quum rediit Dinus ipse Flo-
» rentiam propter studii Senarum diminutionem: legit in cathe-
» dra Senis hanc expositionem Dinus ipse ».

XIV. Hervaei Natalis, britonis, *de aeternitate mundi.* « Ad vi-
» dendum utrum mundus potuerit esse ab aeterno, vel non, quae-
» renda sunt hic sex per ordinem... », f. 147-153.

Lectio differt ab editione operum Hervaei, prolata Venetiis, a. 1513, f. 24-33.

XV. Quaestio: utrum anima intellectiva, humano corpori unita, tanquam vera forma substantialis dans ei esse specificum substantiale, aeterna atque unica sit in omnibus hominibus. « Pro
» cuius dubii decisione tria institui; primo ad divini illius Pla-
» tonis... », f. 156-160.

Prooemio dedicationis haec de se auctor anonymus: « Insti-
» tutum ordinem observare nequeo, tum propter adversam vale-
» tudinem qua, post tuum hinc digressum, laboravi; tum multa-
» rum lectionum occupatione. Ne igitur tanti beneficii immemor
» videar et magnificentiae tuae oblitus; unam in praesentiarum
» ex Peripateticorum prosequar ornatissimi s. Averois, in qua
» quoniam multa tango argumenta, quae proprio ingenio inveni,
» quae mihi multum difficilia visa sunt, libet ter solutionem ab
» his clarissimis doctoribus, et praesertim a dom. magistro Mat-

» thaeo Aquilano et a dom. Ioanne d. Laurentii intelligere, qui-
» bus rogo magnificentiam tuam ostendat... ».

XVI. *De materia et eius formis substantialibus, secundum Aristotelem.* « Primo magister non interdixit naturaliter loquen-
» tes... », f. 163-178.

Sub fine lego: « Et sic finem impono huic laudabili operi
» ad laudem omnipotentis Dei, beatissimae eius matris.......;
» et hoc tempore invalescentis pestilentiae in civitate Papiae, a
» qua defensus cum tota familia mea. Et ob hanc defensionem
» infinitas habeo gratias omnipotenti Deo et omnibus sanctis
» eius, secunda decembris, millesimo quadragentesimo quinqua-
» gesimo humanati Dei ».

XVII. *In Aristotelis libros parvorum naturalium,* scilicet *de somno et vigilia,* ac *de insomniis commentarium.* « In primo libro
» determinavit auctor de quibusdam proprietatibus........ »,
f. 179-187.

XVIII. Magistri Pauli, *de animalibus: sententia de motibus animalium,* seu *eius expositio in librum Aristotelis de animalium motione.* « Sicut dicit philosophus in tertio physicorum, conside-
» rantem de hoc oportet considerare de motu... », f. 187-195.

XIX. *De bona fortuna,* seu *de felicitate politica,* seu *libellus de virtutibus moralibus, annexus libris ethicorum vel magnorum moralium Aristotelis.* « *Quidem ordinavit.* In idem bonam fortu-
» nam feliciter, ut vult philosophus, primo ethicorum...... »,
f. 195-205.

Folium extremum inscriptum: « Hunc librum reliquit exi-
» mius artium doctor magister Nicoletus Theatinus huic mona-
» sterio santi Bartholomaei de Vicetia, canonicorum regularium
» commorantium in dicto monasterio ».

Cod. 219 chart., saec. XV, a. 200, l. 204 [L. VI, XXX]. Ma.

I. Angeli de Forosempronii, *recollectae super Hentisberum, de tribus praedicamentis.* « In omni praedicamento potest esse
» mutatio, quoniam in quolibet, ut dicit commentator, reperitur
» potentia et actus... », f. 1-13.

Tractatus finit: *Anno Domini M.CCCC.XII die IIII mensis*

maii, hora quintadecima expletus fuit tractatus iste per me Faustinum de Brixia, in artibus studentem Paduae.

II. Magistri Ioannis de Marliano, *libellus de reactione*. Inscriptio cuidam Francisco incipit : « Cum multa ac varia apud phi-» losophos rerum genera, in quibus esset ab eis . . . . . » ; textus autem : « Utrum agentia patiantur a passis in quae agunt inve-» stigare volens . . . », f. 21-43.

Tractatus in quatuor distributus est partes, quarum tertia auctor excutit quae ante eum de reactione scripserunt *Iacobus Forliviensis, Marsilius de Padua, Guillelmus Hesberi* [*Hentisberi*], *auctor tractatus de sex inconvenientibus, Paulus Venetus, Caietanus Thienaeus*. Sub fine legitur : « Explicit tractatus in materia de » reactione, compositus per famosissimum et astronomorum ve-» rissimum dominum magistrum Ioannem de Marliano, medio-» lanensem, artium et medicinae doctorem et philosophiae sacrae » monarcham in civitate Mediolani, anno Dom. nostri Iesu Chri-» sti 1444, dum febre quartana moleste affligeretur ».

III. *Dubium de futuris producendis contingentibus, extractum a logica magna excellentissimi viri magistri Pauli de Venecia, ordinis Heremitarum*. « Secundum dubium principaliter decla-» randum est istud, utrum omnia futura de necessitate eveniant » vel producantur . . . », f. 44-61.

IV. Angeli de Forosempronii, *insolubilia*. « Una communis » opinio in materia insolubilium, ad quam communiter habent » nunc respondentes refugium . . . », f. 63-71.

V. *Expositio tractatus Thomae Bradwardini, in omnem motum successivum*. Partes duae. « Tractatum Thomae Beduardini » expositurus, in quo de proportionibus motuum investigat . . . », f. 77-111.

Bradwardinus, anglus, cisterciensis, philosophia, mathesi ac theologia insignis, *doctor profundus* appellatus, archiep. cantuariensis, obiit a. 1349.

VI. *De uno calido per totum*. « Est unum calidum per totum, » quod per horam alterabitur cum gradu uniformiter...», f. 113-133.

Crediderim Ioannis Marliani, qui a. 1474, publici iuris fecit Mediolani *quaestionem de caliditate corporum humanorum tempore hiemis et aestatis*.

VII. *Utrum in generatione formarum sit certa ponenda velocitas.* « Circa propositam quaestionem et cetera dubia disputanda » de propositionibus velocitatum in motibus . . . », f. 134-136.

VIII. Magistri Ioannis de Hollandia, *tractatus de instanti.* Capitula quatuor. « Aristoteles octavo physicorum ponit aliquas » regulas de primo instanti et ultimo, quas quidem satis . . . . », f. 137-152.

Sub fine : « Finitus die 13 martii, 1405 ».

« Non ego sum scriptor turpi faedatus honore
» Si bene non scripsi, sed stilus magno furore
» Frequenter ductus debet stupere rubore ».

IX. Ioannis Marliani, *tractatus in defensionem doctorum ab eo in materia de reactione in alio tractatu bene merito.* « Quanquam » in tractatu quem alias edidi, posuerim et probaverim modum » quendam, secundum quem credebam et credo . . . », f. 158-168.

Sub fine : « Tractatus in defensionem ec. explicit, comple» tus anno 1444, die 24 aug., ascendente gradu 11.° virginis et » incaeptus die 13 aug. hora 23 . . . Ioannes ».

Auctor se refert ad superiorem tractatum, num. II quem, ut in prooemio, defendit contra obiecta *a Caietano philosopho clarissimo in tractatu de eadem materia nuper edito.*

Codicem donavit coenobio s. Ioannis de Viridario Ioannes Marchanova, a. 1467.

Cod. 220 chart., 1443, a. 436, l. 290 [L. VI, CLX]. Ma.

I. *Tractatus de quiditate sive ente et essentia Aristotelis.* Prooemium incip. : « Dilectis in Christo fratribus frater Thomas de Aquino . . . . Quia enim nostra proficiendi cupiditas . . . . . » ; tractatus vero : « Libellus iste cuius subiectum vel materia est » essentia, prima sui divisione dividitur in partes duas, scilicet » in prooemium et tractatum . . . », f. 1-21.

Non est tractatus d. Thomae, sed expositio commentatoris anonymi libri *de ente et essentia* d. Thomae, qui proxime sequitur : quod eo magis annotandum putavi, prooemii causa in editis desiderati.

II. D. Thomae Aquinatis, *tractatus de ente et essentia.* Prae-

eunt *tituli quaestionum et notabilium scripti supra librum de esse et essentia s. Thomae de Aquino,* f. 20-24.

III. *De formis sancti Thomae.* « Omnes homines natura scire » desiderant, philosophus in primo metaphysicae, secundum quem » patet ex auctoritate praemissa . . . », f. 29-47.

Differt toto caelo tractatus ab eo quod *de pluralitate formarum* [opusculum 45, in editione romana 1570, t. VII, part. II, p. 11-13] perperam d. Thomae tribuitur, quo noster amplior ac diversimode excussus occurrit, quod evincit *tabula quaestionum de formis* sub fine apposita, octodecim quaestionibus distributa.

IV. Gualteri Burlaei, *quolibet de speciebus.* « In prima quae» stione quarti *sententiarum* dixi quaedam quae aliquibus dubia, » et aliquibus sophismata videbantur . . . ». Sub fine : « Explicit » tractatus de comparatione specierum oppositionis magistri Bur» laei, excellentissimi philosophi . . . », f. 49-66.

V. —— *tractatus de potenciis animae.* « Et di» cit philosophus secundo de anima, potentiarum animae quibus» dam animatis omnes insunt . . . », f. 67-73.

VI. Gregorii de Arimino, *de intensione et remissione formarum corporalium.* « Circa secundam partem huius distinctionis » in qua magister tractat de augmento caritatis . . . ». Sub fine vero : « Explicit tractatus de intensione et remissione formarum » corporalium, quem edidit excellentissimus sacrae paginae do» ctor magister Gregorius de Arimino, in suo primo *sententia*» *rum* in quaestionibus quartae distinctionis, quem ego Bartho» lomaeus de Mantua scripsi 1384 et explevi die 27 augusti, Deo » dante », f. 79-108.

Gregorius Ariminensis, sive de Arimino, theologus subtilis, ordinis s. Augustini generalis ann. 1357-1358, inter *nominalistas* celebris, Viennae defunctus. Eius *commentarium in quatuor libros sententiarum,* quorum partem [Lib. I, distinct. 12] hic tractatus constituit, Parisiis, Valentiae et Venetiis in lucem prodiit.

VII. Caietani de Thienis, *recollectae super consequentiis Strodi.* « Consequentia est illatio consequentis ex antecedente . . . » ; finit : « Et haec pro huius tractatus declaratione dicta sufficiant » ad mei exercitium et iuvenum introductionem », f. 109-118.

VIII. —— *quaedam utilia edita super conse-*

quentiis Guglielmi Ferabrich anglici. « Consequentiarum quae-
» dam est bona et formalis ec. Circa primam divisionem .... »,
f. 118-122.

IX. Caietani de Thienis, *recollectae super tractatu de insolubilibus Hentisberi, compilatae per Caietanum ec.* « Regula solvendi sophismata ec. In hoc primo tractatu determinatur de proportionibus quas insolubiles vocant ... », f. 122-130.

X. —— *recollectae super de scire et dubitare Hentisberi, compilatae per me ec.* « Scire multis dicitur modis: communiter, proprie, magis proprie, propriissime .... », f. 130-136.

XI. —— *de materia relationum ad introductionem iuniorum.* « In terminis relationis multa sophismata fiunt secundum eorum modos supponendi ... », f. 136-139.

XII. —— *circa materiam incipit et desinit.* « Incipit et desinit, apud plures sunt termini exponibiles, et apud nullos habent causas veritatis ... », f. 139-147.

XIII. —— *de maximo et minimo.* « Circa terminationem activae potentiae aut passivae divisiones multiplices fiunt, pro quarum declaratione... »; finit vero: « Et haec brevia sufficiant pro introductione habenda ad materiam de maximo et minimo, et aliorum tractatuum praecedentium, compilatorum per excellentiss. atque acutissimum doctorem Gulielmum Hentisberum, per me Gaietanum de Thienis, ad scolarium complacentiam et utilitatem, ac dubiorum circa haec occurrentium et dicta doctoris molestantium, remotiori hoc ordine compilata ... », f. 143-150.

XIV. —— *recollectae super sophismatibus Hentisberi.* « Omnis homo est omnis homo. Circa primum principale advertendum quod Hentisber .... ». Sub fine haec leguntur: « Completae sunt recollectae mei Gaietani de Thienis, super sophismatibus Hentisberi, quas post amissionem exemplaris mei, cum corruptas cernerem, cum magno labore, uti potui, rescripsi et emendavi », f. 150-180.

V. Pauli Pergulensis, *recollectae super eodem.* « Omnis homo ec. Circa primum principale est difficultas, quis est modus generalis ... », f. 181-198.

XVI. Magistri Simeonis de Lendinaria, *recollectae super septem sophismatibus Hentisberi.* « Omnis homo ec. Circa primum » principale huius primi sophismatis : *omnis homo est omnis homo,* est advertendum quod Hentisber ... » ; finit : « Et sic est » finis huius septimi principalis et huius sophismatis ..... », f. 199-224.

Sub fine recollectarum secundi sophismatis legitur : *Petrus de Mantua,* quem suspicor Bartholomaeo de Mantua, de quo superius n. VI, cognatum.

XVII. Angeli de Forosempronio, *recollectae super Hentisberum, de tribus praedicamentis.* Eadem quae codicibus 218, 219.

XVIII. Anonymi, *de velocitate motus augmentationis tractatus.* « Augmentatio communiter dicta vocatur rarefactio, quando » scilicet corpus fit maius per dilationem ... », f. 241-246.

XIX. —— *de velocitate motus alterationis tractatus.* « De velocitate motus alterationis tres sunt opiniones, quarum » prima dicit quod velocitas ... », f. 246-248.

Ex fine huius tractatus : *cuius oppositum prius probatum fuit sequenti expositione,* sat liquet utrumque, decimum octavum et decimum nonum, Angelo de Forosempronii tribuendum esse.

XX. *Tractatus de reactione, excellentissimi artium doctoris magistri Angeli de Fossambruno, editus ad peticionem magistri Benedicti de Salerno.* « Utrum omne agens in agendo repatiatur, » quod non, quia caelum agit in inferiore, non repatitur .... », f. 248.

Auctor in fine nuntiat die 25 decembris tractatum absolvisse : « Et sic sit finis et laus illi qui ad salutem humani gene» ris ortum habuit in hac nocte ».

XXI. *Tractatus Hentisberi de proportionum multiplicium significatione, valde raro inventus.* « Qui autem nominum virtutis » sunt ignari, et ipsi disputantes et alios audientes paraloi» zant ... », f. 252-253.

XXII. Anonymi, *tractatus super de tribus praedicamentis Hentisberi.* « Dubium est utrum motus verus et proprie dictus » in aliquo trium praedicamentorum consistat ... », f. 255-275.

Argumenta in codice excussa puto praelectionibus scholae *sophistariae* archygimnasii patavini inservisse, de qua in *statutis*

artium pro anno 1496 legitur: « Deputati ad sophistariam te- » neantur legere *Logicam Pauli Veneti* et *Quaestiones Strodi*, cum » *Dubiis Pauli Pergulensis*, et pro tertia lectione *Regulas* seu » sophismata Tisberi [Hentisberi] »; quae Facciolatus in *Fasti gymnasii patav.*, I, 118, rite annotat: « Haec illis temporibus » optima habebantur, ignoratione meliorum ».

Erraret prorsus qui a nota amanuensis a. 1384 [f. 108] codicem saeculo decimoquarto tribueret, id caeterum Caietani Thienaei scriptis ex saeculo decimoquinto inficientibus. Eam notam puto recentiorem amanuensem exscripsisse, qui, iussu Ioan. Marchanovae, Patavii a. 1443 hoc dedit exemplum, ut legitur a principio. Titulus, vividioribus coloribus auro pictis, refert flores, frondes atque insignia Io. Marchanovae, qui cum libris aliis, dono dedit coenobio s. Ioannis in Viridario, a. 1467.

Cod. 221 chart., saec. XV, a. 343, l. 238 [L. VI, LXXI]. Ma.

I. Caietani de Thienis, *recollectae super regulas Esbari*, seu *Entisberi*, seu *Hentisberi*, cum initiis textus entisberiani. « In » hoc primo tractatu determinatur de propositionibus quas so- » lubiles vocant ... »; finit vero: « Et haec breviter sufficiant » pro introductione habenda ad notitiam de maximo et minimo, » et aliorum tractatuum praecedentium compilatorum per excel- » lentissimum ac acutissimum doctorem Guillelmum Hentisbe- » rum, ad scolarium complacentiam et utilitatem ... », f. 1-31.

Est tractatus *de regulis grammaticalibus*.

II. —— *recollectae super consequentias Strodi*, f. 31-42.

Idem quod codice praecedenti.

III. Alberti de Saxonia, *tractatus de proportionibus*. « Pro- » portio communiter accepta est duorum in actu unico ad invi- » cem habitudo ... »; sub fine: « Expliciunt propositiones ma- » iores Alberti de Saxonia ».

Opellam Isidorus de Insulanis in epitomen redactam vulgavit, sine adscriptione loci et anni, in 8.º Isidorus Dominicanis tribuit auctorem [a. 1332, c.] eumque doctrina Thomae de Berduerdinos [Bradwardino] imbutum asserit.

IV. Caietani de Thienis, *recollectae super sophismata Esbari,* cum initiis textus Hentisberi. « Circa primum principale adver- » tendum quod Hentisber ad primam rationem . . . », f. 49-81.

V. Mag. Simeonis de Lendinaria, *recollectae super sophismata Esbari,* cum initiis textus esbarici, quod extremum excipit aliud, quod inc. : « Omnis propositio vel eius contradictoria est vera. » Circa primum principale huius sophismatis. . . », f. 107-108.

VI. Angeli de Forosempronii, *recollectae super de tribus praedicamentis.* Eadem ac codicibus 218, 219.

VII. *Verificationes conditionum huius tractatus.* « Aliquis » est motus uniformis quoad tempus et difformis quoad substan- » tiam . . . », f. 128-136.

VIII. Caietani de Thienis, *recollectae super octo libros physicorum Aristotelis,* sine ullo textu aristotelico. Prooemium incip.: « Saepe animadverti, insignes ac litteratissimi viri, ex veteri con- » suetudine diu observatum fuisse... » ; liber vero primus : « Ex- » pedito prooemio, ad aliud secundum principale acccedemus, sci- » licet ad videndum . . . », f. 137-169.

IX. —— *quaestiones duodecim philosophicae,* finiunt : « Expliciunt Aristotelis subtilissimae ac perutiles quae- » stiones editae et compilatae per eximium . . . . magistrum » Gaietanum, praeceptorem optimum », f. 174-193.

X. Ioannis de Ianduno, *quaestio num augmentatio sit possibilis.* « Quaeritur utrum augmentatio sit possibilis... », f. 193-200.

XI. Gualteri Burlaei, *quaestio de universalibus.* « Circa uni- » versalia sunt dubitationes paucae, prima est utrum universa- » lia . . . », f. 203-209.

Codicem ornant littera initialis a principio et insignia gentis anonymae cum triplici equina cervice in campo aureo ; donavit autem Io. Marchanova coenobio s. Io in Viridario, a. 1467.

Non abs re credo rhythmum ecclesiasticum mensium apponere folio ante primum inscriptum :

« Principio Iani fit circumcisio Christi.
» Stella magos duxit Christo dare munera sexto ».
In decimo et septem est Anthonius, est Fabianus
Bis deno primo. Sequitur Agnes. Vincentius est post.
Et Saulo Paulum convertit quinta vigena.

Februarius. Est prima Severius. Virgo secunda
Datque dies tertius Blaxium, dat quintus Agatam.
Atque bis undena katedram, ter octo Mathiam.
Martius. Martis bis deno Gregorius est, benedictus
Bisdeno primo. dat quinta vigena Mariam.
Aprilis. Trina vigena dies dat aprilis teque, Georgi.
Post biduum Marcum. Vitalis est octo vigena.
Maius. Maius habet primo Iacobum pariterque Philippum.
Terno inventa fuit crux sancta redemptio mundi.
Iunius. Barnaba in undeno celebrat te iunius, alme.
Datque bis undena iunii, ter octo Ioannem.
Dant sex viginti vos fratres Paule Ioannes.
Dat celebrare Petrum, simul et penultima Paulum.
Iulius. Iulius in tredecim te, Margarita beavit
Estque bis undena Magdalena, dat altera Apollinarem.
Quinta vigena dedit Iacobum dat Christophorumque.
Augustus. Augusti primus dissolvit vincula Petri.
Est quinto Domini verbum qui praedicat auctor.
Sextaque dat Sixtum. Donatum septima donat.
Uritur in deno Laurentius. alma Maria
Sumpta est in medio. Bernardus luce vigena.
Lucae ter octava excoriatur Bartholomaeus.
Augustine die celebraris octo vigena.
Tercius ad finem decollat colla Ioannis.
September. Nascitur octavo septembris virgo Maria.
Crux quarto decimo. ter septem festa Matheae.
Festa Michaelis penultimus. ultima Yeron.
October. Octubris quarto Franciscus. sex ter habetur
Lucas. septeno quarto est Simon quoque Iuda.
November. Omnes commemorat Sanctos lux prima novembris.
Sexta Leonardum. Martinum undena beavit.
Dant ter viginti Clementem. dant Katharinam
Vigintiquinque. Andream lux ultima lustrat.
December. Festa Nicolai celebrat lux sexta decembris.
Ambroxiumque sequens. tredecim Lucia relucet.
Terseptemque Thomas. vigintiquinque redemptor
Exoritur Christus. moritur Stephanusque sequenti.

Post sequitur festum Iohannis. post puerorum.
Post Thomas alter. Liberiusque ante supremum.
Ultima dat papam Silvestrum mensis et anni.

Tranta di ha novembre, aprile, zugno e septembre
Ventiotto na uno, tutti gli altri na tranta e uno.

Cod. 222 chart., saec. XV, a. 277, l. 210 [L. VI, LX]. Me.

Nicolai de Cusa, *de coniecturis libri duo,* pluries editi.

Auctor, a patria Cusa, ubi natus [a. 1401], etiam Cusanus appellatus, cardinalis, in opere quod Iuliano cardinali Caesarini *praeceptori suo metuendo* nuncupavit, omnem humanam veri positivam assertionem esse coniecturam demonstrat.

Codex folior. 34 habet spatia vacua inserendis **a.** *tabulae progressionum ;* **b.** *figurae paradigmaticae trium mundorum ;* **c.** *figurae participationis ;* **d.** *figurae universi.*

Cod. 223 membr., saec. XIV, a. 215, l. 160 [Z. L. CCLXXXIII].

De proprietatibus rerum libri novendecim, sine nomine auctoris. Prologus inc. : « Cum proprietates rerum sequantur substantias, secundum distinctionem et ordinem substantiarum... »; liber vero primus : « De proprietatibus itaque et naturis rerum » tam spiritualium quam corporalium... ».

Auctor est *Bartholomaeus de Glanvilla,* sive *Glanovillanus,* ex comitibus Sudovolgiis sive Suffolciensibus, ex patria *Anglicus* dictus, monachus ordinis Minorum. Opus, et gallice versum, pluries impressum est.

Codex, indice praeeunte fol. 1-4, litteris maioribus et titulis pictis, habet folio extremo 267 : *Explicit, expliceat : ludere scriptor eat.*

Cod. 224 chart., saec. XV, a. 212, l. 152 [Z. L. CCCXI]. E.

Georgii Trapezuntii, *dialectica.* Dedicatio incip. : « Multa » sunt, mi Petre, quae faciunt ut omni cura omnique diligentia

» cogitem qua ratione in his humanitatis artibus .... » ; operis autem principium : « Dialectica igitur est diligens disserendi ra- » tio ; disserere vero nemo poterit diligenter ... ».

Georgius Cretensis, dictus Trapezuntius [n. 1395, m. 1484] latine *dialecticam* Petro discipulo suo nuncupavit, quam Allascius *brevem quidem sed absolutam appellat,* pluries editam, itale quoque versam. De auctore abunde disserunt Boerner, Hodius, Lambecius, Niceron, Vossius, Zenus, Fabricius.

Codex habet folia 41.

Cod. 225 chart., saec. XV, a. 272, l. 194 [L. VI, CCXXXVIII]. Z.

I. *Tractatus de memoria artificiali adipiscenda, eaque adhibenda ad argumentandum et respondendum.* « Ne in vobis, fra- » tres, imo filii carissimi, opus omittam devotionis, in quo diu » insudaverim ... », f. 1-29.

II. *De nova ac spirituali quadam artificialis arte memoriae, in resumendo colligendoque diversorum arguentium ac oppugnantium terminos : loca sive argumenta tum cathedrantium, tum bachalariorum, tumque nostrorum argumentorum oppositiones aut confirmationes, ad excellentiss. artium ac medicinae doctorem, magistrum Nicholetum, dilectissimum in Christo filium.* « Etsi iam- » diu ab huiusmodi me provinciae exercitatione alienasse animum » noveris, Nicolae ... », f. 30-43.

Sub fine haec leguntur : « Ecce iam, Nicolae, doctor egre- » gie, tuque, mi pater Francisce doctissime,..... quantum valui, » quantumque Dominus ingeniolo meo virium contulit, hic supra » conscribere conatus sum dilucidissime ... ».

Cod. 226 chart., saec. XV, a. 200, l. 142 [L. VI, CCLXXIV]. D.

I. *Tractatus super memoria artificiali, ordinatus ad honorem egregii et famosissimi doctoris, nec non et comitis Troili Boncompagni P. F.* « Ars adiuvat ipsam naturam in quantum potest » et illud aliquando quod per naturam fieri non potest... », f. 1-5.

II. *Regulae memoriae artificialis, ordinatae per religiosum sacrae theologiae professorem, magistrum Ludovicum de Pirano,*

ordinis Minorum. « Democritus atheniensis philosophus, huius » artis primus inventor fuit... », f. 5-15.

III. Iacobi Ragonae, vicetini, *artificialis memoriae regulae, ad illustrissimum principem et armorum ducem Ioannem Franciscum marchionem Mantuae.* « Iussu tuo, princeps illustr., artifi» cialis memoriae regulas... », f. 15-34, 53-66.

Duplex exemplum manu varia: uni et alteri desunt indicia loci et anni quo opus nuncupatum, quae ceteroquin codice 159 classis sextae latinorum data sunt, nempe: « Ex Vincentia, IV » kal. nov., 1434 ».

Etsi pater Angiolgabriello di Santa Maria in *Scrittori vicentini* [Vicenza, 1772, vol. II, p. I], nomen auctoris et operis non ignoret, nihil habet de utroque.

IV. *Ars memoriae artificialis.* « Ars memoriae artificialis, » pater reverende, est ea, qualiter homo ad recordandum.... », f. 41-49.

Adduntur opellae typis editae:

a. Ioannis Michaelis Alberti, carrariensis, *de omnibus ingeniis augendae memoriae.* Bononiae, per Platonem de Benedictis, 1491, fol. non num. 12, 4.°

b. Magistri Petri Ravennatis, *foenix seu de memoria artificiosa.* Venetiis, 1491, Bernárdinus de Choris de Cremona, f. 16, 4.°

c. Dominici de Carpanis de Neapoli, *de nutrienda memoria.* S. l., 1476, fol. non num. 7, 4.°

Cod. 227 membr., saec. XV, a. 230, l. 160 [Z. L. CCCCLXXXI]. B.

Fernandi Cordubensis, *de artificio omnis et investigandi et inveniendi naturam scibilis, ad rever..... Bizarrionem* [sic] *episcopum ec.* Prooemium incip.: « Quos vides inter scholasticos et » praestanti ingenio viros, vel sustulisse penitus, vel in dubium » revocasse, sit ne artificium quo omne natura scibile in singulis » disciplinis et investigari et inveniri possit, eos constat rerum » originem nescisse videri.... »; mox vero: « Itaque haec ars » nobilis subtiliter et artificiosissime investiganda est, et tuo ius» su et mea promissione debita. Nam de duabus philosophiis, » idest Platonis et Aristotelis, utra alteri praestet, disserentem

» me subito e cursu suo revocavit voluntas tua; quippe qui ius-» sisti intermittendum esse opus, et in artificium omnis investi-» gandi et inveniendi scibilis calamum esse referendum. Nam quo » ad comparationem cum Aristotele Platonis attinet, ad multam » partem eius operi tractationem perduxeram... ». Ulterius in Raymundum Lullum insurgit « orbis notissimum, quem constat » suo artificio omnia polliceri, et divina et humana sine aliquo » discrimine, et earum disciplinarum quae naturali ratione attin-» gi possunt, et earum quae lumen naturalis rationis praeter-» gressae sunt.... Unde facile perspicere potes... virum hunc » laicum mere fuisse et omnium litterarum expertem, sed per » humorem melanconicum elevatum habuisse ingenium... ». De operis autem data occasione disserens, haec habet: « Rem pro » meritis meis difficiliorem fortassis tu feceris, cum tuo aspirato » favore atque beneficio, in sedis apostolicae subdiaconum crea-» tus sim ».

His omnibus placuit aliquantisper immorari, ut et operis, in sex particulas digesti, indolem, et acre in iudicando auctoris ingenium, et dedicationis causae innotescant.

De auctore erudiri cupidum, remittimus ad *bibliothecam hispanam veterem* Nicolai Antonii [Romae, 1696, II, p. 209-210].

Codicem, foliorum 92, splendidius titulo aureis litteris ac insigniis Bessarionis depictis, archetypum puto unde exscriptus codex Vaticanus 3177.

Cod. 228 chart., saec. XV, a. 208, l. 142 [L. VI, CCXL]. Z.

Ioannis Michaelis Carrariensis, *de choreis musarum, sive de origine omnium scientiarum*. Dedicatio inc.: « Alpharabii librum » cum illum legissem, rever. Gabriel Rangone, in quo de scien-» tiarum origine... »; finit vero: « .... teque patronum illu-» strem meum Gabrielem ad sibillinos annos summa cum gloria » et sanitate perducat ».

Tractatus in capita septem digesti, Gabrieli Rangono, episcopo agriensi et beatorum Sergii et Bacchi praesbytero cardinali nuncupati.

Auctor, *Ioannes Michel Albertus Carrari*, vel *de Carraria*,

vel *Carrariensis,* Guidone patre philosopho et medico, Bergomi natus, pariter medicus, obiit a. 1490. Apostolus Zeno qui codicem possederat, sic in *Dissertazioni Vossiane,* II, n. LVIII, de opere: « dove di scienza in scienza esamina compendiosamente l'origine » di tutte le scienze, e di ciascuna riferisce gli antichi autori » principali, e anche alcuno de' moderni e del tempo suo ».

Rangonus vero *apud Clararum oppidum Brixiani agri natus,* s. Francisci regulam amplexus, Hungariam in Turcas et Hussitas peregrinatus est, quousque Matthias rex episcopum agriensem renuntiavit, auctorque fuit ut Sixtus papa IV in cardinalium caetum cooptasset.

Codex folia habet sexaginta.

Cod. 229 chart., saec. XVI, a. 326, l. 162 [L. VI, CCXXIX]. Ms.

I. Casparis Contareni, *primae philosophiae libri septem, fratri Paulo Iustiniano eremitae camaldulensi.* Prooemium incip.: « Cum superioribus mensibus Caspar Perusinus monachus ac » theologus praeclarus... » ; opella vero: « Prima philosophia » iure merito sapientiae ac divinae scientiae nomen obtinuit... », f. 1-89.

Auctor, epistola data Venetiis, tertio calend. septembr., an. 1527, *compendium philosophiae* quod, cum in Hispania pro republica veneta legatione fungeretur, exaravit, mittit Iustiniano.

II. —— *de immortalitate animi, adversus Pomponatium libri duo.* « Legi, excellentissime praeceptor, magna » animi attentione divinam apologiam tuam... », f. 92-116.

Librum *de immortalitate animae humanae* Pomponatius Bononiae ediderat a. 1516: plurimorum obiectationibus et publici iuris factis, respondens, *apologiam* a. 1518 praelo commisit, quam Contarenus, discipulus venerabundus laudibus effert, non ita tamen ut ab opinionibus et argumentis contra Pomponatii thesim abstineat, maxime eo *quod in fine primi libri luculentissimae apologiae humanissimis verbis me ad scribendum invitas, si quid aliquid superfuerit quod dubitem.*

Cod. 230 chart., saec. XVI, a. 215, l. 157 [L. VI, CCXCV].

Bernardini Tomitani, *logicae lectiones sexdecim in lycaeo patavino habitae eiusque manu conscriptae*. « Quoniam nihil est ab- » surdius, quam ignorare propositum et intentionem illius rei, » cuius sermo habendus est . . . ».

Auctor patavinus, in eo archigymnasio publicus logicae et medicinae professor annis 1539-1563, ea docuit frequentia ut venetos patricios plus quam ducentos litteris ac disciplinis instituerit. Eius opera plura de rebus diversis latine et itale edita sunt. Praestant caeteris, *Animadversiones aliquot in primum librum posteriorum resolutoriorum — Contradictionum solutiones in Aristotelis et Averrois dicta, in primum librum posteriorum resolutoriorum — In novem Averrois quaesita demonstrativa, argumenta.* Venetiis, apud Iuntas, 1562.

Codicem folior. 122 comes Iulius Bernardinus Tomitanus dono dedit biblioth. s. Michaelis de Muriano, qui tamen in catalogo anno 1779 impresso minime occurrit.

Cod. 231 chart., saec. XVII, a. 188, l. 140 [L. VI, CCLXXIX]. D.

Quaestiones logicae, nempe:

1. *An logica sit scientia*, qua occasione expenduntur opiniones Mirandulani, Balduini, Zabarellae, Ægidii, f. 1-15.
2. *An logica sit una scientia*, f. 16-20.
3. *An logica dicatur necessaria*, f. 21-24.
4. *An logica sit scientia practica vel speculativa*, f. 26-28.
5. *Logica est scientia rationalis*, f. 29-30.
6. *Logica est scientia una*, f. 31-33.
7. *Logica est scientia*, f. 44-48.

Cod. 232 chart., saec. XVII, a. 184, l. 130 [L. VI, CCLXXXI]. D.

Patris Iosephi Augustini, *introductio ad logicam*. « Multa » solent his de rebus congerere artis interpretes initio suorum » commentariorum, ex quibus legi possent Sotus . . . ».

Codicillus, foliorum 35, belle exscriptus ac eleganter compactus, cuius tamen caracteres atramenti ustione corrupti sunt. Titulus quoquo modo pictus refert insignia ordinis Minorum ac familiae [venetae in *Blasone Coronelli* desideratae] *Francisci Marra.*

Cod. 233 chart., saec. XVIII, a. 194, l. 158 [L. VI, CCXCVI].

I. Francisci Vezzosi, *logica tradita in venerando monasterio b. Agatae Bergomi, a.* 1741. Capitula tredecim. Introductio inc.: « Venandi curis et rure liberati, ut ad ea studia nos conferamus, » quae cum rerum omnium tam humanarum quam divinarum » causa . . . », f. 1-112.

II. —— *tractatus de anima rationali.* « Quod » plerumque fieri solet dum de re aliqua agere incipiunt homi- » nes . . . », f. 119-194.

Sectiones quatuor in capita distributae, quibus accedit *dissertatio de anima brutorum,* f. 194-205.

Antonius Franciscus Vezzosi, gente aretina Florentiae natus a. 1708, in clericorum regularium theatinorum sodalitium cooptatus, Arimini annis 1736-1738 philosophiam tradidit, Bergomi annis 1739-1742, donec Romam vocatus est, operibus vener. Iosephi Mariae Thomasii cardin. edendis, quae reapse publici iuris ibi facta sunt annis 1747-1769, voluminibus undecim.

Cod. 234 chart., saec. XVIII, a. 230, l. 168 [L. VI, CCLXXVI]. D.

Philosophiae universae pars prima, scilicet logica. In eam prooemium inc.: « Philosophia omnium artium procreatrix dea, » ut ait Cicero, et quasi parens . . . ».

Partem primam logicae constituunt disputationes binae, prima, f. 2-49: *Logica docens seu dialecticae institutiones,* altera, f. 50-62: *Logica utens seu prooemiales quaestiones.* His accedunt fol. 64-274, *controversiae logico-metaphysicae de identitate, distinctione et relatione entis.* Auctor, quicumque sit, controversias in disputationes, disputationes in capita, capita in articulos, articulos in paragraphos partitus est.

Sunt praelectiones ab aliquo philosophiae auditore belle sed corrupte exscriptae, quibus plura, scriptoris testimonio, desunt.

Cod. 235 chart., saec. XVIII, a. 230, l. 167 [L. VI, CCXCVIII].

Praelectiones philosophicae, et quidem:

a. *In universam philosophiam.* « Ethnici sapientiam sub » Palladis specie e Iovis prognatam cerebro eo procul dubio con» silio exhibuerunt ... », f. 1-10.

Scientiae universae historia, definitio, leges offeruntur.

b. *Logica.* « Graecos non de veritatis inquisitione sed expe» dita de omni disputatione gloriantes ... », f. 11-31.

Pars theoretica tantum in tres sectiones, *de notionibus, de iudicio, de iis quae ad ratiocinia spectant oblata.*

c. *Philosophia prima,* quoque *onthologia.* Capita quindecim. « Philosophia prima inde dicta, quia principia tradit propria et » primas notiones ... », f. 32-57.

d. *Physica.* « Philosophorum qui de rebus physicis seu de » universo et corporibus ex quibus ... », f. 61-147.

Agitur tantum capitibus octodecim *de physica generali,* quae *universum in genere contemplatur.*

e. *Dissertatio physico-mathematica de gravitate.* Capita V. « Quicumque de gravitate agendum susceperunt ii omnes qui in » eius causa detegenda ... », f. 148-164.

f. *Excerpta ex elementis physicae Petri Wan Musschenbroek,* f. 168-177.

Excerpta ex capitibus de *loco tempore et motu, potentiis prementibus, viribus corporum motorum, machinis, viribus centralibus, oscillatione pendulorum, motu composito* Musschenbroekii introductionis ad philosophiam.

g. *Dissertatio de mente humana.* Capita XI. « Acturi sumus » in hac disputatione de anima humana, nimirum de ea re ... », f. 178-233.

Cod. 236 membr., saec. XIV, a. 354, l. 250 [Z. L. CCCCXXVI]. P.

Francisci Petrarchae, *opera varia,* et quidem:

a. *Psalmi mei septem quos super miseriis propriis ipse dictavi.* « Heu mihi misero quod iratum adversus me constitui re- » demptorem . . . », f. 1-2.

b. *De secreto conflictu curarum mearum libri tres.* « Atto- » nito mihi quidem et saepissime cogitanti . . . », f. 2-14.

c. *Liber sine nomine.* « Cum semper odiosa fuerit, nunc » capitalis est veritas . . . », f. 14-20.

d. *Liber de ignorantia sui et aliorum.* « Numquam ne igi- » tur quiescemus; saepe conflictabitur hic calamus... », f. 20-36.

e. *Invectivae contra medicum.* « Quisquis es qui iacentem » calamum et sopitum, ut ita dixerim, leonem . . . », f. 36-57.

f. *Vitae solitariae, ad Philippum, cavallicensem episcopum, libri duo.* « Paucos homines novi quibus opusculorum meorum » tanta dignatio . . . », f. 58-82.

g. *De ocio religiosorum liber.* « Dignum erat, o felix Christi » familia, et eo temporis spatio quo vobiscum fui . . . », f. 82-96.

h. *Itinerarium.* « Raro admodum spei nostrae rerum exitus » respondent . . . », f. 97-105.

i. *Quoddam propositum factum coram rege Hungariae* [per Andream Contarenum et Michaelem Faledrum, venetos ad eum legatos]. « Quanta de virtutibus et proprietatibus vestris divul- » gata sint et divulgentur per orbem . . . », f. 105-107.

Opus commentitium iudicant et qui inter Petrarchae opera ediderunt.

k. *Fragmentum ex poemate Fr. Petrarchae de Africa in quo Magonem Hamilcaris filium ad Annib. fratrem loquentem inducit.* « Hic postquam medio iuvenis stetit aequore Penus . . . ».

Ornamenta coloribus et auro eleganter contexta, adeo operis diligentia, linearum tenuitate, diagrammatis nitore, litterarum initialium tum maiorum, tum minorum serie ditiori excellunt, ut codicem artis quoque gratia commendent.

Cod. 237 membr., saec. XIV, a. 323, l. 221 [L. VI, LXXXV]. Ma.

Eiusdem, *opera :*

a. *Vitae solitariae, ad Philippum, cavallicensem episcopum, libri duo,* f. 1-43.

b. *Epistolarum sine titulo,* seu *de sine nomine liber,* f. 43-58.

c. *De ignorantia suis ipsius et multorum,* f. 59-75.

Sub fine: *Ioannes Griffus de Sarzana scripsit,* qui et reliquum codicis exaravit.

d. *Contra medicum invectivae quatuor,* f. 75-109.

Codicem dono dedit Bartholomaeus de Lignamine patavinus, episcopus Concordiae, a. 1455 coenobio s. Ioannis in Viridario, Paduae.

Cod. 238 chart., saec. XIV, a. 293, l. 220 [Z. L. CCCCLXXVII]. E.

Eiusdem, *epistolarum familiarium libri a primo ad octavum.* Respondent editis a Iosepho Fraccassetti, ordine eodem.

Codex, sub fine mutilus, habet folia 100.

Cod. 239 membr., saec. XIV, a. 316, l. 232 [Z. L. CCCCLXXV]. P.

Eiusdem, *de remediis utriusque fortunae libri duo.* « Cum » res fortunasque hominum cogito, incertosque et subitos rerum » motus, nihil ferme fragilius mortalium vita . . . ».

Sub fine, eadem manu quae codicem universum exscripsit: « Deo gratias. Scriptus et completus manu mei Francischini de » Fossadulci, notarii, civis tarvisini. Tarvisii, anno nativitatis » dominicae millesimo trecentesimo nonagesimo octavo, indictio» ne sexta, die Martis, XII novembris, hora septima, ex originali » proprio scripto manu indelendae memoriae domini Francisci » Petrarce, dignissimi laureati, et per eum ipsum ad exitum per» ducto Ticini, anno Domini 1366, IIII nonas octobris, hora ter» tia. Amen ».

Saeculo proxime insequenti quidam scripsit: « 1374, die » Martis, 18 iulii, hora quinta noctis Arquade, inter montes Eu» ganeos, duos dies et septingentesimum annum attingens, obiit » celeberrimus vates, ystoricus, theologus et orator eximius, qui » in 1341, die nona aprilis, sub examine illustrissimi Roberti re» gis Ierusalem, Sicilie et Apulie, sapientissimi atque potentissi» mi, Romae in arce capitolina maximo cum gloria et totius ro» mani populi consensu extitit laureatus ».

» graeco sermone in latinum converti... »; textus vero: « Cum » ad Hieronem tyrannum Simonides poeta aliquando venisset... », f. 75-96.

Opus non una tantum vice editum.

V. Guarini Veronensis, *tractatus de diphtongis*. « Non sine » causa factum esse certe scio, quod diphtoganda vocabula... », f. 99-104.

Quae opella [iamdiu edita] in codice nostro Florio Valerio, in aliis Ludovico Gonzagae nuncupata est.

Quem sibi Patavii a. 1440 coemit Ioannes Marchanova [cuius insignia, sub fine, diagrammate expressa], dono obtulit anno 1467, coenobio s. Ioannis in Viridario.

Cod. 244 chart., saec. XV, a. 224, l. 158 [Z. L. CCCCXCVIII]. E.

I. Guarini Veronensis, *de liberis educandis, ex Plutarcho*, f. 2-14.

Sub fine: « Explicit feliciter, amen. Die 10 aprilis 1424 ».

II. *Luciani oratio in calumniam, e graeco in latinum versa*, a Guarino Veronensi titulo *ne facile credenda calumnia*, ad Ioannem Quirinum *venetum, ordinis patritii*. Prooemium inc.: « Animadverti saepe mecum, Quirine pater, et magna quidem mentis » consternatione... »; textus vero: « Gravis profecto res igno- » rantia est, quae multorum malorum hominibus causa..... », f. 15-22.

Folio 22: « Explicit calumnia die 17 aprilis, 1424 Patavii » per me Anton. Gurceensem, civem brixiensem, emendata deinde » Montorii, audiente Guarino, die X.° kal. maij, MCCCCXXVII ».

Auctor opellam, puto anecdotam, Quirino nuncupavit, ut hunc de contumeliis, fraudibus, maledictis a delatoribus inlatis recreet. De ea sic auctor in epistola Bartholomaeo de Montepolitiano: « Calumniam Luciani, grave sane opusculum, in quo » prima posui tyrocinia, latinam feci ».

III. Petri Pauli Vergerii, histri, *ad Ubertinum Carrariensem, de ingenuis moribus et liberalibus studiis liber*, f. 25-46.

Finem subit inscriptio: « Patavii, die 17 aprilis, 1425 scri- » ptum fuit praesens opusculum per me Anton. G. brixiensem ».

IV. Luciani, *opusculum latinum per Rinucium factum. Necricus. Dialogus Charonis Mercuriique.* Auctor Bonaccursio [Francisco] nuncupat: « Saepe et multum ea mecum cogitavi quae » hac temporis clade ... » ; textus : « Audite quo quidem pacto » nostra se negotia habeant. Parva enim, ut videtis ..... », f. 46-48.

Opellam, bis, sine anni et loci notitia, denuo Basileae a. 1518 editam, quidam Alamanno Rinuccino tribuerunt, ut in huius vita Ferdinandus Fossius [Florentiae, 1791, 4.°, p. 153] testatus est. Germanus interpres est Rinucius e Castellione, oppido agri aretini, qui Rinucius Thessalus appellari consuevit, et Æsopi fabulas ex graeco transtulit, iam editas, et alia. Attamen advertendum censeo, in impressionibus opus cardinali Moriensi dicatum, non Bonaccursio.

V. *Syllabus quarundam epistolarum Bruti cum responsivis, latine per Rinucium,* f. 48.

VI. Maphaei Vegii, *supplementum libri XII Æneidos Virgilianae.*

« Turnus ut extremo devictus Marte profudit
» Effugientem animam, medioque sub agmine victor... »,

f. 49-57. Frequenter editum, loco tamen argumenti :

« Turnus ut extremo vitam sub Marte profudit,
» Subdunt se Rutuli, Æneae troiana sequentes ec. ».

Nuncupat auctor *supplementum* Francisco Barbavario maecenati, epigrammate insequenti, quod anecdotum praelo committo.

« Si te forte sinunt, Micenas, otia, si te
» Nostra iuvant, placido pectore scripta lege.
» Connubia Æneae dicam lectosque hymeneos
» Inmissumque astris indigetem superis.
» Inscribere meo, Micenas magne, libello
» Æternoque tuum tempore nomen erit.
» Scilicet anguigero sub Caesare, quem mea claris
» Laudibus et sancto carmine musa feret.
» Ipse Anchisiadam pietate aequavit et armis,
» Æquavit phrygium religione ducem.
» At nostris non aptum humeris, nec viribus aequum
» Molior, et vasti gurgitis instar opus

» Scribo, sed invitus, nam me observata Catonis
» Quem nollem Æneam scribere iussa volunt.
» Illum tu pocius nimium, si tu forsitan ausim
» Incussa et facti sit reus ipse mei ».

VII. —— *de metrorum pedibus.*

« Spondeum faciet dissylaba, dictio longa
» Si fuerit, sed pirichius contrarius huic est... », f. 57-58.

VIII. —— *de musarum nominibus.*

« Nomina musarum doctrinarumque suarum
» Nunc explorabo, brevibus verbis reserabo . . . », f. 58.

Utrumque anecdotum puto.

Maphaeus Vegius ex Laude Pompeia, Martini V pp. datarius, obiit Romae, a. 1458, operibus pluribus tum prosa, tum ligata oratione clarus.

Codex folio primo serius inscriptus: « Sancti Barnabae Bri» xiae, ad usum fratris Seraphim de Luzago — Frater Paulus de » Pergamo ».

Cod. 245 chart., saec. XIV, a. 300, l. 221 [L. VI, C]. Ma.

Ieremiae iudicis de Montagnone, *compendium moralium notabilium.* Partes tres in libros digestae. « Utilimum et quasi ne» cessarium foret existimandum tam ad moralium notabilium » scientiam atque memoriam facilius obeundam . . . ».

Typis editum opus est Venetiis, anno 1505, curante Petro Albiniano Trecio, a quo *epytoma sapientiae* fuit inscriptum ; fere omnimoda ceteroquin infer codicem hunc ac textum impressum consensione. Constat liber totus fragmentis veterum ac mediae aetatis scriptorum, ad litteram excerptis, ac in certa quaedam capita redactis. Ex hiis non pauca ad scriptores antiquos recensendos, Frontinum praesertim, Vegetium, Valerium Maximum, Cassiodorum, prodesse possunt ; multa vero ad medii aevi scriptores vel ineditos, vel parum cognitos internoscendos omnino faciunt. Inter hos namque occurrunt *chronica de nugis philosophorum,* eadem fortasse quam sub Caecilii Balbi nomine adducit Michael Scotus in *mensa philosophica,* Theophrastus Aureolus in *tractatu de nuptiis,* Andreas capellanus Innocentii papae IV, in

libro *de dissuasione uxoris,* idem, ni fallor, qui et Andreas ad Gualterium *de amore* appellatur, auctor nimirum operis iam typis editi, de quo Fridericus Otto Menckenius disserit in *miscellaneis lipsiensibus novis,* t. VIII, p. 550: hi quidem scriptores prosaici. Inter eos qui carmine scripsere sunt auctor *rudium doctrinae,* Baldo in *fabulis,* Iacobus Beneventanus, Richardus iudex venusinus in libro *de pertractatione nuptiarum,* auctor libelli *de moribus medicorum,* auctor libelli qui incipit *Astrolabi,* Bellinus doctor grammaticae [Bixolus nempe mediolanensis, cuius sunt opera *speculum morale, leges morales*], Montanarius Paduanus [quem Ieremiam ipsum Montagnonium Reinesius putat in *epistola LXXXI ad Daumium*] in *luna cleri,* Matthaeus Vindocinensis in *poetria,* Urso Ianuensis ac Vilichinus [qui et Quilichinus spolétanus, auctor poematis *De Alexandro Magno,* a. 1236 conscripti]: ex duobus tamen hisce postremis poetis nullum in opere toto carmen allatum video, quanquam in auctorum indice nomina quoque eorum sint. Proverbia itidem tum latina, tum italica passim reperire est; de quibus omnibus aliunde fortasse minime constat. Neque a scriptoribus graecis auctor abstinet, latinis interpretationibus usus; immo quosdam etiam in medium adducit, non sane multis tunc adhibitos.

Ieremias de Montagnone, civis patavinus, saeculo XIV ineunte potissimum floruit: neque enim circa annum 1300 obiit, quod Scardeonius tradit [p. 235], cum anno 1318 *gastaldionem* collegii iudicum patavini fuisse, ex tabulis collegii ipsius plane constet. Hinc Portenario fides adhibenda videtur, qui ab anno 1275 inter iudices patavinos eum refert [p. 279]. Quo ego tempore cum Ieremiam vixisse reputo, in eam venio suspicionem, ut opus Ioannis de Gropanis, alias de Carpanis, mediolanensis, in bibliotheca Ambrosiana manuscriptum, cui titulus *liber virtutum et allegationum auctorum,* ex hoc ipso sumptum fuisse putem. Mediolanensis namque scriptoris opus dum Muratorius describit [*Antiq. ital. med. aevi,* III, p. 914], hoc ipsum Montagnonii compendium describere videtur: tanta est operis utriusque, nedum in rebus, sed in verbis quoque convenientia. Fuit vero mediolanensis patavino aetate posterior, utpote qui ex allatis a Muratorio, tunc scripsit cum Mediolani princeps ducis appellatione gaudebat, at-

que adeo post annum 1399 Ieremiae Montagnonio opus aliud *de autoribus scientiarum et libris eorundem* Simlerus aliique tribuunt; qui tamen eo nomine huius ipsius operis partem ex titulo capitis II, libri III, partis III, indicasse mihi plane videntur.

Codicem, folior. 89, *propria compositoris manu,* Ioann. Marchanova, qui Patavii coemit a. 1437, legavit coenobio s. Ioannis in Viridario, a. 1467.

Cod. 246 chart., 1492, a. 210, l. 148 [L. VI, XXXIV]. N.

Fratris Laurentii Guilielmi de Traversagnis, ordinis Minorum sacrae paginae professoris, *in libros septem dialogorum,* sive *directorium vitae humanae,* seu *directorium humanae mentis in Deum.* Prooemium inc.: « Quum plures nationes, provincias at» que academias ab adolescentia mea usque ad senectam perlu» strarem ... »; textus vero: « Paradoxus. Clarum ne tibi satis » atque perspectum Laurentium nostrum italas repetisse partes... ».

Auctor dialogos istos septem libris distributos, *aetate florida incaepit,* ut innuit in prooemio, *tamen in aetate occidua post annos triginta intermissi absolutionem incaepi.* In his colloquentes inducit Apollinem, Paradoxum, Lucam, Marcum, Laurentium [auctorem], Othonielem, Hazeb, Labaoth, Matthiam, Teziliam, Arebiam, Mederum, Antipaterem, Possidonium, Haserum, Antipham. Operis finem excipit *hymnus et gratiarum actio et auxilii imploratio,* incip.: « Grates immensas, Deus alme pater — » Agimus tibi, servuli devoti — Atque precamur subeant ut au» res — Benignitatis ». Subest: « Explicit directorium ...... » compilatum a rev. fratre .... oriundo ex Saona, subtili ar» tificio ab imis ad summa perducens, completum Saonae, M.° » CCCC.LXXXXII, die tertia febr., scriptum postea eodem anno, » XXIIII die oct. in eadem urbe ». Fol. 374-395 occurrunt tabulae binae, librorum et capitulorum, ac rerum ordine alphabetico.

Idem Vigerii et Sixti papae IV discipulus in saonensi coenobio quo octogenarius decessit, poeta, philosophus, theologus, legit Oxonii et Parisiis. Plura ab eo exarata nuntiat in prooemio dialogorum.

Codicem ornant litterae librorum initiales pictae.

Cod. 247 chart., saec. XVII, a. 210, l. 149 [L. VI, CCXLI]. Z.

Iacobi primi, Angliae, Scotiae, Franciae et Hiberniae regis, fidei defensoris ec. ΒΑΣΙΛΙΚΟΝ ΔΩΡΟΝ, *sive regia institutio, ad Henricum principem primogenitum filium suum et haeredem proximum.*

Codex, folior. 136, ex editione londinensi a. 1604 exscriptus.

Cod. 248 chart., saec. XVI, a. 212, l. 152 [Z. L. CCCCLXXXII]. D.

Alexandri Marantae, *paedagogia hominis patricii.* « Homo » qui naturae legibus, universi orbis civis est, quoniam ex bruta » animae parte . . . », f. 78.

Auctor, venetus artium et sacrae theologiae doctor, saeculo decimosexto, aphorismis disciplinarum liberalium triginta, hominem patricium esse erudiendum evincit.

Cod. 249 membr., saec. XV, a. 212, l. 150 [L. VI, CCLXVIII]. D.

I. P. P. Vergerii senioris, *de ingenuis moribus,* f. 1-23. « Fran» cisce, serior avus tuus, cuius et exstant plurimae res magnifice » gestae . . . ».

In fine legitur: « Petri Pauli Vergerii, viri eruditissimi, liber » explicit, ad generosum adolescentem, Ubertinum de Carraria, » de ingenuis moribus et liberalibus adolescentiae studiis, quem » ego Petrus Delphinus Georgii filius transcripsi a quodam li» bello ingenui adolescentis Petri Delphini Victoris filii, ab eo » propria manu transcripto anno Christi optimi 1462, V kal. no» vembris, ducante Cri. Mauro Venetiis ».

Tituli sunt: *Signa liberalis ingenii — Iuvenum mores — Studia liberalia in genere — Studium armorum ac litterarum — Corporis exercitium et armorum studium — Otium et vacatio — Cultus corporis exterior.*

Opella pluries typis commissa, quod vix in lucem edita, iuvenibus instituendis in scholis traderetur: eapropter in nostris codicibus frequens.

Petrus Paulus Vergerius, senior, doctoris lauream a. 1404 Patavii consecutus, ad excidium usque familiae carrariensis, cuius scripsit historiam [a Muratorio, tom. XVI, *Scriptt. itall.*, editam], in eius famulatu perseveravit. Tempore concilii basileensis in Hungaria obiit.

II. Phalaridis, *epistolas, magno principi Malateste novello, scribit Franciscus Aretinus* [*interpres*] *rhetor.* Prooemium inc.: « Vellem, Malatesta novelle princeps illustris, tantam mihi di- » cendi facultatem . . . » ; epistolae : « Phalaris Alciboo. Policle- » tus Messenius, quem proditionis apud cives tuos insimulas.. », f. 24-58.

Pluries edita versio saec. XV. Desunt in codice epistolae quatuor extremae, quas in alio libello Aretinus se invenisse profitetur.

III. *Epigramma repertum in agro Polae in saxo vetusto.* « D. » M. S. Viatores optimi, cives vel advenae, sive singuli, sive bini, » sive catervatim . . . », f. 58.

Commentitia inscriptio generis lepidioris.

Postillae passim marginibus appositae, quas inter, loco quo Vergerius libros vigilanter custodiendos urget, fol. 11, haec: « Nunc autem Veneti, Petro Mocenico duce [1474-1476], Ioanne » Gradonico procuratore curante, ingentem in palatio novi domi- » nii, publico aere, bibliothecam struunt. Icc.tis voluminibus et » inde supra tam graecis quam latinis, Bisarion cardinalis tuscu- » lanus nicenus rempublicam donavit, in quo etiam multi unde- » quaque libros preciosos legaverunt, ut sibi memoriam relinque- » rent ». Quod opus a. 1515 tantum aggressi Veneti sunt.

Codicem universum sua manu scripsit Petrus Delphinus, qui supra, auctor chronici [cronaca Dolfina].

Cod. 250 membr., saec. XV, a. 212, l. 149 [L. XIV, CXXVI]. Mg.

I. Petri Pauli Vergerii, *de Iustinopoli, ad generosum adolescentem Albertinum de Carraria, de ingenuis moribus, de liberalibus studiis adolescentiae liber*, f. 1-29.

Sub fine : « Vivat in cellis hieronimus de sandellis
» Anno Domini MCCCCXLIIII, die ultimo octo- » bris. Pirani ».

Amanuensis qui hanc tantum codicis partem exscripsit, gente veneta, fuit frater Francisco de Sandellis, camaldulensi, abbati s. Mariae de Carceribus in territorio patavino, ad quem exstant complures Ambrosii Camaldulensis epistolae.

Ad calcem folii primi misitur stemma leonis erecti super pedes cum litteris G. S. [Girolamo Sandelli], ad oram autem lateralem MCCCCLX. In initiali vero littera apparet Vergerius capite obvoluto cum caputio albo, barba promissa, veste purpurea indutus, manu librum tenens.

II. Ambrosii Michete, dalmate, *oratio gratulatoria pro civitate sibinicensi ad Pasqualem Maripetrum, ducem Venetiarum, acta in ducali palatio, die Mercurii, primo febr. MCCCCLVIII, indictione VI.* « Non admiretur celsitudo tua, ill. pr., nos qui » longis et maritimis navigationibus ab huiusmodi officio et mu- » nere legationis excusamur » (1), f. 30-33.

In ipsa oratione versus finem nominatur *generosus equestris ordinis Marcus Zeno, praetor noster* [sibinicensis] et *Urbanus Vignate non minoris dignitatis quam auctoritatis vir, pontifex sibinicensis.*

III. Laelii Iusti, *oratio gratulatoria pro civitate Veronae ad Pasqualem Maripetrum, ducem Venetiarum, acta XIIII kal. ianuar.* 1458. « Difficillimum semper existimavi, princeps seren., » eum me hominem exhibere, qui viros illustres et tui similes... », f. 34-36.

Sub fine auctor dicitur *magnificus eques, iurisconsultus optimus, et reipublicae veronensis orator.*

Quomodo codex, bis inscriptus *Cartusae venetae, Cartusiae Venetiarum,* serius bibliothecae Camaldulensium s. Michaelis prope Murianum accesserit, paucis Mittarellius exponit: « Exscri- » psimus hanc Michetae orationem una cum alia Laelii Iusti ora- » toris veronensis ad eundem ducem ex codice saeculi XV biblio- » thecae Cartusianorum s. Andreae in litore Venetiarum, sed his » diebus eamdem Michetae et orationem alteram Laelii Iusti com- » pactas cum opusculo Vergerii *de ingenuis moribus,* libenter con- » cedentibus monachis Cartusianis suum veterem codicem, trans-

(1) Maripetrus anno 1457 dux renuntiatus est.

» tulimus in bibliothecam nostram codd. mss. et reposuimus sub
» numero 986 (1).

Cod. 251 chart., 1451, a. 194, l. 144 [L. VI, CXXXI]. F.

Petri Pauli Vergerii, iustinopolitani, *de ingenuis moribus et liberalibus adolescentiae studiis, ad Ubertinum de Carraria, liber.*

Sub fine: « Expletum per me Guasparem Tyburtinum, in » gabella Tyberis, anno 1451 ».

Codex, foliorum 39, editionibus congruit.

Cod. 252 membr., saec. XV, a. 192, l. 121 [L. VI, CXXX]. Ye.

Eiusdem, histri, *de ingenuis moribus.*

Codicem, folior. 144, ut et proxime insequentem dono dedit Iacobus Zabarella Octavio Ferrario, bibliothecae patavinae praefecto.

Cod. 253 membr., saec. XV, a. 160, l. 115 [L. VI, CXXIX]. Ye.

Eiusdem, *idem opus.*

Codex habet folia 35.

Cod. 254 membr., saec. XV, a. 158, l. 106 [L. VI, CCCCLXXX].

Bartholomaei Facii, *de vitae felicitate liber, ad Alphonsum regem gloriosum.* Prooemium inc.: « Humanae vitae conditionem » saepius reputanti mihi . . . » ; liber: « Cum Antonius Panor- » mita, clarus et singularis poeta iurisque consultus . . . ».

Est dialogus inter Antonium Panormitam, Guarinum Veronensem et Ioannem Lamolam *de vitae felicitate ac praestantia hominis,* seu *de summi boni fruitione,* iam editus.

Auctor e Spedia, genuensis ditionis, pluribus operibus clarus,

(1) *Bibliotheca codicum manuscriptorum monasterii s. Michaelis Venetiarum.* Venet., 1779, p. 781.

Neapoli a. 1457 obiit. Opus habent quoque codices Marciani L. XI, 80 ; XIV, 264.

Codicem, folior. 83, exornat littera tituli auropicta.

Cod. 255 chart., saec. XV, a. 218, l. 145 [L. VI, CCVIII]. O.

I. Francisci Barbari veneti, *ad insignem Laurentium de Medicis florentinum, de re uxoria.* Prologus inc.: « Maiores nostri, » Laurenti carissime, benevolentia vel necessitudine sibi convin- » ctos . . . » ; opus de coniugio: « Antequam de delectu uxoris et » officio dicere incipiam, de ipso coniugio . . . », f. 1-54.

Auctor, de quo vide Ioann. degli Agostini in *Istoria degli scrittori veneziani* [Ven., 1754, II, p. 28-134], consulto exscripsit ob nuptias Laurentii de Medicis cum Genevera Cavalcanti.

Frequentissime manu descripta ac saepe typis edita est opella libro duplici quod plurimi eam semper et ubique homines literati fecerint. Re quidem vera tantam doctrinae vim in ea Barbarus noster effudit, scriptoribus ut antiquis, quos posteritas tota suspexit, eandem propterea nonnulli accensuerint. Illud attamen dolendum, libellum, stilo quoque politissimo conscriptum, in editionibus passim fuisse maculatum; cuiuscemodi incommodo tollendo codex adiumento esse potest.

Ad finem: « Ego Iulianus Francisci de *Burgo Sancti sepul-* » *chri,* exegi hoc opus 3.° idus novembris, die sancti Martini, hora » tertia noctis, fuitque Lucae ».

II. Epistola duplex ex Constantia, ea Poggii Florentini Guarino veronensi [pridie kal. ian.], haec Pauli Vergerii [senioris], Nicolao Leoni physico [tertio nonas aprilis] in laudem opellae praecedentis, p. 54-56 ; ut in editionibus plerumque.

III. Pauli Vergerii [senioris], *oratio in funere illustr. principis et domini domini Francisci senioris de Carraria,* f. 56-61.

IV. L. Catilinae, *in M. Tullium Ciceronem oratio luculenta in senatu habita.* « Omnes homines, p. c., qui in maximis princi- » patibus vitam agunt . . . », f. 61-69.

Tribui solet *Bonaccursio de Montemagno* iuniori, cuius inter opera anno 1718 Florentiae prodiit.

Cod. 256 membr., saec. XV, a. 207, l. 134 [Z. L. CCCCLXXIII].

Francisci Barbari veneti, ad insignem virum Laurentium de Medicis, civem florentinum, *de re uxoria libri duo.*

Adduntur epistolae Poggii Florentini et P. P. Vergerii, ut in codice praecedenti.

Codex, foliorum 68, cum littera primi libri initiali aurea belle picta, annotatur a principio : *N.* 1117. *Est Marini Sanuti Leonardi filii.*

Cod. 257 membr., saec. XV, a. 194, l. 126 [L. VI, LXXXIX]. N.

Eiusdem, *de re uxoria commentaria.*

Codicem, foliorum 78, commendat littera initialis libri aurea, egregia depicta.

Cod. 258 membr., saec. XV, a. 183, l. 131 [L. VI, LXXXIV]. F.

I. Eiusdem, *de re uxoria,* f. 1-35.

II. Plutarchi, *de liberis educandis opusculum, a Guarino Veronensi e graeco in latinum, ac Angelo Corbinellio florentino dicatum,* f. 36-48.

III. P. P. Vergerii iustinopolitani, *ad Ubertinum Carrariensem, de ingenuis moribus et liberalibus disciplinis.* f. 48-66.

Cod. 259 chart., 1500, a. 210, l. 140 [L. VI, CCXXXIII].

Ioannis Ioviani Pontani, *libri tres de fortuna, ad Antonium Gevaram.* Praefatio incip.: « Permulta quidem, Antoni Gevara, » fortasse et quamplurima . . . » ; liber autem primus : « Fortu» nae nomen apud omnes gentes divulgatum est adeo ut dicti » etiam viri . . . ».

Sub fine legitur : *Anno salutis millesimo quingentesimo* . . . . *Venetiis, anno salutis* 1510, *pridie idus iulii.*

Auctor, Caerete a. 1426 natus, Ferdinandi I regis Neapoli, et Alphonsi II filii a secretis, obiit a. 1503.

Codicem, foliorum 110, esse autographum Petri Bembo, scimus, et collatione cum aliis codicibus instituta, et quod Tomasinus inter libros Laurentii Pignorii patavini annumeret in eius: *Bibliotheca et Musaeum*. Venet., 1632, p. 27, et in *Biblioth. patav. ms. publ. et priv.* Utini, 1639, p. 86. Idem codex cum aliis, ex testamento Pignorii, in Dominici Molini senatoris veneti bibliothecam inlatus est.

Cod. 260 chart., saec. XV, a. 290, l. 216 [L. VI, CXLI]. Ma.

Poggii Florentini, *de varietate fortunae libri quatuor*. Prologus inc.: « Multa quondam pace ac bello praeclara ante Ninum » Assyriorum regem fuisse . . . ».

Liber primus inscriptus: *ad pontif. max. Nicolaum IIII* qui inc.: « Nuper quum pont. Martinus, paulo ante quam diem suum » obiret, ab urbe in agrum tusculanum seccessisset . . . » ; agit *de strage imperii urbisque Romae;* alter et tertius *describit exempla multorum quos fortunae varietas hac aetate nostra adflixit;* quartus *continet elegantem totius Indiae finitimorumque in ea regione populorum descriptionem, quam a Nicolao de Comitibus, veneto, qui tum ex iis oris venerat, Florentiae hausit:* hic nomine *Indiae recognitae* anno circiter 1492 prodiit.

Dominicus Georgius in praefatione operis, curis Ioannis Olivae Parisiis a. 1733 editi, haec de titulo et aetate: « Cum Poggius prospexisset instabiles et caducas esse res humanas, idque » multis diversorum temporum exemplis evinceret, merito eidem » titulorum *de varietate fortunae* apposuit, et iusti voluminis historiam de hoc argumenti genere conscripsit et circa annum » 1450 absolvit ». Nescio cur doctus de Sallengre, post editionem parisiensem, primae tantum partis fragmentum dederit in: *Novus thesaur. antiquit. roman.* Venetiis, 1735, I, 407-508. — Auctoris vitam dedit Recanatus in eius *Historia florentina*. Ven., 1715, p. I-XLVI.

Codicem, folior. 60, lectione potiori ac in editione parisina, Ioannes Marchanova legavit coenobio s. Io. in Viridario a. 1467.

Cod. 261 chart., saec. XV, a. 280, l. 200 [L. VI, CLVII]. N.

Eiusdem, *de varietate fortunae libri quatuor*, f. 19.

Cod. 262 chart., saec. XV, a. 248, l. 170 [L. XIV, LV]. F.

I. Eiusdem, *de varietate fortunae*, f. 1-85.

II. —— *in avaritiam liber, ad Franciscum Barbarum, optimum civem venetum.* Dedicatio inc.: « Quoniam plures mor- » talium, mi Francisce, non vivunt, sed vitam agunt... » ; textus: « Cum caenarent Antonius Luscus, Cincius romanus, non- » nullique alii expontificis secretarii... », f. 86-117.

Opus non una tantum vice editum.

III. —— *de vera nobilitate, ad rev. patrem et dom. Gherardum de Landriana, cardinalem Cumanum*, f. 117-138.

Dialogi num. II, III publici iuris facti sunt cum aliis eiusdem operibus, Basileae, a. 1538.

Folio primo legitur: « Hic liber est Dominici Mariae Manni ».

Cod. 263 chart., saec. XV, a. 217, l. 145 [L. XIV, CCLXI]. D.

I. Eiusdem, *de nobilitate liber, ad insignem omnique laude praestantissimum virum Gherardum cardinalem Cumanum.* « Non » dubito, praestantissime pater, nonnullos esse futuros qui hunc » meum laborem... », f. 1-26.

Opella et seorsim et cum aliis eiusdem pluries edita est.

II. Caroli Aretini, *ad Poggium virum eruditissimum, de nobilitate carmen.*

« Quid sit nobilitas scribere liberis
» Temptas, quod pedibus tollere dum cupis
» Errores hominum..... », f. 27-29.

Ineditum puto. V. Mazzuchelli, *Scrittori italiani*, v. I, p. II, p. 1005.

III. Poggii Florentini, *epistola ad virum insignem Gregorium Corrarium, sedis apostol. protonotarium.* « Optarem, mi Gre-

» gori amantissime, ut libellus quem de nobilitate composui an-
» teaquam a me esset editus . . . », f. 29-32.

Edita est in *Poggii operibus*. Basileae, 1538, p. 325.

Cod. 264 chart., saec. XVI, a. 274, l. 152 [Z. L. DI]. P.

I. Eiusdem, *de infelicitate principum, ad doctissimum et clarum virum Thomam de Serezano.* « Rem minime probatam vulgo, » et quae haud persuadere nisi ad modum paucis queat... », f. 3-35.

Edita opella.

II. Petri Pauli Vergerii [senioris], *de ingenuis moribus et liberalibus studiis, ad Ubertinum Carrariensem.* « Franciscus se- » nior avus tuus, cuius ut exstant plurimae res magnifice ge- » stae . . . », f. 35-63.

III. Xenophontis, philosophi, *de tyrannica et privata vita libellus.* Dedicatio Nicolao inc.: « Xenophontis philosophi quemdam » libellum, quem ego ingenii exercendi gratia . . . . . » ; opella : « Cum ad Hieronem tyrannum Simonides poeta aliquando venis- » set . . . », f. 65-76.

A Leonardo Aretino latine versa ac Nicolao Nicoli dicata, nondum paruit opella, frequentius *Hieron* appellata.

IV. Magni Basilii, *de litteris et studiis ad iuventutem, per Leonardum Aretinum, ad Coluccium Salutatum, e graeco traductus libellus.* Dedicatio : « Ego tibi hunc librum, Colucci, e media, » ut aiunt, Graecia delegi, ubi huiuscemodi verum ... » ; textus : « Multa sunt, filii, quae hortantur me ad ea vobis consulenda... », f. 77-81.

Interpretatio orationis, qua d. Basilius docet iuvenes *quomodo cum fructu legere possint antiquorum libros,* publici iuris facta est Bononiae, a. 1497, Lipsiae, a. 1600.

V. Isocratis, *Nicocles, seu Simmacus. Oratio.* « Plerique sunt » qui graves in eloquentiam animos habent, et eos qui bonarum » artium studiis tenentur . . . », f. 88-96.

Est oratio ad Nicoclem regem, de gubernando regno : quibus melior evasurus sit princeps, atque adeo omnes qui publicis funguntur muneribus. Interpretationem, in codice Leonardo Aretino tributam, anecdotam puto.

VI. Poggii Florentini, *de nobilitate liber, ad insignem omnique laude praestantissimum virum Gherardum cardinalem Cumanum,* f. 97-121.

VII. Caroli Aretini, *ad Poggium de nobilitate carmen,* f. 121-122.

VIII. Poggii Florentini, *epistola ad Gregorium Corrarium, de nobilitate,* f. 123-125.

IX. Aristotelis, *oeconomia, a Leonardo Aretino in latinum conversa.* Libri duo. Dedicatio: « Preciosa sunt interdum parvi » corporis, quod lapilli gemmaeque testantur... »; liber primus: « Res familiaris et res publica inter se differunt, non solum quan» tum domus et civitas... », f. 126-131.

Quod scio, nondum interpretatio publici iuris facta est.

X. Leonardi Aretini, *ad Petrum Salvum, v* .... *episcopum. Dialogi duo de disputationis exercitationisque studiorum usu et necessitate.* Dedicatio: « Vetus est cuiusdam sa» pientis sententia felici homini hoc vel in primis adesse opor» tere.... »; textus: « Cum solemniter celebrarentur iis dies » qui per resurrectionem Iesu Christi festi habentur...... », f. 131-146.

Editi sunt Basileae a. 1536, *Petro Histrio,* loco *Petri Sal...* nuncupati.

XI. Æmilii Probi, *vitae plurimorum excellentium imperatorum,* f. 148-204.

A prima ad vigesimamquartam eo ordine procedunt quo in editionibus.

XII. *Vita P. Virgilii Maronis.* « Publius Virgilius Maro » parentibus modicis fuit et praecipue patre, quem quidem opi» ficem figulum... », f. 204-211.

Capitula a primo ad decimum nonum vitae, in editione optima Virgilii, a Lemaire data [Parisiis, 1822, t. VII, p. 265-295] hoc titulo: *Tib. Claudius Donatus ad Tib. Claudianum Maximum Donatianum filium de P. Virgilii Maronis vita.* Desunt capitula XX-XXV.

Cod. 265 chart., saec. XV, a. 219, l. 148 [L. XIV, LXIX]. Ma.

I. Valerii episcopi, *dissuasio ad Rufinum ne ducat uxorem.* « Loqui prohibeor, tacere non possum, graves odi et vocem ulu» lae, bubonem ... ». Sub fine : « Haec fuit scripta per me ....
» .... de .... anno dominicae incarnationis Iesu 1425,
» quarta indictione, XVIII die et hora tercia aprilis .... Facto
» fine, pia laudetur virgo Maria », f. 1-6.

Exstat inter opera s. Hieronymi, t. V, p. 337, editionis Martianaei, et t. X, p. 420, editionis Vallarsii.

II. Magistri Alexandri, *epistola contra Henricum claudicantem.* « Universis ad quos est harum comprehensio perventura,
» praesertim Sicanidis, praesentius Messanitis Lucas de Bonsi» gnore votificam sospitatem, tam honoris, quam puerperam com» modorum ... », f. 7-15.

Expositio accedit interlinearis.

Epistola bene longa est, stilo perobscuro conscripta, de nequitia Galupini cuiusdam saraceni, quem Henrici nomen sibi absumpsisse ac Siciliam magnopere vexasse auctor declarat.

III. Senecae, *de Demetrio.* « Inter multa et magnifica De» metrii nostri, haec vox est a qua recens adhuc et vibrat in au» ribus meis ... », f. 16.

IV. *Dictum Platonis notabile.* « Omnino qui rei publicae
» praefecturi sunt, duo Platonis praecepta teneant ... », f. 16.

V. Ioannis de Ansalon, *epistola ad Antonium de Agelo, monachum, qua vitam ab eo susceptam improbat.* « Antoni fili. Aiunt
» te novum habitum suscepisse et in alterius vitae spem tran» sivisse ... », f. 17.

VI. Francisci de Esculo et florenorum, *epistolae mutuae duae,* f. 17-18.

Litterae iocosae sunt ac ad celebrem illum Ciccum, seu Franciscum Stabilem asculanum forte spectant. Prioris initium : « Do» minabilibus eius amicis denariis et florenis Franciscus de Es» culo salutem cum recommendatione ut ipsum litteris praesen» tibus cognoscatis. Quod vos temporibus retroactis ... » ; po-

sterioris: « Dilecto sibi Francisco de Esculis floreni salutem, » et parati ad beneplacita et voluntatem. Beati omnes qui aurum » tenent... ».

Infra: « Iuxta illud aures intentae fiunt, locuplete loquente, » Nummus adoratur: sine nummo nullus amatur ».

VII. *Epistola fortunae.* « Fortunae saevientis atrocitas tunc, » proh dolor! miseros impie diruit prostratosque recalcitrat... », f. 18-19.

VIII. *Quaedam de prudentia.* « Spectant dii magnos viros » colluctantes cum aliqua calamitate... », f. 19.

IX. Francisci Petrarchae, *epistola ad Nicolaum Acciaiolum, regis Siciliae senescallum.* « Iam tandem, vir clarissime, perfidiam » fides, avaritiam largitas, superbiam vincit humilitas..... », f. 20-25.

Est inter opera Petrarchae, p. 1015 edit. basileesis, a. 1581.

X. Anonymi siculi, *epistola G. Raymundo marchioni regis Friderici P.* « Iam tandem, vir clarissime, in potentia brachii » tui pestiferum animal virus, quod tam diu conceptum undique » nobis evomerat, recollectum inglutit... », f. 26-27.

Idem habet argumentum cum epistola praecedenti.

XI. Ioannis de Ansalon, *epistola ad anonymum, de amicitiae laudibus.* « Semper tuis amicitiae laqueis vinctus, tuisque litteris » delectatus sum... », f. 27-28.

XII. Blasii N., *epistola de nece fratris sui.* « Lacrymabile » mihi, quantisper vixero, funus intempestivum quondam dimidii » animae meae littera tua repentine nunciavit... », f. 29-31.

XIII. Anonymi, *epistola ad Petrum Avellinum.* « Arbitrari » nequeo, Petre suavium meum, quo pacto pecunias tuas habitu» rus sis. Ille enim Laslaus Cachineus non modo auri... »; finit: « Patavii, XI kal. martii, 1430 », f. 32-33.

XIV. Publii Lentuli, in Iudaea praesulis, *epistola senatui populoque romano, de Christo.* « Apparuit temporibus nostris et » adhuc est homo magnae virtutis, cuius nomen est Iesus... », f. 35.

Sub fine annotat amanuensis: « Haec sola in annalibus Ro» manorum comperta est ».

Liquet epistolam sinceris minime tribuendam.

XV. *Iubilus* [rhythmicus] *Bernardi super nomine Iesu.*

« Iesu, dulcis memoria,
» Dans vera cordis gaudia,
» Sed super mel et omnia
» Eius dulcis praesencia », f. 36-37.

Si cum edito conferas, plures sunt nec praetereundae variantes lectiones.

XVI. Petri Damiani, *de vita solitaria.* « Solitaria sane vita » caelestis doctrinae scola est ad divinarum arcium disciplina... », f. 38-39.

Nihil simile in Petri Damiani operibus [Parisiis, 1733, IV, f.°] occurrit.

XVII. *Liber Ecclesiastis.* « Verba Ecclesiastes, filii David » regis Ierusalem . . . », f. 40-45.

XVIII. L. Ann. Senecae, *epistolae sex ad Lucilium,* f. 46-52.

XIX. —— *de remediis fortuitorum,* f. 52-55.

Sub fine : « Hoc opusculum quod ego . . . . » scripsi Messanae, anno domin. incarnacionis MCCCCXXVI, IIII » indict. die XVIIII aprilis, hora quarta noctis, composuit Seneca » ad Gallionem quendam . . . ».

XX. —— *de quatuor virtutibus,* f. 55-58.

XXI. —— *de moribus,* f. 58-61.

XXII. —— *de beata vita,* f. 61-63.

XXIII. M. Tullii Ciceronis, *de senectute,* f. 85-94.

XXIV. *Quaedam ex arte rhetorica.* « Nota quod rhetorica est » ars apposita, seu inventa ad persuadendum . . . », f. 101-108.

XXV. *Colores Tullii glossati.* « *In mediocri figura ec.* Pro» ponens exemplum in medio cum figura, praemittit primo quid » sit observandum . . . », f. 111-116.

Opella de coloribus rhetoricis agit.

Volumen Ioannes Marchanova emit Patavii a. 1444, legavit a. 1867 coenobio s. Ioannis in Viridario.

Cod. 266 membr., saec. XV, a. 240, l. 170 [L. VI, CIX]. Ma.

Coluccii Pierii Salutati, *de fato et fortuna liber incipit, ad Felicem abbatem sancti Salvatoris de Septimo, ordinis cisterciensis.*

Prooemium inc.: « Quotidianum esse videmus et communiter ab » omnibus usurpatum, sicut divus Aurelius testis ... » ; textus vero: « Instituenti mihi tractatum et sermonem de fato, casu at- » que fortuna ... ».

De auctore qui, Felice abbate impellente, tractatu triplici, de ordine causarum, de fato, de fortuna exaravit, haec sub fine: « Millesimo quatuorcentesimo sexto, die quarta maii, hora » prima noctis, Florentiae, apud plateam Peruciorum, dominus » Coluccius diem clausit extremum, quintaque eiusdem mensis » fuit laureatus poeta in morte a communitate Florentinorum, » et in cathedrali ecclesia eorum sepultus, et magnifice honora- » tus, cum magna gratia et benivolentia totius florentinae ci- » vitatis ».

B. Ioannes Dominici, ordinis Praedicatorum, a. 1419 vita functus, opposuit operi lucubrationem nomine *Lucula noctis, in quo libello Christicolas contra invehit de divino cultu neglecto et studio immodico litterarum gentilium, ita ut pene contemnant divina oracula et ecclesiasticos libros,* re autem vera contra Coluccium, quod non satis probe de fide sentire videretur.

Codex, folior. 75, coenobio s. Ioannis in Viridario a Petro Montagnana a. 1478 dono datus, habet a principio Coluccii epitaphium.

« Invida fata deum tuque, o invidiosa vetustas ».

Cod. 267 membr., saec. XV, a. 178, l. 118 [L. VI, XC]. N.

I. Matthaei Bossii veronensis, canonici regularis, ad Timotheum Veronens., canon. regul., praeconem Dei summum, *de salutaribus animi gaudiis*. Dedicatio inc.: « Quis est, uti sapientem » ac christianum virum oportet, quis vel de sua vel de communi » hominum vita cogitet .... » ; dialogus vero inter Matthaeum Veronensem et Matthaeum Patavum canonicos regulares: « Ma. » Quid causae est quod tam festivus ad nos venis, mi suavissime » Seraphim ... », f. 1-82.

Auctor, qui Paduae occubuit a. 1502, demonstrandum insumit errorum causam in salutaribus animi graudiis adipiscendis esse *favorabilem multitudinem*. Dialogum tridua disputatione,

pluries editum, ornant a cuiusque principio litterae auratae, diagrammatibus pictis.

Timothaeus Maphaeius, aeque veronensis ac canonicus regularis, saeculo XV natus, in cuius honorem Matthaeus Pasti numisma flandum curavit, ter sui ordinis generalis renunciatus est.

II. Celsi, canon. regul. lateranensis, *epistola Matthaeo Bossio.* « Legi, Matthaee carissime, praeclarum illud et laude dignum » opusculum tuum ... », f. 82-84.

Celsus Maphaeius, eiusdem patriae et ordinis ac Bossius, huius praeconium carmine concludit, cuius do specimen.

« Iam novus ecce Plato Latii consurgit ab oris,
» Bossius : ecce iterum alter Apollo redit ».

III. Matthaei Bossii, *responsum.* « Essem profecto fortunatissimus omnium ac perbeatus ... », f. 85-86.

Cod. 268 chart., saec. XVIII, a. 209, l. 142 [L. XIV, CCXXVI]. N.

Antonii Longi, *Sanutus, de dolore et aegritudine patienti animo ferendis, ad Aloysium Bragadenum.* Dialogus inter auctorem et Petrum Sanutum. Dedicatio incip. : « Nulla res unquam » fuit, Aloisi, quae potuerit mihi ..... » ; dialogi textus : « Diu » expectate amicorum amicissime advenisti ... ».

Petrus Sanutus Antonium Longum amicum diuturno morbo laborantem adeo curis recreavit, ut hic grati animi memor de ea re dialogum confecerit, ac Aloysio Bragadeno nuncupaverit, quem *ingenioli nostri primitias* appellat.

Cod. 269 membr., saec. XV, a. 210, l. 152 [L. VI, CCLXXXI]. Mh.

Ioannis Antonii Campani, *de ingratitudine fugienda libri tres, ad Pandolphum Balionum.* Prooemium incip. : « Saepe me » Pandolphe, hortatus es et ut quae ipse de ingratitudine senti» rem ... » ; liber autem primus : « Sed antequam de re dicere » incipiamus, non videtur illud ... ».

Ter, quod scio, editum opus, bis saeculo decimoquinto.

Auctor, episcopus interamnensis sive aprutinus, doctrina

illustris, exul obiit Senis a. 1477, paulo maior quinquagenario. Plura eius opera, non una tantum vice edita, ut et vita a pluribus enarrata.

Codicem, fol. 116, extremo notatum : *undecimo kal. martias* 1457, exornant litterae initiales inauratae, diagrammatibus additis.

Cod. 270 chart., saec. XV, a. 218, l. 140 [L. VI, CXXXII]. F.

I. Philippi Ariminaei, *de paupertate symposium, Francisco nuncupatum.* Prooemium inc.: « Si me ad illustres rerum scripto» res modo aliquo retulissem ..... » ; dialogus vero : « Conviva » quum haberet Areophilus clara illa duo lumina litterarum... », f. 4-18.

Opella, cuidam Francisco [*Barbaro* fortasse] nuncupata, loquentes inducit Ioannem Caldera medicum et Andream Contrarium, scriptores venetos, de quibus Ioannes degli Agostini, in *Istoria degli scrittori veneziani,* II, p. 411-432.

Hac codicis parte scriptura, situs udore, evanuit.

II. —— *epigramma ad Sigismundum Malatestam,* ut in sequenti, f. 19.

III. —— *carmen de laudibus Venetiarum,* f. 19-20.

« Urbis ego sum Venetum pelagi regina sonori
» Quae Danaum vires domui, quae iura latinis
» Edixi ...... ».

IV. *Epitaphia varia Romae,* f. 20-23.

Cod. 271 membr., saec. XV, a. 140, l. 90 [L. VI, CCXLII]. Z.

I. Philippi Ariminaei, *de paupertate symposium,* f. 1-25.

II. —— *epigramma in illustrem principem et excelsum Sigismundum Malatestam, ineuntem militiae venetae imperium.*

« Ecce capis caelsi praelustria signa leonis ... », f. 27.

De auctore sic Apostolus Zeno sua manu folio eodem : « Ariminaeorum familia connumeratur inter nobiles tervisinos, ex qua » Philippus huius operis auctor suam profecto originem deduxit ».

Idem in epistola fratri Petro Catherino [Vienna, 19 genn., 1726]. « Egli addi 22 aprile 1563 fu ballotato ed eletto per maestro di » umanità nella cancelleria ducale, in luogo di Pietro Parleone, » romano, poco prima defunto.,. Se la memoria non m' inganna » notai anche in qualche luogo che il detto Filippo era o cancel» liere patriarcale, o avea qualche officio nel patriarcato di Vene» zia. Scrisse altre cose, e l' ho veduto più volte commendato dai » letterati del suo tempo ». *Lettere.* Venezia, 1785, IV, p. 91-92.

Folio 25 lego: « Libellus hic de paupertate est mei Bapti» stae de Fregona, tabellionis tarvisini » ; 26 vero manu Apost. Zeno: « Burchelatus in suis commentariis refert p. 396 inscri» ptionem cuiusdam Nicolai Fregonae G. F., qui obiit a. 1535 ».

Cod. 272 membr., saec. XIV, a. 280, l. 198 [L. VI, CLXVII]. Mk.

Ubaldi Bastiani de Eugubio, *de theleuthelogio libri tres.* Opus partim prosa oratione, partim versu conscriptum, *illustri heroi domino Karolo duci Calabriae, primogenito serenissimi principis dom. Roberti Ierusalem et Siciliae incliti regis* nuncupatum, inc.:

« Lumine cuncta regens verbis, pater optime mundi,
» Disponis placida singula mente tua ».

Auctor, *iuris utriusque fluentis paululum madidus,* in epistola nuncupatoria [a Berardellio in *Nuova raccolta Calogerà,* t. XXXVIII, p. 153, edita] altera Francisco II Silvestri cingulitano, episcopo florentino, operis oeconomiam sic aperit: « Grae» cum theleuthelogii vocabulum suscipiatis explicitum, est enim » graece *theleuthon* latine *mors,* logos *sermo,* quasi liber de ser» mone mortis, in quo multa maiorum dicta tam poetica quam » philosophica, historiographa atque iuridica aridus ager mei » animi conglobavit; paternitati vestrae devotissime supplicans » quatenus, inspectis cum diligentia singulis, ultimam partem, » collationem octavam [de inobedientia et de mortis remediis] vi» delicet cum mentis assiduitate conspiciat vestra paternitas re» verenda ». Conspectum operis, quo dialogus inter auctorem et mortem continetur, ex codice Laurentiano Bandinius dedit [*Catal. mss. Laur.,* I, p. 62]; auctorem tamen Sebastianum Eugubinum cum aliis perperam putavit, cum is Ubaldus Sebastiani filius fue-

rit. Dante Aligherio et Ioanne Andrea Bononiensi praeceptoribus usum se ipse prodit, scripsisse vero a. 1326, ex postremis versibus, qui in codice Laurentiano imperfecto desunt, colligitur; quibus nimirum, post iniectam mentionem accessus Florentiam Ioannis Caietani de Ursinis, cardinalis legati apostolici, et Caroli ducis Calabriae, ita finem imponit:

« Illis Ubaldum me mater dulcis alebat
» Temporibus, mihi sacra patrum decreta ministrans.
» Murmura qui vici parcarum, te duce nacto
» Lumine cuncta regens verbis, pater optime, mundi ».

Codicem, fol. 41, egregie scriptum, cum picturis in titulo eundem esse iudico quem auctor episcopo florentino obtulit.

Cod. 273 membr., saec. XV, a. 213, l. 138 [L. XIV, CXXV]. Mg.

Poggii Florentini, *facetiae*. « Multos futuros esse arbitror » qui has nostras confabulationes, tum ut res leves et viro gravi » indignas . . . ».

Quare apud multos exinde male audierit auctor, quantumque bonis officerit moribus, idem in *invectiva secunda* in Laurentium Vallam enarrat: « Invehit in meas confabulationes, ut spurcas et bono viro indignas, homo austerus et severus nimis . . . » Sed quid mirum facetias meas, ex quibus liber constat, non » placere homini inhumano . . . . At ab reliquis, aliquanto » quam tu, doctioribus probantur, leguntur et in ore et manibus » habentur . . . . ».

Opella, quaquaversus obscaenitate consperea, ideo edita pluries est.

Codicem, pagin. 150, cum littera initiali et insigniis episcopalibus gentis venetae Barociae, auro pictis, possederat Petrus Gradonicus. Liber erratis scatet sexcentis, praesertim in litteris rubricatis.

Cod. 274 chart., saec. XV, a. 218, l. 142 [L. XIV, LVI].

Eiusdem, *facetiae*.

Varius distributionis ordo.

Folia aliquot a principio avulsa sunt, quibus facetiae 2-26 inscriptae: nihilominus minor reliquarum facetiarum numerus est, quam in editionibus mediolanensi a. 1477, veneta a. 1500 aliisque.

Elegans codex, folior. 60, multo emendatior ac praecedens, finit: « Gravissimi oratoris Poggii Florentini facetiae expliciunt ».

Cod. 275 chart., saec. XVII, a. 307, l. 213 [L. III, CXXXII].

Hippolyti Obicii, *epistolarum et disquisitionum sacrarum.*

Hippolytus Obicius ferrariensis, eques auratus, medicus primarius Belluni, dat annis 1612-1619 litteras latinas libris duodecim, quorum duo primi *ad gentes extra primam legem, ad Turcas, ad haereticorum sectas,* ad medicos extra ecclesiae gremium degentes [f. 1-47]. Octavus usque decimum [f. 48-210] habet litteras datas Henrico Catharino Davila, gubernatori militiae cadubriensis, bellunensis et feltrensis, octo; Laurentio Ragozae, medico bellunensi, quatuor; Fortunio vel Fortunato Liceto tres; Matthaeo Palatino tres; Danieli Carmenio, medico et philosopho, duas; Aloysio Lollino, episcopo bellunensi, item duas; Leonardo Milliario totidem; totidem Nicolao Cantilenae; Bernardo Colle; Ioanni Colle, ducis Urbini archiatro; Andreae Campanae, medico bellunensi; Petro Borichio philosopho; Hippolyto filio et Plinio Hippolyto, monachis carthusianis; Augustino Perusino haeremitarum, Asoli musices praefecto; Dionisio adolescenti carthusianam religionem ingressuro; Laurentio Soranzo, Tarvisii praetori; Georgio Georgio, Zumellarum comiti; Hortensio Persicino; Ioanni Stephani; Aloysio Triverio; Andreae Excellentino, Iosepho Crepadonio; de tuberibus, malabatro, hominibus nigris, semine hominis, piscium vescica, aeris condensatione, aqua Spa, militibus verberandis, num foemina interfici possit, essentia morbi histerici eiusque remediis, usu balnei, cucurbitalis, musice. Libri undecimus et duodecimus [f. 211-244] ille epistolarum sexdecim, hic septem Andreae Excellentino; Laurentio Ragozae; Matthaeo Palatino; Hieronymo Doiono, theologo bellunensi, habent medicas consultationes scriptotenus datas. Fere omnium hic nominatorum insunt epistolae Obicio.

Cod. 276 chart., saec. XVII, a. 190, l. 124 [L. VI, LXXV.[a]].

Chrysippi Hollandii, *satyricon, sereniss. Ferdinando II magnae Ætruriae duci IV* [1621-1670]. Partes duae. Dedicatio inc.: « Si virtutem tuam, invictissime princeps, falsis adulantium fucis » illitam... » ; textus vero: « Etiam ne me cernitis? Chrysippus » sum, et, ni forte Protheus evaserim . . . », pag. 348.

Autographum primum revelant frequentiores liturae ac emendationes, presertim in parte prima. Pars altera deest codici sequenti quem, purioris lectionis gratia, excutiam.

Cod. 277 chart., saec. XVII, a. 190, l. 128 [L. VI, LXXV.[b]]. F.

Chrysippi Lydii, *satyricon bipartitum, ad sereniss. Ferdinandum ec.,* pag. 216.

Pars prima tantum operis manus eiusdem, cum lituris et additamentis, a. 1637 exarati, quo homines morum generatim corripiuntur. Auctor *satyricon Euphormionis* a Ioanne Barclaio ita imitatus est ut pag. 23 Euphormionem ea enarrantem indicat quae Barclaius, verbis interdum et nominibus iisdem. Idem Hollandia [unde in primo codice *Hollandus* dictus] Delphum, scilicet Pisas, advenit, ubi academiam *Svogliatorum* nuper institutam, pag. 160 memorat. Æque pag. 161 mentionem ingerit de Iacobo Gaddi florentino ac de Baccetto quodam, *qui ex suavissimis historiarum floribus mel collegit, quo Lydiorum res et facta totis numeris sapidissime condiderit;* itemque de generoso viro *Taurimio* [verosimilius Ferdinando II magno duce] ei torquem auratum donante.

Cod. 278 chart., saec. XVIII, a. 260, l. 200 [L. VI, CCIX]. O.

Gasparis Scioppii, comitis a Clara Valle, *machiavellica, seu enumeratio utilitatum quas examen doctrinae Macchiavelli, et causarum quae ecclesiam ad vetandos eius libros impulerunt, reipublicae christianae, in primisque societati Iesuiticae pollicetur.*

« Duo sunt quae in Nicolai Machiavelli causa praestare constitui.
» Unum ut sacrae romanae ecclesiae ... », pag. 430.

Quae ad hunc et ad codices qui sequuntur illustrandos faciunt ex Morellio (1) eo libentius do, quod operis historiam quaquaversus perficiant.

Hoc primum scripto Scioppius in Machiavellio vindicandum ingenium exercuit: haec namque ipsemet adiecit: « scripsi Mediolani mense aprili anni 1615, apud virum non minus ingenii » cultu, quam vitae sanctimonia spectatum, Matthaeum Valerium » carthusiens. familiae sacerdotem, in contubernio et convictu Alexandri Ludovisii cardin. et legati pontificii ». Opus quadriennio post retractavit, et aptiori hoc titulo inscripsit: « Machiavellica, » hoc est apologia duplex, quarum priore sacrae romanae ecclesiae de Nicolai Machiavelli libris decreta defenduntur; posteriore » eiusdem Machiavelli innocentia adversus Calvinistas, praecipue » italici nominis hostes, propugnatur: in utraque vero pseudo» politicorum Machiavelli doctrina ad propriam utilitatem, nullo » honesti turpisque discrimine, conficiendam, abutentium impro» bitas, ipsius Machiavelli praeceptis confutatur »: quo quidem titulo annotatum Florentiae apud comites Pieriutios autographum superesse, Bandinius prodidit [*Vit. Io. Bapt. Doni*, p. 36]. Scripsit deinde *paediam politices*, anno 1623 Romae vulgatam, et proximo Mediolani recusam; in qua quum de philosophia civili generatim pertractat, tum praecipue ad Machiavellium purgandum eadem, quae in machiavellicis statuerat, adducit; eius tamen suppresso nomine, nec his contentus, aliam se apologiam editurum receperat anno 1639, cui titulum hunc imposuerat: *Clementis papae VII, censura de politicis Machiavelli libris ab imposturis sycophantarum et imperitorum calumniis vindicata; idest apologia Machiavelli* [*Monum. select. hist., ed. francof.*, 1725, p. 425]. Hanc attamen nequaquam emisit; sed, Bandinio teste, cum alia inscripta: *Caussae dictio pro honore Machiavelli, et Florentinorum*, apud Pieriutios in autographo est.

Quod opus in codice nostro exstat, sumptum est, praefatione

(1) *Codices mss. latini bibl. Nanianae*, p. 47-49.

ut ex libro I, cap. 10 et 25 *Livianarum disputationum*. Iudicium deinde idem ecclesiae tuere pergit, eaque tunc non apparuisse statuit in Machiavelli scriptis vitia, quae postea experientia animadversa, ut libris prohibitis eadem adnumerarentur, in caussa fuere. Priorem demum libri partem absolvit, Machiavellum affirmans non ad tyrannicam regni tuendi rationem suadendam, sed ad invidiam in magnum quemdam illius aetatis principem conflandam, ipsamque tyrannidem impediendam, libri *de principe* capita XV et XVIII, de quibus potissimum accusatur, conscripsisse.

Pars operis posterior Machiavelli defensionem continet praecipue adversus Franciscum alias Innocentium Gentiletium, Antonium Possevinum, Thomam Bozium, Petrum Ribadenerium et Iesuitas ingolstadienses, qui carmine tragico Machiavelli dogmata, quo exsecrarentur, populo exhibuerant, eiusque imaginem anno 1615 in concione frequentissima concremaverant, titulo apposito : *Quoniam fuerit homo vafer et subdolus, diabolicarum artium faber, optimus cacodaemonis auxiliator*. Quae in Machiavello scriptores illi damnent, ex editis iam fere omnium libris patet: quae Scioppius reponat, haud operae pretium est demonstrare, quum levia et infirma, vel etiam falsa eadem plerumque sint, haud secus ac ea, quae antea produxerant. Gentiletio ea tantum apponit, quae Albericus Gentilis libro de legationibus tertio, capite nono ad rem habet. De Possevino vero inquit : *Possevinum omnia illa pestiferae doctrinae capita, quae Machiavello tribuit, eodem, quo Gentiletius, ordine, ac prope iisdem verbis videmus recitare ; ut facile intelligamus eum libros Machiavelli, in quem tam maledice invehebatur, nequaquam legisse : quod in Possevino nemini novum aut mirum videbitur, qui sciat quae Iacobi Gretseri emeriti Iesuitae de ipso sit sententia. Censet ille [quemadmodum sanctae et immortalis memoriae vir Marcus Velserus, Germaniae suae phoenix, ex ipso se audiisse non semel mihi confirmavit] vix ullum folium in Volusianis annalibus, idest in crassis et ingentibus Possevini voluminibus, notabili aliquo sphalmate, aut errore vacuum inveniri : quae res eum aut alienis oculis libros legisse, aut luscitiosum, lippumve, aut alioqui oculis minime sincere usum fuisse arguit.*

Haec summa operis a Scioppio ad Machiavellium, si Diis placet, vindicandum conscripti. Vapulat idem pro meritis, ob praestitum Machiavello patrocinium, Henrici Wagnerechii, et Alberti Albertii Iesuitarum libris: *vindiciis* nempe *politicis* anno 1636 Dilingae a priore editis; et *lapide lydio ingenii spiritus ac morum Gasparis Scioppii* a. 1649 a posteriore Monachii vulgato.

Cod. 279 chart., saec. XVII, a. 212, l. 157 [L. VI, CCLXXV]. D.

I. Eiusdem, *methodus de scriptoribus politicis, ac proprie de Nicolai Machiavelli libris iudicandi: item synopsis libri* de principe, *eiusdem Machiavelli, romanorum censorum iudicio probata, cum pontificio, caesareo et regio privilegio.* « Tum qui sine errore » de scriptis politicis iudicare velit . . . », f. 1-26.

Tractatum, qua ad septimum paediae Scioppianae genus pertinentem, in eius operum indice nuntiavit ineditum editor libri *de paedia* [Amstelodami, 1666, p. 18].

Praeeunt: **a.** *P. Nicolai Riccardii, clarissimi ex Praedicatorum ordine theologi, censura prior in Gasparis Scioppii suppetias logicas politicis scriptoribus latas, sive paediam politicae;* **b.** *G. Scioppii responsio ad P. Riccardii censuram de paedia et apaedeusia.*

Riccardius, Ianuae 1585 natus, sapientiae ergo *il padre Mostro* appellatus, in Hispania primum, dein Romae in gymnasio s. Thomae Minervaeo theologiam docuit, ubi mortuus est a. 1639.

II. —— *presente a tutti i re e principi cattolici, cioè compendio dell' arte di salvar le anime e gli stati loro.* « Dice lo » spirito di Dio nella sacra scrittura. Prov. 25. *Gloria regum...* », f. 32-55.

Tractatus neutrius habet notitiam Niceron in ampliori Scioppii operum ultra centum indice (1).

Caspar Schopp, latine *Scioppius,* Novi fori [Neumarkt] in Palatinatu an. 1576 natus, Ambergae, Eidelbergae, Ingolstadii, studia poeseos, philosophiae, medicinae, iuris professus est. Italia

(1) *Memoires pour servir a l' histoire des hommes illustres.* Paris, 1736, t. XXXV, p. 165-230.

universa peregrinatus, demum Patavii, ubi anno 1649 obiit, tenuit domicilium. Vere de eo Limneus: « Multa scripsit Scioppius » docte et laboriose, sed pleraque eo animo et stylo ut ad scom» mata et convicia factus videretur ».

III. *Discorso della scienza civile, del S. B.* « La cognitione » civile versa intorno un soggetto, che più di tutti gli altri è » immerso nella materia . . . », f. 56-79.

IV. *De utilitate historiarum exornatio.* « Magnam esse et » pene incredibilem eloquentiae praestantiam, cum ex sapientis» simis viris . . . », f. 80-88.

Auctor venetus, a laudibus historicorum antiquorum orsus, venetos effert praeconio Petrum Bembum, Bernardum Iustinianum, Iacobum Zenum, Petrum Marcellum, Bertacium Venerium, Paulum Parutam, Paulum Ramusium, Caelium Magnum, Iacobum Barbarum.

V. *Discorso di Flavio Querenghi, conte di Poiago et canonico di Padova, alla serenissima repubblica di Venetia.* « Io vorrei » esser habile a servir la serenità vostra, conforme al suo merito » sublime . . . . Di Padova, a' 12 di febbraio, 1639 ».

Auctor, illustri genere natus Patavii, ethicam Aristotelis in patrio gymnasio tradidit; vivens a. 1639 bibliothecam fratribus ordinis Praedicatorum dono dedit suam; mortuus est a. 1647.

Cod. 280 chart., saec. XVII, a. 313, l. 215 [L. VI, CCLIII].

Eadem quae codice antecedenti.

Codex habet folia 124 cum nota auctoris sub fine, serius alia manu exscripta: « Scripsi Mediolani, mense aprili, anni MDXV, » apud virum non minus ingenii cultu, quam vitae sanctimonia » spectatum, Matthaeum Valerium carthusiensis familiae sacer» dotem, in contubernio et convictu Alexandri Ludovisii, cardi» nalis et legati pontificii ».

Cod. 281 chart., saec. XVIII, a. 290, l. 212 [L. VI, CLXXI]. X.

Eadem quae supra.

Codex paginarum 236, cum solita nota in fine.

CLASSIS XI.

MATHESIS, ASTRONOMIA, ASTROLOGIA.

Cod. I chart., saec. XV, a. 290, l. 200 [Z. L. CCCXXVII]. B.

Archimedis syracusani, *opera varia,* sine interpretis nomine.

a. Eutocii Ascalonitae, *commentarii in libros duos Archimedis de sphaera et cylindro expositione discursa Milesio mechanico Isidoro nostro praeceptori.* « Cum in Archimedis libro, quem » de sphaera et cylindro confecit eorum qui nos praecesserunt... », f. 2-48.

b. —— *commentarii in circuli mensurationem Archimedis.* « Consequens utique fuerit mihi intentum meum » prosequenti . . . », f. 48-53.

c. —— *commentarii in duos de aequiponderantibus seu de planorum aequilibriis, sive eorundem gravitate, Archimedis.* « Momentum ipsum, o generosissime Petré, commune » gravitatis et levitatis est genus . . . », f. 53-63.

Trino opere exstant tantum commenta Eutocii, Ascalonae in Palaestina nati, quae graece scripta versionem latinam referunt, aliam ab ea quam dat Torellius in editione graeco-latina Archimedis. Oxonii, 1792.

d. Archimedis, *de sphaera et cylindro.* « Archimedes Dosyteo » salutem. Prius quidem ad te misi quae a nobis inspecta essent » conscribentes . . . », f. 63-106.

Habes textum tantummodo.

e. —— *circuli dimensio.* « Quilibet circulus triangulo rectangulo aequalis est, illi videlicet cuius latus . . . . . », f. 106-108.

f. Archimedis, *de conoidalibus et speroidibus figuris inventa.* « Archimedes Dosyteo recte agere. Reliquorum theorematum » demonstrationes, quas in his quae superius . . . », f. 109-145.

g. —— *inventa circa elicas, hoc est spirales lineas et spacia dictis lineis contenta.* « Arch. Dosyteo salutem. Eorum » quae ad Cononem missa fuerant theorematum, quorum assidue » a me flagitas . . . », f. 145-168.

h. —— *planorum aequiponderantium inventa vel centra gravitatis planorum, vel de his quae aequali pondere aptantur, libri duo.* « Petimus gravia aequalia aequali distantia posita in- » ter se aequaliter ponderare . . . », f. 169-183.

i. —— *quadratura parabolae, idest portionis contentae a linea recta et sectione rectanguli coni.* « Arch. Dos. recte » agere. Cum audissem Cononem mortuum esse, qui nobis adhuc » in amicitia residebat . . . », f. 184-193.

k. —— *tractatus de arenae numero, sive ratio de arenae dimensione.* « Existimant quidam, rex Gelon, arenam esse » multitudinem infinitam. Ego autem dico . . . », f. 193-202.

Non eadem est versio quae in editione oxoniensi.

Cod. 2 chart., saec. XVI, a. 344, l. 242 [Z. L. CCCXXXI]. E.

Pappi Alexandrini, *mathematicarum collectionum liber octavus.* « Cum mechanica contemplatio, fili Hermodore, multis et » magnis vitae nostrae rationibus conducat . . . ».

Libros omnes [exceptis primo et secundo deperditis] e graeco vertit et commentario illustravit Fridericus Commandinus. Hic octavus respondet ex ungue textui pluries edito, usque a primo posthumo pisaurensi, anni 1588 ; etiam qua parte diagrammata offert. Ea quae in codice, de Pappi, rei mathematicae insigniter studioso, saeculo IV florenti, Ioannes Baptista Raimundus offert, libenter exscribo : « . . . . . essendo detta opera di Pappo non al- » tro che collezioni di molte cose, è difficile a raccoglierne un » soggetto solo, sì di tutta l'opera come di libro per libro, eccetto » di alcuni, come del quinto, nel quale Pappo tratta solamente » d'una materia, cioè dei *soperimetris planis et solidis,* et del » testo nel quale tratta *de solutionibus rerum inexplicabilium per-*

» *tinentium ad astronomiam,* et dell'ottavo, nel quale tratta delle » meccaniche, servendosi degli elementi di Archimede; nel terzo » et quarto tratta di molte cose, ma principalmente *de redupli-* » *catione cubi et de inventione duarum mediarum proportionalium* » γεωμετρικῶς καὶ ὀργανικῶς, nel settimo ancora di molte cose, et » fra l'altre dimostra molti lemmi necessarj a molti libri, sì suoi » come d'altri autori, come nelli libri *de inclinationibus,* nelli » libri *de contactibus, de locis planis, de corollariis,* et nelli 8 li- » bri *de conis* d'Apollonio, nel primo poi et secondo io non so » che si tratti, non avendo mai visto detti libri, nè avendo ritro- » vato epilogo di loro che mi ricordi nelli libri seguenti ».

Cod. 3 chart., saec. XVI, a. 350, l. 253 [Z. L. CCCXXX]. E.

Eiusdem, *mathematicarum collectionum liber octavus.*

Exemplum a superiori sumptum, eo teste qui fol. 19 scripsit in margine: « In questo libro nell'autentico resta carta bianca » senza scriver per righe 8, et poi comincia *Erunt quinque* »; 21 vero: « Ubi est linea in altero codice manuscripto sunt tantum » puncta loco lineae et loco verborum ». Utrumque obtinet in antecedenti.

Cod. 4 membr., saec. XIV, a. 308, l. 230 [L. VIII, XXXIX]. O.

Euclidis, *geometriae libri XV, cum commentariis.* Sub fine: « Explicit liber geometriae magistri C [ampani] ».

Vulgatissima Campani novariensis, qui medio saeculo XIII floruit, [Campanus, *de sphaera,* cap. 14] interpretatio est. In postremo folio, qui hunc olim codicem possedit [ut ex folio ante primum coniicio] Leo Baptista Albertus, manu sua notas apposuit, quibus ad assis et unciae partes indicandas veteres usos novit. Ex iis nonnullae sunt in Bedae fragmento de temporum ratione ab Elia Vineto recensito: reliquae apud scriptores de notis Romanorum praecipuos, vel aliter, vel nullo modo apparent. Ante Albertum pertinuit codex Iac. Cochi de Aretio, qui a. *MCCCXL VI, die quarta mensis decembris, pignoravit hanc geometriam, cum octoginta aliis libris Grimoaldo pro octoginta libris.* Qui ante Na-

nium possedit codicem is est qui interiori operculi parti inscripsit: Δῶρον Ῥȣδεσίνδȣ Κατηνΐȣ κβ̅ Ἰȣν. ᾳψνεξ [Donum Rudesindi Catenii, 22 iun., 1756].

Codex tabulis ligneis corio vitulino coopertis antiquitus compactus, clavis et fibulis ex oricalco, folia habet 135.

Cod. 5 chart., saec. XV, a. 290, l. 218 [Z. L. CCCXXIX]. B.

I. *Propositiones excerptae, manu Bessarionis cardinalis, ex elementorum geometriae Euclidis libris quindecim,* f. 11-34.

II. *Epitome Almagesti Ptolemaei,* f. 39-213.

Initio aliquantulum mutila est.

III. Menelai, *de figuris sphaericis, libri tres,* f. 219-283.

IV. *Index capitulorum librorum singulorum compendii Almagesti,* cum versione graeca e regione, f. 292-296.

V. *Quaedam graece ex Ptolemaeo,* sine ordine, f. 300-331.

Cod. 6 membr., saec. XIII, a. 310, l. 197 [Z. L. CCCXXXII]. B.

I. A. Manlii Sev. Boethii, *arithmeticae libri duo, ad patricium Symmachum.* Prooemium inc.: « In dandis accipiendisque » muneribus, ita recte officia . . . » ; textus : « Inter omnes pri- » scae auctoritatis viros . . . », f. 1-35.

II. Iordani de Nemore, alemanni, *de elementis arithmeticae artis libri decem.* Definitiones incip.: « Unitas est esse rei per se » discrecio . . . », f. 40-85.

Plura desunt in editione parisina a. 1496 oblata. Postillae marginales abundant.

Auctor, *Nemorarius* quoque appellatus, clari nominis mathematicus, floruit a. 1235.

III. Euclydis, *geometriae libri quindecim.* Prooemium inc.: « Geometria sicut et reliquae disciplinae, prius processit in usu » quam in arte . . . . . » ; textus : « Punctus est cuius pars non » est . . . », f. 86-233.

Opus *elementa matheseos purae* quoque appellatur. Liber extremus non est absolutus. Cui prooemium et versionem adiudicem sum nescius. Euclidis geometriam ex arabico latine ver-

sam scimus ab Adelardo Gotho Bathoniensi, monacho, verosimiliter ex nota sequenti tribuo. Accedit in margine commentarium [non ultra librum decimum] inscriptum : « Boethius et Alfredus » commentantur usque in quartum. Quartus liber et tertius ha» bent commenta, videlicet Boethii, Alfredi et Adelhardi; et simi» liter Boethius et Adelhardus commentant in finem ». Alfredus [*Ælfredus, Alphredus, Ealfridus, Alvredus*] Magnus, Ethelwolphii occidentalium Saxonum regis filius, eruditione admirabilis, obiit a. 900. Plura ex latinis vertit saxonice, Boethium quoque *de consolatione philosophiae*.

IV. *Propositiones de continuatione libri de speculis.* « In pla» nis speculis a pluribus oculis res apparebit unica ..... », f. 233-234.

V. *De quantitatibus proportionalibus.* « Quantitates propor» tionales sunt, quarum prima ad secundam et tertia ad quar» tam ... », f. 235-236.

VI. *Quaedam geometrica de altitudinibus, planimetria, trigonometria.* Tractatus mutilus incip.: « Geometriae duae sunt » partes principales, theorica et practica ... », f 236-240.

VII. *De visu.* « Ponatur ab oculo eductas rectas lineas ter» minari spatio magnitudinum immensarum ... », f. 242-251.

VIII. *Liber de speculis.* « Rectum visum esse cuius media » terminos recte continuant ... », f. 252-257.

Habes figuras geometricas egregie ductas et commentationes plures in marginibus.

IX. Iordanis Nemorarii, *de ponderibus.* « Omnis ponderosi » motum esse ad medium, idest ad centrum ... », f. 257-259.

Differt toto caelo ab opusculo edito Venetiis, a. 1565, *studio Nicolai Tartaleae correcto.*

X. *Liber de canonio.* « Si fuerit canonium simetrum magni» tudine et substantiae eiusdem ... », f. 259-260.

XI. Theodosii, *de speris libri tres.* « Spera est figura corpo» rea, una quidem superficie contenta ... », f. 261-289.

Theodosius Tripolites, Pompeii Magni temporibus, ut creditur, florens, opuscula varia mathematica graece scripsit. Versio differt omnino a Ioannis Penae, et Christophori Clavii, quas in editionibus legimus, quod melius textui respondeat. Non est prae

manibus editio veneta a. 1518, qua opus, interprete Platone Tiburtino, legendum.

XII. *De quadratura circuli.* « Quaelibet media proporciona» lia earundem extremitatum sunt aequalia . . . . », f. 289-292.

XIII. *Propositiones de proportione.* « Volo ostendere quod » omnium trium linearum proporcionalium, proportio primi ad » secundum . . . », f. 292-293.

XIV. *De astrolapsu* [astrolabio]. « Tres circulos in astrola» psu descriptos, duos scilicet solstitiales et aequinoctialem . . . », f. 293-295.

Bessarion sua manu volumen inscripsit: « Est liber. b. car. niceni emptus Vienne, 1461.

Codex pretiosus tum membranae excellentia, tum scriptionis ad normam, tum figurarum geometricarum elegantia, tum litterarum initialium picturis, tum auctorum eorumque operum momento, tum expositionum praestantia, a Gallis violentiae iure raptus, ad lares a. 1816 remeavit.

Cod. 7 membr., saec. XV, a. 296, l. 196 [Z. L. CCCXXXIII]. P.

I. A. Manlii Sever. Boethii, *arithmeticae libri duo, ad patricium Symmachum,* cum figuris, f. 1-70.

II. —— *institutionis musicae libri quinque.* « Omnium quidem perceptio sensuum ita sponte ac natura» liter . . . », f. 70-152.

Volumen membrana candidiori egregie exscriptum habet figuras geometricas et notas musicas rubrica expressas, litteras initiales coloribus et auro nexas. Folium primum textus, ut e vestigiis coniicio, picturis et gentis alicuius scuto conspicuum, abscissum est.

Cod. 8 membr., saec. XV, a. 285, l. 202 [Z. L. CCCXXXIV]. P.

I. Eiusdem, *arithmeticae libri duo,* f. 1-60.

II. —— *institutionis musicae libri quinque,* capitulo quinti libri extremo mutilo, f. 61-140.

Codex praestat figuris geometricis intra textum rubrica

expressis, litteris initialibus auropictis, praesertim grandioribus in aulaeorum modum.

Cod. 9 chart., saec. XV, a. 300, l. 210 [L. VI, CLXXII]. Ma.

I. Ioannis Wiclefi, *tractatus de tempore*. Prooemium incip.: « In isto supponendo tempus esse declarat quod omnis duratio » fit indivisibilis . . . » ; textus vero: « In tractando de tempore » sunt aliqua ex dictis superius recapienda . . . », f. 1-26.

Constat capitulis undecim, loco tredecim, quem numerum dat Denis in *Codd. mss. theol. biblioth. vindobon.*, vol. I, col. 1513-1514. Uterque finit: *subtrahendo ab eo orationis suffragium:* additur Marciano: « Explicit tractatus de tempore, magistri Iohan- » nis Voyclif ». Tractationis initium cum praecedenti quadam nexum indicat, ea fortassis quam Balaeus et Tannerus *de temporis quiditate* inscribunt. De opere praevio codex admonet noster, quod numeratio foliorum antiqua a trigesimo sexto incipiat.

II. —— *libellus de universalibus, continens capitula quindecim.* Praeit elenchus titulorum cuiusque capituli, f. 27-29. Tractatus inc.: « In purgando errores circa universalia » sunt tria introductoria praemittenda . . . », f. 29-79.

Sub fine: « De universalibus explicit tractatus magistri » Ioannis Wiclif, doctoris pestiferi anglici ». Opellam habent co- » dices vindobonenses de quibus Denis in *Codd. mss. lat. biblioth. vindobon.*, vol. I, col. 1472, 1512.

Auctor Vicliffe, in comitatu eboracensi a. 1324 natus, obiit a. 1384, nominis famam operibus editis ac haeresi adeptus.

Potiora profero quibus amanuensis de retributione sibi partim negata conqueritur: « Hunc tractatum scripsit Michael Theo- » thonicus de Prusia, qui quampluries vocatus per magistrum » Nicolaum, dominum suum metuendum ad secus standum pro » scriptione, venit 27.ª die mensis iulii, et in faciendo pactum » sic ait: Magister Nicolae, ego venio stare vobiscum . . . . » qui respondit: Michael magister: Aldovrandinus et ego, nolu- » mus aliquid de tuis . . . . . . In fide autem dictorum sermonum » stetit cum predicto domino et altero suo domino magistro Al- » dovrandino plus sibi metuendo, a die supradicto usque ad 10.am

» diem decembris .... Neglectus per predictos suos dominos » cogitur propter inopiam nunc conscribere ..... ». Post descripta viliora famulatus officia a se praestita, scribit : « Etiam pre» dictus Michael omne vinum quod habuerunt sepedicti sui domini, » hoc anno in suis, cum socio, portavit scapulis de tynis usque » ad canapam implentes vasa .... vasa lavit, porcos mun» davit, aquam de puteo extraxit, domum purgavit .... » Quid hic facere debuit et non fecit usque ad diem 10.am decem» bris .... ». Finit : « Omnis mercenarius dignus est mercede — » Clamitat in celum vox sanguinis et miserorum — Vox depres» sorum merces detenta laborum ».

Codicem legavit Ioannes de Marchanova coenobio s. Ioannis in Viridario a. 1467.

Cod. 10 membr., saec. XIV, a. 347, l. 237 [L. VI, CXXXIII].

I. *Tractatus de generatione specierum.* « Primum ergo capi» tulum circa influentiam agentis habet tres veritates seu con» clusiones ... », f. 1-21.

II. *Tractatus de perspectiva.* « Cupiens te et álios sapientia » dignos excitare et disponere ad scientiam perspective, scias » auctores multos tractare de hac scientia ... », f. 21-50.

Passim figurae geometricae effictae et spatia aliis inserendis relicta.

Auctor, quisque ille sit, et opus praecedens exaravit. Sic enim in dedicationis epistola : « Nunc, ad instantiam tuam, quaedam » medullaria sub compendio ex omnibus auctoribus cupio con» gregare; sed semper habendus est prae manibus tractatus meus » de generatione specierum, et multiplicatione et accessione et » corruptione earum, sine quo nihil dignum potest intelligi de » spectantia ».

III. *Tractatus de velocitate motuum.* « Omnis racionabilis » opinio de velocitate motuum potest sequi aliquam proportio» nem ... », f. 50-72.

Tractatus bini, quorum *primus proprie dicitur algorismus proportionum,* alter, mutilus in fine, *de quibusdam subtilibus inferioribus ex praedictis.*

Foliis primis duobus, quibus compactum est volumen, occurrunt fragmenta actorum municipalium, cum subscriptionibus notariorum aquileiensium Zamboneti de Carturio, et Dominici, ex saec. XIV. Sub fine : *pretii ducatorum III.*

Cod. 11 membr.-chart., saec. XV, a. 298, l. 213 [L. VI, CCXXVI]. Ma.

Suisethi, *calculationes.* « Penes quid habeant intensio et re- » missio qualitatis attendi, plures sunt opiniones . . . ».

Richardi Suyset, *sublimissimi doctoris anglici,* calculationes [plus una vice editae] ita aestimatae sunt ut *opus aureum calculationum* appellarentur.

Cod. 12 membr., saec. XIV, a. 210, l. 142 [Z. L. CCCI]. B.

I. Anonymi, *quaestiones decem de obligationibus in dialectica.* « Quaeritur primo utrum principia artis obligatoriae in dispu- » tatione dialectica sint necessaria; arguitur quod non... », f. 1-18.

II. *Quaestiones quinque super insolubilibus a Iohanne de Vesalia Parisiis disputatae.* « Quaeritur primo utrum in insolubi- » libus sit . . . », f. 18-25.

III. Magistri Thomae Bradvardini de Anglia, *insolubilia, capitibus quatuordecim.* « Solvere non est ignorantum vinculum. » 3.° metaphysicae ca. p.° Qui ergo insolubilium vinculo sunt » ignari, nodum ipsorum ambiguum nequeunt aperire . . . . . », f 27-37. V. p. 164.

IV. *Brevia insolubilia et utilia, secundum usum Esoniensem.* Capitula octo. « In disputatione dialectica sunt duae partes, sci- » licet opponens et respondens . . . », f. 37-41.

V. *Tractatus obligationum Suiseyt de Anglia.* « Cum in sin- » gulis scientiis, secundum magnitudinem subiecti, sit certitudo » quaerenda, primo ethicorum . . . », f. 41-44.

VI. *Tractatulus de sensu composito et diviso, trifariam partitus.* « In principio uniuscuiusque operis, Domini nomen est » praemittendum, nam appetitum humanum solum divina bonitas » replet . . . », f. 44-47.

VII. Burlaei, *obligationes*. « In disputatione dialectica duae » sunt partes, scilicet opponens et respondens . . . », f. 47-57.

Idem principium ac numero IV. Ceterum differt ab initio eiusdem operis in cod. [Z. L. CCCII], praesertim brevitate.

VIII. Anonymi, *de obligationibus*. « Nunc restat tractare de » obligationibus et praeponendae sunt aliquae descriptiones quo» rundam theorematum spectantium ad artem . . . », f. 57-58.

Tractatus in fine mutilus.

In codice universo res adeo sine ordine tractatae sunt; verba ita per nexus breviores intellectu difficilia, ut Bessario, qui manu propria singulos operum auctores in propriis codicibus annotat, hunc inscripserit *logicalia*. Plura sunt folia rescripta aevi eiusdem, ut et in fine folium referens fragmentum evangelii ex saeculo XII; quo serius inscriptum: *MCCCLXXXXVIIII, die XIII mensis octubris*.

Cod. 13 chart., saec. XIV, a. 220, l. 145 [Z. L. CCLXXVII]. B.

I. Eiusdem, *tractatus de sensu composito et diviso*. « Terminus est in quem resolvitur et dividitur propositio. . . », f. 2-16.

II. —— *tractatus de maximo et minimo*. « Volens parum » dicere de terminis priorum . . . », f. 17-22.

Sub fine lego: « Explicit tractatus *de maximo et minimo* di» ctus, scriptus Paduae anno Dom. MCCCLXXXX9 ante kal. per » fratrem Bartholomaeum de Grīmis provinciae Saxoniae, ibidem » pro tunc studentem ».

III. Entisberi, *tractatus de scire et dubitare*. « Iuxta hunc » textum tactum in libro peri yermenias [sic], de quolibet dici» tur affirmatio . . . », f. 23-39.

In fine subscriptio: « Laus et gloria Deo omnipotenti e a » fra Pycro dalle chasele e a fra Rigo e al cogo maistro avanço ».

De Entisbero v. p. 148.

IV. *Tractatus de relatis*. « Nota quod omne relativum signi» ficat quod suum . . . », f. 40-42.

V. *De velocitate motus*. « Una propositio, quae non est plu» res propositiones, est quaelibet propositio quam sor desinit sci» re . . . », f. 43-46.

Scientiae potius barbariem quam sibyllinos sensus accuso.

Codici compingendo documentum membraneum sincerum adhibitum, quo die 26 maii, a. 1383 sorores virgines s. Clarae de Forlivio, numero 37 nominatae, *coadunato capitulo in ecclesia sua ad gradam seu fenestram ferratam, ordinant Guillelmum Iacobi, ortulanum de Forlivio,* siudicum et procuratorem specialem ad comparendum coram fratre Ubertino, ordinis Minor., provinciae bononiensis ministro, et praesentandam electionem ab eis factam sororis Clarae ser Io. Pachaterre in abbatissam dicti monasterii.

Cod. 14 chart., 1391, a. 302, l. 212 [L. VIII, XXXVIII].

I. Thomae Bradwardini, *de proportionibus velocitatum in motibus, tractatus,* f. 1-8.

Amanuensis subscripsit: « Expliciunt proportiones datae a » magistro Thoma de Braduardino, anglico, sacrae paginae pro» fessore, scriptae primum et completae per me Andream de Ca» stello, MCCCLXXXXI, die XX mensis martii, inter vigesimam » secundam et tertiam horam, amen ».

II. *Quaestiones* [duodecim] *super istis proportionibus, secundum mag. Blasium, artium venerabilem doctorem.* « Quaeritur cir» ca proportiones, utrum contingat omnem motum alteri in ve» locitate et tarditate proportionari . . . », f. 8-37.

Folio extremo fere eadem inscriptio: « . . . per me Andream » de Castello Bononiae, sub anno D. MCCCLXXXXI, secunda die » mensis iulii, Deo gratias, amen ».

III. Guillelmi Hennesti conclusiones, scilicet:

a. *De scire et dubitare, una supra viginti.* « Est scitum a » te et idem a. est tibi dubium. Primum pono quod a. sit altera » illarum . . . », f. 40-42.

b. *De relatis, septem.* « Infinitae sunt partes sibi aequales » non communicantes et tamen nulla istarum est pars sibi ae» qualis non communicans . . . », f. 42-43.

c. *De incipit et desinit, octodecim.* « Una propositio quae » non est plures propositiones est quaelibet propositio quae s. de» sinit scire et tamen scit . . . », f. 43-45.

d. *De activa potentia et passiva, trigintaocto.* « Quod non

» est maximum quod s. sufficit portare ; probatur quia si sic sit, » illud a. . . . », f. 45-49.

Sunt conclusiones, appellatae quoque *de maximo et minimo*.

e. *De motu locali, septemdecim*. « Aliquis est motus, uni- » formis quoad primum et difformis quoad secundum . . . . », f. 49-51.

f. *De augmentatione, octo*. « Augmentatio dicitur dupliciter, » scilicet communiter et proprie : communiter dicitur ad aug- » menti . . . », f. 51-53.

g. *De alteratione, duodecim*. « Alteratio est actio qualitatis » sui motus, in qualitate velocitas . . . », f. 53-54.

IV. Roseti, *tractatus de maximo et minimo*. « Circa primum » articulum sic est procedendum : primo dicendum est circa ma- » ximum talium divisionum : secundo ponendae sunt aliquae con- » clusiones . . . », f. 55-66.

Amanuensis qui supra scripsit : « Explicit tractatus quidam » parvus et multum utilis de maximo et minimo, completus et » scriptus per Andream de Castello ec., MCCCLXXXXI, die XXIV » mensis ianuarii, amen ».

V. Esberi, *tractatus trium praedicamentorum*. « Tria sunt » praedicamenta vel genera, in quorum quolibet continetur mo- » tus . . . », f. 66-72.

Idem amanuensis : « Explicit tractatus Esberi de tribus » praedicamentis, bonus et utilis, atque principium et introitus » multorum philosophiae librorum, scriptus per me Andream de » Castello, completus 1391, die X.ª mensis iulii vel prope, et eius » est possessor et haeres ».

Codicem, sibi emptum Patavii a. 1450, legavit Ioannes Marchanova a. 1467 coenobio s. Ioannis in Viridario.

Cod. 15 chart., saec. XV, a. 333, l. 240 [L. VII, VII]. Ma.

I. Iacobi Foroliviensis, *de intensione et remissione formarum, partes tres*. « Quaestio est utrum intensio formae fiat per addi- » tionem partis formalis ad partem formalem, utraque imma- » nente . . . », f. 1-45.

Glossae marginales f. 1-6 ad oppositiones Burlaei referuntur.

Iacobum a Turre, *Foroliviensem* e patria appellatum, medicinae operibus scriptis clarum, anno 1407 respublica veneta ad philosophiam in gymnasio patavino [quo medicinam sub Carrariensibus profitebatur] tradendam revocavit. Obiit ille anno 1414 ac sepultus est ibi apud Eremitanos, nomine errato *Forlivias*. Ad anni anteacti finem, recensetur inter promotores collegii medici.

II. Angeli de Fossombruno [Forosempronii], *de motu locali*, f. 55-80.

Opus, titulo eodem, editum est Venetiis, anuo 1494. Codice autem [CCXVIII, class. X, p. 161] venit nomiue *super de tribus praedicamentis Hentisberi*, quod obtinet et in indice huius codicis.

Quem Patavii, a. 1435 emit Ioannes Marchanova, moriens coenobio s. Ioannis in Viridario a. 1467 legavit.

Cod. 16 chart., 1424, a. 295, l. 214 [L. VI, CXXVIII]. Ma.

I. Petri de Mantua, *logica*, sive *opus de suppositionibus*. « Di» cemus prius quod suppositio est statio termini in oratione con» nexi pro supposito vel suppositis ... », f. 1-80.

Opus, nomine *logicae*, Venetiis impressum est, per Simonem alias Bevilacqua papiensem, a. 1492.

II. —— *de instanti tractatus*. « Dicemus prius » naturaliter loquentes quod solum forma secundum se et quam» libet sui partem potest ... ». Folio extremo: « Explicit tra» ctatus de instanti, magistri Petri de Mantua feliciter amen, in » vicesima secunda hora mensis augusti, in die lunae, 28 eiusdem » mensis 1424 ... », f. 81-93.

In opellam insurgit Apollinaris Offredus, cremonensis, opere *de primo et ultimo instanti in defensionem communis opinionis adversus Petrum Mantuanum*. Venetiis edito a. 1492.

Quem codicem *sua pecunia emit* Patavii a. 1440, legavit Ioannes Marchanova coenobio s. Ioannis in Viridario.

Cod. 17 chart., saec. XV, a. 437, l. 290 [L. VI, XCVI].

I. Hugonis Senensis, *quaestiones quatuor,* in eius editis operibus *extraordinariae* appellatae.

a. *De putrefactione corporis humani.* « Utrum putrefactio » possit accidere in corpore humano, ex indebito regimine cibi » et potus .... » ; finit : « Et haec de quaestione edita per me » Hugonem de Senis, annó Dom. 1425, duodecima ianuarii in » Parma », f. 1-4.

b. *De aetate consistendi.* « Quaeritur utrum sit aliqua aetas » consistendi. Negative arguitur. Homines continue usque ad se- » nectutem possunt augeri ... », f. 4-9.

c. *De modo augmentationis.* « Quaeritur utrum in vero aug- » mento quaelibet pars corporis quando augetur, vere augea- » tur ... », f. 9-12.

d. *De aequali ad pondus.* « Utrum possit esse aequale ad » pondus. Ad partem affirmativam arguitur sic: summe calidum » potest successive transmutari ... », f. 12-16.

Prima excepta, ceterae editae sunt in *Ugonis Senensis nonnullae quaestiones extravagantes, nunc primum in lucem editae,* post *interpretationem in primam quarti canonis principis de febribus.* Venetiis, per Georgium Arrivabene, a. 1515, 4.°

Auctor gente Bentia, *famosissimus artium et medicinae doctor,* docuit Ferrariae et Parmae, obiit Romae a. 1448. Eius opera iunctim edita sunt Venetiis, a. 1518, duobus volum. in f.°

II. **a.** Magistri Marsilii de Sanctasophia, *quaestio de elementis.* Articuli duodecim. « Quaestio est utrum definitio elemento- » rum sit bona, dicens : elementa sunt corpora ... », f. 16-37.

b. —— *de sensatione.* « Dubitabitur utrum ad sen- » sationem requiratur productio specierum sensibilium ab obie- » cto ... », f. 37-45.

c. —— *de melancolia.* « Quaeritur utrum homo me- » lanconicus magis appropinquet aequalitati ponderis quam homo » temperatus ... », f. 45-57.

Sic de eo Facciolatus in *fastor. gymnasii patav.,* parte I, pag.

XLVI: « Praestantior tamen [ceteris ex gente Sanctasophia] » Marsilius habitus est, qui cum Patavii docere caepisset, postea » Papiam concessit, Ioannis Galeacii, mediolanensis ducis, Car» rariensium hostis partes secutus. Inde, cum rediisset pace com» posita [1392], paulo post ad bononiensem migravit academiam, » ibique docendo consenuit, et mortuus est . . . », anno 1405.

III. Sigismundi de Polcastris, *quaestio de actuatione medicinarum*. Dedicatio inc.: « Cum saepe me exhortatus et deprecatus fueris, suavissime Laurenti Roverella, doctor subtilissi» me . . . » ; quaestio autem : « Quaeritur utrum medicinae di» ctae tales impotentia a dominis medicis, reducantur ad actum » a calore nostri corporis . . . » ; finit vero : « Expleta et formata » est quaestio de actuatione medicinarum . . . . . ad contemplatio» nem dilectissimi Laurentii Roverella, per Sigismundum de Pol» castris patavum, in studio paduano, currente anno Domini » 1444 », f. 57-81.

Auctor, philosophiae et medicinae in archigymnasio patavino antecessor 1419-1458, obiit a 1473.

IV. Ioannis de Casali, *quaestio de motu*, conclusionibus et argumentis absoluta. « Quaeritur utrum in moventibus ad qua» litatem illud semper velocius moveatur quod in aequali tem» pore . . . . ». Sub fine legitur : « Expleta est quaestio fratris » Ioannis de Casali, de ordine fratrum Minorum 1458, die 16 » mensis ianuarii, per me Petrum Franconis almanum bassum » Zelaundrindrinum, patria de Brielis oppido oriundum ». — Sequitur : « Deo gratias, scriptori da vas . . . . . Cum Deo grates » retuleris, et scriptori dare vas neglexeris, minus bene egeris ». *Vas* idem est ac *vas vino repletum*. Vide in aliis codicibus : *Da mihi vinum, da mihi potum, da bibere.*

Gregorius in Sacramentario — *dentur cantori duo digiti de clareto.*

Cod. 18 chart., saec. XV, a. 290, l. 197 [L. VI, CLV].

I. Roseti, *de maximo et minimo* « Utrum aliquis in casu » possit obligari ex praecepto ad aliquid quod est contra con» scientiam suam . . . », f. 1-17.

II. Angeli de Fossombruno, *insolubilia*. Capitula octo. « Una » communis opinio in materia insolubilis, ad quam communiter » habent respondentes refugium . . . », f. 18-31.

III. —— *quaestiones de maximo et minimo, seu de inductione formarum*. « Quaeritur utrum detur mini- » ma materia, de cuius epo . . . . possit per se fama substantialis » introduci . . . », f. 32-42.

Prima quaestionis parte absoluta, legitur : « Et sic huius » magni dubii finitur prima opinio, quam in disputatione gene- » rali, ubi fuit magnorum doctorum congregatio, probabiliter » substentavi ego Bartholemaeus de Rido paduanus, sub famoso » arcium doctore magistro Angelo de Fossombruno, huius quae- » stionis auctore, Pataviique tunc naturalem physicam legente, » anno a nativ. Christi MCCCC, 2 die mense ianuarii ». Sub fine vero quaestionis legitur : « Finitur hic quaestio *de inductione for-* » *marum*, quam, dum Patavii physicam legeret, determinavit vir » insignis magister Angelus de Fossumbronio.

IV. Ioannis de Hollandia, *tractatus de instanti*. Capitula quatuor. « Philosophus in octavo physicorum ponit aliquas regulas » de primo instanti . . . », f. 43-64.

V. Anonymi, *de uno calido per totum, tractatus*. « A. est » unum calidum per totum, quod per horam continue alterabi- » tur . . . », f. 65-82.

VI. Nicolai Horem, *de latitudine formarum*. « Quia forma- » rum latitudines multipliciter variantur, quia multiplicitas diffi- » culter discernitur . . . », f. 83-87.

VII. —— *de latitudine formarum, tractatus*. « Utrum » cuiuslibet formae latitudo sit uniformis vel difformis : arguitur » quod non . . . », f. 87-92.

VIII. Thomae Bradwardini, *tractatus de proportionibus motuum, seu de : in omnem motum successivum*, f. 92-105. V. pag. 164, 225.

IX. Blasii de Pelacanibus de Parma, *quaestio : utrum duo corpora dura vel plana possint se tangere*. « Dubitatur utrum duo » corpora dura vel plana possint se tangere et ab invicem aequa- » liter aeque distantes elevari . . . », f. 105-112.

Sub fine legitur : « Nunc sequitur quintus articulus, in quo

» restat respondere ad rationes principales, quae videntur con-
» cludere quod duo corpora dura non possunt se tangere ec. Quas
» rationes reddat ingeniosus per se, et sic patet de ista quaestio-
» ne de corporibus terminata, secundum magistrum Blasium de
» Parma, qui inter philosophos ita est sicut sol inter astra ec. ».

X. *De velocitate motuum, tractatus*, f. 112-123, cum appendice f. 134-148.

Tractatus finitus et completus est anno Dom. MCCCCXVI, tertia die mensis februarii.

XI. Iacobi de Forlivio, *de intensione et remissione formarum.* « Consequenter, iuxta ordinem in principio huius tractatus prae-
» missum, sequitur perscrutari tertiam potenciam, quam inter
» ceteras reputo sustinendam ... », f. 149-156.

Desinit : « Explicit tractatus de intensione et remissione
» formarum, secundum famosissimum artium et medicinae docto-
» rem monarcham Iacobum de Forlivio, qui MCCCC, 14.° die
» duodecima februarii ab hac vita ad superiora migravit, cuius
» anima requiescat in pace ».

Est tertia pars tractatus, quem absolutum dat codex 15, pag. 226.

XII. Angeli de Forosempronii, *recollectae super Hentisberum, de tribus praedicamentis.* « In omni praedicamento potest esse
» mutacio, quoniam in quolibet, ut dicit commentator, reperitur
» potentia ... », f. 156-178.

Codex litteris pluribus initialibus pictis, inscriptus a principio: *pretii ducatorum quatuor* -- 1421, *die 2 octobris. Baptista Fani* [notarius] *scripsit ;* a. 1467 legatus est coenobio s. Ioannis in Viridario a Io. Marchanova qui a. 1438 eundem Patavii coemerat.

Cod. 19 membr., saec. XV, a. 304, l. 222 [L. VIII, XIX]. Ma.

I. Ioannis de Hollandia, *tractatus de motu.* « Motuum loca-
» lium quidam est uniformis, quidam difformis ... » ; finit : « Et
» est finis quartae quaestionis quae est de proportione velocita-
» tum in motu locali ec. et est finis operum : mercedem posco
» laborum ... », f. 1-144.

Tres ceterae quaestiones sunt **a.** *de motu locali ;* **b.** *de velocitate motus augmentationis ;* **c.** *de velocitate motus alteracionis.* Fol. 65-144 sexdecim quaestiones propositae et agitatae sunt, quae extremo *tituli sex inconvenientium* appellantur.

II. Magistri Rogerii Thomae ordinis Minorum, *tractatus de proportionibus.* « Naturalis philosophiae completa cognicio absque motu et eorum quae motum sequuntur notitia . . . », f. 144-164.

Quibusdam a principio propositis, quaestiones quinque adduntur de rarefactione, velocitate in motu, de motu locali velocitatis, de motu uniformiter difformi, num res videatur tanta quanta est.

III. Anonymi, *de uno calido per totum.* Capitula 58. « A. est » unum calidum quod per horam alterabitur cum gradu unifor- » miter . . . », f. 164-193.

IV. ——— *de variatione alterationis uniformis.* Partes quatuor. « Uniformiter continue variabitur alteracio uniformis, » ad quod sophisma arguitur sic . . . », f. 193-211.

V. —— *de rarefactione.* « Quaeritur utrum possit ali- » quod rarefieri. Probatio quod non, quia tunc sequerentur . . . », f. 211-213.

VI. —— *de velocitate in motibus penes latitudinem.* « Quaeritur, utrum velocitas in motibus sit attendenda penes la- » titudinem . . . », f. 213-219.

VII. —— *de velocitate motus localis.* Responsiones quindecim et ad opposita sexdecim. « Quaeritur, utrum cuiuslibet » motus localis velocitas penes maximum spatium lineale ab ali- » quo puncto sui meti descriptum sit attendenda... », f, 219-230.

VIII. —— *de motu uniformiter difformi.* « Utrum omnis » motus uniformiter difformis correspondeat suo gradui medio... », f. 230-234.

IX. —— *de rei apparentia.* « Utrum aliqua res videa- » tur tanta quanta est. Primo arguitur hinc inde... », f. 234-242.

Quem *sua pecunia* emit a. 1438 Ioannes Marchanova, dono dedit a. 1467 coenobio s. Ioannis in Viridario.

Cod. 20 chart., saec. XV, a. 292, l. 212 [L. VI, LXII]. Ma.

I. Blasii de Pelacanibus de Parma, *de intensione et remissione.* « Circa materiam de intensione et remissione formarum, » ego quaero utrum possibile sit . . . », f. 1-18.

Quaestio scripta est manu Francisci, auctoris filii.

II. Bartholomaei de Mantua, *quaestio de instanti et tempore.* « Est quaestio : utrum cuiuslibet rei permanentis detur primum » instans sui esse et ultimum . . . », f. 19-29.

Quaestio articulis quatuor *determinata est per reverendum arcium et medicinae doctorem magistrum Bartholomaeum de Mantua.*

III. Ioannis de Casali, *quaestio de motu,* f. 31-60.

IV. *Quaestio utrum omnis forma habeat latitudinem nobis praesentabilem per figuras geometricas.* « Haec quaestio praesupo- » nit unum et aliud-quaerit ; seu duo quaesita includuntur . . . », f. 63-68. V. pag. 229.

V. *Tractatus regularum de motu.* « Motuum localium qui- » dam est uniformis, quidam difformis . . . », f. 74-76.

VI. M. Ioannis de Hollandia, *tractatus de instanti,* f. 80-98. V. pag. 230.

VII. *Tractatus de proportionibus et proportione velocitatum in motibus, secundum Thomam Braduualdum* [Bradwardinum] *anglicum,* f. 99-111. V. pag. 164, 225, 230.

VIII. Alberti de Saxonia, *tractatus proportionum.* « Propor- » tio communiter accepta est duorum comparabilium in actu » unico ad invicem habitudo . . . . . . », f. 111-117. In fine *Bru. Donz.*

Impressus est Paduae, a. 1484, per Matthaeum Cerdonem de Windischgrecz, fol. 10, in 4.° Auctor, ordinis fratrum Eremitarum s. Augustini, episcopus halberstadiensis dioeceseos in Saxonia, floruit sub initio saeculi XIV.

IX. Roseti, *tractatus de maximo et minimo,* f. 121-138. V. pag. 229.

Tractatum scripsit Franciscus de Ronculis de Mantua.

X. Nicolai Horem, *tractatus latitudinum formarum.* « Quia » formarum latitudines multipliciter variantur, quia multiplicitas » difficulter discernitur . . . », f. 139-142.

Tractatum *magistri Nicolai Horem, arcium doctoris valentissimi* impressit Paduae Matthaeus Cerdo de Windischgrecz, a. 1486 ; Venetiis, Bonatus Locatelus, a. 1505.

Codicem ab Ioanne Marchanova Patavii emptum a. 1440, ab eoque, coenobio s. Ioannis in Viridario a. 1467 legatum reddunt conspicuum littera initialis prima qua Blasius de Pelacanibus discipulis disserens, ac insignia familiae, quibus equus monti tricipiti insistens, exprimuntur.

Cod. 21 chart., saec. XV, a. 293, l. 210 [L. VI, CCXXV]. Ma.

Magistri Messini, *artium et medicinae doctoris eximii, quaestiones editae super quaestione Ioannis de Casali.* « Quaeritur » utrum bene distribuatur hic titulus *latitudo uniformiter dif-* » *formis* ».

Quaestio Ioannis de Casali est *de latitudine formarum.* Magister Messinus qui sit prorsus ignoro.

Codex, duabus columnis pro unaquaque pagina, habet fol. 76.

Cod. 22 chart., 1473, a. 213, l. 141 [L. VIII, XLV]. O.

I. Alberti de Saxonia, *tractatus de proportione et motu vario,* f. 1-15. V. pag. 233.

II. *Quaestiones tres de logica et metaphysica.* « Quaeritur utrum aliqua proportio componatur ex rebus . . . », f. 15-48.

Auctor Benedicto, ut infra, de propositis quaestionibus sciscitanti, respondet. Haec extremo folio adscripta: « Expliciunt tres » quaestiones subtilissimae et utillimae, editae a rev. sacrae theo- » logiae famoso magistro Ioanne Veneto, ordinis fratrum Dei ge- » netricis Mariae de monte Charmelo, dum in almo senensi studio » a Senensibus conductus publice logicam et physicam publice le- » geret anno Domini 1472, et per me Franciscum Siculum trapa- » nitanum eiusdem ordinis, ad complacentiam fratris Benedicti » de Bambucinis, florentini praefati ordinis, studentis in artibus

» transcriptae anno Dom. 1473, die vero 14.ª augusti, *in vigilia* » *Assumptionis beatae Mariae,* patronae nostrae ».

Quaestiones in libello exaratas, qua anecdotas, nec Franciscus Bocchius, nec Iulius Niger, nec Mazzuchellius, nec auctores *Bibliothecae* Carmelitarum noverunt, quamquam auctoris gesta enuntient.

Cod. 23 chart., saec. XV, a. 290, l. 214 [L. VI, CXLIX].

I. *Quaestio subtilis de motu ad qualitates.* « Utrum in moventibus ad qualitates, illud semper velocius moveatur, quod » in aequali tempore acquirat maiorem latitudinem qualitatis... », f. 1-19.

II. Alberti de Saxonia, *tractatus proportionum,* f. 20-24. V. pag. 233.

Plures hucusque in codice occurrunt notae marginales.

III. Nicolai Horem, *de latitudinibus formarum,* f. 24-27. V. pag. 234.

IV. *De venenis eorumque antidotis.* « Si comedatur venenum » a nobis, transire facit nostrum corpus in venenum, quoniam » omne agens praestantius est passo . . . », f. 27.

V. Gentilis de Fulgineo, *tractatus de ydropisi, ulceribus pulmonum ac de ulceribus renum et vesicae.* « In cura ydropisis . . . » a causa calida absque apostemate epatis . . . », f. 27-28.

Gentilis Gentili, latine *de Gentilibus,* patria *de Fulgineo* appellatus, *Fulginas* quoque, medicus, a. 1310 commentator Avicennae praestans, obiit Bononiae, a. 1310.

VI. *Recollectae super calculationes, sub magistro Christophoro de Recaneto, huius artis principe, die sabbati mensis novembris,* 1469, *in festo sanctae Catharinae.* Lectiones triginta duae. « Circa primam lectionem sciendum primo quod iste liber sua pri» maria . . . », f. 31-49.

Christophorus Recinetensis, decreto veneti senatus, *summus Italiae philosophus,* docuit philosophiam in archigymnasio patavino annis 1460-1465 ; a. 1467 vero medicinam, unde recessit a. 1488.

VII. *Collectanea eximii et medicinae doctoris, de motu super-*

ficiali, magistri Antonii Trispignaga assilensis Patavii. « Circa » materiam de motu primo quaeritur utrum motus sit realiter » distinctus a re mota . . . », f. 50-62.

Sub fine legitur: « Frater Bartholomaeus, Eremitanus de » Hallis, scripsit Paduae 1469, 6 die mensis iulii et complevit » hodie . . . ».

VIII. Alexandri Sermonetae, *quaestiones septem philosophicae generatim, specialiter de medicina.* Prima inc.: « Quaestio est » utrum corpus humanum sanabile sit medicinae subiectum... », f. 66-83.

Auctor quaestione secunda respondet Petro Tinello, tertia amico Iacobo, die 15 decembris, 1456; quarta Guidoni de Capranica, die 5 augusti, a. 1450; quinta Nicolao ser Antonii, die 17 februarii, a. 1463; sexta Sigismundo, die 17 iulii, 1462. Eum, senensem, medicinae professorem in pisana academia, Facciolatus *fastis gymnasii patavini,* p. II, pag. 132 asserit anno 1479 accitum fuisse Patavium ad regendam theoricae ordinariae scholam, a. 1484 exinde discessisse.

IX. *Quaestio excellentissimi Nicoleti Teatini, praeceptoris mei* (1) *Paduae publice ordinariam philosophiae legentis.* « *Quaestio est an caelum sit animatum.* Ista quaestio difficilis est multum propter diversitatem principiorum . . . », f. 83-84.

Nicolaus, vulgo Nicolettus, Vernias Theatinus [*Vernias Thienaeus* apud Papadopulum] ad philosophiam ordinariam in archigymnasio patavino a. 1466 conductus est. Magna doctrinae fama sibi comparata, anno 1471 ab annuali universitatis iudicio exemptus est; anno 1482 sine antagonista docuit, mortuus est an. 1499.

X. *Quaestio incompleta de privatione.* « Quaestio est utrum » privatio distinguatur realiter a materia, pro cuius decisione iste » ordo servabitur . . . », f. 86.

XI. *Logicalia varia, quibus opiniones expenduntur magistri Burlaei,* f. 88-101.

(1) Etsi manus scribentis eadem sit quae in quaestionibus Sermonetae, non putarim hunc esse discipulum Nicoleti, quod uterque coaevus sit.

Membrana saeculi XIII qua liber compactus refert poemation, cuius do specimen.

« Hoc quicumque velis carmen cognoscere, lector
» Haec praecepta feras, quae sunt gratissima vitae.
» Instrue praeceptis animum : ne discere cesses,
» Nam sine doctrina vita est quasi mortis imago.
» Commoda multa ferens ; sin autem spreveris illud,
» Non me scriptorem, sed te neglexeris ipse.
» Cum recte vivas, ne cures verba malorum . . . ».

Codd. 24-25 chart., saec. XVIII, a. 310, l. 217 [L. VIII, XCVI-XCVII].

Guidonis Grandis, *opera mathematica,* in duas partes distributa.

Volumine primo comprehenduntur: **a.** *geometriae elementa et institutiones ;* **b.** *trigometria ;* **c.** *arithmetica* [italc] ; **d.** *algebra,* sive *analiticae elementa.*

Volumen alterum continet : **a.** *institutiones mechanicae ;* **b.** *institutionum astronomicarum libros quatuor ;* **c.** *logometriam musicam,* sive *de musicorum intervallorum proportionibus ;* **d.** *opticae partes tres.*

Codd. 26-40 chart., 1715-1717, a. 179, l. 120 [L. VIII, XLVII-LXI]. G.

Andreae Musali, *mathematicae elementaris libri primus et tertius, in quibus Euclidis, Archimedis et Apollonii propositiones, aliorumque geometrarum selectae circa quantitatem continuam, linearem, planam ac solidam, nova methodo et ordine exponuntur.*

Liber primus, capitulis undecim digestus, occurrit codicibus 1-9 :

Cap. I. *De magnitudinibus proportionalibus in communi.*
— II. *De lineis rectis, angulis, lineis parallelis.*
— III. *De triangulorum altitudine, lateribus et angulis ; triangulis similibus et aequalibus, triangulorum proportione.*

Cap. IV. *De figuris quadrilateris.*
— V. *De figuris multilateris, irregularibus et regularibus.*
— VI. *De linearum potentia proportionalium.*
— VII. *De laterum potentia in triangulis.*
— VIII. *De circulo.*
— IX. *De solidorum superficie.*
— X. *De corporum soliditate.*
— XI. *De problematibus Euclidis.*

Liber tertius, codicibus 10-15:
Cap. I. *Dell' uso del compasso ordinario* [omnia itale].
— II. *De trigonometria rectilinea.*
— III. *De usu quadrati et quadrantis in trigonometria.*
— IV. *De circini proportionis usu in trigonometria.*
— V. *De nonnullis praxibus, quae exercentur in solo.*
— VI. *De longimetria cum instrumentis et sine instrumentis.*
— VII. *De altimetria cum instrumentis et sine instrumentis.*
— VIII. *De planimetria.*
— IX. *De ichnographia.*
— X. *De chorographia.*
— XI. *De geodesia.*
— XII. *De stereometria.*
— XIII. *De usu circini proportionis.*

Seriem universam concinne exscripsit, cum figuris affabre elaboratis, Ioannes Filippini Venetiis.

Cod. 41 chart., saec. XVII, a. 278, l. 180 [L. VIII, III]. Ye.

Bartholomaei Cristini, *logistica sive arithmetica practica in duos libros digesta.* Dedicatio Carolo Emmanueli Sabaudiae ducis inc.: « Magno principi, magna semper meditanti, quid maius » arithmetica... »; epistola ad lectorem: « In scientia vel arte » quam quisque callet, ea potissimum investigare..... ». Haec excipit index capitulorum utriusque libri.

Liber primus, sex actus simplices omnium generum numero-

rum et regulas tam negotiationum quam algebrae et quaedam ludicra complectens. « Arithmetica est scientia quantitatem discre» tam sive numerum secundum se considerans ... », f. 1-114.

Liber secundus de progressionibus arithmeticis ac combinationibus. « Progressionem, actum, passionem, partem vel speciem » algorithmi [ut aiunt] ... », f. 115-226.

Bartholomaeus Cristini, iam ab annis octodecim vel privatus in augusto praetorio, vel publicus in archigymnasio taurinensi matheseos professor, dicat anno 1611 Carolo Emmanueli II, Sabaudiae duci opus, cuius oeconomiam quasi per anatomen, in prooemio lectori auctor aperit.

Volumen, fol. 226, impressioni paratum coniicio ex ecclesiastici censoris nota: *Frater Camillus, inquisitor taurinensis.*

Cod. 42 chart., saec. XVIII, a. 292, l. 210 [L. VIII, LXXI]. R.

Varia tum typis impressa, tum calamo exarata, *de aequationibus.*

a. Iosephi Suzzi, in gymnasio patavino philosophi p., *solutio generalis aequationum tertii gradus, academiis parisiensi et londinensi exhibita.* Patavii, typis Seminarii, 1747, pag. XXI, 4.°

b. *Lettera di un matematicò italiano* [Gaetano Marzagaglia, vicentino], *scritta al ch. sig. marchese Scipione Maffei, intorno al libro del signor abbate Suzzi, stampato in Padova sopra le equazioni algebraiche del terzo grado.* Verona, MDCCXLVIII, p. XII. 4.°

c. Epistolae itale quinque Petri Urseoli da Ponte [ex sancto Michaele apud Murianum, 20 decembris, 1747]; binae Iosephi Suzzi [Patavii, 12, 23 decembris, 1747]; G. M. Ortes [Patavii, mense decembri, 1747]; Ioannis Baptistae Pasquali [Venetiis, 20 decembr., 1747; Octaviani Cametti Claudio Fromond [Pisis, 13 ian., 1748], quibus opella Ioannis Suzzi excutitur, f. 1-10.

Ioseph de Suzzis, foroiuliensis, cum famam sibi re mathematica et hydraulica peperisset, primae philosophiae ordinariae scholae gymnasii patavini professor electus est a. 1744, stipendio illi aucto a. 1751.

Cod. 43 chart., saec. XV, a. 280, l. 200 [L. VIII, LXV]. Mr.

Geometria practica. « Artem metricam seu mensurativam » occasione quadam prospiciens, cum a multis viderim exposi- » tam . . . ».

Codex, foliorum 52, quorum quibusdam sub initio et in fine plura inscripta sunt sine ordine, de aedificiis, mensuris, compositione auri.

Cod. 44 chart., saec. XVII, a. 210, l. 158 [L. VIII, XV]. Ye.

Geometriae planae et conicae, libri quinque. « Si in circulo » duo arcus sumantur, quorum unus alterius sit duplus . . . ».

Praelectionum series in scholae usum, cum additamentis.

Codex, cum figuris bene delineatis, habet folia 132.

Cod. 45 chart., saec. XVII, a. 200, l. 147 [L. VIII, XLIII]. O.

Superficierum et solidorum mensura nova methodo demonstrata a N. de Voisins. Dedicatio inc.: « Eo opinionis propriae » non perveni ut credam quod opusculum istud . . . » ; textus: « Scientia mensurandi superficies, nominatur planimetria . . . ».

Opusculum in duos libros partitum inscripsit auctor *illustrissimo domino d. marchesio del Borro, artilleriae seren. magni ducis Etruriae generali, gubernatori Liburni, locorum dependentium* ec., quem, Marcum Alexandrum Borrium, Alexandri, viri militiae gloria clarissimi, filium putaverim. Sane de illo refert Eugenius Gammurinius, dum Borriam familiam apud Aretinos nobilissimam describit (1), mechanicae disciplinae [quam a Iulio Parisio florentino, architecto praestantissimo, acceperat] et belli studiis clarum, a Cosmo III magnae Etruriae duce, cui valde probabatur, Liburno praefectum fuisse. Eundem Voisinius laudat a geometriae, totiusque rei militaris peritia ; de suo vero libello: « Continet, inquit, essentiam doctrinae Archimedis de mensura

(1) *Delle famiglie nobili toscane ed umbre*, t. III, p. 281.

» corporum, sed modo differenti demonstrata in multis locis. Subiungo problematis deliaci resolutionem per duas medias proportionales inventas per instrumentum, cuius fabrica desumpta » est ex Cartesio ». Lemmata tria ab eo allata Antonius Rocchius, vir. mathematicis artibus instructissimus [cui libellum expendendum tradidit Iacobus Morellius], in Tacqueti theorematibus ex Archimede selectis ad litteram esse animadvertit, ad prop. XIV, XVI et XVIII quae in Voisinii opella exstant lib. I, lem. ad probl. XIII et lem. I et II ad probl. XIV. Ex Tacqueto haec facile mutuata : is enim Antuerpiae anno 1654 de geometriae elementis opus, cum selectis ex Archimedis theorematibus edidit (1); nec Voisinius, si bene coniicio, nisi post aliquot annos *novam mensuram* suam, iis Tacqueti lemmatibus praecipue innixam, conscripsit. De libelli editione nih mihi constat.

Cod. 46 chart., saec. XVII, a. 272, l. 180 [L. VIII, IV]. Ye.

Bartholomaei Cristini, *trigonometria linearis et discreta.* « Duo anguli cuiuslibet anguli sphaerici sunt aequisinu reliquio » maiores . . . . ».

Praeponuntur, fol. 1-3, *theoremata Clavii de triangulis rectilineis et sphaericis.*

Codex, cum figuris et tabulis sinuum et secantium, habet folia 146.

Cod. 47 chart., saec. XVI, a. 292, l. 210 [L. VIII, LXXXIII]. N.

Hieronymi Pici, *de motu gravium et levium, utrum scilicet postquam sortita sunt formam specificam a seipsis vel ab extrinseco moveantur.* « In hac materia inter omnes physicas difficul- » tates subtilissimas, servabo ordinem . . . », folia 40.

Auctor, presbyter beneficiatus ecclesiae d. Marci Venetiarum, nuncupat opus Leonardo Lauredano duci Venetiar. epistola quae inc.: « Quum, princeps serenissime, Mercurii illud legerem : » magnum, Asclepi, miraculum est homo . . . ». Hoc idem dedica-

(1) *Biblioth. scriptt. societ. Iesu*, p. 59.

tionis exemplar habet folio 4 titulum ornatum picturis ac insignis gentis Lauredanae.

Cod. 48 chart., saec. XVIII, a. 193, l. 130 [L. VIII, CXV]. V.

Simonis Stratico, *additamenta autographa* ad opus impressum : *Clarissimi viri d. De la Caille lectiones elementares mechanicae seu brevis tractatus de motu et aequilibrio.* Venetiis, 1774, p. XII, 212, 8.°, cum figuris. Foliis vacuis insertis annotationes plures sua manu addidit Stratico, praesertim anno 1784.

Cod. 49 chart., saec. XVIII, a. 233, l. 157 [L. VIII, CXVII]. V.

Eiusdem, *series propositionum quas demonstrabit hoc anno litterario* [1772-1773] *in patavino gymnasio publicus professor ad mathesim et nauticae theoriam. Continet elementa mechanicae et staticae, earumque varias applicationes, ac praesertim ad theoriam architecturae civilis et nauticae.* Patavii, 1772, pag. LVI, 8.°, cum tabula aere sculpta. Auctor chartis operi insertis addidit manu propria notas et figuras.

Cod. 50 chart., saec. XVIII, a. 230, l. 150 [L. VIII, CXVI]. V.

Eiusdem, in patavino gymnasio ad mathesim et nauticae theoriam professoris, *praelectiones habitae ann.* 1772-1773, *de statica ac mechanica, iuxta seriem propositionum typis evulgatam anno* 1772 [ut codice antecedenti].

Eas autographas, nitidioribus characteribus, nullis appositis notis, cum figuris, auctor sua manu conscriptas edendas paraverat.

Cod. 51 chart., saec. XVIII, a. 230, l. 145 [L. VIII, CXVIII]. V.

Eiusdem, *praelectiones autographae triginta novem, habitae ann.* 1773-1774, *iuxta syllogen propositionum italice conscriptam, eodemque anno typis editam de hydrostatica et hydraulica.*

Cod. 52 chart., saec. XVIII, a. 217, l. 150 [L. VIII, CXIX]. V.

Eiusdem, *praelectiones autographae numero viginti novem habitae anno* 1776-1777, *de hydraulica et hydrostatica, iuxta Bossut.*

Codd. 53-54 chart., saec. XVIII, a. 197, l. 125 [L. VIII, CXX-CXXI]. V.

Eiusdem, *additamenta,* duplici exemplo inserta, operis impressi: *Clarissimi viri De la Caille, lectiones elementares opticae, ex editione parisina anni* 1756 *in latinum traductae.* Venetiis, 1733, p. 207, 8.°, eo pacto ut appendicem operi pararet, veluti ab initio codicis primi ipse Stratico nuntiat.

Cod. 55 chart., saec. XVIII, a. 290, l. 208 [L. VIII, LXII[a]]. G.

Andreae Musali, *perspectiva. Liber quintus in quo continentur quatuor capita :* 1. *theorica perspectivae ;* 2. *praxis perspectivae ;* 3. *perspectiva militaris quae vulgo* cavaliera ; 4. *corporum reflexus.*

Codicem, folior. 73, cum figuris geometricis concinne exscripsit Ioannes Filippini.

Cod. 56 chart., saec. XVIII, a. 202, l. 135 [L. VIII, LXXXVIII]. N.

Perspectiva practica. « Perspectiva practica est ars quae do- » cet modum quo describuntur ita corpora in superficie, ut ocu- » lus . . . ».

Auctor, *necessaria tantum et quae sparsim in aliis reperiuntur, in compendium redigens,* trifariam tractatum partitus est : 1. de superficie, puncto, linea, angulis et reliquis elementis mathematicae ; 2. quaedam ad opticam, *ut melius ea quae de perspectiva practica docemus, intelligantur ;* 3. de modo facili et practico obiecta corporea describendi.

Codicem, fol. 98, ornant diagrammata varia tum ex geometria, tum ex physica sumpta.

Cod. 57 chart., 1399, a. 298, l. 210 [Z. L. CCCXXXV]. E.

Mag. Blasii de Parma, *super perspectiva communi dubitationes*. « Quaeritur utrum pro visione causanda necessarium sit po-» nere species diffusas ab obiecto in oculum . . . ».

Auctor [de quo pag. 153] rem mathematicam potius quam physicam in tractatione consultius attingit. Opus bibliothecis Vaticana Ambrosiana, Laurentiana, Barberina occurrens, egregie descripsit Angelus Bandinius (1).

Codex, una manu foliis 97 exscriptus, finit: « Expliciunt » quaestiones super perspectiva, scriptae anno Domini 1399.

Cod. 58 chart., saec. XVII, a. 213, l. 151 [L. VIII, XII]. Ye.

De fluidorum doctrina. « Sit syphon multipliciter tortuosus. » Constat ex dictis 119 et 120 primi spiritalium nostrorum... ».

Appendices et supplementa ad opus nobis desideratum.

Quod in codice fol. 103, manu eiusdem ac proxime antecedens, animadvertendum occurrit, id est: volumen Taurini conscriptum a die 24 maii 1616 ad 18 iulii 1622, ab intercalaribus indiciis metheorologicis et notis historico-politicis deprehendo. Modo, si codicem cum antecedenti aliisque Bartholomaei Soveri in Marcia exstantibus confero, scripturam eandem considero, locum quo eius codices mss. delitescebant expendo, Romae incolatum [de quo codice L. VIII, VI] in mentem reduco, omnes ab auctore eodem profectos censeo.

Cod. 59 chart., saec. XVII, a. 266, l. 183 [L. VIII, XLVI]. O.

Bernardi Benvenuti, empolitani, ***adversaria***, f. 140.

Ea de veterum ponderibus et mensuris ex antiquis novisque

(1) *Catal. codd. mss. biblioth. Laurent.*, t. II, col. 36.

scriptoribus in hoc volumen Benvenutius congessit, quae ad integrum ipsa de re tractatum efformandum pene sufficiunt. Quaenam aetate sua, quaeque olim eorum apud Florentinos ratio fuerit, passim adscribit: eoque in argumento de Luitprandi pede, mensurae genere iampridem Florentinis, dehinc Insubribus usitato, multa eademque exquisita profert, quae se Mabillonio anno 1686 Florentiam perlustranti dedisse, ut mitteret ad Cangium, annotavit. Ac reapse Mabillonius, a quo horum *adversariorum* auctorem cognovi, in *itinere italico* [p. 177] ea de mensura cum Benvenutio se collucutum fatetur, et eorum, quae is in *adversaria* refert, summam exponit. Ob hunc ipsum Luitprandi pedem praecipue illustratum, auctor innotuerat in *historia principum Etruriae* a Cosmo ab Arena descripta (*Addiz.*, p. XIII), qui, ut Dominicus Mannius, hac de re conscriptam ab eo dissertationem dum affirmat, ea quae codex noster habet, ac ex ipso in opuscula Calogeriana [tom. X, p. 149] translata sunt, prorsus indigitat. Plura deinde ad rem Florentinorum nummariam spectantia adducit, ex eorum praesertim tabulariis petita, quae ad leges de ea latas, monetasque cognoscendas egregie faciunt, quantique hae valerent, demonstrat: quae sane a scriptoribus novissimis evulgata fere omnia fuere; immo ex his ipsis *adversariis* partim sumpta: quod Antonius Graffionius apud Argelatium *de monetis Italiae* [t. IV, p. 149] probe affirmat. De vectigalibus itidem et dotibus apud Florentinos, nec non de ponderibus, mensuris et monetis Mediolani, Romae, Venetiis ac Ianuae, aetate sua receptis non pauca adiungit, opus namque de iis fere omnibus absolutum vir eruditissimus moliebatur, Boissinio si fides, qui apud Argelatium idipsum tradit [lib. cit., p. 98]. De Benvenutio fuse Mazzuchellius disserit in historia scriptorum Italiae.

Cod. 60 membr., saec. XIV, a. 355, l. 240 [L. VIII, XIV]. Ma.

I. *Reprobationes Geber super almagesti Ptolemaei de Alfiladelfia, in quibus noscitur abbreviatio artis.* « Scientia species habet, qua» rum melior, post scientiam fidei, est cuius scita sunt fixa..», f. 1-47.

Extremo folio: « Finis noni libri et est ultimus librorum com» menti Geber super almagesto Ptolemaei . . . ».

Opus, a Gerardo Cremonensi latine redditum est, et a. 1533 Norimbergae impressum, cum instrumento primi mobilis Petri Aponi. Sitne in codice hoc interpretatio Cremonensis haud scio, cum basileensem editionem Marcia desideret.

Auctor *Geber* [et *Giaber, Geberus, Gebyr, Grebus*] Ben Haianus, aliis filius Affla, hispalensis, artis chemicae peritissimus fuit. Qua aetate vixerit incertum, dum Petrus Hispanus saeculo XVI opus laudaverit *ante aliquot saecula arabice scriptum.*

II. Albategni, *liber in numeris stellarum et in locis motuum earum experimenti ratione conceptorum, latine redditus a Platone Tiburtino.* Capitula 57. « Liber Machometi, filii Gebyr, qui vo- » catur Albategnus, in numeris stellarum . . . », f. 47-85.

Mohamad Ben Giaber Ben Senan Abu Abdalla, assyrius harranita, vulgo Albategnus, ex oppido Ban, fuit astronomus celebris, de quo *arabica philosophor. bibliotheca,* I, p. 343.

Ex hac ipsa interpretatione opus anno 1357 Norimbergae impressum fuisse, Heilbronnerus tradit in *historia matheseos,* p. 630, de quo penes ipsum esto fides. Bononiae impressum a. 1645, curante Bernardino Ugolotto, ego vidi, qui Platonis interpretationem, cum scholiis Ioannis Regiomontani, de bibliotheca Vaticana evulgare se profitebatur.

Platonis Tiburtini nomen satis obscurum est, ut proinde eum saeculo XVI floruisse vir quidam ex historiae peritissimis putaverit (1), cum ceteroquin saeculis tribus antiquior plane fuerit. Exstat in bibliotheca Riccardiana (2), quae Florentiae est, *iudiciorum Almansoris* interpretatio, ex arabico textu a Platone peracta in civitate *Barchinia,* eadem quae cum *Hermetis aphorismis centum* de secretis astrólogiae, Venetiis a. 1492 impressis, prodiit, itidemque *quadripartito Ptolemaei* Venetiis, an. 1519. *Theodosii Tripolitae sphaerica* et Æneae librum *de pulsibus et urinis* ex arabico quoque reddidisse constat; iamque Theodosiani operis interpretatio, aliis additis, aliis mutatis, a. 1508 Venetiis edita est. In bibliotheca vero fratrum Praedicatorum s. Marci florentina, servari r. Asavasordae *librum Embudorum* seu *de planimetria* a Platone ex

(1) Tiraboschi. *Storia della letteratura italiana,* t. VII, p. I, p. 410.
(2) Lami. *Catalog. mss. biblioth. Riccard*, p. 9.

hebraico latine redditum, anno Arabum 600, Christi 1252, Franciscus Antonius Zacharias in *itinere italico* annotavit, p. 168.

Cod. 61 chart., 1449-1450, a. 290, l. 216 [L. VIII, XVI]. F.

Expositio Haly Heberodoam super quadripartitum Ptolemaei. Prologus inc.: « Dixit Ægidius Parmensis de Tebaldis, lombar- » dus, de civitate parmensi: scire et intelligere gloriosum est... »; tractatus primus: « Verba quae dixit sapiens Ptolemaeus in arte » iuditiorum astronomiae super hiis . . . », f. 1-101.

Opus, libris quatuor, venit quoque nominibus *de apotelesmatibus — quadripartitae constructionis — de astronomiae iudiciis.* Sub fine: « Explicit commentum Haly super libro quatuor tracta- » tuum Ptolemaei Phelusiani, scriptum Venetiis, a. 1449, et fini- » tum die 8 octobris per me Andream Bonum, physicum, artium » et medicinae doctorem ».

E prologo discimus, auctoris Ali Ben Redhvan commentum arabice exaratum fuisse (1), quod postea, iussu Alphonsi regis Castellae, hispanice versum, demum Ægidius de Parma latine reddidit.

Commentator, medicus aegyptius, quinto aegyrae saec. [aerae nostrae undecimo] nobilis, plura edidit de medicina et astronomia.

II. Eiusdem, *exempla nativitatum,* astrologice, f. 101-105.

Auctor ita de se praeludit: « Volo in hoc capitulo tibi dare » exemplum nativitatum, ut melius intendas quidquid locuti fui- » mus in eis. Prima nativitas est mea. Ego natus fui in terra Æ- » gypti, in loco in quo divisit Ptolemaus terram Ægypti in dua- » bus partibus, quando locutus fuit de figura terrae, et latitudo » illius loci est 30 graduum, et fuit in 356 annis herc Regem- » daguet . . . ».

III. Ptolemaei, *liber centiloquii, cum commento Haly.* Textus inc.: « Dixit Ptolemaeus. Iam scripsi tibi, Yesure, de hoc quod » operantur stellae in hoc saeculo... »; commentum: « Scientia » stellarum ex te et illis est. Astrologus enim debet rem spiri-

(1) Id confirmat exemplum codicis nongentesimi octavi escurialensis. V. Casiri. *Biblioth.*, I, p. 347.

» tualiter . . . » ; finit vero : « Et ego Deum precor ut te diligat, » quoniam perfecta est huius libri translatio 17 die mensis martii, 12 die mensis gumedi secundi, anno Arabum 530 », f. 105-116.

Infra : 1450, *die* 26 *maii, hora noctis prima.*

Centiloquium idem est ac *aphorismi astrologici* — *centum aphorismi* — *centum sententiae ad Syrum fratrem.*

Codicem possederat primum anno 1473 Benedictus Longo quondam Laurentii, anno 1572 Antonius Querengus canonicus patavinus, cuius nomen legitur foliis primo et extremo. Hunc eundem notat Tomasinus in bibliotheca canonici Flavii Querengi, philosophiae moralis in gymnasio patavino professoris, asservari (1).

Cod. 62 membr., saec. XIII, a. 310, l. 217 [L. VIII, X]. Ma.

Cl. Ptolemaei, *almagestum.* « Liber iste, praecepto Maimo» nis, regis Arabum, qui regnavit in Baldach, ab Alahazez filio » Ioseph, filii Maire Arismetici et Iergie filio filie Elbe christiano » in XII.° et CC.° sectae Saracenorum translatus est ; qui quidem liber est magnus dictus *almagesti,* quem Ptolemaeus Phe» leudensis, de scientia stellarum et motuum qui sunt in caelo, » conscripsit . . . ». Quae quidem verba usque *translatus est, in vetustissimo almagesto latino ita me memini legere,* inquit Iosephus Scaliger, *de emendatione temporum,* lib. V, p. 394 editionis genevensis 1629 ; nisi quod pro *Alahazez* legit *Alhazer,* pro *Iergie Serigo* [codex serius emendatus *Sergio*], *filio* pro *filio filiae.*

De interpretatione arabica, uti quidem videtur, hic sermo est, Alhagiagi Ben Mathari, quam commemorat *bibliotheca philosophorum arabica* apud Casirium (2), et anno aegirae 212, Christi 827, iussu Mamonis seu Almamonis Mussulmanorum califi, factam Ricciolius in *chronologia mathem.,* p. XLIII, Vossius *de scientiis mathematicis,* cap. 35, § 2 et alii statuunt.

Opus inc. : « Bonum, Domine, fuit quod sapientibus non de-

(1) *Biblioth. ms. patavina,* p. 88.
(2) *Biblioth. arabica matritens.,* t. I, p. 349.

» viantibus visum est, cum partem speculationis a parte operatio- » nis diviserunt, quae sunt duae sapientiae partes... » ; desinit: « honestum est ut ponamus hic finem libri ». Ex iis interpretationem a Gerardo Cremonensi (1) prodiisse deprehendere licet; in codice siquidem Laurentiano qui huic respondet a Bandinio relato, t. III, p. 312, haec ad calcem sunt: « Finit liber Ptolemaei Pheludensis, qui graece *megaliti* [Μεγάλη σύνταξις], arabice *almagesti*, latine vocatur *vigil*, cura magistri Thaddaei » Ungari, anno Domini millesimo CLXXV Toleti consumatus, » anno autem Arabum quingentesimo LXX mensis octavi XI » die, translatus a magistro Girardo Cremonensi de arabico in » latinum ». De almagesti vero interpretatione a Gerardo Cremonensi facta testis idoneus adest Franciscus Pipinus in chronico a Muratorio edito (2). At vero eadem anno 1515 Venetiis, per Petrum Liechtenstein, in folio typis edita quoque est. Interpretationem aliam ex arabico idiomate latine factam fuisse, iussu Friderici II imperatoris, Blanchanus (3), Vossius (4), Milliet de Chales (5), Bullialdus (6) aliique affirmant. Eadem fortasse est, quam veluti anno 1230 elaboratam codex Oxionensis habet, a Fabricio allatus (7).

Codex eleganter, etsi non satis accurate, exaratus, figuras atque tabulas habet suas; quin etiam in marginibus varias lectiones et additamenta de alio exemplari saeculo XIV sumpta, per totum opus offert: in calce folii primi legitur notarii subscriptio: 1399, 18 *iulii. Contardus vidit.*

Cod. 63 membr., saec. XV, a. 340, l. 232 [Z. L. CCCXXVIII]. B.

I. *Epitome almagesti Ptolemaei, libris tredecim.* Dedicatio inc.: « Admiranti mihi saepenumero vel potius graviter et ini-

(1) Vide Boncompagni Baldassare. *Della vita e delle opere di Gherardo Cremonese, traduttore del secolo duodecimo.* Roma, 1851, 4.°

(2) *Scriptt. rerum ital.*, t. VII, p. 662.

(3) *Chronol. mathem.*, p. 58.

(4) *Scientia mathem.*, c. 35, § 28.

(5) *Cursus mathemat.*, t. I, tractat. prooem., p. 83.

(6) *Prolegom. ad astronomiam philolaicam.*

(7) *Biblioth. graeca*, t. IV, p. 213.

» que ferenti tam raros esse aetate nostra ... » ; textus : « Recte » profecto meo indicio, nobiliores philosophi, o Syre... », f. 1-117.

Magister Georgius de Feuerbach, *Bessarionis optimi et gratissimi principis desiderio satisfacturus, Ptolemaei almagestum* seu *magnae constructionis* in compendium redegit. Moriens, an. 1461, perficiendum reliquit magistro Ioanni de Kunigsperg, qui epitomen a praeceptore incaeptam, animum Bessarione confirmante, absolvit, huicque dicavit. Idem dedicationis exemplar, puto, quod a perito amanuensi exscriptum, littera inaurata et Bessarionis insignibus a principio ornetur.

Opus sub nomine *Ioannis de Regiomonte* ter editum est, nempe Venetiis a. 1496, *arte impressionis mirifica* Ioannis Hamman de Landoja. — Basileae, per Henrichum Petrum, a 1543 — Norimbergae, apud Ioannem Montanum et Ulricum Neuberum, a. 1550.

Georgius de Feuerbach, vulgo *Peuierbach,* noricus, a. circiter 1445 docuit primum Bononiae, dein astrologiam in archigymnasio patavino tradidit. Cito ad viennensem academiam contendit, ubi scholam astronomiae instituit, quam disciplinae instaurator habitus, ad extremum vitae diem tenuit. V. *Gassendi Petri,* opera. Lugduni, 1658, V, p. 519-522.

Ioannes Mullerus, ex Regiomonte Franconiae alemannice *Kunigsperg* [*Königsberg*], latine *de Monte regio, de Regiomonte, Regiomontanus* quoque appellatus, Patavium sub fine a. 1463 accessit. Bessarione cardinali commendante, in album professorum archigymnasii patavini cooptatus, Alphraganum exposuit, qui liber Norimbergae, cum aliis, praelo commissus est. Romam ad corrigendum calendarium accitus, ibi a. 1476 obiit. Eius vitam fuse conscripsit Petrus Gassendus loco c., p. 522-534.

II. Menaelai Álexandrini, *sphaericorum libri tres,* f. 120-257.

Sub fine legitur : « Finit Menaelaus de sphaeralibus figuris ». Animadvertendum est non parum ab editione messanensi codicem discrepare.

« Menaelaus, qui et Mileus, geometra praestantissimus per » annos ferme centum ante Ptolemaeum, stellas Romae ac Rhodi » observasse narratur in ipsis *magnae constructionis* libris, ubi » Ptolemaeus suas cum illius observationibus confert ». Sic in

Theodosii, sphaericorum elementorum libri III ec. *Menaelai sphaericorum libri tres.* Messanae 1558, f.°

Cod. 64 chart., saec. XV, a. 290, l. 208 [L. VIII, LXVI]. Mg.

Eiusdem, *liber primus commentationum in centum sententias Ptolemaei.*

Libro primo quinquaginta tantum commentationes offeruntur.

Codex, folio extremo 78, anno MCCCCLXXVII notatus, pluribus scatet mendis. Folio primo delineata occurrunt insignia familiae venetae Barbaro.

Cod. 65 chart., saec. XV, a. 284, l. 196 [L. VIII, LXVII]. Mg.

Ioannis Ioviani Pontani, *libri duo commentationum in centum sententias Ptolemaei, ad ill. principem Federicum, ducem Urbini.* Dedicationis littera inc.: « Tametsi publicarum rerum ad» ministratio, bellique gerendi cura, deterrere me iure possent...»; textus vero: « Nec medici, nec moralis philosophi sola est cogni» tio, sed quaedam etiam operatio . . . ». Folia 150.

Opus excuderunt haeredes Philippi Iunctae, Florentiae an. 1520, et Basileae Andreas Cratander, mense septembri, a. 1531.

Auctor, caeretanus ex agro spoletano, a. 1426 natus, apud Ferdinandum I regem Neapolis et filium Alphonsum II gratia valens, obiit a. 1503.

Cod. 66 chart., saec. XVII, a. 194, l. 150 [L. VIII, VI].

Bartholomaei Soveri, *geometrica et astronomica varia.*

a. *De refractione,* f. 2-34.
b. *De epicyclis,* f. 34-51.
c. *Nonnulla ad theoricam planetarum pertinentia,* f. 52-64.
d. *Theorica solis,* f. 64-97.
e. *De logarithmis,* f. 97-109, 110-122.
f. *De paralaxi astronomica,* f. 109-110.
g. *De sectionibus conicis nonnulla,* f. 122-157.

Auctor, Corberiae Friburgi apud Helvetos natus, a prima aetate fratrum societatis Iesu contubernio usus est. Grandior factus, cum in Sabaudiam secessisset, duorum virorum nobilium praefuit studiis. Hinc Romam visendi causa profectus, proprium sua manu descripsit iter a die 5 februarii ad 5 maii, anno 1621 [quod nostro codice quarto, classis sextae italorum insertum est]. Bibliothecae ducis Sabaudiae praefectus, Mauritii principis [serius cardinalis] a liberalibus studiis, Romam reversus a. 1623, tandem a. 1624, geometriae et mechanicae in archigymnasio patav. tradendae, conductus est, loco Io. Camilli Gloriosi Neapolim revertentis. Lenta febre contabescens, mortuus est die 23 iulii, anno 1629. Eius opus posthumum *de recti et curvi proportione* praelo commisit Patavii, a. 1630, amicissimus Guillelmus Soverus.

Codex autographus, cum duobus consequentibus ac italo, de quo supra, confirmat a Philippo Tomasino nunciata : « Opera » eius inchoata in bibliotheca publica Patavii asservantur » (1).

Cod. 67 chart., saec. XVII, a. 186, l. 126 [L. VIII, VIII]. Ye.

Eiusdem, *geometrica, physica et astronomica,* videlicet :

a. *De refractione,* f. 1-4.

b. *Nonnulla ex libro Iordani de Nemore et incerto auctore de ponderibus,* f. 5-7.

c. *Philotaei, propositio de trianguli area,* f. 7-9.

d. *Observationes circa perspicilla batava,* f. 10-17.

e. *Epistola gallice commendatori Amelot Neapolim. Romae,* 1521, 5 *maii,* f. 20-22.

f. *Ex novo organo Franc. Verulamii,* f. 22-24.

g. *Aphorismata philosophiae,* f. 24-44.

h. *Observationes circa cometen anni* 1618, f. 49-50.

i. *Observationes ingolstadienses p. Ioannis Cyssati,* f. 50-59.

k. *Quaestio geometrica Sovero proposita Patavii a Iacobo Romano, filio Adriani Romani, belga, a.* 1625, *ian.* 14, f. 60-62.

l. *Invenire radicem quadratam fractionis,* f. 63-65.

(1) *Elogia*. Patavii, 1644, p. 271.

Cod. 68 chart., saec. XVII, a. 170, l. 129 [L. VIII, VII].

Eiusdem, *astronomica varia,* scilicet:

a. *De ephemeridibus, epochis, annis, mensibus, diebus, domibus,* f. 1-25.

b. *De prognosticis,* f. 27.

c. *De motibus caelestibus,* f. 28-37.

d. *De eclipsibus,* f. 39-40.

e. *De zonis,* f. 53-61.

f. *De antipodibus,* f. 62-67.

g. *De climate,* f. 68-69.

Cod. 69 chart., saec. XVII, a. 316, l. 216 [L. VIII, CXXIII].

Cornelii Malvasiae, *exempla epistolarum de re astronomica ad varios et variorum ad ipsum,* annis 1663-1666, latine et itale.

Harum sexdecim auctor, senator bononiensis [a. 1628], armorum dux, astronomiae studiis praestans, dedit Laurentio Grimaldo, bonon. legationis Romae a secretis; Ioanni Dominico Cassini, matheseos ac astronomiae in bonon. archigymnasio professori; Francisco Levera; Io. Bapt. Ricciolio, soc. Iesu, theol., astronomo ac philosopho; Hilario a Lunevilla, cappucino, provinciae Lotharingiae provinciali; Petro Petito monluciano, arcium Galliae praefecto; Hieronymo de Silentiis; Leopoldo Etruriae principi; Michaeli Angelo Ricci. Reliquas undecim dederunt Malvasiae Io. Domin. Cassini, Io. Bapt. Ricciolius, Franciscus Levera, Petrus Petitus, Hieronymus de Silentiis, Carolus Moschenus; quibus additae binae Geminiani Montanarii Thomae Cornelio, in universitate Neapolis matheseos professori, et Carolo Rinaldini. Epistolas anecdotas puto, quippe a diligentissimo Fantuzzi omnino praetermissas (1).

(1) *Degli scrittori bolognesi*. Bologna, 1786, V, p. 158-162.

Cod. 70 chart., 1544, a. 229, l. 168 [L. VIII, LXXVIII].

Nicolai de Comitibus, *tractatus astronomiae*. Praefatio inc.: « Astrorum sapientes de pluviis, nec non de ceteris similibus » aeris alterationibus . . . » ; textus : « Dico itaque quod signa » caeli sunt duodecim, scilicet aries, taurus ec. . . . ».

Auctor patavinus, comes et eques, filio suo Naymerio nuncupat tractatum, octo capitulis in particulas distributum, quem passim a. 1466 se exarasse fatetur : « Cum te ab ineunte aetate, » fili carissime, in nobili astronomiae scientia exercueris . . . ». Non eundem puto qui iuvenis Oriente, annorum 25 spatio, peregri» natus, itineris sui notitiam Poggio obtulit, serius itale a Ra» musio in *Navigazioni e viaggi*, prolatam.

Codex, fol. 96, finit : « Transcriptus Patavii, anno Domini » currente MDXLIIII ».

Cod. 71 chart., saec. XVI, a. 218, l. 151 [Z. L. CCCXXXVII]. E.

Alberti Magni, *astronomiae speculum*. « Quoniam quidam » libri apud quos non est radix scientiae, cum inimici verae sa» pientiae . . . », folia 19.

Auctor, philosophiae et germanae religionis momentis insistens, plura tradit de astrologiae libris licitis et illicitis.

Opus Rogero Baconi male tributum, recte sub Alberti Magni nomine pluries editum est.

Cod. 72 chart., saec. XVI, a. 210, l. 142 [L. VIII, XXVIII]. Mk.

Raymundi Lullii, *tractatus de astronomia*. « Deus, cum vir» tute tua et ad honorem tuum, incipit iste novus tractatus astro» nomiae. Cum plures sint homines qui scire desiderant verita» tem naturarum . . . . ideo ego Raymundus . . . ».

Tractatus bifariam divisus, finit folio 81 : *Anno Domini MCCXLVII, mense octobris.* — Folium primum inscriptum: *Liber d. Grimani, cardinalis s. Marci.*

Cod. 73 membr., saec. XV, a. 247, l. 170 [L. VIII, XXII]. F.

I. *Liber de astronomia.* « Spera celi quater senis horis dum » revolvitur . . . », f. 1-36.

Dialogus est inter Nemroch discipulum et Ioannanconem magistrum, de rebus astronomicis disputantes, auctore anonymo, quem ex arabibus scriptoribus putarim. Figuris geometricis accedunt figurae virorum aç belluarum, rudiori penicillo effictae.

II. *Doctrina compoti.* « Quoniam, ut Platonis sonat senten- » tia, non solum nobis nati sumus, sed toti mundo . . . », f. 37-41.

Cod. 74 chart., saec. XVII, a. 144, l. 100 [L. VIII, XXV].

I. *Observationes astronomicae,* comparatione perpetua instituta calendarii Gregoriani cum Iuliano, ab anno ante natum Christum 141 ad 1700 aerae nostrae. Frequentiores occurrunt saeculo XVII, f. 1-190.

II. Annales politici Galliae, gallice compendio oblati, pro annis 1650-1682, methodo calendarii eadem, f. 193-224.

Cod. 75 membr., saec. XIV, a. 309, l. 210 [L. VI, XXIX].

Alphonsi, regis Castellae et Legionis, *tabulae astronomicae,* exinde dictae *Alphonsinae.*

Praeeunt canones isagogici, f. 1-16, tabulis numero 144, f. 17-89.

Serior manus inscripsit folio extremo horas ann. 1396-1412.

Cod. 76 membr., saec. XV, a. 337, l. 240 [Z. L. CCCXLI]. B.

Ioannis de Blanchinis, *tabulae astronomicae.*

Dedicatio Leonello, marchioni estensi, inc.: « Consideranti » mihi, dux Leonelle, et principatum tuum intentissima cogita- » tione contemplanti . . . »; textus vero: « Ptolemaeus qui in » suo libro almagesti tabulas composuit . . . ».

Textus, fol. 2-18, praeit tabulis [impressis a. 1493], f. 23-141.

Cod. 77 membr., saec. XV, a. 338, l. 240 [L. VIII, LXX]. Mm.

Eiusdem, *tabulae astronomicae.*

Folio 97 exstat *constructio tabulae Ioannis de Blanchinis, in aspectibus et proiectionibus radiorum.*

Foliiis quadraginta avulsis a principio, opellae inerant: *Primum mobile — spherae tres,* unde volumen incipit folio 41. Extremum 101.^{m} inscriptum est: *Loci Venetiarum Cappucinorum.*

Opercula ab extra insculpta: *Blanchini primum mobile ac spherae tres — Directiones in tribus sphaeris et schema — Thomas Ravennas,* evincunt codicem Thomae Rangonio, a studiis et urbe natali *philologo ravennati* dicto pertinuisse, qui medicus illustris reipublicae venetae, saeculo XV Venetiis occubuit.

Codicem hunc in indice bibliothecae Thomae Rangonii [L. XIV, 282], ad bibliothecam Cappucinorum Iudaicae translatae, sic descriptum lego: « Tabulae Blanchini, primi mobilis trium» que sphaerarum schematum directionum, ad Leonellum Ferra» riae marchionem, in pergameno manuscriptae, transmissae in » folio a Meniate Corio Tyaneo, aur., fil., ac litteris ». Quod satis indicat, folia avulsa quadraginta et opus nunciatum et dedicationem complexa fuisse.

Cod. 78 chart., saec. XV, a. 298, l. 215 [L. VIII, XXXI]. B.

Tabulae astronomicae.

Ex tabulis persicis, quae cum isagoge, fortasse Isaaci Argyri, graece in codd. Marcianis CCCXIII, CCCXXVIII, CCCXXXIII et alibi exstant, excerptae sunt: explicationes quoque ex eadem isagoge huc translatae. Praefatio textui graeco ad initium hisce verbis respondet: « Persidarum regularum consistentia facta est » a sapientibus ibidem existentibus primo anno Iasdagerdi Sa» riam regis Persarum, persicis utentibus annis ec. », f. 6-7.

Anno circiter 1424 opus totum compositum fuisse videtur. Inter tabulas persicis adiectas hae sunt: *Tabula ad inveniendum ferias kalendarum mensium Latinorum sive Graecorum,* f. 2 —

Regula diversitatum solis, secundum clima Rhodi hor. meridianae 14 $^{1}/_{2}$, *gr.* 36, *m. o.*, f. 55 — *Regula diversitatis latitudinis* ec., f. 56 — *Regula ascensionum secundum clima Rhodi horarum meridianarum* 14 $^{1}/_{2}$, *graduum* 36, *minutorum o. secundum Graecum*, f. 57 — *Regula rectae sperae medii caeli continens ubique secundum Graecum*, f. 58 — *Regula prima annorum incarnationis Domini et annorum mundi creationis, secundum Graecos, et annorum mundi creationis, secundum Hebraeos*, f. 63. Haec incipit ab anno Christi 1408, desinit in a. 1424.

Cod. 79 membr., saec. XIV, a. 316, l. 232 [L. VIII, LXXVII]. Yd.

I. Thomae Bradwardini, *de proportionibus velocitatum in motu*, f. 1-14.

Opella, mutila in principio, finit: « Ista ergo sufficiant pro » sententia arithmeticae Brabornardini ».

Prodiit Londini, 1495; Venetiis, 1505.

II. *Tractatus quadrantis.* « Geometriae duae sunt partes, » scilicet theorica et practica; theorica est quae sola mentis... », f. 14-17.

Pars duplex, scilicet *de compositione quadrantis*, et *practica quadrantis novi.*

III. *Nomina instrumentorum astrolabii.* « Nomina instru» mentorum astrolabii sunt haec: primum est armilla suspenso» ria ad capiendum . . . », f. 18-19.

Habet opella auctorem Ioannem a Nemore.

IV. *Euclidis*, elementa geometriae, cum commentariis, f. 20-98.

Folia desunt a principio. Sub fine legitur: « Ista geometria » et arithmetica sequens est mei M. Nicolai Pierviviani de Casal» morio Salerni, Parisiis morantis, currente anno Domini nostri » Iesu Christi 1406 ». V. pag. 218.

V. *Tractatus quadrantis novi, compositus a magistro Prefacio hebraeo.* « Ars est operatio novi quadrantis editi a magistro » Prefacio marciliensi, operis utilitate, factionis facilitate, omnia » astronomiae mysteria . . . », f. 131-136, 125.

Tractatus diligenter correctus a Petro de Sancto Amando Parisiis, differt a tractatu eiusdem auctoris, fol. 42-57 codicis [L. VIII, 63].

Prefacius, nomine quoque *Profacius*, *Profaças*, *Prophiat*, *Peripoth*, *Peripet*, *Prifot*, *Prevôt*, *Propheta*, de Marsilia, hebraice dedit tractatum, quem latine transtulit magister Hermengardus Blasin. V. Steinschneider. *Catal. libr. hebr. in biblioth. Bodleiana.* Berolini, 1852-1860, verbo *Prophiat*.

VI. Gerardi Cremonensis, *theorica planetarum*, f. 126-130. Finit: « Explicit theorica planetarum scripta per me Guidonem » Barboti ».

Non est opus Georgii Feuerbachii, vel Peuerbachii, quod in catalogo domestico antecessor meus Petrus Bettio testatus est.

Cod. 80 chart., saec. XVI, a. 200, l. 145 [L. VIII, XXXIV]. Ye.

I. *Theorica solis et lunae.* « Cum antiqui saeculi homines » viderent stellas maxime numero erraticas vario incedere mo- » tu . . . », f. 1-51.

II. *Astrolabium.* « Astronomia propter arduas quas an- » nexas habet difficultates, et ob multitudinem rerum . . . . », f. 53-77.

III. *In computum ecclesiasticum regulae brevissimae.* « Annis » Domini propositis adde 12 [quia iuxta nostrum modum sup- » putandi, Christus natus est] . . . », f. 78-81.

IV. *De inventione laterum ex angulis et angulorum ex lateribus in triangulis rectilineis.* Propositiones quatuor. « In defini- » tione sexta libelli de triangulis sphaericis docuimus arcum an- » guli sphaerici . . . », f. 83-86.

V. *Canones in tabulas Alphonsi.* « Ad diem propositum, » quando modus supputandi subest, quaeratur locus solis vel ex » ephemeridibus, vel ex astrolabio . . . », f. 90-94.

VI. *Compendium libri Archimedis, de arenae numero.* « Tem- » pore Archimedis, ut ipsemet refert, arbitrabantur nonnulli nu- » merum arenae . . . », f. 98-99.

Tractatum integrum, Geloni regi nuncupatum, leges in editione oxoniensi a. 1792.

VII. *Scientia sinuum.* Propositiones quindecim. « Dici vix » potest quantam habeat utilitatem et in rebus astronomicis et geometricis tractatio de sinubus . . . », f. 100-110.

VIII. *Propositiones quatuor ex praehabitis astronomiae applicatae.* « Sole existente in aequinoxiali circulo, reperire circum» ferentiam . . . », f. 110-114.

IX. *Opusculum continens varios modos inveniendi duas lineas medias proportionales inter quascumque duas lineas; unde facile postea cubus quilibet duplicari poterit.* « Eratosthenes regi Ptole» maeo salutem. Tragicus quidam vetustissimus introduxit Minoa » creticum regem . . . », f. 115-121.

Excutiuntur modi varii Eratosthenis, Platonis, Heronis in mechanicis, Philonis Bysanthii, Philoponi, Dioclis, Pappi Alexandrini, Spori, Menechmi, Architae Tarentini, Nicomedis, Ioannis Buteonis. Scriptor addidit a principio: « Descripta sunt autem » fere haec omnia ex comentariis Eutocii Ascalonitae, in secundo » libro Archimedis de sphaera et cylindro ».

X. *De extractione radicum.* « Extractio radicum est inventio » numeri ex proposito numero, qui multiplicatur... », f. 124-131.

XI. *Algebra.* « Scopus huius artis, quam algebram dicunt, » est quantitates ignotas a qualitate aliqua sive aequatione in» venta manifestare . . . », f. 132-151.

Cod. 81 membr., saec. XIII, a. 135, l. 90 [L. VIII, l]. P.

I. *Algorismus.* « Omnia quae a primaeva rerum origine pro» cesserunt ratione numerorum formata sunt . . . », f. 1-13.

Auctor est *Ioan. de Sacrobusco,* ex Balaeo, *de scriptoribus anglicis,* cent. VI, n. 93, ac Trithemio, *de scriptoribus ecclesiasticis.* Sine auctoris nomine, *algorismus* [praxis arithmetica] prodiit cum *arithmet.* Boethii, a Iacobo Fabro explicata, Parisiis, 1503 et 1522.

II. *Tractatus de spera.* « Tractatum de spera 4 capitulis di» stinguimus, dicentes primo quid sit spera . . . », f. 14-37.

Hic tractatus Ioannis de Sacrobusco pluries, cum commentariis variorum, editus est.

III. Ioannis de Sacrobusco, *compotus*. « Compotus est scien- » tia considerans tempora ex solis et lunae motibus . . . » ; finit: « Explicit compotus magistri Ioannis de Sacro bosco, scriptus » hic anno Domini M.CC.LX.V amen », f. 38-76.

Exstat, cum superiore libello *de spera,* in editione parisiensi 1500 et antuerpiensi 1566. Tabulae chronologicae decem [fol. 77-81] accedunt, in quibus *tabula Dionysii sive Gerlandi, tabula Bedae, tabula de annis Arabum, tabula in qua anni Arabum et anni Domini collecti, nec non menses Arabum,* demum *tabula prima de compoto episcopi lincolniensis.*

IV. *Calendarium,* f. 82-87.

Hoc ad usum ecclesiae anglicanae exaratum fuisse liquet ex festis quibusdam Sanctorum, quae rubro charactere designata sunt, nimirum : die 20 martii, *s. Cuthberti episcopi ;* die 7 iulii, *translatio s. Thomae archiepiscopi ;* die 20 novembris, *s. Eadmundi regis ;* die 29 decembris, *s. Thomae martyris.*

V. A. M. Sev. Boethii, *de disciplina scholarium, libri tres.* « Vestra novit, Marciane, intencio de scolarium disciplina com- » pendiosum postulare tractatum . . . », f. 88-108.

Glossae nonnullae accedunt.

VI. *Quaestiones variae de Deo, angelis, visu triplici, cometis, fluxu et refluxu, gustus malignitate, nivis prolixitate, pluviae dulcedine, cum earum solutionibus,* f. 109-115.

VII. *Exempla algorismi.* « Tres fuerunt fratres quorum unus- » quisque duplavit domini alterius ad maritandum sororem suam..», f. 118-119.

VIII. *Normae variae de musice, cum notis musicis quadratis,* f. 119-120.

IX. *Tabula pythagorica dicta,* f. 121.

X. *Definitiones Ysidori.* « Deus est immortalis mens, incon- » templabilis celsitudo, forma multiformis, multiplex spiritus... », f. 122-123.

Non certe Isidori Hispalensis sanctimoniam et severitatem sapiunt quae de muliere auctor effutit : « Quid est mulier ? Ho- » minis confusio, insaturabilis bestia, continua sollicitudo, inde- » ficiens pugna, cotidianum dapmnum, domus tempestas, solli- » citudinis impedimentum, viri incontinentis naufragium, adul-

» terinum vas, perpetuum praelium, animal pessimum, pondus » gravissimum, alpis insaciabilis, humanum mancipium ». Eadem habes per compendium cod. 179 [p. 129], tributa Secundo philosopho.

Cod. 82 chart., saec. XVI, a. 277, l. 212 [L. VIII, LXXIII]. Z.

Matthaei Guarimberti, parmensis, *de radiis et aspectibus planetarum, opusculum*. Capitula octo. Prooemium inc.: « Per » aspectus et radios planetarum et stellarum, sciuntur accidentia et qualitates eorum... »; capitulum primum: « Primo videamus quid sit directio et quid sit dirigere, et quid aspectus... »; folia 46.

Editum opus Nurembergae, cum *quadripartito Ptolemaei*, a. 1535, titulo: « Hoc in libro nunquam ante typis aeneis in lucem » edita haec insunt ».

Auctor, Patavii studiis philosophicis et medicis institutus, in eo gymnasio artium doctor renunciatus est a. 1370. Canonicus parmensis, ac archidiaconus a. circiter 1377 electus, ad annum usque 1401 in actis eius ecclesiae occurrit.

Cod. 83 chart., saec. XV, a. 208, l. 153 [L. VIII, XIII]. F.

Gerardi Cremonensis, viri clarissimi, *theorica planetarum*. « Circulus eccentricus vel egressae cuspidis vel egredients centri, » est qui non habet centrum suum . . . », folia 21.

De opere frequenter praelo commisso disserit copiose Balthassar Boncompagni in: *Della vita e delle opere di Gherardo Cremonese* ec. Roma, 1851, 4.°

Cod. 84 membr., saec. XV, a. 288, l. 205 [Z. L. CCCXL]. P.

Magistri Thaddaei de Parma, *expositio super theorica planetarum, edita a magistro Gerardo de Cremona*. « Est enim sapien» tia rerum quae sunt, suique immutabilem substantiam sortiun» tur certa apprehensio veritatis . . . ».

Sub fine: « Expliciunt textus, videlicet theoriae planetarum,

» editus a magistro Gerardo Cremonensi; simul et expositio eiusdem, edita a magistro Thaddaeo de Parma, anno dominicae incarnationis millesimo trecentesimo decimo octavo, duodecimo mensis iulii, ad communem utilitatem scolarium Bononiae studentium in medicina — Hermanus de Mundo scripsit ».

Idem opus habet codex I, 90 bibliothecae Ambrosianae mediolanensis, scriptum *per Iacobum Schonloip de Prussia, anno Dom.* 1441.

Ludov. Muratorius in *Dissertaz. sopra le antichità d' Italia,* t. III, dissert. XLIV, tractatum ideo exaratum putat ut Gerardi de Cremona *theoricam* explanaret; additque Nicolai Antonii, asserentis auctorem carmonensem ex Hispania, opinionem esse refutandam.

Codicis, fol. 80 eleganter exscripti, cum initialibus auro pictis, dedi ipse exemplum a. 1851 Angelo Pezzana, bibliothecae Palatinae parmensis praefecto.

Cod. 85 membr., saec XIV, a. 440, l. 278 [L. VIII, XVII].

Ioannis Dondi, *planetarium.* Partes tres, folia 43.

Opus anecdotum, *astrarium* quoque appellatum, summa arte construxit Io. Dondus patavinus, saec. XIV; ac in codice descripsit et apparatu instrumentorum per diagrammata ornavit. De eo amplius erudiri cupidus, adeat opus Francisci Mariae Colle: *Storia scientifico-letteraria dello studio di Padova,* vol. III, pag. 186-190.

Cod. 86 chart., saec. XV, a. 239, l. 165 [L. VIII, LXIX]. Mm.

I. *Introductorium astronomicum.* « Sphaera, secundum Isidorum, est species quaedam in rotundum formata ab eodem... », f. 1-10.

Differt ab introductorio Abdilazis vel Alcabiçi in codice [L. VIII, 33; Z. L. 444].

II. Thebit filii Chorae, *de imaginatione communi sphaerae.* « Nos iuxta rectam imaginem inchoantes astrologiam intelligamus mundum esse... », f. 11-14.

III. Thebit filii Chorae, *in expositione almagesti.* « Æquator » diei est circulus maior qui describitur super duos polos orbis... », f. 14-21.

IV. —— *de motu octavae sphaerae.* « Imagina» bor sphaeram aequatoris diei, et tres circulos in ea significa» tos ... », f. 22-26.

V. Campani Novariensis, *sphaera.* « Cunctus motus descri» bit lineam, cum habeat situm in magnitudine, et nullam ha» beat partem ... », f. 27-64.

VI. —— *aequatorium planetarum.* Tractatus quatuor in capitula divisi. « Clementi patri et piissimo domi» no, unico mundanae pressurae solatio, dom. Urbano quarto ... », f. 87-169.

VII. Blasii Parmensis, *demonstrationes.* « Nuper theorica pla» netarum aliquas demonstrationes et dubia circa materiam ... », f. 175-216.

Observata in Campani Novariensis systema.

VII. *Incipit quod collegi expositione Thaddaei de Parma super theorica planetarum Girardi Cremonensis.* « **Circulus ec» centricus.** Notandum quod iste liber exponit ea quae sub» ponuntur in tractatu ad habendos veros motus planetarum... », f. 217-245.

Sub fine: « Explicit expositio theoriae planetarum secun» dum Thaddaeum de Parma, scripta per Nicolaum Finum de » Concordia, anno Domini 1488, 24 die mensis ianuarii ... ».

Differt in pluribus a textu codicis 84, pag. 261.

IX. *Tractatus de compositione chilindri et de usu eius.* « In » consideratione chilindri duo considerantur: compositio et u» sus ... », f. 245-246.

Folium extremum inscriptum: *Loci Venetiar. Cappucinorum.*

Cod. 87 chart., saec. XVII, a. 338, l. 244 [L. VIII, XXXVI].

Tychonis Brahe, *stellarum octavi orbis inerrantium accurata restitutio,* folia 27.

Dedicatio Rodulpho II imperatori data Wandesburgo, 2 ianuarii 1598, incip.: « Inerrantes stellae quod uniformiter semper

» distantes uniformi etiam cieantur motu ... » ; textus titulum praefert : *Tychonis Brahe, stellarum inerrantium, quotquot visui utcumque patent, numero millenarum, ex accuratissimis intra annos XX praeteritos maximis et nulli fallaciae obnoxiis organis, in ipso minuto tam quoad longitudinem quam latitudinem caelitus summa diligentia deductis observationibus, canonica expositio ad annum Christi CIƆIƆC completum accommodata.*

Exemplum, belle exscriptum cum indicatione in titulo *Wandesburgii anno CIƆIƆIIƆ,* fortasse ex impresso sumptum, quod caeterum haud mihi constat, auctor dono dedit inscriptum : *Inclytae atque illustrissimae Venetarum reipublicae submisse dono mittit Tycho Brahe manu pp.*[a] Idem cum codice compingi curavit opus *Tychonis Brahe astronomiae instauratae mechanica.* Wandesburgi, anno CIƆIƆIIC, f.°; nec non tegmen viridi serico ornari, quo auro impressae sunt religio et iustitia, monogrammate subscripto MH.

Cod. 88 chart., saec. XVI, a. 200, l. 148 [L. VI, CCII]. O.

Marcelli Squarcialupi, *responsio ad epistolam Thomae Erasti ad Andream Dudithium.* « Annus iam est cum vir illustris Dudi- » tius ex Moravia, clarissimus autem orator Brutus ex Polonia » mihi scripserunt ... ».

Cum anno 1577 cometes effulsisset, rogatus a quopiam Erastus fuit, num revera, uti multorum tunc opinio ferebat, malum quid inde ominari liceret. Iudicium de cometarum significationibus ipse scripsit, annoque proximo vulgavit, quo opinionis illius vanitatem plane ostendit. Eandem cum Erasmo sententiam Squarcialupus, haud incelebris ea aetate philosophus, tenebat : hinc libello apud Rhaetos conscripto ad Andream Duditium virum clarissimum, de cometa in universum, atque de illo praesertim, qui anno 1577 visus est, in vulgi errorem cum paucis certavit. Magnam itaque a Duditio laudem tulit, eosque inter est habitus, qui philosophorum dogmata ingenio perpendere suo, iisque renunciare, ubi falsa cognovissent, auderent. Quum tamen de insito terrae calore nonnihil in Erasti iudicio Marcello displicuisset; *non modo* scilicet *a caelo, sed ab insito terrae calore ventos et fu-*

mos gigni, ac praeterea halitus a terrae calore, potius quam a stellis esse; qui calor in terrae visceribus omnia mutat, coquit, perficit, ut animalium calor; in hanc Erasti doctrinam pauca eo in libello ad Dudithium ipse protulit. Ut legit Erastus, definitionem in Marcellum scripsit, tribus ad Dudithium epistolis anno 1578 datis: quae quidem omnia cum Simonis Grinaei de cometa libellis anno 1580, basileensibus typis prodiere. Erasti defensionem hac ipsa responsione Marcellus oppugnat, quae sua ipsius manu in codice nostro est exarata, nunquam vero typis commissa. In tres eam partes tribuit, quarum prima a siderum calore et solis praesertim, magis quam a terreno, exhalationes proficisci, quum ratione, tum auctoritate demonstrat; altera Erastum in se futilia scripsisse contendit; postrema de cometis alia ab eo perperam tradita fuisse probat; in quibus pertractandis doctus et elegans auctor omnino est.

Is Plumbini, nobili Etruriae civitate, ortus, philosophiae et medicinae studiis apud nostrates, iuxta ac exteros inclaruit. Rhaetiam, Bohemiam, Hungariam, Poloniam peragravit, exul a patria, religionis causa. A Duditio Ioanne Michaele Bruto, aliisque doctis viris magno in pretio est habitus: non item ab Erasto, neque a Simone Simonio lucensi, a quo, Bruckero teste [*Histor. philos.*, IV, p. 288] libello anno 1585 Cracoviae edito, petitus est. Quae scripserit Simlerus indicat: iis attamen, praeter responsum ad Erastum, addenda epistola ad Faustum Socinum in *bibliotheca fratrum polonorum edita* [I, p. 329], et opusculum inscriptum: *Difesa contro la peste,* Mediolani, a. 1565 vulgatum.

Codex mutilus habet folia 111.

Cod. 89 membr., saec. XV, a. 290, l. 215 [Z. L. CCCXLII]. B.

Georgii de Peuerbach, *tabulae eclypsis solis et lunae.* «Tem-» pus coniunctionis vel opposicionis mediae luminarium . . . ».

Textum, anno 1460 exaratum, foliis 1-8 ab auctore exscriptum, excipiunt tabulae, fol. 10-59 belle coloribus nigro et rubro delineatae. Eas *waradienses* appellarunt, quod Ioannes de Monteregio episcopo waradiensi eas dedicasset.

Opus cum *tabulis primi mobilis Ioannis de Monteregio* edi-

dit Vindobonae, primum, a. 1514, canonicus cathedralis viennensis Georgius Tannsteter Collimitius Lycoripensis, artium et medic. doctor, studiique viennensis in astronomia professor, ex copia exemplari bibliothecae eiusdem facultatis.

Bessario sua manu scripsit sub initio: « Tabulae eclypsium » solis et lunae, noviter compositae per non minus philosophum » quam doctum, doctissimum tamen virum Georgium de Peuer- » bach, quas mihi legavit dum migraret ad caelos, cuius anima » requiescat in pace, anno 1461, mense aprilis ».

Cod. 90 membr., saec. XIV, a. 254, l. 195 [L. VIII, XXXII]. Mk.

I. Theodosii, *de speris libri tres, Campano interprete,* f. 1-35.

II. Milaei, *de arcubus* [figuris sphaericis], *libri tres*, cum expositione anonymi, f. 35-84. V. cod. 63 [pag. 249].

III. *Planispherium,* cum expositione anonymi. « Primum in » plano describere est singula puncta eius in plano quolibet or- » dinare, secundum similitudinem . . . », f. 84-90.

Edita opella habet auctorem Iordanum a Nemore.

IV. *Liber de speculis comburentibus.* « De sublimiori quod » geometrae adinvenerunt et in quo antiqui solliciti fuerunt.... », f. 90-96.

Opella in *Archimede* Maurolyci, Ptolemaeo tribuitur; ex arabico latine translata ab Antonio Gongana [Lovanii, 1548, 4.°] Archimedi; huius suppositum nomen videtur, ex sententia Gabrielis Naudaei [*Syntagma de studio militari*]; *liber de speculis comburentibus* ab editione oxoniensi absolutissima [1792] expunctus est.

Margines figuris geometricis diligentius expressis ornantur.

Cod. 91 membr., saec. XIV, a. 242, l. 174 [Z. L. CCCXXXVIII]. B.

Ioannis de Sacrobusco, *tractatus sphaerae.* « Tractatum de » spera quatuor capitulis distinguimus, primo quid sit spera, quid » eius centrum, quid axis spere, quid sit polus mundi . . . ».


Codex, cum postillis aevi recentioris, numerat folia 8.

Cod. 92 chart., 1448, a. 303, l. 210 [L. VIII, XXVII]. Mk.

Scriptum clarissimi physici magistri Prosdocimi de Beldemandis, super tractatu sphaerae magistri Ioannis de Sacrobusco. Prooemium inc.: « Bonum enim quanto communius tanto melius. » Haec namque, mi care atque honorande frater .... » ; textus sphaerae: « Tractatum de sphaera quatuor capitulis... » ; commentum: « Quibusdam prolixitatibus in principiis librorum communiter queri solitis praetermissis ... ».

Commentarium universum, belle scriptum fol. 113 cum figuris, quod nuncupat auctor Ioanni de sancta Sophia, medicinam et philosophiam in gymnasio patavino professo; editum est Venetiis anno 1531.

Sub fine legitur: « Et sic sit finis huius operis, per Prosdocimum de Beldemando de Padua compilati, transcripti per manus Iacobi Stripel, ad instantiam spectabilis Honofrii de Strozis in castro Montesilicis, anno Dom. MCCCCXLVIII, XX octobris ». Primo folio occurrunt insignia



Prosdocimus de Beldimando in gymnasio patavino astrologiae professor anno 1422, quaedam protulit geometrica, astronomica, arithmetica.

Cod. 93 chart., saec. XV, a. 300, l. 222 [L. VIII, LXXII]. Z.

I. *Tractatus de spera optimus et utilis valde*, f. 1-9, 11-25. Est Ioannis de Sacrobusco. V. pag. 259.
II. Gerardi Cremonensis, *theorica planetarum*, f. 26-37.

III. Ioannis Calderiae, *liber canonum astrologiae, ac totius orbis descriptio, ad Alphonsum inclytum regem Aragonum.* Dedicatio inc.: « Quamvis praeclare multa tum a philosophantibus tum etiam ab astrologis... »; textus: « Postquam naturalium rerum » omnes causae a philosophantibus vere ac subtiliter..... », f. 41-129.

Auctor, venetus, *physicorum monarcha* appellatus, medicus, physicae extraordinariae in archigymnasio patavino a. 1422 professor; ibi artistarum rector electus, eius studii promotoribus ad annum 1430 adnumeratur.

Operis, in decem libros divisi, quatuor tantum primi in codice occurrunt, quorum extremus finit: « unde refrenatio illa causatur » propter retrogradationem illam, et sic annullatum est ».

Alphonsus V, rex Aragonum et Neapolis, nomine *sapientis* et *magnanimi* regnavit ad annum 1458.

Cod. 94 membr., saec. XIV, a. 230, l. 170 [L. VIII, LXVIII]. Mo.

I. *Algorismus.* « Omnia quae a primaeva ... », f. 1-8.

Auctor Ioannes de Sacrobusco.

II. *Novus quadrans multum utilis, correctus a magistro Petro de sancto Andomaro, anno Dom.* 1309. « Quoniam conceditur opus huius instrumenti ope astrolabii praevalere... », f. 9-32.

III. *Tractatus novi quadrantis compositus a magistro Prefacio hebraeo, anno domin. incarnacionis* 1288, *et correctus ab eodem anno Dom. millesimo trecentesimo primo.* « Cum stellarum » fixarum scientia sine instrumentis congruis minime compleatur ... », f. 32-57.

Folio extremo offeruntur gradus longitudinis et latitudinis civitatis Wratislaviae.

Differt ab opere tituli eiusdem, pag. 257.

Cod. 95 chart., saec. XV, a. 214, l. 154 [L. VIII, LXXXVI]. N.

I. Roberti Anglici, viri astrologia praestantissimi, *de astrolabio canones,* f. 1-37.

Praeit epigramma :

« Divinas artes et conscia sidera rerum
» Ætereosque orbes hoc breve pandit opus,
» Quo varios poteris caeli bene noscere cursus,
» Quaeque brevis fuerit, maxima quaeque dies.
» Omnia mensurat, complectitur omnia solus
» Hic liber, ad superos qui tibi monstrat iter.
» Vis fieri astronomus? Potes hoc, sed tempore parvo
» Hunc comitem exiguo qui tibi constat habe ».

« Cum plurimi ob nimiam quamque accurationem et magnam » scriptorum sententiam, canones astrolabii . . . ».

Cui, ex pluribus anglicis, Roberto tribuendum sit opus, res est in incerto: ego Roberto Conton vel Cothon, de quo in *Bibl. ms.*, II, p. 127.

II. *De stellis fixis ponendis in astrolabio, duobus modis* [itale]. « Quantuncumque che supra sia ditto a che modo se debbano » mettere le stelle fixe . . . », f. 37-41.

III. *Canon tabulae aequationis dierum.* « Nota. Si volueris » aequare dies intra tabulam aequationis dierum . . . », f. 44-48.

IV. *Plura, sine ordine, de motibus planetarum, cum tabulis,* f. 48-55.

V. *Tabula stellarum fixarum per magnif. dom. Marcum Sanuto, patricium venetum, de anno* 1501, *verificatarum per multas tabulas et per armillas accuratissimas, pro omnibus partibus in fronte tabulae descriptis, et est melioris ceteris aliis,* f. 55-60.

Cod. 96 chart., saec. XV, a. 210, l. 157 [L. VIII, LXIII].

I. Andali de Nigro, genuensis, *astrolabium.* « Si astrolabium » facere volueris, primo et ante omnia fac tabulam illius magni- » tudinis . . . », f. 1-41.

Sub fine exscribitur: 1300, *die* 14 *iunii.*

Prodiit Ferrariae, a. 1475.

II. Profatii, iudaei de Montepessulano, *tractatus quadrantis.* « Quoniam scientia astronomiae non completur absque instru- » mentis, fuit necessarium sapientibus . . . », f. 42-57.

Hic tractatus ineditus differt a tractatibus aeque ineditis *quadrantis novi*, occurrentibus codic. 79 [p. 257], 94 [p. 268], quod con-

firmant verba sub fine: « ..... et multae aliae quaestiones quae » omnes patere possunt tibi in hoc quadrante, sicut declaravi tibi » in circulo integro sive in astrolabio ».

Cod. 97 chart., saec. XVIII, a. 291, l. 215 [L. VIII, LXII.[b]]. G.

Andreae Musali, *introductio brevissima ad astronomiam et geographiam per triplum globum* seu *sphaeram*. « Partes tres in capita distributae, nempe de 1. *sphaera armillari;* 2. *sphaera geographica;* 3. *sphaera astronomica*. Sub fine appositae sunt figurae geometricae.

Codicem, fol. 69, belle exscripsit Ioannes Filippini.

Cod. 98 chart., saec. XIV et 1654, a. 202, l. 142 [L. XIV, CXC]. Z.

I. *Algorismus proscriptus de integritate, magistri Ioannis de Sacrobusco*. « Omnia quae a primaeva ... », f. 1-8. V. codd. 81, 94 [pag. 259, 268].

Opus Ioanni de Sacrobusco minime tribuendum censeo, ex aliis codicibus, immo anonymi commentarium, quod exstat quoque in bibliotheca Bodleiana (1). Adde propositionum principia inesse, quibus addita expositio.

II. *Computus ecclesiasticus*. Capitula sex. Quum saepenumero » mecum ipse repeterem quonam pacto bonorum artium studiosis » scholaribus computisticam artem ... », f. 10-17.

Quaedam compendio sumpta sunt ex *libello de anni ratione, computo ecclesiastico Ioannis de Sacrobusco*.

Opus utrumque saeculo decimoquarto exscriptum, cum litteris initialibus minio obductis.

III. *Il glorioso certame del trionfal martirio de' sacrosanti dieci Cretensi, descritto da d. Francesco Zen, canonico preposto nella cathedrale archiepiscopale di Candia, consecrato all' immortalità dell' ill. et eccell. sig. Marco Molin, proveditor general dell' armi in regno*. 1654, 10 *luglio*. « Stabilita ch' ebbe l' eterno » padre con sodi fondamenti la vera legge ... », f. 23-42.

(1) Coxe. *Catalog. codd. mss. bibl. Bodl.* Oxonii, 1854, p. III, col. 533.

Auctor, avus Apostoli Zeni, serius iustinopolitanus episcopus electus est.

Cod. 99 membr., saec. XII, a. 258, l. 182 [L. VIII, LXXIX]. N.

Anonymi, *de computo ecclesiastico.*

Folio primo occurrit sistema planetarium cum figura solis in medio circulorum, inscripti: « Sol in medio planetarum totum » mundum calefacere et vivificare incunctanter videtur ». Praeit rhythmo ventorum descriptio:

« Quatuor a quadro consurgunt limite venti.
» Hos circum gemini dextra laevaque iunguntur,
» Atque ita bis seno circundant flamine mundum.
» Ex Oriente venis qui subsolanus haberis:
» Est tibi Vulturnus dessicans frigora iunctus.
» Eurus adest ingens, Orientem nubibus implens.
» Fulminis ecce faber, pluviis latissimus Auster.
» Euro Auster calidus decurrit frugibus aptus.
» Hinc sedet Euro Nothus, tepido spiramine comptus.
» Producit flores Zephirus, laxatque rigores.
» Africus ut graditur, nubes collidere fertur.
» Scit chorus hic mirum ventorum volvere girum
» Frigoribus densus. Rigat hic Septemtrio ventus.
» Circius hinc gelidus, nivibus seu grandine fretus.
» Inde carens pluviis Aquilo, canusque pruinis ».

Fol. tertio sunt aphorismi ex libro *Sapientiae.*

Fol. 14-20 habetur calendarium cum diebus festis, indiciis astronomicis, rhythmis astrologicis et agrariis, tabulis, diagrammatibus variis. Ex caelitum nominibus, annorumque seriebus, arguo calendarium in Gallia annis 1100-1158 exaratum.

Cod. 100 membr., saec. XVI, a. 312, l. 218 [L. VIII, XXVI]. Mk.

Peregrini Prisciani, *ortopascha.* Dedicatio pontifici inc.: « Di» nocratem architectum, cogitationibus et solertia fretum ac regiae » cupidum commendationis ... » ; textus: « Apud primos patres » illos et seniores hebraeos, temporibus etiam Moysis et Aaron... ».

Auctor, ferrariensis, philosophus, historicus et poeta, in lycaeo patrio, astrologiae professor; qua iurium Estensium principum et Ferrariae conservator, novem rerum ferrarensium volumina latine conscripserat. Post annum 1513 offert librum, obit a. 1525. Eius vitae declarandae et operis intentioni revelandae conferunt quae in operis nuncupatione Leoni papae X scripsit: « Mihi itaque, beat. pater, etsi natura ipsa staturam eam [Dino» cratis] non tribuit: faciem aetas non iam grandior deformavit: » adversae valetudines crebrae vires satis detraxerunt. Etsi ab his » sim iam defectus praesidiis, non sum veritus tamen, commen» dationis etiam pontificiae cupidus, ex Ferraria Romam ad san» ctitatem tuam in praesentiarum ire, non urbis unius formam, » sed reformationem civitatis et reipublicae christianae totius » necessariam quandam afferens. Pudet etenim nimium et maxi» ma ac nimis pudenda est contumelia, quam sacrosanctae reli» gioni christianae et nobis ovibus tuis, ignarum hebraicae duri» ciei pectus inferre non erubescit quotidie.......... Sanctitas » tua cognoscit pro sapientia sua quantum universa civitas et » respublica christiana, pro honore etiam orthodoxae religionis » suae, adversus tantas Hebraeorum et quotidianas in nos contu» melias cura, studio et opera tua indigent et opem in hoc a te » supplex petat....... Munus hoc dignum te tanto duce ample» ctere. Corrige iam tantos errorres, et novum opus castigatum» ve, Deo etiam omnipotenti gratissimum, institue, *suamque fa» mam antiquo illi restitue computo Dionysiaco, et venerabili » etiam Bedae* ».

Codex, fol. 15, picturis tenuioris formae est conspicuus, quarum quae binae in titulo referunt auctorem genibus flexis ante pontificem librum offerentem, ac Herculem laeva civitatem tenentem in castris coram Hercule Estensi [quod ad historiam Ferrariae se refert]. Tegumento, corio vitulino signato obducto, auro inscripta leguntur: *Ortopascha Prisciani Leoni Pontifici Maximo Thomas Ravennas;* quod innuit volumen unum ex iis esse quae Thomas Rangonus ravennas Cappucinorum bibliothecae in Iudaica Venetiar., dono obtulit.

Cod. 101 chart., saec. XVI, a. 332, l. 232 [L. VIII, XXI]. F.

I. *Liber computi et kalendarii, et pertinentium ad illa; pulcherrimus enim liber est et clericis et laicis, discretis et virtuosis, et cupientibus honorem habere, utilis et valde necessarius.* Tractatus duplex. « Quoniam, sicut ait beatus Augustinus, sacerdotes » computum scire tenentur . . . », f. 1-18.

Est liber octavus operis Willelmi Durandi, episcopi mendensis: *Rationale divinorum officiorum,* frequentius editi, cum figuris lineari pictura expressis. Studium computi, seu artis inveniendi tempus paschale, numerum aureum, epactam, annos bissextos, motum lunae, quatuor tempora, aliaque eiusmodi statuta ecclesiastica clericis omnino praecipiebant, unde adeo frequens in codicibus mss. computorum numerus.

b. *Kalendarium stellarum et festivitatum duodecim mensium anni.* « Circumcisio Domini — Sancti Blasii episcopi et » confessoris . . . », f. 19-20.

c. *Tractatus de arbore divini amoris.* Distinctiones septem, f. 21-23.

Quaedam desunt a principio.

d. *De septem planetis.* Tractatus a principio mutilus, f. 24-32.

II. *De septem climatibus mundi, tractatus.* « Primum clima » dicitur Diamoreos, a *dia* quod est *de* et *mauros* i. *etiops* . . . », f. 32-35.

III. *De praelaturis provinciarum mundi.* « In civitate Romae sunt infrascriptae ecclesiae, quae patriarchales dicun» tur . . . », f. 35-41.

Habentur tantum nomina praelaturarum, non praelatorum, Italiae; Dalmatiae; Albaniae; Hungariae; Apolloniae; Allemaniae; Provinciae; Burgundiae; Franciae; Normandiae; Aquitaniae; Guasconiae; Scotiae; Cataluniae; Hispaniae; Angliae; Daciae; Norvegiae; Svetiarum; Scotiae; Hiberniae; Sardiniae; patriarcharum, archiepiscoporum, et episcoporum ultramare; Antiochiae; Cypri; Bulgariae; Graeciae; Achajae; Cretae; Rhodi. Sub fine: « Et haec de praelaturis ecclesiarum subiectarum sum-

» mo pontifici romano dicta sufficiant ». Adduntur nomina dignitatum imperatorum christianorum, regum christianorum et Hiberniae.

IV. *De septem aetatibus mundi, incipiendo a creatione Adae et Evae usque ad divisionem imperii Romanorum, in duas partes, scilicet in imperium romanum et in imperium constantinopolitanum, per Constantinum imperatorem.* « Hic intendo originaliter et » succincte, tamen conclusive, describere singulas aetates ... », f. 41-49.

Sub fine: « De illustrissima civitate Venetiarum in hoc li- » bro nihil est scriptum, quia volendo scribere gesta magnifica » civitatis praefatae, ab ipsius fundatione usque modo, et maior » liber et maior labor non foret sufficiens ad capiendum et de- » scribendum ipsius illustrissimae civitatis magnifica gesta, quae » per mare et terras, ab ipsius aedificatione usque nunc acta fue- » runt et aguntur in dies per illustres et sapientissimos viros, qui » ipsam illustrissimam civitatem rexerunt et regunt ad praesens, » mediante divino auxilio et intercessione beatissimi Evangeli- » stae sancti Marci ... ».

V. *Conclusio huius operis tractantis de septem aetatibus mundi, incaeptis ab Adam usque ad tempus praescriptum.* « Sic ergo » viso discursu principatus mundi, apparet ... », f. 49-51.

Compendium narrationis praecedentis, cum descriptione et diagrammatibus candelabri septem brachiorum, et Adam et Evae in paradiso terrestri.

VI. *Post haec, auctor fusius de historia ab Adam ad Christum, per quinque aetates distributa.* « Considerans historiae sa- » crae prolixitatem, verum etiam difficultatem scholarium ... », f. 51-69.

VII. *Lunarium in quo reperiuntur coniunctiones et oppositiones lunae, et eclypses solis et lunae per anni circulum, festa mobilia, aureus numerus, et littera dominicalis.* « Incipit tracta- » tus multum utilis ex nobilissima arte astrologiae extractus... », f. 70-96.

Cum tabulae ab anno 1503 ad 1550 procedant, infero hanc codicis partem anno illo exscriptam.

VIII. *Narratio actorum* [*diebus* 7-15 *ianuarii*, 1538], *post*

obitum Andreae Gritti ducis Venetiarum, ad successorem eligendum, f. 97-99.

Cod. 102 membr., saec. XIV, a. 250, l. 165 [Z. L. CCCXLIII]. P.

I. *Practica astrolabii, secundum rememoratum* [Iordanum a Nemore]. Deficiunt tres regulae, f. 1-6. V. pag. 257.

II. Prefacii, *almanach.* Prooemium inc.: « Quia omnes ho» mines naturaliter scire desiderant et magis res occultas supre» mas . . . » ; textus vero : « Ad notitiam dictorum canonum et » expositionem tabularum sequencium, praenoscendum est quod » istud almanach Prefacii iudaei ordinatum est et factum super » villa Montis pessulani ad meridiem illius diei . . . », f. 6-9.

Auctor testatur tabulas [quae in codice deficiunt] de novo edidisse, sumens *computationis exordium ab anno Christi* 1300 *a prima die marcii.* De opere nihil in Steinschneider, voce *Prophiat.*

III. *Additamenta opellae* [mutila in fine]. « Quando per is» tud almanach volueris scire planetarum superiorum loca, sub» trahe ab annis Christi 1200 . . . », f. 9.

IV. *Calendarium saeculi XIV, charactere nigro et rubro, cum enumeratione dierum mensis a* 19° *ad* 0 *et a* 0 *ad* 19°, *quos dicunt intrantes et exeuntes,* f. 10-15.

Serius ac catalogus exseriptus, annotata sunt folio 10: 1414 *die* 26 *decembris, qui fuit dies Mercurii de sero, fuit eclypsis lunae;* folio 12: 1410 *currit* 0 *in quarta luna* — 1416, *restant* 48 *et restant X;* folio 13: 1443, *currit* 5 *in quarta luna et restant* 18; folio 14: . . . . *die* 22 *optubris, hora* 18 *matutina est domina Iohanna de Branchabus, et fuit dies Martis . . . . in aeterna pace requiescat, et currebat* 5.

V. *Tabulae binae ad inveniendum locum lunae, et principalis quae Gerlandi vocatur,* f. 16.

VI. *Liber Geafar astrologi, qui appellatus Albumassar, introductorius ad scientiam iudiciorum astrorum, interpretatus a Iohanne Yspalensi.* « Laus Deo qui creavit . . . . Hic est liber quem » edidit Geafar qui dictus est Albumassar astrologus Albalghi... », f. 17-95.

Sub fine legitur: « Perfectus est liber introductorii maioris

» in magisterio scientiae astrorum, editione Albumassar, et in-
» terpretatione Ioannis Hispalensis ex arabico in latinum, sub
» laude Dei et eius auxilio ».

Albumasar seu *Abulmasar*, qui et *Abi Maschar*, et *Geafar*, et *Giaphar ben Mohamad ben Omar*, persa balkhensis, praestantissimus de astronomia et astrologia iudiciaria scriptor. Etsi vini assiduus potor, obiit in urbe Vasetha, centenario maior, a. egirae 272. Opera eius plura Casirus in *bibliotheca arabico-hispana Escurialensi* passim nuntiat, quorum verosimiliter nostro respondet tractatus de astrologia apotelesmatica, nomine: *Simulacra caelestia, eorumque in corpora sublunaria influxus*.

Plures nomine *Ioannis Hispalensis* fuere, ex quibus qui fuerit interpres incertum est. Opinio est floruisse saeculo duodecicimo. Opera astrologica et conscripsit et interpretatus et commentatus est. Vide Nicol. Antonii, *Bibliotheca hispana vetus*, t. II, p. 370-371.

VII. Aali, filii Achemeth, *in electionibus bonorum*. « Dixit
» Aali filius Achemet. Enibrani, rogasti me ut tibi librum de
» horis eligendis componerem, secundum electiones astrologorum,
» in omni inicio operum . . . », f. 96-106.

Duplex tractatus, primus *in utilitatibus electionum horarum*, alter *in electionibus particularibus*.

VIII. Io. Hispalensis, *epitome artis astrologicae*, f. 107-131.

IX. Libri Aomar filii Alfragani, *de nativitatibus libri tres*.
« Dixit Aomar ben Alfragani. Scito quod distinctiones nativita-
» tum in nutritione sunt quatuor, una scilicet eorum qui non gu-
» stant cibum, et non est vita animabus eorum; secunda eorum
» qui gustant cibum et non nutriuntur; tertia eorum qui gustant
» et nutriuntur sed non perveniunt ad longiquam vitam; quarta
» vero eorum qui nutriuntur et perveniunt ad longinquam vitam
» i. e. senectutem . . . », f. 131-148.

X. *Libellus interpretationum, quem puto esse Messeallach, inveni enim extractum de libro sub interrogationibus*. Partes tres.
« Scito quod caespicicans in astrologia poterit errare quatuor mo-
» dis, primo cum fuerit astrolabium falsum vel acceperit um-
» bram in loco inaequali . . . », p. 148-150.

Auctoris nomen varie exscriptum: *Maschallah*, *Maschahal-*

lah, Massahala, Massala, Messahalac, Messalahac, Messeallac. Patria aegyptius, professione astrologus, in rebus abditis eruendis sagacissimus, saeculo undecimo floruit. Opella, quoque *de receptione planetarum* et *de interrogationibus,* edita est annis 1493 et 1549.

XI. Thebit ben Chorah, *de astrologia.* Partes tres. « Dixit » Thebit ben Chorah. Dixit Aristoteles: qui philosophiam omnem- » que legerit scientiam et ab astronomia vacuus fuerit, erit oc- » cupatus et vacuus . . . », f. 150-153.

Sub fine legitur: « Finit liber O. Thebith ben Chorah, trans- » latus a Ioanne Hispalensi atque luniensi in Lunia, ex arabico » in latinum ».

XII. *De pluviis, relate ad mansiones et conversiones lunae, ac de planetis.* « Sapientes mundi de pluviis iudicant secundum lu- » nam, considerantes ipsius mansiones et conversiones, vel aspe- » ctus planetarum ad ipsam . . . », f. 153-157.

Cod. 103 membr., saec. XIV, a. 224, l. 152 [L. VIII, IX]. Ma.

I. Fratris Bernardi de Trilia, *quaestiones super tractatu sphaerae antiquae.* « Tractaturus de sphaera, ad evidenciam eorum quae » tanguntur naturaliter, possum quaerere de tribus.... », f. 1-42.

Titulus anno 1439, *XI novembris,* adscriptus est in folio quod opus praecedit.

De auctore nemausensi, appellato *de Trillia,* aut *de Trilha,* vel *de Trilia,* magistro *parisiensi* quoque, quod legerit Parisiis *sententias* a. 1282, disserit Echardus (1), nulla tamen facta huius operis mentione.

II. *Liber Mesalach de receptionibus, interpretatus a Ioanne Hispalense, de arabico in latinum.* « Invenit quidam vir ex sa- » pientibus librum ex libris secretorum astrorum, de illis quos » thesaurizant reges . . . », f. 43-59.

De Ioanne Hispalensi vide pag. 276.

III. *Quadraginta aphorismi Zahelis,* « Scito quod signatrix

(1) *Biblioth. hispana antiqua,* t. I, p. 536 ; t. II, p. 267.

» luna, cuius circulus est omni planetarum circulis propior ter-
» rae... », f. 59-61.

Sahl ben Baschar [rectius *Bischr*] *ben Habib ben Hari, Abu Othman, Al Monagg' im,* diminutive *Soheil, Çahel, Zael, Zaël, Zel Bembiç, Benbriç, Benbris, Bebris, Bebia,* genere hebraeus, saeculo decimo clarus, scripsit plura de astrologia iudiciaria. *De aphorismis* nihil habet Steinschneider in *catal. libror. biblioth. Bodlaeiane.* Berolini, 1852-1860, col. 2258-2263.

Codicem, sibi anno 1438 Patavii emptum, Ioannes Marchanova a. 1467 monasterio s. Io. in Viridario legavit.

Cod. 104 membr., saec. XIV, a. 260, l. 170 [Z. L. CCCXLIV]. P.

I. Io. Hispalensis, *epitome artis astrologicae.* « Zodiacus divi-
» ditur in duodecim signa principaliter. Signum in b... », f. 1-30.

Isagogen, f. 1-6, excipiunt quatuor partes artis, quarum extrema finit: « Hoc tempore 1192 ».

Opus edidit Ioachimus Hellerus Leuco-petraeus Norimbergae anno 1548, cum variantibus lectionibus quamplurimis.

II. Zahelis arabis, *de electionibus.* « Omnes concordati sunt
» quod electiones sunt debiles nisi in divitibus ... », f. 51-58.

Sunt capita duodecim quae ad domum duodecimam tantum pergunt, a Ioanne Servagio, Basileae, a. 1551, p. 112-124 edita. In aliis editionibus iunguntur edita a Messeallach et Ptolemaeo.

III. *Extractum de opere philosophorum de luna in signis omnibus.* « Luna manente, sive quaestio procedat, sive potius fiat
» electio radendo capiti, contradicit ... », f. 59-64.

Accedunt f. 67-68 tabulae tres de coniunctionibus lunae.

IV. *De significationibus planetarum in suis domibus et extraneis in nativitatibus.* « Quando fuerunt planetae in extraneis do-
» mibus fortunae, abundant in bono, in fortuna, in malo ... »,
f. 69-76.

V. *De electione boni et mali in operibus incipiendis.* « Inci-
» pit opus philosophorum ad eligendum bonum a malo in incae-
» ptione operum ... », f. 76-78.

Folio 59, legitur manu recentiori: « Insigne hoc opus usque
» ad pag. 79 non est editum ».

VI. *Introductorium Alcabitii ad iudicia astrorum, interpretatum a Iohanne Hispalensi.* « Postulata a Domino prolixitate » vitae Ceyphaddala et durabilitate sui honoris ... », f. 79-102.

Finit: « Perfectus est introductorius Abdilaçiae, i. servi » gloriosi seu Dei, qui dicitur Alcobiçi ec. ».

Isagogen hanc ex interpretatione Ioannis Hispalensis editam Nicolaus Antonius in *Biblioth. hisp. vet.*, t. II, pag. 267, testatur. Edidit certe Simeon Collinaeus Parisiis, a. 1521.

VII. *Liber quem collegit Albumasar de floribus eorum quae significant res superiores in rebus inferioribus, et quid sit in revolutione annorum.* « Dicit Albumasar: oportet te primum scire » dominum anni, et scientia huius rei ... », f. 103-114.

Opus et codice 913 bibliothecae Escorialensis obvium, cum figuris, impressum est Augustae Vindelicorum a. 1488, ac Venetiis, a. 1515.

VIII. Zahelis, *liber iudiciorum.* « Scito quod signa sunt duo- » decim, et ex eis sex masculina et sex feminina. Aries ergo est » signum ... », f. 117-154.

Opus nomine *introductorium de principiis iudiciorum,* editum est Venetiis, a. 1493 ad calcem *quadripartiti Ptolemaei.*

IX. Ptolemaei, *centiloquium cum commentis.* « Dixit Ptole- » maeus et Hermes quod locus lunae in hora in qua infunditur » sperma, est gradus ascendentis nativitatis ... »; finit: « Per- » fecta est huius libri translatio 17 die mensis marcii, 12 die » mensis Guinedi, anno Arabum 5302 », f. 155-173.

Opus, pluries editum, sine commentis.

X. *Alfraganus, ubi de annis Arabum.* Praeeunt capitula triginta nomine *differentiae.* « Numerus mensium anni Ara- » bum et Latinorum omnium aliorum est duodenus ...... », f. 175-197.

Figuris deficientibus spatium paratum, ut et in sequentibus. Opus Ferrariae praelo commissum est per Andream Gallum, a. 1493, sub titulo: *Brevis ac perutilis compilatio Alfragani astronomorum peritissimi, totum id continens quod ad rudimenta astronomica est opportunum.* Titulo autem: *Muhammedis Alfergani elementa astronomica* edidit cum commentis Iacobus Golius, Amstelodami, a. 1669.

Auctor a patria Fergana, urbe et provincia in Sogdianis, *Ferganensis, Alferganus, Alfraganus* quoque dictus, re mathematica praestans, floruit saeculo nono.

XI. *De motibus corporum caelestium.* Partes tres. « Quoniam » cuiusque actionis quantitatem temporis metitur spatium ... », f. 199-218.

XII. *Canones de cognitione eclypsis solis et lunae.* « Nota » quod quamvis convinctionem vel praeventionem sine eclypsi non » oportet aequare ... », f. 218-223.

XIII. Georgii de Peuerbach, *theorica planetarum.* « Movetur » sol sub circulo signorum, qui dicitur zodiacus, sub ipso medio » latitudinis zodiaci ... », f. 224-233.

Opus frequenter editum.

Cod. 105 chart., saec. XIV, a. 210, l. 148 [L. VIII, XLIV]. O.

I. *Introductorium ad magisterium iudiciorum astrorum Abdilazis, idest servi gloriosi, s. Dei, interpretatum ab Ioanne Hispalensi,* f. 2-30. V. pag. 278-279.

II. Ptolemaei, *doctrina data filio suo.* « Signorum alia sunt » masculini generis, alia feminini : masculini sunt ista : aries, » gemini, leo, libra ... », f. 31-45.

A libro iudiciorum Zahelis toto caelo differt.

III. *Pars capituli* 19 *et capitulum* 20, *de numero stellarum fixarum et esse stellarum quae vocantur mansiones.* « Omnes qui» dem stellae quae per considerationem sunt comprehensae, sunt » 1022, sicut probaverunt sapientes per experientiam, quae fuit » possibilis ... », f. 46-47.

IV. *Capitulum de libro imbrium Iafar astrologi.* « Luna Sa» turno applicans molles pluvias et quietas et suaves ostendit, » et nebulas nigras et obscuras ... », f. 47.

V. *De fortitudine planetarum.* « Sit planeta in bono loco ab » ascendente, idest in angulis et succedentibus angulorum ... », f. 47-53.

VI. *Cyromancia.* « Cyromancia est ars demonstrans mores » et inclinationes naturales hominis per signa sensibilia ma» nuum ... », f. 54-61.

Eadem fortasse cum *chiromantia Ioannis Hispalensis*, quam inter codices manuscriptos Ioannis Francisci Lauredani Tomasinus refert (1).

VII. *Compilatio magistri Ioannis de Muris in artis geomantiae.* « Sicut dicit Boethius in arithmetica sua; omnia quae a » primaeva rerum origine processerunt... », f. 64-99.

Auctor, anglus, praestiterat circa a. 1330 et mathesi et astronomia et musice. Operibus eius a Fabricio in *Bibl. mediae et inf. latinit.* hoc addendum.

VIII. Magistri Gerardi de Cremona, *geomantia compilata secundum iudicia astrorum astronomiae, a qua veritatem assumit et per certa signorum indicia, quaerentem de re dubia ad vera deducit iudicia.* « Si quis per artem astronomicam geomanticam de » praeteritis, praesentibus seu futuris veraciter discutere volue- » rit... », f. 103-157.

Operis exemplum dedi anno 1852 romano principi Balthassari Boncompagni, valde rei mathematicae merito. Aliud Cremonensis opusculum hoc ipso titulo est inter opera Henrici Cornelii Agrippae [t. I, pag. 559].

Folio extremo occurrit narratio vitae fratris Nicolai Augusta, quae ab Echardo prolatae emendandae egregie confert. Ille die 14 iunii 1391 Venetiis natus, ordinem Praedicatorum ingressus est in domo ss. Ioannis et Pauli, die 2 febr. a. 1405; insignia doctoratus die 8 ianuarii 1425 suscepit; dein studentium magister in archigymnasio bononiensi, legit *sententias* et *biblia*; an. 1426 lector in monasterio ss. Io. et Pauli Venetiis; a. 1427 prior in eadem domo et concionator quadragesimalis; ibique a. 1429 vicarius, 1430 provincialis renuntiatus est.

Cod. 106 chart., saec. XV, a. 346, l. 240 [L. VIII, XXXIII]. Mk.

I. *Tractatus de iudiciis astrorum.* « Revolutio anni mundi » est introitus solis in capud arietis... », f. 1-2.

II. *Tractatus de cometis.* « Cometa est vapor terreus, habens » partes grossas fortiter adiacentes et ascendentes... », f. 2-4.

(1) *Biblioth. veneta ms.*, p. 96.

III. *Tractatus de divisione signorum.* « Ex ipsis duodecim » signis, ut astrologorum testatur auctoritas . . . », f. 4.

IV. *Tractatus de triplicitate signorum.* « Quaedam tripli- » citas ex his duodecim signis, et prima dicitur ignea . . . . », f. 4-5.

V. *Tractatus de proprietatibus et complexionibus planetarum.* « Huc usque de duodecim signis praesentibus compendiose tra- » ctatum ordinavi . . . », f. 5-6.

VI. *Tractatus de signis, cum luna fuerit in eis quid signifi- cat.* « Nota quod quando luna est in signo arietis, capud non la- » ves nec radas . . . », f. 6-7.

VII. *Quae sunt significationes lunae a prima usque ad trige- simam.* « Luna prima Adam factus est, illa die propter iussa » opera . . . », f. 7-8.

VIII. *Liber somnialis Danielis prophetae, quem fecit in Ba- bilonia in diebus Nabucodonosor regis.* « Arbores ascendere hono- » rem significat — Arbores aridas videre, negotium deceptionis » significat . . . », f. 8-11.

Index, alphabeti ordine, significationum eorum quae in som- niis visa sunt. De scripto apocrypho vide Fabricium in *codice pseudoepigrapho vet. testam.*, t. I, p. 1130.

IX. Alcabiçi, *introductorius ad iudicia astrorum, interpretatus a Ioanne Hispalensi,* f. 12-28. V. pag. 278-280.

X. *Tractatus theoricae planetarum, secundum magistrum Ioannem de Fundis.* « Theorica speculativa dicitur scientia moti- » va planetarum in suis circulis . . . », f. 29-33, 49-60.

Duplex exemplum, quorum primum parte potiori mutilum.

XI. Ioannis Laurentii de Fundis, *tractatus de sphaera.* Capi- tula septem. « Cum nostra versetur cognitio, ut mentio facta est, » de universo mundi globo . . . », f. 34-44.

VII. *De circulis et motibus lunae.* « De circulis et motibus » lunae dicendum. Quilibet planeta, praeter solem, tres habet cir- » culos . . . », f. 45-48.

XIII. *Sphaera composita a magistro Ioanne de Sacrobusco, pe- ritissimo astrologorum,* f. 61-68. V. pag. 259, 266, 267.

XIV. *Theorica planetarum, secundum magistrum Ioannem de Sacrobusco.* « Circulus eccentricus . . . . », f. 69-72.

Est Gerardi Cremonensis.

XV. *Ars numerandi, secundum eundem magistrum.*

Non Ioanni de Sacrobusco, sed Gerardo Cremonensi tribuenda opella.

XVI. *Ars numerandi, secundum Ioannem de Sacrobusco,* f. 73-76.

Idem est ac *algorismus,* ut pag. 259, 268, 270.

XVII. *Theorica seu practica geometriae,* f. 77-79.

Venit quoque nomine *tractatus quadrantis* ut in cod. 79 [pag. 257].

XVIII. *De mensuratione rerum altitudinum.* « Si vis scire » altitudinem alicuius rei accessibilis, respice altitudinem per » ambo foramina uno oculorum . . . », f. 79-80.

XIX. *De compoto astronomico,* f. 80-92.

Est Ioannis de Sacrobusco. V. pag. 260.

XX. Ioannis de Sacrobusco, *tractatus astrolabii.* « Scito » quod astrolabium est nomen graecum, cuius interpretatio est » acceptio stellarum . . . », f. 92-96.

XXI. *Ymaginatio proiectionis sphaerae in planum per visum.* « Concussio sive extensio, immo verius proiectio sphaerae in pla- » num per visum fit hoc modo . . . », f. 96-97.

XXII. Iordani a Nemore, *de nominibus instrumentorum astrolabii,* f. 98-99. V. pag. 257, 275.

XXIII. Messehalach, *astrolabium,* f. 100-117.

Sub fine nota astronomica occurrit a. 1467.

Tractatus idem fere est ac num. XX, nisi quod hic absolutior et cum apparatu figurarum, quae in illo [Sacrobusco prorsus abiudicando] desiderantur.

XXIV. *Abecedarius. Tractatus Danielis discussus.* « Ars » haec Danielis discussa . . . . Huius itaque artis notitia in » litterarum significatione consistit . . . », f. 118-124.

XXV. *Ars ad componendum astrolabium.* « Nota. Si vis scire » compositionem astrolabii, accipe primo tabulam vel chartam... », f. 132-133.

XXVI. *Modus accipiendi motus solis in omnibus signis.* 1464, *primo ianuarii. Tabula.* Tabula numer., f. 133.

XXVII. *Signa in quibus creaturae nascuntur et mensibus.*

« Mensis ianuarii. Est signum in aquario et quo Ioannes Bapti- » sta baptizavit Salvatorem ... », f. 134-137.

Finit : « Sub anno Domini 1473, die 9 mensis octobris ».

XXVIII. Leonardi Lauredani, ducis Venetiarum, *ad quodam monitorium sanct. d. n. Iulii pp. II, humilis et pia responsio. Die* 26 *ianuarii,* 1510. « Lectitanti mihi monitorium tuum, pater » sancte, contra nos decretum, venit in mentem illa d. Augustini » sententia ... », f. 138-145.

Auctor Petrus Alb nianus Trecius responsum scripsit, de mandato ducis Venetiarum, ut ipse in codice testatur. Autographum est, quod liturae et emendationes nunciant frequentiores.

Monitorium pontificis in Venetos, ob Ravennam, Cerviam, Ariminum, Faventiam, Sarsinam ab iis occupatas, datum kalend. maii, a. 1509, editum legimus in *Raynal. annal. eccles.* a. 1509; non item responsum, puto anecdotum, quo stilo vividiori Venetos censuris minime alligatos dux arbritratur, interrogatione intercalari ad fastidium repetita : *Pontifex maximus, quid feci tibi, aut in quo contristavi te, responde mihi.*

Cod. 107 chart., saec. XV, a. 218, l. 147 [L. VIII, LXXIV]. Z.

I. *Quaestiones variae de geometria et physica.* « Quaeritur » utrum definitio puncti data ab Euclide ... », f. 1-8.

II. *Liber moralium de regimine dominorum et alio nomine dicitur secretum secretorum, editus ab Aristotele ad Alexandrum regem et discipulum dicti Aristotelis, qui liber translatus fuit de lingua arabica in latinam.*

Opus *domino suo excellentissimo et in cultu christianae religionis strenuissimo G. de Valentia, civitatis Tripolis glorioso pontifici, Philippus suorum minimus clericorum* dicat : « Quantum » luna ceteris stellis lucidior est, et solis radius luciditate lunae » fulgentior ... ». Interpres idem eidem : « Cum ergo vobiscum » essem apud Antiochiam, reperta haec pretiosa philosophiae » margarita ... », f. 13-39.

III. *Liber capitulorum sive propositionum Almansoris.* « Si- » gnorum dispositio cum, ut dicam, ab ariete sit initium, unum » signum est diurnum, alterum nocturnum ... », f. 42-48.

Almansoris astrologi centumquinquaginta iudicia seu propositiones, ad Saracenorum regem, ex interpretatione latina Platonis Tyburtini, publici iuris factae sunt, cum aliorum operibus, ann. 1516, 1551.

Qui fuerit Almansor iste arduum est definire, cum plures variis nominibus, communi *Almansoris*, occurrant.

IV. *Epistola Mesaalach in rebus eclypsis lunae et in coniunctionibus planetarum ac revolucionibus annorum, breviter elucidata, et sunt in ea duodecim capitula.* « Dixit Mesaalach quod Dominus altissimus fecit terram ad similitudinem ... », f. 49-52.

Sub fine legitur: « Perfectus est liber Messahalah, translatus a Ioanne Yspalensi in Limia, ex arabico in latinum, sub laude Dei et eius auxilio ».

V. Iafar, *libellus de pluviis.* « Cum multa et varia de nubium cognitione praecepta Indorum tractaret auctoritas, ea summatim transcurrere ... », f. 53-56.

Puto operis compendium, si cum eiusdem auctoris *libro imbrium* cod. 105 [pag. 280] confero.

Qui opellae finis impositus est auctoris historiae lucem affundit: « Quia ergo, mi domine antistes Michael, non solum compendiosa sed et certa te semper optare cognovi, hunc de pluviis libellum ab antiquo Iudaeorum astrologo Iafar nomine editum, deinceps quoque a Cillenio Mercurio, sub brevitatis ordine correctum, tuae offero dignitati, ut quod potissimum moderni sibi deesse deflent astrologi, Gallorum posteritati tua largiatur benignitas ».

VI. *Liber imbrium.* « Universa astronomiae iudicia, prout Indorum assueverat antiquitas, a lunari ducatu potissimum manare creduntur ... », f. 56-62.

VII. Albumasar, *liber de floribus et secretis astrorum, extractus ex universis libris scientiae astronomiae, de domino anni*, f. 63-80. V. pag. 289.

VIII. *Liber electionum Hally filii Hameth Embrani. De electionibus horarum.* Prologus: « In nomine Domini dixit Hally filius Hameth Embrani. Rogasti me, karissime, ut tibi librum de eligendis horis componerem .... »; textus: « Opera iudiciorum astrorum certa esse a Ptolemaeo ... », f. 81-107.

Constat tractatibus quinque: 1. *de electionum utilitate ;* 2. *de electionum incaeptione ;* 3. *de electionibus hominum, quorum nativitates notae sunt ;* 4 *de electione per factam interrogationem ;* 5. *an id quod incaeptum fuit perficiatur.* Non parum differt a libro allato, pag. 276.

IX. *Liber mutationum temporum, idest ad quot annos vel menses, vel dies, seu horas evenit vel perficitur res post factam interrogationem.* « Et scito quod tempora contingunt ex motibus, » ergo omni incipienti erit motus in circulo, donec finiatur tem- » pus . . . », f. 108-113.

Tractatus astrologicus *Zaelis, de temporum significatione* quoque appellatus, editus est cum aliis Venetiis, a. 1493.

X. *De indiciis signorum zodiacalium, relate ad infirmitates.* « Aries est forma recta sine lingua, et proprietas eius est ad » omnes infirmitates . . . », f. 115-117.

XI. *Tractatus de cognitione infirmitatis ex praesentia lunae in signis duodecim, secundum Hyppocratem.* « Dixit Ypocras qui » fuit medicus et magister optimus et sublimis. . . », f. 117-121.

XII. *Algorismus,* f. 122-129. V. pag. 259, 268, 270.

XIII. *Principium operis de nativitatibus, auctore Omar ben Alfagrani.* « Scito quod definitiones nativitatum in nutricione » sunt quatuor, una scilicet eorum qui non gustant cibum . . . », f. 129.

Codex 102 [pag. 275] habet *Aomar* loco Omar.

Cod. 108 membr., saec. XV, a. 172, l. 107 [L. VIII, LXXVI]. Z.

I. Laurentii Bonincontri, *de revolutionibus nativitatum libri duo.* « Multos esse cognovi, princeps illustris Ioannes Sfortia, qui » existiment, non aspectis revolutionibus, posse de futuris contin- » gentibus . . . », f. 1-62.

Codex idem nuncupatorius ab initio inscriptus: « Opus exi- » mium celeberrimi astronomi domini Laurentii Bonincontri mi- » niatensis, ad inclytum Ioannem Sforziam, Pisauri principem, » *de revolutionibus* » ; fol. autem 62: « Liber secundus et ulti- » mus . . . . quem perfeci Romae, ultima iulii 1491, annum » agens secundum et octogesimum supra millesimum ».

II. Laur. Bonincontri, *institutiones astronomiae ad exprimendam nativitatem et aliarum astrologiae partium substantiam.* « Exi» git, vir amplissime, ut plus ad exprimendam . . . », f. 64-79.

Quaestiones astronomiae, principi eidem aeque nuncupatae, aphorismis [eas semper auctor appellat *amforismos* seu *anforismos*] 99.

III. *Capitulum continens anforismos ad interrogationes subtilissimas Laurentii Bonincontri miniatensis, ad ill. c. Sfortiam libellus.* Sunt capitula tredecim. « Nostrae institutionis ordo ex» poscebat per praemissas . . . », f. 79-100.

IV. Laur. Bonincontri, *electionum liber,* ad ill. C. S. « Solent » plerique per interrogationem factam consulere astrologum, quae » sit dies . . . », f. 100-111.

Excerpta ex eius astrologico tractatu, eodem nomine, capitulis duodecim in aphorismos distributis.

Cod. 109 chart., 1393, a. 303, l. 200 [L. VIII, XXX].

Scriptum super Alcabitio, de iudiciis astrorum. « *Postulata.* » Obmissis multis consuetis declarari in principiis huius libri » communibus, et aliorum librorum principiis... ». V. p. 278-280.

Uberrimi commentarii auctor ignotas glossas quoque in Alfraganum se scripsisse prodit. Ex Arabum scriptis, itidemque ex Roberti Capitonis, episcopi lincolniensis, tractatu *de temperie aeris,* ex introductorio Guidonis Bonati, summa iudiciali Ioannis de Eschenden, et alio in Alcabitium commentario, Ioannis nimirum de Saxonia, multa exscripsit. In fine, manu eadem qua opus universum, est: « Complevi 1393, die dominica, 21 septembris, » ante horam vigesimam ».

Codicem autographum, fol. 300, annotavit principio Ioannes Marchanova *propria compositoris manu* scriptum, coemisse sibi a. 1440: a. 1467 eius voluntate, coenobio s. Ioannis in Viridario Patavii accessit. In calce libri haec manu recentiori exscripta lege: « Nomen auctoris neque investigare certa spe veri possu» mus, neque ipse Io. Marchanova fortasse potuit; at si divinare » licet, esse Nicolai de Comitibus, equitis atque, pro sui temporis » conditione, astrologi, philosophique eximii haud iniqua esset

» dae consistens, praesenti divina cooperante gratia, libellum ad » astronomica iudicia introductorium perfeci... ».

Tractatus per alphabeti ordinem digestus est, *ut facilius, et ex quibus imbecillitas vel robur planetae colligendum sit.*

b. *Tractatus secundus.* « Astronomia est scientia qua duo- » rum luminarium et quinque planetarum figura... », f. 23-95.

c. *Tractatus tertius, de vitae significatoribus habendis.* « Pri- » mum inquirendum est an puer nutrietur vel non, quia de paulo » post morituris superfluum esset... », f. 100-148.

d. *Tractatus quartus. Dominus anni quomodo cognoscatur.* « Dominum anni sic poteris investigare. Vide quis planeta fuerit » in aliquo quatuor angulorum... », f. 149-180.

e. *Tractatus quintus, de effectuum temporibus.* « Erecta et » rectificata figura nativitatis. Primum consideratione dignum » est fortunam vel infortunium... », f. 181-228.

f. *Tractatus sextus.* « Cum figuram nativitatis vel alterius » cuiuscumque principii erigere volueris ad gradum ascenden- » tem... », f. 230-259.

g. *Tractatus septimus, de verificatione.* « In scientiam na- » tivitatum mortalium hominum introductorium.......... *per » magistrum Ioannem de Glogovia pro universitatis cracoviensis » maiestate et gloria, communique studentium profectu et studio, » anno* 1495 *feliciter recollectum,* f. 261-290.

Textum universum Ioanni de Glogovia tribuendum censeo.

h. *Tractatus octavus. Modus rectificandi genituras.* « Ut iu- » nioribus in studio astrologiae incipientibus modus rectificandi » genituras... », f. 291-300.

Initium tantum Gazii manum revelat. Cetera, ut et proxime insequentia usque ad fol. 323, ab eo scripta sunt qui fol. 304 notavit: 1520, 1 *aug.;* fol. autem 307: « *Et sic est finis* 1520, » *Nurembergae, in die d. Bartholomaei* ».

Antonius Gazzus vel Gazius, Patavii natus a. 1461, medicinam in patria professus, non sine scientiarum sacrarum ac astrologicarum cultu, opera reliquit de hiis inedita, edita de medicina. Ab itineribus per Europam redux, obiit Patavii, a. 1528.

II. *Ordo et regula in iudicandis nativitatibus, magistri Petri de Aretio.* « Primo inspiciendus est... », f. 300-303.

III. *Tractatus iudiciorum nativitatum compendiosus et valde mirabilis,* f. 303-304.

IV. *Sequentia ad perfectionem tractatus de directionibus* [stellarum] *completi ut supra.* « Et secundum quod dicitur de dire- » ctionibus superiorum, ita dicitur . . . », f. 304-308.

V. Abuhali, *de nativitatibus opusculum praeclarissimum.* « In » nomine dei amen. Dixit fidelis ille Abuhali astrologus: constitui » hunc librum . . . », f. 308-316.

VI. *Iudicia nativitatum de his qui nascuntur dum* ☉ *est in aliquo ex signis.* « Qui natus fuerit ☉ exeunte in ♈, est mirabilis » cogitationis et fervidae . . . », f. 316-317.

VII. *Tractatulus de duodecim domibus.* Ryn. Man. « In se- » quenti tractatu videbis, scies et cognosces per totam vitam » tuam . . . », f. 317-320.

VIII. *Tractatulus Messahallach, de planetis in suis et aliorum domibus ac terminis.* « Cum fuerit ♄ in alicuius nativitate in do- » mo prima, sequitur quod opera eius erunt fortia... », f. 320-323.

IX. *De astrologia quatenus theologicis placitis non contradicit.* « Ut quibusdam quaestionibus tantisque approbatorum docto- » rum dictis respondeam . . . », f. 330-333.

X. *Canones ex Albumassaris et Guidonis Donati sententia collectae.* « Dies infortunata cavenda est in omni opere et initio, » et nullum bonum est in ea . . . », f. 333. V. pag. 276.

Serius Simon Gadius scripsit fol. 198 : « Anno ab incarna- » tione millesimo quingentesimo decimo quarto, in die assum- » ptionis b. M. virginis, hora XII, hoc est in meridie Viennae » Pannoniae, in domo ant. Wolffgang » ; fol. 199: « Currente » anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo, die septima » septembris, constitutus Nurembergae — Cracoviae. Canones ii in » plerisque deficiunt: quare nec fides omnimodo praestanda; nam » quaecumque in iis referuntur fragilia omnia sunt et quae re- » felli damnarique possint, 1516 ».

I.

INDEX PERSONARUM.

II.

INDEX RERUM.

IIII.

INDEX LOCORUM.

BIBLIOTHECA MANUSCRIPTA

AD

S. MARCI VENETIARUM

DIGESSIT ET COMMENTARIUM ADDIDIT

JOSEPH VALENTINELLI PRAEFECTUS

CODICES MSS. LATINI
TOM. V.

VENETIIS
EX TYPOGRAPHIA COMMERCII
MDCCCLXXII.

CLASSIS XII.

PHYSICA.

Cod. I membr., saec. XVI, a. 268, l. 195 [L. VI, XLIX]. Ma.

1. Aristotelis, *de physico auditu, libri octo*. « Quoniam quidem intelligere et scire contingit circa omnes scientias quarum sunt principia . . . », f. 1-75.

2. —— *de indivisibilibus lineis*. « Utrum sunt indivisibiles lineae et totaliter in omnibus quantitatibus . . . », fol. 75-78.

3. —— *de coelo liber, ex graeco in latinum translatus*. « De natura, scientia fere plurima videtur circa corpora et magnitudines . . . », f. 79-126.

4. —— *de generatione et corruptione, libri duo*. « De generatione autem et corruptione natura generatorum et corruptorum . . . », f. 127-154.

5. —— *meteorologicorum, libri quatuor*. « De primis quidem igitur causis naturae, ac de omni motu naturali . . . », f. 155-211.

6. —— *de inundatione Nili*. Liber perperam Aristoteli tributus. « Propter quid aliis fluminibus in hyeme quam augmentatis in aestate . . . », f. 212-213.

7. —— *de anima, libri tres*. « Bonorum honorabilium noticiam opinantes, magis autem alteram . . . », f. 214-243.

8. —— *de sensibus et sensibilibus*. « Quoniam autem de anima secundum ipsam determinatum est, atque de virtutum qualibet . . . », f. 243-254.

9. —— *de memoria* seu *de memoria et reminiscentia*,

liber. « De memoria autem et membrari dicendum quidem est... », f. 254-258.

10. Aristotelis, *de sompno et ea quae per sompnium divinatira.* « De sompno autem et vigilia considerandum est quid sint, atque » utrum animae vel corporis . . . », f. 256-265.

Uno libro concluduntur tres **a.** *de somno et vigilia,* **b.** *de somniis,* **c.** *de divinatione per somnium.*

11. —— *de longa et brevi vitabilitate, liber.* « De eo » autem quod est hoc quidem esse longae vitae animalium . . . », f. 268-270.

Idem est ac liber *de longitudine et brevitate vitae.*

12. —— *de iuventute et senectute, et vita et morte, et respiratione.* « De iuventute et senectute, et vita et morte nunc » dicendum . . . », f. 271-285.

13. —— *de motu animalium, liber.* « De motu autem » eo qui animalium quoque . . . », f. 288-290.

Liber appellatus in editionibus *de communi animalium motione.*

14. —— *de progressu animalium.* Liber, nomine quoque: *De incessu animalium,* seu *de partibus incessui inservientibus.* « De partibus autem opportunis animalis ad motum eum » qui secundum locum considerandus est . . . », f. 290-299.

15. —— *de physiognomia, liber.* « Quoniam et animae » sequuntur corpora, et ipsae secundum seipsas non sunt impas- » sibiles . . . », f. 299-307.

16. —— *de astrologia navali, liber.* « Signa aquarum » et ventorum et tempestatum, et serenitatum sic scripsimus, in » quantum possibile fuit . . . », f. 307-314.

Pluries editus liber Aristoteli tributus, non tamen hoc nomine, sed verbis ex principio sumptis : *De signis pluviarum, ventorum, tempestatis et serenitatis*, ab Aldo primum graece Ven. a. 1497: Περὶ σημείων καὶ πνευμάτων ἀνέμων ec., item latine serius.

17. —— *de mundo, liber.* « Multociens divina quaedam » ac mirabilis quippe res, Alexander visa est esse philosophia... »; finit vero : « Aristotelis *de mundo* a Nicolao Siculo ex greco in » latinum translatus, Parisiis, » f. 314-324.

Est epistola *de universo ad Alexandrum.* Sententias, non

opellam, Aristoteli asserendas, melioris notae scriptores testati sunt.

18. Aristotelis, *de bona fortuna, liber*. « Habitum autem erit » de hiis dicere quorum de felicitate est sermo de bona fortuna... ».

Capitula duo translata e secundo *magnorum moralium* libro.

19. —— *de coloribus, liber*. « Simplices colores, quin- » que elementis consequuntur, ut igni et aeri . . . », f. 327-334.

Sub fine: *Liber canonicorum regularium sancti Joannis in Viridario, Padue.*

Litterae librorum initiales egregiae auropictae occurrunt.

Cod. 2 membr., saec. XIV, a. 307, l. 215 [Z. L. CCXXXII]. B.

I. Aristotelis, *naturalium, sine interpretis nomine.*

a. *De physico auditu, libri octo*, f. 1-84.

b. — *generatione et corruptione, libri duo*, f. 85-110.

c. — *anima, libri tres*, f. 111-142.

Postillae marginales adduntur frequentiores.

d. — *sensu et sensato*, aut *sensili*, f. 142-155.

e. — *memoria et reminiscentia*, f. 155-159.

f. — *sompno et vigilia*, f. 159-172.

g. — *motu animalium*, f. 172-180.

h. — *longitudine et brevitate vitae*, f. 181-184.

i. — *iuventute et senectute, expiratione et respiratione, morte et vita*, f. 184-199.

II. Procli, *de causis, cum commento, sine interpretis nomine*, « Omnis causa primaria plus est influens super causatum » suum . . . », f. 200-214.

Sub fine: *Expliciunt libri naturales scripti Cameraco.*

III. Aristotelis, *de coelo et mundo*, f. 215-265.

IV. —— *meteorologicorum, libri quatuor*, f. 265-320.

V. *Libellus de bona fortuna*, f. 320-322.

VI. Averrois, *de substantia orbis*, f. 323-334.

V. Valent., *bibliotheca*, t. IV, p. 36-38.

Principio et fine legitur: *Thomas notarius subscripsit.* Imagunculae folio primo depictae, litterae initiales, tituli vel coloribus simplicibus, vel floribus ornantur.

Cod. 3 membr., saec. XIV, a. 338, l. 230 [Z. L. CCXXXIV]. P.

Aristotelis, *naturalia, interprete anonymo.*

a. *De anima, libri tres,* f. 1-17.

b. — *sensu et sensato,* f. 17-22.

c. — *memoria et reminiscentia,* f. 22-25.

d. — *sompno et vigilia, et ea quae per sompnum divinativa,* f. 25-30.

e. — *motu animalium,* seu *de communi animalium motione,* f. 30-34.

f. — *longitudine et brevitate vitae,* f. 34-38.

g. — *spiritu et respiratione.* « De respiratione enim ali- » qui quidam pauci priorum physicorum dixerunt... », f. 38-47.

Pars opellae *de iuventute ac senectute, de vita et morte, ac de respiratione,* a cap. 4 ad decimum tertium absolutum.

h. — *morte et vita liber.* « Est quidem igitur omnibus a- » nimalibus commune generatio et mens... », f. 41-43.

Item pars alia eiusdem operis a cap. 14 ad finem.

i. — *physiognomia,* f. 43-48.

k. — *coloribus animalium,* f. 48-52.

Verbum *animalium* expungendum.

l. — *progressu animalium,* f. 52-63.

Est liber *de causa motus animalium, secundum locum.*

m. — *causis proprietatum elementorum, liber,* f. 58-63.

Desunt folia quibus inerant finis praecedentis libri et huius initium. Opellam, Aristoteli perperam tributam (1), editam leges inter Aristotelis opera latina, cum Averrois commentariis. Venet., 1551, fol., tomo VII, p. 110.

n. — *lineis et inundatione, libri,* f. 63-65

Liber non absolutus, deficientibus foliis.

o. — *inundatione fluvii.* Fragmentum extremum, f. 66, ob foliorum defectum.

p. — *mundo, liber,* f. 66-72.

q. *Epistola ad Alexandrum.* « Aristoteles Alexandro. « Mi-

(1) V. Fabricii, *bibl. graeca,* III, p. 280-281.

» sisti mihi quae saepe sustinuisti multos ad nos disceptantes... », f. 72-74.

r. *De vita Aristotelis, liber.* « Aristoteles philosophus de » gente quidem fuit macedo; de patria vero stagyiritanus ... », f. 74-76.

s. Aristotelis, *de bona fortuna,* f. 76-77.

t. —— *de secretis secretorum.* Nuncupatio inc.: « Do- » mino suo excellentissimo, in cultu religionis christianae stre- » nuissimo, Guidoni de Valencia civitatis tripol ..... glorioso » pontifici, Philippus suorum minimus clericorum ... Quantum » luna ceteris stellis est lucidior, et solis radius luciditate lunae » fulgentior ... ». Nuncupationis epistolam excipiunt **a.** series capitulorum trium super octoginta, **b.** *prologus doctoris in commendationem.* « Deus omnipotens custodiat regem nostrum, glo- » riam credentium, et confirmet regnum suum ad tuendam le- » gem »; **c.** *prologus Joannis qui transtulit librum.* « Joannes... » filius Patricii, linguarum interpretator peritissimus et fidelis- » simus inquit: Non relinquam locum ac templum in quibus » philosophi consueverunt... »; **d.** *Aristotelis epistola ad Alexandrum Magnum:* « O fili gloriosissime, imperator iustissime, con- » firmet te Deus in via cognoscendi et in semita veritatis et » virtutis, et reprimat appetitus bestiales ... », f. 77-103.

V. Valent., *bibliotheca,* t. IV, p. 61.

Finit tractatus « Completus est tractatus de signis et mo- » ribus naturalibus hominum ad regem magnificum Alexandrum » qui dominatus fuit toti orbi, dictusque monarcha in semptem- » brione ». Ulterius: « Explicit liber Aristotelis de secretis secre- » torum, sive de regimine principum, vel regum, vel domi- » norum ».

Codicem, belle duabus columnis exscriptum, ornant picturae auratae egregii operis, in librorum initialibus litteris.

Cod. 4 membr., saec. XIV, a. 370, l. 253 [Z. L. DXX].

I. Procli philosophi, *de causis liber, cum commento anonymo,* f. I-VIII.

II. Aristotelis, *physicorum, libri octo,* f. 1-32. Postillae mar-

ginales et interlineares occurrunt frequentiores ac in aliis tractatibus.

III. Aristotelis, *de coelo et mundo*, f. 32-50.

IV. —— *de causis longitudinis et brevitate vitae*, f. 50.

V. —— *de sensu et sensato*, f. 51-56.

VI. —— *de respiratione*. « De respiratione quidem ni- » si aliquod pauci physicorum dixerunt... », f. 56-58.

Pars opellae *de iuventute ac senectute, de vita et morte*, ac *de respiratione*, a cap. 4 ad finem.

VII. —— *de iuventute et senectute*, f. 58.

Pars opellae a capitulo primo ad tertium completum.

VIII. —— *de generatione et corruptione, libri duo...* », f. 58-67.

IX. —— *de memoria et reminiscentia*, f. 67-68.

X. —— *de anima, libri tres*, f. 69-80.

XI. —— *meteoreorum* seu *meteorologicorum, translationis novae, libri quatuor*, f. 80-99.

Fini subsunt rhythmi de anima.

« In hiis versibus breviter continentur omnes opiniones an- » tiquorum, qui locuti sunt de anima ».

« Ingnem Democritus animam facit atque calorem ».
« Impar ex atomis spiritum dicit esse rotundis ».
« Idem Leucippo Pitagoraeque placet ».
« Secundum Plato numerum se praedicat esse moventem ».
« Ponit Anaxagoras intellectumque movere ».
« Empedocles cunctis animam facit ex elementis ».
« Ast Italici ponunt animam quodcumque motivum ».
« Aeera Diyones Certaditus vult esse vaporem ».
« Dixit et Alvieno immortalemque moventem ».
« Dixit Ypus aquam, Tricias putat esse ceronem ».

A principio et sub fine, quaedam, sine nexu, in Aristotelem. Manus serior scripsit initio: « Fata fo la baxe dela liga » de Venetiani con el duca de Milan, a ore 6 de note, di 1428, » di 16 avril, crià fo la paxe adì 16 maso di domenega, da puo » fata la procession dele scuole ec. e griala Vetor de Venier coman- » dador de misser lo doxe çoe misser Francesco Foscari. » Sub fine vero: « Questo libro è di Daniel Fedel, 1408 di 20 zener ».

Cod. 5 membr., saec. XIV, a. 300, l. 212 [Z. L. CCXXXIII]. B.

Aristotelis, *naturalium*, i. e:

1. *Physicorum* seu *de physico auditu, libri octo, translati de graeco in latinum*, f. 1-71.

2. *De coelo et mundo, libri quatuor, translati de graeco in latinum*, f. 72-109.

3. *De generatione et corruptione, libri duo*, f. 109-129.

4. *Meteoreorum*, seu *meteorologicorum, libri quatuor*, fol. 129-170.

5. *De anima, libri tres, ex antiqua translatione*, f. 170-194.

Sub fine, alia manu, legitur: 1389, *die* 18 *sept.*, intus vero: 17 *maii*, 1441.

6. *De sensu et sensato*, seu *sensibili, liber*, f. 195-204.

7. *De memoria et reminiscentia, liber*, f. 204-207.

8. *De causa motus animalium, secundum locum, liber*, fol. 207-215.

Liber venit quoque nominibus: *De progressu, incessu animalium*, et *de partibus incessui inservientibus.*

9. *De causa cuiuslibet motus animalium*, f. 215-220.

Libri nomen in editis: *De communi animalium motione, et de motu animalium.*

10. *De morte et vita*, f. 220-222.

Liber idem est ac *de longitudine et brevitate vitae, de longa et brevi vitabilitate.*

11. *De iuventute et senectute*, f. 222-232.

Communis appellatio est: *De iuventute ac senectute, de vita et morte* ac *de respiratione.*

12. *De sompno et vigilia*, f. 232-242.

Postillae tum marginales, tum interlineares superfluunt, si tractatus excipias num. 8, 9, 12.

Litterae initiales universi codicis diagrammatibus egregii operis conspicuae sunt.

Foliis duobus extremis morborum aliquot definitiones et medicamentorum compositiones inscriptae sunt, ut et quae se-

quuntur : « 1386, die 12 novembris. Domina Violata, filia quond.
» m. dni dni Galeatii, nec non uxor illustris et excelsi magni-
» fici dni dni Comitis Virtutum transmigravit ab hoc saeculo,
» cuius anima requiescat » — « Taddeus monacus emi apud lar-
» gum Sancti sepulchri... » — « D. magister Francischus de Ver-
» zellis, die 8 aug., die 16 sept. ».

Cod. 6 membr., saec. XIV, a. 256, l. 188 [L. VI, XLVII]. Ma.

Aristotelis *naturalium*, scilicet :

a. *Physicorum*, seu *de physico auditu, libri octo*, f. 1-67.

b. *De coelo et mundo, libri quatuor*, f. 68-115.

Postillarum marginalium magna copia est.

c. *De anima, libri tres*, f. 116-145.

d. *De generatione et corruptione, libri duo*, f. 146-166.

e. *Meteoreorum, libri quatuor*, f. 167-195.

f. *De plantis*. « Vita in animalibus et plantis inventa est... », f. 195-207.

g. *De morte et vita*, f. 207-209.

Est liber *de longitudine et brevitate vitae.*

h. *De sensu et sensato*, f. 209-217.

i. *De sompno et vigilia*, f. 217-225.

Folio extremo obverso lego: *Frater Continus de Marnate studuit fortiter*, 1348.

k. *Metaphysicorum, libri primus usque decimum et duodecimus.* « Omnes homines natura scire desiderant: signum au-
» tem est sensuum . . . », f. 226-307.

Codex belle est exscriptus, cum litteris initialibus pictis, iis folio primo adnotatis: « . . . postea reponatur aqua clara in fiala
» vitrea, valet enim contra nigredinem faciei, quae causatur ex
» adustione lunae » — « Physica Aristotelis ducati. III . . . 1440
» Joannes Marchanova, artium et medicinae doctor p. s. pec. em.
» Patavii ». Hic idem, ut ex memoria sub fine, dono dedit coenobio s. Joann. in Viridario, Patavii, a. 1467.

Cod. 7 membr., saec. XV, a. 333, l. 228 [L. VI, XXXVII]. Ma.

I. Aristotelis, *de coelo et mundo, libri quatuor.* Sub fine vero: « Completus est liber Aristotelis phylosophi in quatuor tractati- » bus super librum coeli et mundi », f. 1-31.

II. —— *de generatione et corruptione, libri duo.* « Opor- » tet nos determinare de esse generationis et corruptionis in eis » quae generantur et corrumpuntur... », f. 31-45.

Tractationi utrique sylvae seu anacephaleoses in marginibus sociantur.

III. —— *libri physicorum octo, ex translatione et cum commentis Gerardi Cremonensis.* « Quoniam dispositio scientiae » et veritatis in omnibus viis, quibus sunt principia aut cau- » sae... », f. 47-86. Desunt folia in fine.

Hanc interpretis versionem allegat cum septuaginta tribus aliis codex Vaticanus 2392, fol. 97-98: *Liber Aristotelis de naturali auditu tractatus VIII.*

Ex principio constat codicem anno 1438 Joanni Marchanova pertinuisse.

Cod. 8 membr., saec. XIV, a. 260, l. 170 [L. VI, XXIII b.]. Ma.

I. Anonymi, *in Aristotelis libros commentarii, cum initiis textus aristotelici,* nempe:

a. *Physicorum,* vel *de physico auditu, libri octo.* « Libro » physicorum praemittens prologum dicit, pro quo oportet con- » siderare primum et causas agentes... »; sub fine: « Explicit » sententia summata totius libri physicorum », fol. 1-31.

b. *Super libro meteoreorum.* « In isto libro meteoreorum » determinat Aristoteles de ipsis sermonibus factis in superiori- » bus partibus aeris... », f. 31-39.

c. *De coelo et mundo.* « Aristoteles libro de coelo et mun- » do, applicando ad spiritualia quae dicta sunt in libro physi- » corum... », f. 40-60.

Sub fine expositionis, aliena manu exscriptum: *Anno Domini* 1334, *in crastinum conceptionis beatae Mariae virginis.*

II. Fratris Alberti, de ordine Praedicatorum, *tractatus de universalibus.* « Philosophia dividitur in tres partes, scilicet in » loiçam, ethicam et physicam, seu universalem, moralem et » naturalem, de quibus, aliis duabus ad praesens omissis, de sola » physica ... », f. 60-73.

Num Alberto Magno tractatus sit tribuendus, quod amanuensis testatur, dubium est.

III. *De causis, cum commento Aristotelis.* Est textus Procli cum commento, pericopis 32 loco 38. Incipit textus : « Omnis » causa primaria plus est influens super causatum suum quam » causa secunda universalis ... », f. 74-79.

IV. Alberti Magni, *paucula quaedam, compendii modo,* in *de sensu et sensato Aristotelis.* « Quoniam autem de anima, in » isto libro de sensu et sensato determinat Aristoteles ... », fol. 79-80.

Codicem sub fine exscriptum : *Tenui pro pretio duorum florenorum auri,* Joannes de Marchanova dono dedit coenobio s. Joannis in Viridario, a. 1467.

Cod. 9 chart., saec. XV, a. 410, l. 287 [L. VI, LXXXII]. Ma.

I. Anonymi, *expositio per quaestiones in Aristotelis parva naturalia,* scilicet:

a. *De sensu et sensato, quaestiones trigintaquinque.* « Utrum » de communibus passionibus animae et corporis possit esse scien- » tia, videtur quod non ... », f. 1-35.

b. *De memoria et reminiscentia, quaestiones duodecim.* « Cir- » ca istum librum primo quaeritur utrum de futuris possit esse » scientia ... », fol. 35-47.

c. *De somno et vigilia, quaestiones viginti tres.* « Quaeritur » primo utrum de sompno et vigilia possit esse scientia, impli- » cando simpliciter de subiecto huius libri ... », fol. 47-68.

d. *De causa longitudinis et brevitatis vitae, quaestiones septemdecim.* « Quaeritur primo utrum de longitudine et brevi- » tate vitae possit esse scientia : arguitur quod non ... », fol. 68-75.

e. *De iuventute et senectute et inspiratione ac reparatione,*

quaestiones duodecim. « Quaeramus primo circa quasdam sup» positiones, quas supponit philosophus; supponit enim pri» mo . . . », f. 76-81.

f. *De morte et vita, quaestiones duodecim.* « Quaeritur pri» mo utrum scientia de morte et vita sit naturalis ... », f. 81-89.

g. *De motu animalium, quaestiones binae supra viginti.* « Circa istum librum, qui est de causa motus animalium, quae» ram et primo utrum de motibus animalium sit scientia . . . », f. 89-105.

II. Anonymi, *quaestiones in libros duos oeconomicae Aristotelis.* Occurrunt initia textus aristotelici. « Circa librum yco» nomicae Aristotelis, quem, Deo adiuvante, exposuimus, quae» renda sunt primo aliqua in communi, et primo de corpo» re . . . », f. 105-130.

Pleraeque quaestiones finiunt: *Et haec de quaestione.*

III. Magistri Bartholomaei de Brugis, *scriptum supra librum yconomicae Aristotelis libri duo,* cum initiis textus aristotelici. « Conservativum animae est eruditio. Haec propositio scribitur a » phylosopho in epistola ad Alexandrum, et declaratur tripliciter . . . », f. 130-154.

Auctor cum opus *magnae sapientiae ac nobili viro dom. dom. Abaldo de Tectano, atrebatensi canonico, ac rev. in Christo patris dom. dom. Jacobi Gaietani cardinalis nepoti* nuncupaverit, satis dedicationis littera significavit eum et opus quod antecedit elaborasse: « Cognoscens . . . . . . nil fore divinius ac melius, » nec vobis ac praedecessoribus vestris praeclaris sapientiae » dono . . ., duo volumina, unum expositionis libelli perutilis et » difficilis yconomicae Aristotelis, alterum quaestionum propria» rum eidem libro, quae, de praecepto vestro, amore permanen» tiae philosophiae, nec non propter communem studiosorum » utilitatem, cum non modico compilavi labore . . . ».

Jacobus Tomasi Caietani de Anagnia, nepos pontificis Bonifacii VIII, presbyter cardin. s. Clementis, obiit a. 1300.

IV. Alberti Magni, *expositio in libros tres Aristotelis de somno et vigilia.* « Somnus et vigilia non sunt passiones nisi » animalis . . . », f. 154-177.

V. —— *de natura et origine animae, tractatus*

duo. « De anima quidem secundum quod est perfectio corporis et » de partibus eius . . . », f. 177-195.

VI. Alberti Magni, *de aetate, sive de iuventute et senectute.* « Jam explevimus omnia quae de passionibus et operibus ani- » mae videbantur esse dicenda », f. 195-199.

VII. Index generalis, minime absolutus, omnium titulorum voluminis, f. 199-200.

Codicem, quem Joannes Marchanova *pro sua pecunia faciendum* curavit a. 1443, idem dono dedit s. Joanni de Viridario Paduae a. 1467.

Cod. 10 membr., saec. XIV, a. 330, l. 218 [Z. L. CCL]. B.

Averrois, *commenta in libros Aristotelis.*

1. *Commentum in tres de anima libros, cum textu.*

Raro occurrunt postillae variis temporibus additae.

Textus cum commentis, f. 1-70, editus Patavii anno 1472, *impensa nob. vicentini Joannis Philippi Aureliani et fratrum*, opera impressoris Laurentii Canozii, lendinariensis, folio maximo, prodiit quoque Venetiis, a. 1483, *impensa atque diligentia Andreae de Asula.*

2. *In duos de generatione et corruptione libros Aristotelis*, f. 72-86.

Nec Casiri in *Biblioth. arab.-hispana*, nec Renan in *Averroes*, operis notitiam ingerunt.

3. *De sensu et sensato.* « Virtutes quidem sensibiles quae- » dam sunt de necessitate in esse animalis . . . », f. 86-90.

4. *De somno et vigilia*, f. 90-94.

5. *Super libro de causis longitudinis et brevitatis vitae*, fol. 94-95.

6. *Tractatus de substantia orbis, qui continet quinque tractatus*, f. 95-100.

Cod. 11 membr., saec. XIV, a. 360, l. 243 [L. VI, XX]. Ma.

I. Alberti Teotonici (Magni), *super libris meteoreorum Aristotelis.* « In scientia naturali corpus mobile . . . », f. 1-24.

II. Alberti Teotonici, *de anima, libri tres.* « Omnibus quae de » corpore transmutabili et mobili, secundum locum... », f. 26-46.

III. —— *liber mineralium.* « De commixtione et » coagulatione, similiter et congelatione et liquefactione . . . », f. 47-53.

Folio 54 quaedam insunt *de splene, de colore oculorum et de coloribus multae humanitatis, de diversitate conceptionis temporis animalium, de diversitate vocis in animalibus.*

IV. —— *super libro Aristotelis de generatione et corruptione.* « Cum duae sint considerationes de mobili...», f. 55-62.

V. —— *de sensu et sensato, libri duo.* « Quoniam » de anima secundum se ipsam considerata . . . », f. 63-70.

Includuntur libri *de sensu et sensato* ac *de memoria et reminiscentia.*

VI. —— *de morte et vita.* « Probatum est in fine » primi *coeli et mundi* . . . », f. 71-72.

VII. —— *de somno et vigilia,* f. 72-77.

VIII. —— *de immortalitate animae,* f. 79-82.

Nomine *liber de natura et origine animae,* editus pluries.

IX. —— *de spiritu et respiratione, tractatus duplex.* « Multa sunt animalia . . . », f. 83-85.

X. —— *de motibus animalium.* « Tempus et » ordo expostulat . . . », f. 85-87.

XI. —— *de aetate, scilicet de iuventute et senectute,* f. 87-88.

XII. —— *de intellectu et intelligibili.* « Sicut a » principio huius operis . . . », f. 88-89.

XIII. Fratris Thomae de Aquino, *de esse et essentia,* f. 89-90.

XIV. —— *utrum liceat uti iudiciis astrorum* « Quia » petisti a me ut scriberem tibi an liceat iudiciis astrorum uti... », fol. 90.

Opusculum ad Fratrem Reginaldum, pluries editum.

XV. Alberti Magni, *de causis proprietatum electorum, libri duo.* « Quoniam autem complevimus iam communiter ea quae » de natura locorum . . . », f. 91-96.

XVI. —— *de nutrimento et nutrito,* f. 96-97.

XVII. Alexandri Aphrodisaei, *tractatus de intellectu et intel-*

lecto [ex Aristotelis institutione]. « Aristoteles intellectum tribus » modis distinguit; unus est intellectus materialis... », f. 98.

In *interpretationem Alexandri Aphrodisaei* [ann. 199-210] *de intellectu* exstat opusculum Hieronymi Bagolini veronensis, ad Joannem Baptistam Turrium veronensem, editum Veronae, a. 1516, 4.° Praefatio inc.: « Enarrationem Alexandri Aphrodisaei » de trino intellectu ex Aristotelis placitis... ».

XVIII. *De perfectione naturali intellectus.* « Post hoc autem » de perfectione animae intellectualis videtur esse agendum ... », f. 99-100.

XIX. Alberti Magni, *libellus contra eos qui dicunt quod post separationem ex omnibus animabus, non remanet nisi intellectus unus et anima una.* « Quia apud nonnullos eorum qui phi- » losophiam profitentur... », f. 100-102.

Idem est ac *de unitate intellectus contra Averroem*, et *de diversitate intellectuum*, pluries editus.

XX. —— *de natura locorum habitabilium.* « De » natura locorum tractaturi quae provenit ex habitudine loci ad » coelum... », f. 103-106.

Dicitur quoque *de natura loci ex longitudine et latitudine eiusdem provinciae.* De Alberti Magni operibus codicibus 8-9, 11-14 confer quae *biblioth. ms.*, t. IV, p. 50-52, 130, scripsi.

XXI. Fratris Thomae Aquinatis, *super secundo sententiarum.* « Primo quaeritur utrum sit tantum unum principum ... », fol. 107-128.

Folio 129, pluribus erasis, legitur: « ... exscriptus per me, » a Marsilio de Carrara........ decem ducatorum auri, de quo » habui optimum forum, considerando libri utilitatem et ope- » rum multitudinem ». Joannes Marchanova testamento reliquit coenobio s. Joannis in Viridario, a. 1467.

Cod. 12 chart., 1435-1442, a. 413, l. 288 [Z. L. CCXCI]. B.

I. Alberti Magni, *expositio super libris Aristotelis de anima*, sine initiis textus, f. 1-79.

II. —— *super libros meteorcorum quatuor Aristotelis*, f. 81-195.

Finit liber secundus: « Expletus Senis, die 20 februarii » 1435. Burgius scripsit ». Tabula operis universi occurrit fol. 118-121. Folio extremo legitur: « Explicit feliciter...... hora 16.ª die 13.ª aprilis, 1443 ».

III. *Libellus seu tractatus aureus Averrois commentatoris, de substantia orbis summi per totum notandus*, f. 200-204.

Appellatus quoque *de compilatione coelesti.*

Sub fine: « Explicit liber Averrois, *de substantia orbis*, in » quo maiores difficultates philosophicae sunt tactae ».

A principio occurrit exemplum epistolae adulterinae Lentuli in Judaea iudicis, senatoribus Romae, de Jesu Christo.

Cod. 13 membr., saec. XV, a. 374, l. 269 [Z. L. CCXCII]. B.

I. Alberti Magni, *expositio super libro Aristotelis, de coelo et mundo.* Libri quatuor. « De coelo et mundo in hoc se» cundo libro nostrarum naturarum loqui cupientes... », fol. 1-101.

II. —— *de causis proprietatum electorum, libri duo*, f. 102-123.

III. —— *de natura loci ex longitudine et latitudine eiusdem provinciae*, f. 124-140.

IV. —— *de morte et vita tractatus*, *et de longitudine et brevitate vitae*, f. 140-147.

V. —— *expositio in libros Aristotelis duos, de generatione et corruptione*, f. 147-175.

Codex, cum litteris initialibus auropictis, habet a principio insignia Bessarionis cardinalis.

Cod. 14 membr., saec. XV, a. 373, l. 265 [Z. L. CCXC]. B.

I. Alberti Magni, *commentarius super libris tribus Aristotelis, de anima*, f. 1-85.

II. —— *in duos Aristotelis libros de sensu et sensato*, ac *de memoria et reminiscentia*, f. 85-121.

In aliis codicibus ut et in editionibus duo libri singulatim excussi sunt.

III. Alberti Magni, *expositio librorum meteoreorum Aristotelis quatuor*, f. 121-224.

IV. —— *mineralium libri quinque*, f. 224-252.

V. —— *de natura et origine animae*. « De anima » quidem secundum quam est perfectio corporis.... », f. 253-273.

Liber etiam appellatus *de generatione et statu animae secundum naturam*, et *de immortalitate animae*.

VI. Alexandri Aphrodisaei, peripatetici, *de intelligentia et intellectu, secundum sententiam Aristotelis, translatus de graeco in arabicum*. « Dixit Alexander quod intellectus apud Aristotelem » est tribus modis unus . . . », f. 273-277. Videntur addita verba *Dixit Alexander quod* . . .

VII. Alberti Magni, *contra unicum intellectum*, f. 277-288.

Tractatus quoque appellatus *de unitate intellectus contra Averroem*, et *libellus contra eos qui dicunt quod post separationem ex omnibus animabus, non remanet nisi intellectus unus et anima una*.

VIII. —— *de spiritu et respiratione, libri duo*, fol. 289-300.

IX. —— *de motibus animalium, libri duo*, fol. 300-313.

X. —— *de principiis motus processivi* seu *de motu processivo, vel de motibus progressivis, liber*. « Generaliter autem intelligendum est quod animalia habentia motum . . . », f. 313-326.

XI. —— *de somno et vigilia*, f. 326-354.

Liber tertius *de divinatione*.

XII. —— *de morte et vita et de longitudine et brevitate vitae*, f. 354-363.

XIII. —— *de aetate sive de iuventute et senectute*, f. 363-368.

XIV. —— *de intellectu et intelligibi*, f. 368-381.

Liber secundus est *de perfectione naturali intellectus*.

XV. —— *de nutrimento et nutrito*, f. 381-386.

Codicis egregie scripti, cum prima tantum littera initiali auropicta, indicem a principio dedit sua manu Bessarion.

Cod. 15 membr., saec. XIV, a. 330, l. 237 [L. VI, XXIII*]. Ma.

I. Alberti Magni, *in librum physicorum seu physici auditus commentarius.* « Intentio nostra in scientia naturali est satisfa- » cere pro nostra possibilitate fratribus ordinis . . . », f. 1-78, 83-108.

II. S. Thomae Aquinatis, *de aeternitate mundi* [contra murmurantes]. « Supposito secundum fidem catholicam mundum » non fuisse ab aeterno, sicut quidam philosophi errantes posue- » runt . . . », f. 78-80.

III. Alberti Magni, *in librum de generatione et corruptione, Aristotelis,* cum initiis textus aristotelici, f. 109-132.

Codicem, *quem sua pecunia emit Bononiae*, a. 1457, Joannes Marchanova, dono dedit coenobio s. Joannis in Viridario Paduae, a. 1467.

Cod. 16 chart., a. 1443-1444, a. 432, l. 290 [L. VI, XXIV]. Ma.

I. Eiusdem, *in libros physicorum Aristotelis.* Libri octo, fol. 6-191.

Fol. 191-194 occurrit index *libri physicorum* ut et proxime insequentis *de generatione et corruptione.*

II. —— *in libros duos Aristotelis de generatione et corruptione,* cum initiis textus aristotelici, f. 195-224.

Subest rhythmus ex historia naturali et hygiene.

« Haec lapidem frangunt: scolopendria, genaque solis,
» Abrotanum, nitrum, saxifragia, squilla, lupinum,
» Ircinus sanguis, sparagus, pulvisque cicadae,
» Ius ciceris, cipperi et petroxillinus uterque.
» Mingere si bene, communia semina iunge ».

III. —— *in libro tres Aristotelis de anima,* cum initiis textus aristotelici et indice in fine, f. 225-314.

Librarius qui codicem universum exaravit a die 23 novembris 1443 ad 23 augusti 1444, in domo dom. Bartholomaei de Lambertanis, haec in fine expositionis librorum *de anima* adiecit: *Finis commenti profundissimi Alberti Magni super libro de*

anima, quem scripsi ego Joannes Abioxius de Bagnacavallo, Bononiae studens in artibus, sub egregio ac famosissimo artium doctore, nec non sacrae paginae professore magistro Gaspare de Sancto Joanne, comitatus Bononiae, ordinis Praedicatorum, et hoc 1444, *die* 23 *augusti, (anno quarto studii mei) quo tempore comes Franciscus de Cutignola habuit victoriam in quodam castello dicto Monte Ulmo, in quo captus fuit Franciscus Picininus et multi alii ex suis, et destructi sunt omnes sui tam pedestres quam equestres: hoc vero die Bononienses habuerunt novam de supradictis.*

VI. Eiusdem, *in tres de sensu et sensato tractatus Aristotelis*, f. 315-340.

V. —— *in tractatus duos Aristotelis de memoria et reminiscentia.* « Reliquum autem considerandum est de memoria, » cum agamus de communibus . . . », f. 341-347.

Codex habet omnes litteras initiales librorum auro pictas.

Cod. 17 membr., saec. XIV, a. 320, l. 220 [L. VI, CII]. Ma.

I. Joannis de Janduno, *quaestiones in sermonem Averrois, de substantia orbis.* « *In hoc tractatu intendimus* ec. Liber iste » qui intitulatur *de substantia orbis*, dividitur in prooemium et » execucionem . . . », f. 1-23.

Opus prodiit Venetiis, ann. 1488, 1496, 1501, sub forma folii.

II. *Quaestiones litterales super omnes libros physicorum Aristotelis, secundum fratrem Gratiadeum Aesculanum, ordinis fratrum Praedicatorum.* « Sicut dicit philosophus in sexto meta» physicae, tres sunt partes philosophiae speculativae, videlicet » physica, moralis et mechanica . . . », f. 34-97.

De Joanne de Janduno et fratre Gratiadeo Aesculano vide Valent. *biblioth. ms.*, t. IV, p. 54-56.

Codicem Joannes Marchanova obtulit coenobio s. Joannis de Viridario, a. 1467.

Cod. 18 chart., saec. XIV, a. 413, l. 284 [L. VI, CCXVIII]. Ma.

I. Alberti de Saxonia, *quaestiones super libris octo physicorum Aristotelis.* « Circa primum librum physicorum, quaeritur » a magistro Alberto de Saxonia, utrum scientia naturalis tra» ctet de mobili... », f. 1-110.

Sub fine tertii libri legitur: *anno Domini* 1395, *in vigilia sancti Jacobi;* sub fine quinti: *Et sic est finis quaestionum quinti libri physicorum, magistri Petri de Veneciis.* Quaedam quaestiones finiunt verbis: *Laurentius — Finit quaestio in die s. Laurentii — Magister Petrus hora terciarum — In vigilia Assumptionis Mariae — Est magistri Petri — Hic liber est magistri Petri de Veneciis — Rationes solutae — Alberto teste episcopo haluerstadiensi* [halberstadiensi]. Ante titulorum indicem legitur: « Expliciunt quaestiones super omnes octo libros physi» corum, compositae per magistrum Albertum de Saxonia, Pa» risiis disputatae », postea vero: « Expliciunt tituli quaestio» num omnium octo librorum physicorum, scripti in Padua per » Angelinum, pro magistro Petro de Veneciis... ».

II. —— *quaestionum super totum* [*libros tres*] *de coelo et mundo Aristotelis, quas conscripsit Parisiis magister Albertus episcopus halberstadiensis, dioeceseos in Saxonia.* « Ari» stoteles in libro *de coelo et mundo,* qui est secundus in ordine » librorum naturalium de totali mundo... », f. 111-176.

Sub fine, loco verborum expunctorum *magistri Joannis a Limnasiis venet.,* legitur: *ser Joannis Petri de Fuscutiis de Urbino.* Quaestiones Venetiis excusae a. 1497.

III. *In Gentilis a Fulgineo tractatum de partu et temporibus partus, secundum sententiam physicorum maiorum a Graecis arabibus.* « Tria autem nobis declarat praesens tractatus, primum » non est unius horae determinati temporis in partu cum gene» ratione... », f. 177-178.

Gentilis de Fulgineo, Joannis papae XXII archiater, defunctus est Perusiae, a. 1348.

Utriusque operis titulos exornant picturae in margines digredientes, ut et primi marginem inferiorem tria stemmata gentium mihi ignotarum.

Cod. 21 chart., 1451, a. 293, l. 216 [L. VI, CXXVII]. Ma.

Pauli Veneti, *expositiones in libros Aristotelis naturalium*. Has nomine vario: *philosophiam naturalem, summam philosophiae, summam totius philosophiae, summam, summulas*, sex partibus distributas, ordine eodem ac in nostro codice, ex proprio auctoris originali, publici iuris fecerunt a. 1476, Io. de Colonia de Venetiis et Christophorus Valdarfer ratisponensis, Mediolani.

a. *In octo physicorum libros*. Praefatio inc.: « Plurimorum » abstrictus precibus, quorum pridem meae introductionis elo- » quium in facultatem loicae mentes vulserat ... ». Sub fine: « *Explicit physica .... quam scripsi ego Lambertus Neerden de* » *Almania, a. dom.* 1451, *mensis madii die quinta* », f. 1-39.

b. *De coelo et mundo, pars utraque*. Prooemium inc.: « Fi- » nita parte prima, in qua de motu agitur in communi, iam ad » motus speciales ... », f. 39-60.

c. *De generatione et corruptione*. Prooemium inc.: « Tra- » ctaturus de generatione et corruptione, per actionem et passio- » nem qualitatum ... », f. 60-84.

d. *Methaurorum* [*Meteoreorum*, seu *meteorologicorum*]. Prooemium inc.: « Necesse est mundum hunc inferiorem esse conti- » nuum superioribus latioribus, ut omnis virtus eius guberne- » tur ... », f. 84-116.

e. *De anima, in Aristotelis libros tres de eadem*. Prooemium inc.: « Quoniam scientia de anima est de numero bonorum » honorabilium .... », f. 117-168.

f. *Metaphysicae*. Prooemium inc.: « Naturalium pars ultima » difficultates metaphysicas summatim colligendo ab esse et es- » sentia ... », f. 169-230.

Capitula cuiusque tractatus puto seriem lectionum in archigymnasio patavino vel Venetiis quoque traditarum, eo magis quod sub fine quandoque legatur: *Magister Paulus*. In quorum contextu non tantum textus, verum etiam initia pericoparum Aristotelis desiderantur.

Folio primo haec inscripta:

« Quisquis Aristotelis divina volumina tandem
» Vult bene vel fragili credere memoriae,
» Saepius ista legat, brevibus quae Paulus in unum
» Congessit miris sedulus ordinibus.
» Nam quid quisque velit primum sibi terminus ipse
» Declarans, cunctos edocet arte modos.
» Subditur his postquam semper semperque quaterna
» Conclusio; certa quam ratione probet.
» Fortia praeterea totidem argumenta sequuntur,
» Quae solvit signis omnia disparibus.
» Hic igitur primo physicas complectitur artes,
» Ut quid sit proprio mobile principio.
» Post ubi res moveatur, habet quaecumque secundus
» Attribuens causas unicuique suas ».

Extremo vero repetita inscriptio: « Finitum sub anno Dom. » nostri Jesu Christi M. CCCC, LI, die XVI mensis octobris, ex- » scriptum per me Lambertum Nierden de Alemania ».

Cod. 22 chart., 1436, a. 292, l. 213 [Z. L. CLXX]. Ma.

I. Eiusdem, *summa totius philosophiae naturalis*, f. 1-153.

Deest tractatus metaphysicae, sub fine. Libro *physicorum* absoluto, scripsit amanuensis, f. 40 : *Explicit summa ..... anno Domini* 1436, *in octava sacramenti.*

« Hanc scripsit iuvenis magnoque labore Iohannes.
» Istam vi magna potuit acquirere partem ».

Sub fine libri *de coelo et mundo: Explicit secunda pars summae ... finita per me Iohannem de Brabantia, anno Domini* 1436. Sub fine cuiusque libri amanuensis notat:

Hic spatium detur, nullus defectus habetur.

II. Caietani Thienaei, *quaestiones philosophicae duodecim*, f. 153-178. Singularum dedit argumenta initio codicis Ioannes Marchanova qui volumen a. 1438 Patavii emptum, testamento reliquit coenobio s. Io. in Virid. a. 1467. Sub fine legitur: « E- » dita per me Gaietanum de Thienis, dum Paduae legerem phy- » losophiam ».

Earum tres tantum impressas reperio, sine nota urbis, typo-

graphi, anni, foliis quinque, sub initio saeculi decimisexti; nempe 3.am *Utrum sensibilia communia sint sensibilia per se ;* 10.am *Utrum intellectus humanus sit perpetuus ;* 11.am *Utrum pro sensatione causanda oporteat ponere sensum agentem.* Hos item tractatus tres tantum recenset Tomasinus in *Biblioth. canonic. regular. lateranens. s. Ioannis in Viridario* passim, quod eo magis stupeo, cum hic codex eidem s. Ioannis in Viridario bibliothecae pertinuerit; quanquam librum, tempore Tomasini, bibliothecae deesse suspicor, ob notam extremo folio additam: « Hunc » librum emi ego Franciscus Marinus, venetus artium doctor, » dum essem Paduae, a suprascriptis canonicis regularibus... » ....., cum multis aliis codicibus non servatis cum propriis, » 1469 » (1).

Thienaeus ex loco ortus [1387] *Caietanus* dictus, Neapolis et Patavii institutus, in huius archigymnasio, quadraginta annorum spatio [1423-1465] philosophiam tradidit. Eius opera partim edita, partim manuscripta in bibliotheca nostra et Sancti Antonii de Padua servantur (2); haec ab auctore vivente dono data a. 1461; illa testamento relicta a. 1466.

Cod. 23 chart., saec. XV, a. 288, l. 217 [L. VI, CCXXIII]. B.

Pauli Veneti, *philosophia naturalis.*

Insunt tantum tractatus *in octo libros physicorum, de anima, metaphysicae.* Pars prima, fol. 1-30, una manu exscripta, haec habet ad finem: « Explicit prima pars summae naturalium » acta per magistrum .... edita anno Domini 1408, ipso » provinciali ». Reliquum codicis, f. 35-133, manu alia, puto, anteriori, sub fine inscribitur: « Explicit ultima pars summae » naturalium, compilatae per solemnissimum artium et sacrae » theologiae doctorem... *provincialem benemeritum* ».

(1) *Biblioth. ms*, I, 87.

(2) Minciotti Luigi. *Catalogo dei codici mss. esistenti nella biblioteca di s. Antonio di Padova.* Padova, Minerva, 1842, p. 96-97.

Cod. 24 membr., saec. XV, a. 336, l. 243 [L. VI, CXXV]. B.

Eiusdem, *summa totius philosophiae.* Tractatus eodem ordine quo in codice praecedenti distributi sunt, nisi quod *liber meteoreorum* ultimo loco, f. 240-273, collocatus sit. Index generalis habetur fol. 274-277.

Codicem nitore conspicuum, iussu Bessarionis exscriptum censeo, cuius et gentis insignia primo folio occurrunt auro picta. Litterae quoque cuiusque tractatus initiales, puerulis, frondibus, floribus, ac ornamentis variis aeque pictis. Non infrequentes sunt postillae marginales graecae, manu Bessarionis, qui loca Aristotelis graecorumque interpretum passim adscripsit, et Paulum Venetum nonnunquam refutavit.

Cod. 25 chart., saec. XIV, a. 289, l. 210 [Z. L. CCLVI]. B.

I. Eiusdem, *in octo libros physicorum Aristotelis*, cum principiis particul. Aristotelis, f. 1-36.

II. —— *in Aristotelis de anima libros tres* expositionis prologus. « Tanta litterarum scientiae est amplissima gloria, » ut sempiterna atque immortalis humana intelligentia... », finit: « Sequitur nunc pars executiva. Principium autem: *Quoniam...* », f. 42-63.

Partem hanc operis *de anima,* puto anecdotam.

III. —— *in Aristotelis de anima libros tres expositio,* sine principiis. Capitula quadraginta duo, f. 54-122.

Etsi diversum principium, materies est eadem ac in textu impresso.

Folio extremo: « Explicit quinta pars scientiae naturalis, » acta per excellentissimum arcium et sacrae theologiae magi» strum Paulum de Veneciis, ordinis fratrum heremitarum sancti » Augustini — Henricus de Noviomagio scripsit ». Identidem in textu: *Martinus Hoyto, Durandus Rubens, Mathas.* — Sub fine, manus serior inscripsit: *Consignatus ad masseriam communis Mantuae, die XXII iunii* 1430. *Bartholomaeus de la misericordia subscripsi.*

Cod. 26 chart., saec. XV, a. 290, l. 212 [L. VI, XCIX]. Ma.

Philosophia fratris Ioannis Cronisbeni, ordinis fratrum Praedicatorum, cum metaphysica.

Habes compendium phylosophiae naturalis et metaphysicae aristotelicae, cuius partes eodem modo ac ab Aristotele distributae sunt. Cuique operi textus aristotelici principia praeeunt.

a. *Physicorum, libri octo.* « Philosophia naturalis docet de » ente naturali : ens autem naturale est quod habet in se . . . », fol. 1-18.

b. *De generatione et corruptione, libri duo.* « Quemadmo- » dum enim videmus ens sive substantiam corrumpi et genera- » ri . . . », f. 18-23.

c. *De anima, libri tres.* « Scientia autem de anima propter » utrumque istorum primitus est quaerenda . . . », f. 23-39.

d. *Meteoreorum, libri quatuor.* « Reliquum autem est nunc » considerare de iis quae generantur in alto . . . », f. 39-63.

e. *De sensu et sensato.* « Sunt autem talia quae sunt conve- » nientia animae et corpori, puta sensus et memoria... », f. 63-70.

f. *De memoria et reminiscentia.* « Reminiscentia vero re- » vocatio intentionis illius ad memoriam . . . », f. 70-72.

g. *De coelo et mundo, libri quatuor.* « Natura enim constan- » cium, haec quidem sunt corpora, sicut elementa prima . : . », » f. 73-92.

h. *De proprietatibus elementorum.* « Est igitur inter ele- » menta infimum terra et gravissimum frigidum . . . », f. 92-95.

i. *De vegetabilibus et plantis.* « Oportet autem inquirere u- » trum habeant animam et virtutem desiderii . . . », f. 95-100.

k. *De somno et vigilia.* « Adhuc autem quid est somnium et » propter quam causam dormientes alii somnient... », f. 100-105.

l. *De causa longitudinis et brevitatis vitae.* « Item, utrum » illa quae sunt longaeva, sicut magis debilia . . . », f. 105-106.

m. *De iuventute et senectute.* « Quae autem et quot sint » partes animae et virtutes . . . », f. 106-107.

n. *De respiratione et expiratione.* « Adhuc omnia alia ani- » malia respirare . . . », f. 107-108.

o. *De morte et vita.* « Est autem mors et corruptio omni- » bus propter calidi alicuius defectum . . . », f. 108.

p. *De motu cordis.* « Saltus quidem igitur fit cum constrin- » gitur calor cordis propter refrigerationem . . . », f. 108-109.

q. *De mundo.* « Est igitur mundus constitucio ex coelo et » terra . . . », f. 109-110.

r. *De motu animalium.* « Nunc autem considerandum est » de primo principio omnium motuum aliorum.... », f. 110-111.

s. *De causis.* « Cum ergo removetur causa secundaria ... », f. 111-120.

t. *De prima philosophia,* seu *metaphysica, libri duodecim.* « Omnis autem homo naturaliter suam perfectionem desiderat... », f. 120-167.

Quaetif et Echard in *Scriptores ordinis Praedicatorum* I, 902, nomen auctoris ex fide huius codicis repetentes, scribunt: « Qui fuerit et qua aetate vixerit, disquirant curiosi, quibus » codicem inspicere licet ».

Codex inscriptus: *Iste liber est monasterii sancti Salvatoris de Venetiis,* coenobio s. Ioannes de Viridario pertinuerat, ex cognatione monasteriorum Canonicorum regularium s. Augustini.

Cod. 27 chart., saec. XVI, a. 215, l. 150 [Z. L. CCXLIII]. E.

I. *Epitome operis Aristotelis, de physica auscultatione,* a libro secundo ad textum trigesimum tertium libri octavi. « Sco- » pus est distinguere illa quae sunt ab arte ab illis quae sunt ob » alias causas . . . », f. 1-19.

II. *Conclusiones ex libris Aristotelis primo et secundo de anima.* « In primo contextu proponit dignitatem rei tractandae, » tum ex certitudine demonstrationis . . . », f. 22-37.

III. *Digressio num intellectus voluntate praestantior facultas sit.* « Primus veritatis naturalis magister Aristoteles qui ni- » hil sine vehementi ratione motus . . . », f. 53-72.

Omnia, una manu exscripta sunt, sine nomine auctoris, qui ceterum quantum stylo ornatiori praestet, operis extremi conclusio apprime demonstrat: « Haec sunt quae in tam perdifficili et » arduo quaesito, de quo in nostrae militiae coriphaeos contro-

» vertitur, mihi dicenda videntur, et tam vastum atque difficul-
» tatibus plenum pelagus ingressi, portum iam nostra quamvis
» levissima cymba laeti attigisse conspicimus ...... Nec ista
» scripsimus ut alios ipsi rudes doceremus, sed ut magis ad ve-
» riorem, si veram nos minus attigerimus, candidioremque pro-
» positae dubitationis, in quo multi doctissimi viri, in quorum
» comparatione elinguis sum, invigilarunt ac desudarunt, iuxta
» veritatis dogmata, solutionem indagandam perspicatiora inge-
» nia excitaremus ».

Cod. 28 chart., 1596-1597, a. 202, l. 150 [L. VI, LXX]. Ma.

Caesaris Cremonini, *tractatus varii philosophici*, scilicet:

a. *Paraphrasis* [in duos Aristotelis libros] *de generatione et corruptione.* Prooemium inc.: « Hactenus de motu locali omnium » motuum ... », f. 1-117. Paraphrasim excipiunt, qua mantissa, *dubia quaedam circa statutas elementorum formas contingentia,* fol. 117-120. Sub fine legitur: 8.ª *augusti, a restaur. sal. hum.* 1597.

b. *Compendium in quatuor meteorologicorum Aristotelis libros.* « Post duos libros de generatione et corruptione ... », fol. 123-244.

Folio 142 post extremam librii terti partem, legitur: « Haec de libro tertio meteorologicorum, 11 die iulii, anno » 1596 ». Fol. 226: « Et haec satis dicta sint ante festum » paschatis ».

c. *Compendium trium librorum Aristotelis de anima.* Prooemium inc.: « Bonorum et honorabilium notitiam opinantes ... », f. 249-363.

Sub fine legitur: « Absolutum est opus die 22 augusti, a. » 1596 ».

d. *In sensus particulares paraphrasis.* « De sensibus par- » ticularibus dicturi incipiemus a visu ... », f. 367-425. Fini subiungitur: « 29 augusti, anni a virgineo partu 1597 ».

e. *Paraphrasis in sensum communem appellatum ac alios sensus internos.* « Explicatis sensibus particularibus, ante quam » ad sensum communem ... », f. 426-457.

Sub fine: 9 *septembris*, 1597, *W. clar. dom. Caes. Crem. W. perpetuo W.*

f. *Brevis complexio totius metaphysicae disciplinae Aristotelis.* Prooemium inc.: « Cum nihil veniat in intellectum quod » non aliquo modo ... », f. 460-489.

Finit auctor: « Ad tocius naturae authorem Deum optimum » maximum transitum faciamus, quem quia in hac vita non » nisi in umbris cognoscimus, faxit sua divina maiestas ut, post » hanc vitam pie sed sancte transactam, inter coelestes incolas » assumpti, ipsius glorioso cultu intellectum et omnia desideria » nostra expleamus. Omnia vero nostra scripta s. r. e. diiudi» canda submitto et peritissimis viris. V. T. D. B. Q. V. M. ac » Sanctis omnibus laus, honor et gloria, amen. Absolvimus 28 » die augusti, anno Dom. 1596, vesperi circiter hora 22 ».

Cod. 29 chart., saec. XVII, a. 293, l. 200 [L. VI, CLXXVIII]. Yc.

I. Eiusdem, *expositio in librum de memoria et reminiscentiâ* [Aristotelis]. « De memoria autem cum intentionem et scopum » huius libri declarant verba praedicta cum illis quae sequun» tur ... », f. 1-66.

Lectiones viginti tres in archigymnasio patavino habitae.

II. —— *explanatio in librum de somno et vigilia* [Aristotelis]. « De somno autem et vigilia cum ... Argumentum hu» ius operis quod vocant subiectum est satis manifestum ... », f. 67-119.

Lectiones septemdecim in eodem archigymnasio habitae.

III. *Summa dictorum Caesaris Cremonini de memoria et reminiscentia.* « Post tractatum de sensu et sensibili, reliquum » est ut sermo fiat ... », f. 120-144.

Compendium lectionum viginti trium.

IV. *Summa dictorum in librum de somno et vigilia.* « Sermo » est de somno et vigilia et intercedentibus de somnio et vigi» lia ... », f. 145-159.

Compendium lectionum septemdecim.

Cod. 30 chart., saec. XVII, a. 290, l. 193 [L. VI, CLXXXIX]. Yc.

Caesaris Cremonini, *varia in Aristotelem.*

a. *Explicatio libelli de longitudine et brevitate vitae.* « Tra-» ctatio quae fuit habita de anima, est nobis norma dispenendo-» rum ... », f. 2-35.

Lectiones decem.

b. *Expositio libelli de iuventute, et senectute, vita, morte et respiratione.* « De iuventute autem ... Sunt aliquae considera-» tiones propter litteram ... », f. 36-130.

Lectiones vigintiquinque.

c. *Considerationes super dicta parvorum naturalium.* « Ex-» plicavimus ad litteram Aristotelem in libris de longitudine ... », f. 131-181.

Lectiones duodecim.

d. *De longitudine et brevitate vitae summa.* « Ordo librorum » ad quamlibet animae speciem attinentium .... », f. 183-185.

Compendium decem lectionum.

e. *De iuventute, senectute, vita, morte et respiratione.* « A-» nimal proprie vivit solum cum potest exercere ... », fol. 186-201.

Compendium lectionum vigintiquiuque.

f. *Summa considerationum super dicta parvorum naturalium.* « Quaeritur utrum eadem criteria quae longae vitae ... », f. 202-214.

Compendium duodecim lectionum.

Cod. 31 chart., saec. XVII, a. 294, l. 200 [L. VI, CLXXXV]. Yc.

Eiusdem, centensis, *expositiones in libros Aristotelis.*

a. *Explicatio libelli de somniis.* « Post hoc autem quaeren-» dum est de somniis. In principio huius operis Aristoteles pro-» ponebat ... », f. 1-36.

b. —— *libelli de divinatione per somnium.* « De di-» vinatione. Antea enim dictum est de somno et vigilia ... », f. 37-54.

Lectiones septem.

c. *Explicatio libelli de sensu et sensibilibus.* « Quoniam au-» tem de anima secundum se ipsam. Cum pro introductione ex-» plicationis . . . », f. 56-194.

Lectiones quadragintaquinque.

d. *Summa dictorum Caesaris Cremonini in libellum de somniis.* « Post tractatum de somno et vigilia, agendum est . . . », f. 196-207.

Lectiones undecim, ut litt. **a**, habitae sunt per compendium.

e. *Explicatio libelli de divinatione per somnia.* « Explicatis » somno et somnio, superest dicere de divinatione . . . », fol. 208-214.

Lectiones item septem, ut litt. **b**, compendio exhibitae.

f. *Summa dictorum Caes. Cr. de sensu et sensibili.* « Post » tractatum de substantia et natura animae, agendum . . . », fol. 215-259.

Lectiones pari modo quadragintaquinque, ut litt. **c**, tamen quasi per regesta.

Cod. 32 membr., saec. XIII, a. 272, l. 197 [L. VI, XXXVI]. Ma.

Aristotelis, *physicorum*, seu *de physico auditu*, *libro octo.* « Quoniam quidem intelligere et scire contingit circa omnes » scientias, cum ratione quarum sunt principia et causae . . . ».

Emendationes frequentius occurrunt, seriori manu eius qui sub fine scripsit : *liber bene correctus de auditu.*

Codex, folior. 102, in quorum extremo occurrit *tabula signorum*, unde liquet *in quo signo sit luna.*

Cod. 33 membr., saec. XIV, a. 320, l. 240 [L. VI, XLVIII]. Ma.

Eiusdem, *physicorum* seu *de physico auditu, libri octo.*

Amanuensis scripsit sub fine : *Dextera scriptoris benedicta sit omnibus horis.*

Codex, folior. 49, cum pluribus postillis marginalibus et versionis emendationibus interlinearibus, habet spatiola litteris initialibus appingendis parata.

Cod. 34 membr., saec. XIV, a. 345, l. 260 [L. VI, CCXLVI]. Ma.

Eiusdem, *physicorum libri octo, cum commento Averrois.* « Intencio mea est in hoc opere glossare librum Aristotelis, qui » dicitur *auditus naturalis* ».

Pictor miniarius, colore rubro annotatis litteris initialibus, titulis ec., semper textui praeposuit: *dicit Aristoteles;* commento: *dicit commentator.* Opus editum est Patavii, a. 1472, folio maximo, *impensa vicetini Ioannis Philippi Aureliani et fratrum, opera et ingenio Laur. Canozii, lendinar. impressoris.*

Codicem folior. 172, cuius initio prooemium Averrois alia manu exscriptum, possederat anno 1440 Ioannes Marchanova, *pecunia sua emptum* Venetiis, coenobio autem s. Ioannis in Viridario Paduae dono dedit a. 1467. A Gallis Parisios delatum nuntiat signum inscriptum *Bibliothèque nationale.*

Cod. 35 membr., saec. XV, a. 416, l. 260 [Z. L. CCXLVII].

Eiusdem, *physicorum libri octo, cum commento Averrois.*

Codex, folior. 122, non una manu exscriptus, habet postillas veteres et recentiores, ac initiales fere omnes minutatim depictas.

Codd. 36-37 chart. saec., XV, a. 434, l. 287 [L. VI, CIII-CIV]. Ma.

Expositio commentariorum Averrois in libros octo physicorum Aristotelis, secundum Ioannem Marchanovam, doctorem artium et medicinae patavinum, cum principiis capitulorum Averrois. « Liber iste prima sui divisione dividitur in partes duas, » quarum prima commentator exponit prooemium . . . ».

Emendationes et annotationes, manu auctoris, ut videtur, accedunt: operis autem nemo eorum, qui de Marchanova scripsere, mentionem fecit. Scripti codices sunt Bononiae anno 1456, et posterior quidem manu Alardi Ioannis de Hollandia.

Ioannes de Marchanova, venetus, anno 1440 artium et medicinae lauream Patavii adeptus, in eo archigymnasio philoso-

phiam docuit, usquequo Bononiam paululum se transtulit, unde rediens obiit Patavii, a. 1467.

Codices, foliorum summatim 580, auctor a principio declaravit anno 1456 Bononiae *pro sua pecunia faciendos* curasse: idem coenobio s. Ioannis in Viridario legavit.

Cod. 38 membr., saec. XV, a. 387, l. 269 [Z. L. CCXCVI]. B.

Fratris Alberti Magni, *super libros physicorum, Aristotelis, expositio.* « Intencio nostra in scientia naturali est satisfacere » pro nostra possibilitate fratribus ordinis . . . ». Folio extremo 240 legitur: « Expliciunt libri physicorum, secundum fratrem » Albertum, qui totus per consequens ».

Codex, ad normam exscriptus, conspicuus est prima littera initiali, ornamentis frondescentibus, et insigniis familiae, quam puto Mudatio, cum libro nigro in campo viridi, etsi colores minime conveniant.

Cod. 39 chart., 1465, a. 412, l. 292 [L. VI, XXV]. Ma.

Eiusdem, *physicorum libri octo, secundum Aristotelem.*

Codex folior. 136, cum littera primi libri initiali auro picta et insigniis familiae anonymae [forte venetarum Grego, Pisani, Sanudo, Zane], sub fine inscriptus: « Explicit octavus liber physicorum secundum fratrem Albertum, et totus scriptus per Iaco» bum de Muratis de Martinengho, de anno 1465 ». Manu recentiori additum: *Liber domini magistri Christophori de Martinengo.*

Cod. 40 membr., saec. XV, a. 389, l. 260 [Z. L. CCLII]. B.

I. *Glossae fratris Thomae de Aquino, super libro physicorum.* Libri octo. « Quia liber physicorum, cuius expositioni in» tendimus, est primus liber scientiae naturalis . . . », f. 1-57.

Sub fine: « Explicit sententia super librum physicorum, se» cundum fratrem Thomam de Aquino, ordinis fratrum Praedi» catorum, quam sententiam scripsit Ioàchim de Brixia, et sunt » octo quinterni et unum folium ».

Cod. 45 chart., 1445, a. 220, l. 148 [Z. L. CCLIV]. B.

Mag. Pauli de Venetia, *epitome librorum physicae auscultationis*, seu *super libro physicorum Aristotelis, et in eosdem quaestiones*. « Plurimorum astrictus precibus, quorum pridem meae » introductionis eloquium in facultate loycae mentes demulserat... ». Finit: « Explicit prima pars summae naturalium magistri Pauli Veneti, ordinis Heremitarum, per me fratrem Paulum de Lucha, ordinis Minorum M.CCCC.XLV, Venetiis, hora V. » noctis, in vigilia Angelorum de mense septembris ».

Codex foliis 72 absolvitur.

Cod. 46 chart., saec. XV, a. 404, l. 288 [L. VI, CXXIV[b]]. Ma.

Eiusdem, *in libros physicorum, Aristotelis*.

Est volumen operis alterum, continens expositionem valde promissam in libros V-VIII, cum initiis textus aristotelici : ideo inscribitur : *secunda pars super libro physicorum*. Textus voluminis primi desideratur, cum caeteri *de libro physicorum* codices, continenti sermone afferrantur.

Operis universi editionem, etsi minime iuris publici factam mihi constet, meditatum fuisse fratrem Jacobum Baptistam de Aloysiis, ravennatensem, post opus eiusdem *de constitutione mundi* ab eo prolatum cod. sexagesimo septimo monet documentum, quod ex tabulario generali veneto [*Notatorio Collegio*, 1489-1498, f. 174] per fragmenta profero : « 1498, die 29 iulii. Serenissimo principi. Humiliter supplica il fedeliss. servitor di » vostra sublimità fra-Jacomo Baptista di Aloysi, cittadin vostro di Ravenna, dell' ordine di s. Stephano di questa inclita » città di Venetia, lector al presente in dicto monasterio. Cumciosiachè esso supplicante .... Essendoli al presente pervenuta alle man una utilissima e di gran dottrina opera di » Paulo Veneto, della patria nostra vero splendore, *sopra la Phisica di Aristotele*, opera degna et singolare non mai stampata, non senza qualche iactura di molti studenti, et maxime » in simili studj di philosophia ; pertanto esso supplicante com-

» par davanti al conspecto della vostra celsitudine, quella sup- » plicando se degni concedergli lui possi far solo stampar ditta » opera per anni diexe continui, la qual cosa sarà non solum » utilissima a tutti li studi, ma sarà etiam di grandissimo de- » coro et ornato di questa ill. città vostrà di Venetia ec. ». Sub fine consiliarii decernunt *quod suprascripto supplicanti concedatur prout petit.*

Sub fine codicis, folior. 424, iuxta normam excripti addita memoria *anni M. III·..., octava die mensis novembris.*

Cod. 47 chart., 1525-1526, a. 203, l. 147 [L. VI, CCLXXIII]. D.

Ioannis Montedochae, *lectiones numero* 161 *in libros primum et secundum physicorum Aristotelis, publice habitae in gymnasio patavino, anno* 1523-1524.

Has *annotationes* Aurelius Thedoldus [patavinus, artium doctor] rescripsit *die primo novembris quae fuit dies Mercurii, a. Dom.* 1525, *hora* 12ª, *in studiolo meo, sub magnifico dom. Hieronymo Cardano* [*mediolanensi*], *almae universitatis nostrae rectore felicissimo, meque existente massario universitatis atque consiliario collegii nostri — Frustra —* Nota fere similis occurrit eadem manu, fol. 331, nisi quod hora inceptae transcriptionis est 18.ª 25 iunii a. 1526.

Codex habet folia 365.

Ioannes Montedocha, hispanus, artium et medicinae doctor, sacrae theologiae magister, in gymnasio patavino, ad philosophiam ordinariam, tertio nonas septembris anni 1520, conductus est. Errasse Facciolatum puto cum in *fastis gymnasii patavini* II, p. 274, asserit: « Cum [Ioannis Montisdocha] decessisset, » suffectus est anno 1525 idibus octobris Marcus Antonius Zi- » marra ... »; amanuensis enim folio extremo habet: « Et sic » sit finis huius lecturae nostrae pro praesenti anno 1525, ec. ».

V. Valent. *biblioth. ms.*, t. IV, p. 60.

Cod. 48 chart., saec. XVI, a. 218, l. 155 [Z. L. CCXLIV]. E.

I. *Epitome super librum quintum physicorum Aristotelis.*

« Circa intelligentiam eorum quae nobis proponit Aristoteles in » hoc libro physicorum quinto, plura sunt animadversione di- » gna . . . » ; finit : « Et haec de compendiaria libri huius trac- » tatione dicta sunt. Cetera in sequentibus absolvemus », f. 1-12.

II. *De scopo librorum sexti et septimi physicorum* [Aristotelis], *nec non de sectione utriusque.* « Haec autem tractatio, ut » facilis, brevis et distincta sit, ita accipienda est . . . . », f. 12-17.

III. *De scopo et sectione libri octavi physicorum, Aristotelis.* « In ipsa Socratis apologia legimus: quousque mihi vita suppe- » tet, phylosophari non desinam . . . » ; finit vero : « Et haec » per modum compendii dicta sint super librum physicorum » octavum. Exactiores contemplationes alibi absolvemus », f. 17-114.

IV. *Quaesita miscellanea super librum physicorum Aristotelis octavum.* « Etsi res altissimas et difficillimas, ob ipsarum » celsitudinem et dignitatem intelligere non valeamus . . . ». f. 117- 136.

V. *Decalogi moralis et mixti praecepta decem.* Dicendorum ratio inc : « Etsi mundum, quaeque in eo sunt universa, maxi- » mo consilio divinitatisque providentia regi et administrari ... », f. 139-226.

VI. *Index omnium contemplationum primae usque tertiam partem operis antecedentis,* f. 230-231.

VII. *De subalternatione opinio propria. Et haec omnia in hoc tomo absolvuntur, reliqua vero in secundo tomo advertemus.* Prooemium inc. : « Nil quod iustum et sanctum sit amico petenti ne- » gandum esse Evantes persa docuit . . . », finit : « Haec enim » evasio nulla est, primo quia nihil eo . . . », [ceteris ad alterum volumen amandatis], f. 231-284.

Anonymus idem qui cod. septimum supra vigesimum exaravit, philosophiam fortasse Venetiis vel Paduae professus est, quod eruis ex prooemio *de subalternatione,* fol. 231 : « Quare cum li- » brum *Ethicorum* sextum interpretatus hoc anno sim, obnixe » non semel tantum, sed iterum atque iterum rogasti ut con- » templationes miscellaneas quas praelegi circa habitus intelle- » ctus tibi mitterem ; quod ea lege facio ut illam copiam nemini

» concedas, quousque eas oscitantias lustravero; nam inter » praelegendum, dixi saepenumero quidquid memoria ministra- » vit, et formavit ingenium . . . ».

Cod. 49 chart., saec. XVI, a. 220, l. 153 [Z. L. CCXLV]. E.

Anonymi, *praelectiones in Aristotelis libros de physico auditu primum usque quartum.* Prooemium inc.: « Humano inge- » nio id proprium et peculiare esse philosophi gravissimi prodi- » dere, ut in tradendis disciplinis a magis communibus ad mi- » nus communia, et ex universalibus ad singularia progre- » diatur . . . ».

Primi libri sylva, f. 9-41, antecedit eiusdem expositionem, quae inc.: « Ex his quae superius definita sunt in eam devenio » sententiam Aristotelis, ut demonstrant principia tria esse ... ». Ceteris tribus desunt argumenta et conclusiones.

Codex folia numerat 489.

Cod. 50 chart., saec. XVI, a. 312, l. 212 [L. VI, LXXXVII]. Yc.

Francisci Piccolhominaei, *in libros physicorum Aristotelis praeclarissima expositio.* Prooemium inc.: « Quamvis homo mor- » talibus omnibus praestet, tamen omnium maxime est ege- » nus . . . »; textus vero: « Explicaturus primordia physicae, » Dei auxilio, hanc explicare conabor . . . ».

Sunt praelectiones nonaginta in libros Aristotelis *de physico auditu,* quas auctor senensis, phylosophus perspicacissimus, in patavino gymnasio *philosophus ordinarius et primae cathedrae locum tenens,* habuit.

Caesaris Cremonini praecessor, a. 1561 ad primam phylosophiae extraordinariae scholam, ex gymnasio perusino ad patavinum accitus, triennio post ad secundam ordinariae, a. 1565 ad primam translatus, a. 1601 rude donatus est: obiit in patria a. 1604. In opere: *Universa philosophia de moribus* [Venetiis, 1583, f.], uno mihi noto, auctor gloriatur quod *innumeri nobiles veneti ex mea schola prodierint;* senatusque veneto grates agit, nam *honorificentissime semper et ad votum, a splendidissimo se-*

natu auctus honestatusque fui : iam enim duodeviginti praeteriere anni, cum ego dignitate primi loci fui decoratus, annum agens meae aetatis quadragesimum primum ; in quo temporis cursu nil petii quod non receperim, nil optavi quod non sim consecutus.

Codd. 51-53 chart., saec. XVII, a. 300, l. 200 [L. VI, CXCIII-CXCV]. Yc.

Caesaris Cremonini, *commentaria in octo Aristotelis libros physicorum*, seu *de physico auditu.*

Volumini primo insunt liber primus lectionibus vigintisex, qui inc. : « Scientiae dividuntur, sicut etiam res dividuntur; res » vero dupliciter accipi possunt ... », f. 1-77 ; alter lectionibus vigintinovem, f. 79-154 ; tertius una supra viginti, fol. 156-217 ; alteri libri ; quartus lectionibus triginta octo, f. 1-117 ; quintus lectionibus quindecim, f. 118-165 ; sextus vigintiduobus, f. 166-221 ; tertio septimus lectionibus undecim, f. 1-24 ; octavus trigintasex, f. 25-112.

Auctor, centensis, professus est philosophiam aristotelicam in via Averrois, primum Ferrariae annos septemdecim, dein in archigymnasio patavino annis 1590-1631. Fama adeo inclaruit ut eius praelectiones a pluribus exscriberentur : eapropter earum exempla in bibliothecis Italiae superioris frequenter occurrunt; nullum tamen par nostro voluminum duorum supra viginti, una sed aliena manu exaratorum, ab auctore *decemvirum consilio* Venetiis oblatorum, anno scilicet 1626, quo cardinalis Millinus, constituto iurato medici veneti Maria Antonii a Ruvere insistens, nuncium apostolicum Venetiis impulerat ut in Cremoninum inquireret (1). Quibus eum laudibus coaevi prosecuti sint testatur Imperialis : « Illud nobis mirandum quod elaborata eius opera typis excusa » in officinis hactenus evilescunt, scripta vero Peripati more di- » scipulis ab ipso deambulante dictata sic excellunt, ut nihil ad

(1) Constitutum, testimonium in Cremoninum, Romae factum a sacerdote veneto Angelo Castellari, ut et epistola cardinalis nuncio, latent in scrimniis tabularii veneti. *Processi del Sant' Officio*, 1626.

» arcana philosophiae detegenda perfectius ac suavius desiderari » possit » (1).

Codd. 54-55 chart., saec. XVII, a. 300, l. 200 [L. VI, CXCVI-CXCVII]. Yc.

Eiusdem, *quaestiones in Aristotelis physicorum libros octo.*

Volumina duo. Illud offert *quaestiones* in librum primum, lectionibus viginti, f. 1-40; in secundum, lectionibus vigintitribus, f. 41-83; in tertium, lectionibus duodecim, f. 85-110; in quartum, lectionibus quinquaginta septem, f. 111-233. Adduntur eiusdem tractatus **a.** *de maximo et minimo,* qui inc. « Pro» portio de maximo et minimo habet longas disputationes... », fol. 234-235; **b.** *de motu proiectorum*, lectionibus octo, fol. 236-253.

Volumine altero sunt *quaestiones* in librum **a.** quintum physicorum, lectionibus octo, f. 1-20; **b.** sextum, lectionibus decem, f. 22-47; **c.** septimum, lectionibus quatuor, f. 49-59; **d.** octavum, lectionibus quinquaginta, f. 61-188.

Cod. 56 chart., 1620, a. 310, l. 212 [L. VI, CCXC]. D.

Expositio in physicam Aristotelis. « Tot hominum praeco» niis, tot sapientum laudibus olim celebrata est phylosophia, ut » nostris non magnopere exeant... ».

Praelectiones mensibus augusto-decembri a. 1620 exscriptas, habuisse professorem in studio patavino ex analogia coniicio.

Codex, in fine mutilus, habet folia 394.

Cod. 57 chart., saec. XVII, a. 200, l. 147 [L. VI, CCC].

I. *Expositio in primum librum physicorum Aristotelis,* prolegomenis longioribus additis. « Quatuor, ante textum expositio» nis inquirere decrevi... », f. 1-60.

(1) Brucker, *historia critica phylosophiae,* IV, p. 226.

II. *Quaestiones physicae.* « Quaeritur quid sit primum co-
» gnitum ab intellectu, ubi notatur . . . », f. 61-101.

Auctor fortasse est *Quirinus* quidam, cuius nomen codicis dorso inscriptum.

Cod. 58 chart., saec. XV, a. 360, l. 250 [Z. L. CCXLVI]. B.

I. Simplicii philosophi, *expositio super libros Aristotelis de coelo et mundo,* ex versione Guilelmi de Moërbecka, saeculi XIII, vel Guilelmi Dorothei. Interpretis prooemium inc.: « Intencio-
» nem tractatus Aristotelis de coelo, Alexander ait de mundo:
» coelum est tripliciter ab Aristotele, videlicet planorum speram.
» et totum divinum et circulare corpus . . . », f. 1-145.

Textus cum notis graecis marginalibus, manu Bessarionis, iisdem scatet vel interpretationis, vel scripturae erroribus, quibus editiones huius versionis [Guilelmi de Moërbecka], a Scoto, annis 1540, 1543, 1548, 1555, 1567, 1584, Venetiis datae sunt.

II. Diogenis Laertii, *de vitis philosophorum, libri decem,* ex versione Ambrosii Camaldulensis. « Philosophiam a barbaris ini-
» tia sumpsisse plerique autumant, nam Persis Magos . . . . », f. 142 222.

Frequentiores occurrunt notae marginales autographae Bessarionis.

Versionem hanc, pluries ab incunabulis typographiae editam, habent quoque alii codices.

Cod. 59 chart., saec. XV, a. 420, l. 279 [L. VI, XVIII]. Ma.

Alberti Magni, *de coelo et mundo libri quatuor, secundum Aristotelem.* « De caelo et mundo in hoc secundo libro . . . ».

Codex, foliorum 101, nitidissimus, gerit in margine tituli inferiori insignia gentis venetae Battaggia.

Cod. 60 chart., saec. XV, a. 334, l. 230 [L. VI, LXXIII]. Ma.

Cajetani Thienaei, *expositio in Aristotelis libros quatuor de coelo et mundo:* Prooemium inc.: « Maxime cuperem, insignes

» atque ornatissimi viri, eam in me ingenii vim et facultatem » esse... », expositio vero sine ullo textu aristotelico: « De na- » turali scientia, postquam Aristoteles in libro physicorum de- » terminavit de corpore mobili... ».

Sub fine codicis, fol. 75, legitur: « Et hic sit finis huius » nostrae expositionis libri *de coelo et mundo*, quam iamdiu in- » coepimus, nunc autem perfecimus ad laudem... 3 novembris, » 1443 ». Librum dono datum coenobio s. Ioannis in Viridario a Io. Marchanova a. 1467, testatur nota folio extremo apposita.

Cod. 61 chart., saec. XVI, a. 202, l. 146 [L. VI, CCXXXII]. D.

Ioannis Montedochae, *annotationes in libros de coelo, Aristotelis*. « Solent, scholastici amantissimi, expositores in principiis » librorum tria facere, primo laudes facultatis... ».

Auctor, de quo cod. 47, annis 1522-1523 ultra centum praelectiones, fere omnes in primum Aristotelis *de coelo*, extremas in quartum obtulit. Fol. 38 ante lectionem 92^{mam} legitur: « huic lectioni interfuit dom. Petrus Bembus, dom. Andreas Nau- » gerius, dom. Leonicus patruus, et hoc fuit 13 iunii, 1523 ». Obiit antecessor post annum 1526.

Aurelius Tedoldus amanuensis, idem qui cod. 47, a principio scripsit: « Hae quidem annotationes habuerunt initium » die sabbati, quae fuit prima octobris 1524, hora 12.ª in stu- » diolo meo, sub magnifico domino Alfonso Tafuro, almae nostrae » universitatis rectore infelicissimo, nec non sub humano ac » piissimo regimine domini Francisci Pisauri, nostri praetoris et » Nicolai Venerii praefecti ».

Folio extremo 420 anonymus scripsit: « 1530, in die Mar- » tis quae fuit 12 mensis iulii veni Chersi, et cives acceperunt » me in suum medicum ».

Codd. 62-63 chart., saec. XVII, a. 288, l. 200 [L. VI, CLXXXIII-CLXXXIV]. Yc.

Caesaris Cremonini, *varia philosophica*, volumine duplici. Insunt volumini primo, eius *commentaria in primum librum*

Aristotelis de coelo, quae inc.: « Contemplatio de substantia cae-
» lesti, quod habebimus in hoc opere . . . », f. 1-201. Lectiones sexaginta in archigymnasio patavino habitae. Alteri quae sequuntur.

a. *Commentaria in secundum Aristotelis de coelo*, f. 3-57. Lectiones septendecim.

b. —— *in tertium* ec., f. 58-63. Lectiones duae.

c. —— *in quartum* ec., f. 94-114. Lectiones septemdecim.

Opus impressum, quo caret Marciana, sacra inquisitio aggressa est obiectionibus in plura loca, quas sic David monachus et Ducanus, congregationis Casinensis, anglus, die 24 sept. 1614 perstringunt, mandato facto errata in nova impressione emendandi : « sciogliere gli argomenti contro la nostra fede. — Non
» difendere le dottrine di Aristotele come sue proprie. — Le ra-
» gioni con le quali insegna che Dio non intenda se non se
» stesso, chiama demonstrationi. — Facendo mentione delle de-
» monstrationi di Aristotele, le magnifica. — Parla in modo del-
» la veneratione che si fa a Dio per voti et preghiere, et della
» profetia, che . . . dà occasione di vilipendere le cose di Dio ».
Hinc iussum : « Si ristampi il libro *de coelo:* si astenghi da tutte
» le cose che possono essere di nocumento et far tenere l' autore
» da alcuno in cattivo concetto. — Dopo havere messo la dottrina
» d' Aristotele et provatolo di ciascun capo dica che detta dot-
» trina è falsa e contro la fede cattolica, come si è protestato
» nella sua prefazione. — Sciolga tutti gli argomenti, li quali
» havrà posti per confermatione della pessima dottrina d' Ari-
» stotele, essendo che lui dice che facilmente si possono scio-
» gliere, per adempir il precetto et ordinatione del concilio la-
» teranense sotto Leone X, sess. 8.ª — Mostri che il lume natu-
» rale non è contrario al lume della fede ». Obiecta per anacephalaeosim diluenda auctor instituit: « Video in scheda quae
» mihi est tradita circa meum editum opus *de coelo* inscri-
» ptum, aliqua desiderari, aliqua opponi. Desideratur solutio ra-
» tionum quae sint contra fidem; opponuntur alia, et horum
» nonnulla quantum ad modum loquendi, nonnulla quantum ad
» rem ipsam. Quantum vero ad rem ipsam aliqua potius sunt

» circa rem, alia magis de re. Circa rem ea sunt quae de Ari-
» stotele pronunciantur; quae contra theologica, et quae ad re-
» probationem theologorum afferri videntur. De re ipsa sunt ea
» quae doctrinam proprie attingunt. Mihi, qui vere is sum qui
» me in praefatione et peroratione mei operis sum professus, hiis
» omnibus consulendum » (1).

Attamen inquisitor patavinus contra haereticam pravitatem, die 3 iulii 1619, Cremonino significat pontificis desideriis minime factum, quod ille emendationibus libro primo *de coelo* distinctiones inseruerit quibus gravior nota censoria inurenda. Cl. Renan qui epistolam arguentem ex codice Montis Cassini, n. 483 (2) protulit, dedit quoque Cremonini rescriptum, quo haec notatu digniora: « Quanto a metter mano nel primo libro, non
» posso farlo assolutamente, perchè allora che si trattò, fu con-
» cluso di ordine di nostro Signore che si facesse con l' occasio-
» ne dell' apologia, come s' è fatto; e ciò fu saputo in *senato* ...
» Quanto al mutar il mio modo di dire, non so come poter io
» promettere di tansformar me stesso .... Non posso, nè voglio
» retrattare le espositioni d' Aristotele, perchè l' intendo così, e
» son pagato per dichiararlo quanto l' intendo ... ».

d. *Tractatus de intelligentiis*, lectionibus triginta tribus: « Tractatus de subiectis abstractis difficilis est, quia est tractatio
» de ente ... », f. 116-240.

Auctor averroisticae haeret sententiae Dei existentiam non alio modo demonstrari posse, nisi physica coeli motus consideratione.

e. —— *de motu.* « Duo circa motum in tertio phy-
» sicorum sunt determinata ... », f. 242-269.

f. —— *de tempore.* « De tempore dicendum est, an
» sit, quid sit ... », f. 271-278.

Lectiones binae.

(1) Tractationem universam ex tabulario generali Venetiarum. *Miscellanea d' atti diversi, Filza*, n. 40, eruo.

(2) *Averroes et l' Averroïsme.* Paris, 1852, p. 359-361; Caesar Cantù in *Gli eretici d' Italia.* Torino, 1866, III, p. 146-147.

g. *Tractatus de infinito.* « Circa tractatum de motu relin-
» quitur considerandus ipse motus . . . », f. 279.

h. —— *de loco.* « Succedit locus explicandus, cuius
» tractationem . . . », f. 284-290.

Lectiones duae.

i. —— *de vacuo.* « Qui agit de loco debet agere de
» vacuo . . . », f. 291-295.

k. —— *de toto et partibus.* « Super capitulo 17 pri-
» mi libri politicorum fit verbum de toto... », f. 295-300.

Lectiones duae.

Cod. 64 chart., saec. XV, a. 288, l. 213 [Z. L. CCLI]. B.

Averrois, *de aeternitate mundi, contra Algazel.* « Ait Aver-
» rois cum in cunctis rebus ab intellectuali virtute desideran-
» dis . . . ». Folia sunt 119.

Auctor, cum adverterit hostes veritatis, praviter litigantes, severe esse persequendos, occasionem operis pandit: « Ad manus
» nostras quidam liber Algazeli attributus pervenit, cuius *de-*
» *structio philosophorum* est titulus, quem librum ab eodem Al-
» gazele editum fuisse non est ambigendum, ipse enim in prin-
» cipio et fine cuiusdam sui libri *philosophorum intencio* nun-
» cupati praedictum promiserat librum compilare ». Erroribus facilius redarguendis, eos tredecim propositis concludit. **1** Utrum mundus sit ab aeterno. — **2** Sempiternus in futuro. — **3** Effectus Dei. — **4** Ostendit mundum non habere agentem. — **5** Dei unitatem non posse probari. — **6** Errasse philosophos super Dei scientia. — **7** Ac super eius *communione cum aliquo in genere.* — **8** Deum non esse simplicem absque aliqua quidditate. — **9** Eum esse corpus et corporeum. — **10** Eum nescire genera et species modo universali. — **11** Eum non tantum seipsum scire. — **12** Eum particularia cognoscere. — **13** Coelos non esse animatos. His tractatio universa insistit, qua propositio quaelibet incipit: *Dicit Algazel,* responsum *Dicimus nos.* Rite asserit Renan opus idem esse ac « *Destruction de la destruction,* en ara-
» be *Tehafot el-Tehafot,* refutation de l' ouvrage d' Algazali
» entitulé : *Destruction des philosophes ;* » de quo sic ille : « La

» traduction hebraïque de cet ouvrage paraït avoir souffert de » graves interpelation [non ita in codicis nostri versione lati- » na]. On peut même croire que dans plusieurs endroits la pen- » sée d'Ibn-Roschd a été altérée. Les cinq dernières disputes » manquent dans l'ancienne versione faite de l'arabe [exstant » omnes in codice nostro]. La doctrine qui y est exposée est » d'ailleurs, sur plusieurs points, en contradiction flagrante avec » celle d'Ibn-Roschd » (1). Opus, nomine *de philosophorum erroribus* exstat, arabice litteris cuphicis, in biblioth. Escorialensi cod. DCXXVIII (2).

Algazel, vere *Abu Hamed Mohamad ben Mohamad,* persa thusaeus, n. 1111, ob. 1177.

Quidam folio extremo scripsit: *Liber reverendissimi domini mei Niceni, quem michi corrigendum tradiderat.*

Cod. 65 membr., saec. XV, a. 297, l. 214 [L. VI, XXVI]. Ma.

Liber editus a fratre Alberto, quondam ratisponense episcopo. Sermones generales de universo. Primus inc.: « Septem sunt re- » giones aeris, ut dicunt philosophi . . . ».

Opus, in libros duodecim tributum, de planetis, elementis, homine, animalibus, avibus, piscibus, arboribus, lapidibus, metallis, aliisque syllogen doctrinarum continet. Inter Alberti Magni opera genuina minime censetur. Foliis extremiis 68-70 occurrunt sententiae morales religiosae.

Codici addidit, nullo artis ornamento, litteras initiales et librorum ac capitulorum titulos, rubro colore, qui scripsit: *Simplex Nicolaus me pinxit.* Francisco cardinali Zabarellae pertinuit volumen, antequam in manus deveniret Bartholomaei de Lignamine, episcopi concordiensis, qui a. 1455 dono dedit coenobio s. Ioannis de Viridario Paduae.

(1) *Averroès* ec., p. 49
(2) Casiri, I, p. 184.

Cod. 66 membr., saec. XV, a. 310, l. 227 [Z. L. CCXCV]. B.

Alberti Magni, *summa de creaturis*. Exstat prima pars tantum, titulo: *De quatuor coequaevis* seu *coaevis*. « Quaeritur de » creaturis, et primo de creatione, secundo de creaturis . . . ».

Sunt quaestiones duodecim in articulos distributae. Etsi textus idem sit ac in editionibus, differt partitio: quatuor enim sunt tractatus, quaestionibus in universum duabus supra septuaginta in articulos distributis.

Codex, fol. 352, habet titulum valde ornatum, cum monacho in littera initiali insidente, insigniis cardinalis Bessarionis, floribusque pictis et auratis conspicuum.

Cod. 67 membr., saec XV, a. 296, l. 212 [L. VI, CXXIV^a]. Ma.

I. Pauli Veneti, *tractatus de compositione mundi, liber aureus* quoque appellatus. « Tractaturus de compositione mundi. » est primo videndum quibus circulis . . . ». Sub fine: « Explicit » liber de compositione seu formatione mundi, collectus per re- » verendum . . . », f. 1-25.

Opus quod et *astronomiae ianua* appellari meretur, curis Jacobi Baptistae Aloyxii de Ravenna, *lectoris in conventu Venetiarum sancti Stephani,* emendatum prodiit Venetiis, XII kal. iun. 1498. Supplicatio senatui pro impetranda licentia edendi libros physicorum Aristotelis hanc proxime impressionem consequitur.

II. —— *quaestiones XXII de Messia adversus Iudaeos*. « Quaeritur primo a reverend. sacrae theologiae doctore » magistro Paulo de Venetiis . . . . utrum scripturis et auctorita- » tibus veteris testamenti . . . », f. 27-108.

Codicem cum duabus librorum initialibus litteris ac insigniis gentis Thieneae, donavit a. 1466 coenobio s. Ioannis de Viridario Paduae, magister Caietanus *de Thienis* vicetinus, canonicus paduanus.

Codd. 68-69 chart., saec. XVII, a. 222, l. 164 [L. VI, CCLXXXIV-CCLXXXV]. D.

- *Tractatus de mundo et elementis, libri septem, duobus voluminibus digesti.*

Operis universi aeconomiam in praefatione auctor excutit. « De principiis ac proprietatibus communibus rerum omnium » naturalium fuit hactenus satis actum : superest tertia et ulti- » ma pars operis philosophica, quae ut omnium longissima, sic » iucundissima ac fructuosissima erit ».

Duplicis de cosmologia et ontologia tractatus puto auctorem fuisse quendam ex antecessoribus archigymnasii patavini.

Cod. 70 chart., saec. XVII, a. 300, l. 213 [L. VI, CLXXVI]. Yc.

Caesaris Cremonini, *tractatus de coeli efficientia.* « Coelo » omnia sublunaria gubernari est Aristotelis propositio . . . ».

Praelectiones philosophicae in archigymnasio patavino habitae a die 7 ianuarii, a. 1628. Sectiones tres in capitula distributae sunt, quibus auctor demonstrandum insumit agentem universalem coniiciendum, cui efficiens universi pertinet; unitatis intellectus theoriam refutandam. Anceps haereo num emendarit auctor, ut promiserat a. 1619 inquisitori patavino haereticae pravitatis: « Posso . . . nell' ultima parte che darò fuori *de coeli ef-* » *ficientia,* avere riguardo ad ogni cosa che accaderà, e far quan- » to convenga per farmi cognoscere quel filosofo cattolico e chri- » stiano che dico di essere, e che so che vostra paternità sa chi » io sono, che quì mi vede ogni di essa l' esser mio, e non ha » a stare a Dio sa quali relazioni » (1).

Codex habet folia 60.

Cod. 71 membr., saec. XIV, a. 320, l. 230 [L, VI, VII]. Ma.

I. Aegidii Romani, *summa super libro de generatione et cor-*

1) Cod. 483, Montis Cassini.

ruptione Aristotelis, sine textu. Libri duo. Prooemium inc. « Ani» ma, ut testatur philosophus, est quodammodo omnia. Quidquid » enim est, vel est sensibile, vel intelligibile... » ; expositio vero textus: « Consuetudo est philosophi suis libris praemittere prooe» mia, quod et in hoc *libro fecit*... ».

Opus impressum est Patavii, a. 1480, sub forma folii.

Codicem, folior. 48, cum aliquibus litteris initialibus bene pictis, *sua pecunia emit Patavii Ioannes Marchanova artium et medicinae doctor, a.* 1438, testamento autem legavit coenobio s. Ioannis in Viridario, a. 1467.

Cod. 72 membr., saec. XIV, a. 330, l. 214 [Z. L. DXXIV].

I. Eiusdem, *sententia super Aristotelis libros duos de generatione et corruptione*, cum principiis particularum textus, f. 1-40.

II. —— *quaestiones in eosdem.* « *Universaliter itaque* » *de generatione* ec. Hic ad evidentiam textus declaranda sunt » quatuor... », f. 40-53.

Cod. 73 membr., saec. XIV, a. 349, l. 250 [L. VI, VIII]. Ma.

Eiusdem, *in Aristotelis de generatione et corruptione libros duos expositio*, sine textu.

Codex, folior. 34, primo inscribitur: 1397, 18 *octobris*, *Constantinus*. Aeque ac praecedentem, anno 1438 sibi Patavii coemptum, dono dedit Ioannes Marchanova coenobio s. Ioannis in Viridario.

Cod. 74 chart., 1393, a. 295, l. 216 [L. VI, CXXI.ª]. Ma.

Quaestiones duorum librorum de generatione et corruptione [Aristotelis], *secundum magistrum Marsilium de Inguen, Parisiis disputatae.* « Circa primum librum de generatione et corruptio» ne quaeritur a reverendo magistro Marsilio de Alamannia utrum » ens mobile ad formam sit subiectum libri... ». Sub fine legitur: « Expliciunt quaestiones super libris de generatione et cor» ruptione Aristotelis, editae a magistro Marsilio de Alamannia:

» scriptae sunt per fratrem Ioannem de Colonia, studentem Pa-
» duae, anno Dom. MCCCLXXXX3, in vigilia sanctae Luciae,
» hora completorii ».

Marsilius ab *Ingen*, sive *Inghen*, melius *Inguen*, traiectensis dioecesis, artium doctor, Parisiis Heidelbergam, anno circiter 1386 a Ruperto duce Bavariae ac comite palatinó Rheni vocatus, inter primos novae eius academiae doctores cooptatus est: idem canonicus et thesaurarius ecclesiae s. Andreae Coloniae, Heidelbergae occubuit a. 1394. Quaestiones *per magistrum Ioannem Herbort de Silgenstat impressae*, ac *etiam emendatae per doctissimum artium et medicinae doctorem magistrum Nicoletum Verniam, theatinum, ordinarie philosophiam in florentissimo gymnasio patavino legentem*, Patavii, a. 1480 editae sunt. Singulare est quod in nostro impresso exemplari occurrit folio extremo nota autographa Verniae. « 21 iulii, 1483 complevi hoc opus, item librum *de sensu* » *et sensato*, item librum *de memoria et reminiscentia*, et librum » *peri hermenias* Aristotelis Stagiritae. Ego Nicoletus Vernias » theatinus, ordinarie legens in studio patavino ».

Codex habet folia 98.

Cod. 75 chart., 1405 a. 297, l. 213 [Z. L. CCLXIV]. B.

Eiusdem, *quaestiones de eodem.*

Primo libro absoluto, legitur f. 39: « Eplicit primus liber » de super generatione et corruptione, editus a reverendo magi» stro et doctore praecipuo magistro Marsilio Biligam (1). Fra» ter Leonardus de Monte Ylcino scripsit ». Altero vero f. 75: « Et sic est finis libri de generatione et corruptione Atiragiam » [sic] — Expliciunt quaestiones super libros de generatione et » corruptione, editae ab egregio artium doctore magistro Mar» silio, scriptae anno Dom. MCCCCV, completae in Dominica » de passione et die 4.ª mensis aprilis, hora 4.ª decima, per me » fratrem Leonardum de Monte Ylicino, ordinis fratrum Eremi» tarum s. Augustini, illo tempore Arimini studentem ». Ad

(1) Nomen nullibi mihi obvium.

extremum *tabulae titulorum* lego: « Iste liber est ad usum reve-
» rendissimi patris generalis magistri Gerardi de Arimino ».

Utriusque libri frontem exornant picturae florum, avium, ac duplicis littere initialis, qua strato aureo antecessor stans, veste purpurea, tradit praelectiones. Marginem vero inferiorem primi folii occupant insignia alicuius familiae, quibus insidet arcitenens.

Cod. 76 chart., saec. XV, a. 210, l. 143 [L. VI, CCXXI[b]]. Ma.

Eiusdem, *in idem.*

Habentur initia particularum textus aristotelici, ut in editionibus.

Codex, folior. 265, finit: « Et sic est finis omni quaestio-
» ni de generatione et corruptione magistri Marcilii de Inghem
» de Alamannia ».

Codd. 77-78 chart., saec. XVII, a. 293, l. 208 [L. VI, CLXXVII-CLXXVIII]. Yc.

Caesaris Cremonini, *varia in Aristotelem,* scilicet:

Vol. I, fol. 156, *commentaria in primum librum de generatione.* Lectiones quinquaginta quatuor. « Succedunt exponendi
» libri qui inscribuntur de ortu et interitu ... ».

Volumini altero insunt:

a. *Commentaria in secundum librum de generatione.* Lectiones viginti novem. « Connectitur hic liber cum antecedenti hoc sensu ... », f. 2-86.

b. *Tractatus de formis elementorum.* Lectiones novem. « Ex-
» ponentes librum secundum de ortu et interitu ... », f. 88-118.

c. —— *de mixtione.* Lectiones quatuor. « Intentio est
» resumere quaedam de mixtione, exq uibus praecipue appa-
» reat ... », fol. 119-128.

d. —— *de annexione.* Lectiones tres. « Quae dicenda
» sunt de annexione, dicentur ad maiorem ... », f. 129-139.

Cod. 79 chart., saec. XVII, a. 290, l. 200 [L. VI, CLXXXVI]. Yc.

Eiusdem, *paraphrasis in duos libros* [Aristotelis] *de generatione.* « Subiectum huius operis de ortu et interitu . . . ».

Pars prima, f. 1-47 lectionibus undecim, altera, f. 49-73, sex digesta est.

Codd. 80-82 chart., saec. XVII, a. 295, l. 202 [L. VI, CLXXX-CLXXXII]. Yc.

Eiusdem, *expositiones in quatuor meteorum libros Aristotelis.* Lectiones ab eo habitae in archigymnasio patavino.

Volumen primum lectiones 42 in librum primum complectitur, f. 1-78. Fol. 179-192 occurrit *tractatus de efficientia coeli, cuiusdam studiosi doctrinae Cremonini*, alius a codice 70.

Volumen alterum continet *lectiones*, numero 35, *privatim habitas in secundum meteoreorum*, f. 1-33, et in tertium lectiones octodecim, f. 134-194. Eas incepit auctor die 14 dec., anni 1613.

Extremum inscriptum: *Expositiones Caesaris Cremonini super quartum librum meteorologicorum Aristotelis, physicis et medicis apprime utilimae* [sic] *et necessariae*, materiem universim lectionibus 48 pertractat, f. 1-221.

Cod. 83 membr., saec. XVII, a. 212, l. 146 [L. VI, II]. F.

Adriani Gratiosi, e Monte Bodio, *de rebus meteorologicis tractatus laconice, ad invictissimum principem Cosmum Medicem, almae reipublicae florentinae ducem II, libri quatuor.* Dedicatio. « Cum animo meo tot animantium genera et illorum » varias naturas intueor. », textus: « Quantum ad primum, » praemitto illud Aristot. in principio meteorum ... ».

Insignia gentis Mediceae ab initio evincunt hunc ipsum esse codicem duci Cosmo nuncupatum. Auctor de Monte Bodio [Monte Alboddo] viginti millibus passuum ab Ancona, libro tertio patrem suum Polidorum, viginti annis medicinam Interamnae professum allegat. Operis inediti auctorem nullus est qui

memoret, nec Augustinus Rossi, etsi in *Notizie intorno a Monte Alboddo* [Sinigaglia, 1694] viros litteris praestantes gentis Gratiosae nuntiet. In praeeunte epistola Pascutius Bodianus [de Monte Bodio] auctorem ciet ut *opusculum tradat calchographo et typis mandet*, laudis epigrammate addito: « Qualis apes ae- » state nova per florida rura . . . ».

Codex, a Persio de Mariottis scriptus, habet folia 37.

Cod. 84 membr., saec. XIV, a. 345, l. 228 [L. VI, CXXVI]. Mk.

Petri de Abano, *expositio problematum Aristotelis*, cum textus principiis. « Iuxta sententiam Aristotelis, secundo coeli et » mundi, promptitudinem inquisicionis difficultatum dignum » quidem magis est verecundiae . . . ».

Codex folio extremo 139 finit: « Explicit expositio succin- » cta compilationis problematum Aristotelis, quam Petrus edi- » dit Padubanensis et a nullo prius interpretante; incepta » quidem Parisis et laudabiliter Paduae terminata, anno legis » Christianorum millesimo trecentesimo decimo, cum laude Dei » altissimi, cuius nomen sit benedictum per saecula, amen ».

Caeterum omnia se habent ut in editione mantuana a. 1475, in qua textus Aristotelis insertus est, in codice tamen praetermissus.

Cod. 85 chart., saec. XIV, a. 283, l. 200 [Z. L. CCLXIII]. B.

I. Anonymi, *expositiones super problemata Aristotelis*. « *Pro- » pter quid urina.* Post problemata naturalia circa odorem, agi- » tur de problematibus naturalibus circa pravum odorem seu » factorem . . . », f 6-155.

Commentum est in problemata a particula duodecima ad vigesimum tertium non absolutum particulae vigesimae sextae. Quas expositiones auctori bononiensi tribuendas censeo, quod in textu se prodat bononiensem.

II. —— *tractatus* [in fine mutilus] *moralis de bono, virtutibus et vitiis, passionibus animi*. « Quaestio est de bono se- » cundum communem intencionem boni, et quaeruntur quinque, » quorum primum est, quid sit . . . », f. 162-411.

Cod. 86 chart., saec. XVIII, a. 207, l. 160 [L. VI, CCXCIX].

Disputationes physicae elementares, capitulis uno supra triginta, anno 1742 habitae. « Existere corpora et quidem duplicis generis, naturalia et simplicia . . . ».

Auctor, certe Franciscus Vezzosi, ut ex collatione huius cum cod. pag. 178 coniicio, plura ex Aristotele, Galilaeo, Gassendo, Francisco Redi, Marcello Malpighi, Newtono, Muschenbroeko, aliisque, in proprios usus convertit.

Codicem, foliorum 170, amanuensis latinae linguae prorsus ignarus exscripsit.

Codd. 87-93 chart., saec. XVIII, a. 310, l. 215 [L. VIII, CVIII-CXIV]. V.

Simonis Stratico, *praelectiones physicae habitae in archigymnasio patavino, annis* 1779-1788, omnes autographae, per experimenta, hoc ordine :

Cod. 1. Praelectiones ann. 1778-1779 novendecim, quas, nullo servato ordine, auctor ex diversis tractatibus scientiae physicae descripsit.

Cod. 2. —— octodecim ann. 1779-1780, de *gas*, corporibus magneticis et elasticis, nec non eorumdem proprietatibus, de electricitate, de luce.

Cod. 3. —— ann. 1780-1781, 1781-1782, quarum primae quatuordecim de mechanica, reliquae tresdecim de electricitate, gas, magnetis vi et proprietatibus.

Cod. 4. —— ann. 1781-1783 quatuordecim ex hydrostatica, quarum extrema de machina funiculari, experimentis anno 1783 institutis innititur.

Cod. 5. —— ann. 1783-1784 sexdecim de gas et electricitate ; earum ultima de igne.

Cod. 6. —— ann. 1784-1785 numero octodecim de mechanica.

Cod. 7. —— ann. 1787-1788 sexdecim de mechanica.

CLASSIS XIII.

HISTORIA NATURALIS.

Cod. 1 membr., saec. XV, a. 345, l. 248 [Z. L. CCLXVI]. B.

C. Plinii Secundi, ***historiae naturalis libri triginta sex.*** Praeeunt index uniuscuiusque libri et argumenta universi operis tria.

Singularis est locus cap. 58 lib. VII, ex quo Iac. Morellius inscriptionem graecam dom. Petit Radelio sciscitanti dedit. Quam enodandam curabit qui nesciat amanuensem, linguae graece prorsus imperitum, non litteras sed litterarum simulationem effinxisse. Consultius codices qui proxime sequuntur, primus inscriptione caret prorsus, alter dat eam quae in editionibus lectu est; alii plures graecam inscriptionem latinis litteris exhibent.

Codex, fol. 523, eleganter selectiori membrana exscriptus refert in initialibus litteris historialas, egregie pictas auroque contextas, eorum quae in libro excutiuntur. Bessarionis iussu facile exaratum puto, ex illius insigniis fol. 6 prolatis.

Cod. 2 membr., 1481, a. 412, l. 283 [L. VI, CCXLV]. Z.

Eiusdem, ***historiae naturalis libri triginta sex.***

Codex sub fine inscriptus est: « Hoc opus scripsit Nico-
» laus de Mascharinis de Ferraria, ad instantiam magnifici co-
» mitis Ioannis de la Mirandula, anno incarnationis dom. no-
» stri Iesu Christi MCCCCLXXXI, die 17 augusti ». Qui librorum Apostoli Zeni thesaurum digna laude prosecutus est,

haec de isto: « Or che diremo de' manoscritti! Un superbo Pli» nio in carta pecora fatto copiare con bellissime miniature da » Pico della Mirandola [cuius insignia fol. 3] comperato già per » trenta zecchini, si sentì tentato a venderlo a Marco Foscarini » in tempo delle sue disgrazie, ma poi nol fece; e così avrebbe » lasciata una preda di più alla rapacità straniera, se a farci » ricuperare il mal tolto, non fosse di recente accorso il favore » di providissima stella » (1). Signum duplex bibliothecae Nationalis parisinae nuntiat volumen anno 1797 Parisios delatum: Venetias a. 1816 translatum verba Franc. Negri significant.

Cod. 3 chart., saec. XVI, a. 371, l. 247 [L. VI, CCLIV].

Eiusdem, ***historiae mundi libri trigintaseptem, ex postrema ad vetustos codices collatione, cum annotationibus et indice.***

Volumen, Basileae impressum a. 1539, ideo manuscriptis codicibus adnumeramus, quod notas quaquaversus manu sua addiderit Melchior Guilandinus, rei botanicae in archigymnasio patavino professor, qui librorum suorum haeredem rempublicam ex asse instituit a. 1589.

Cod. 4 membr., saec. XIV, a. 328, l. 240 [L. VI, LVI]. Ma.

I. ***Incipit liber duodecim tractatuum*** [sunt vero novendecim] ***Avicennae philosophi arabis, super opiniones Aristotelis, translatus de arabico in latinum***, scilicet ***liber de animalibus Avicennae, super libris de animalibus Aristotelis***, f. 1-36.

Opus iam editum, cum solita interpretis dedicatione: ***Federice, domine, mundi imperator, suscipe devote hunc librum Michaelis Scoti, ut sit gratia capiti tuo et torques collo tuo.***

II. ***Propositiones logicales ex variis philosophiae operibus Porphirii, Aristotelis, Boethii***, seu, ut annotator in fine: ***propositiones notabiles super auctoritatibus librorum logicalium Aristotelis, Boethii et aliorum.*** Ideo serior amanuensis scripsit a principio: ***Auctoritates librorum Aristotelis***, in quem propositiones

(1) Negri Francesco. *Vita di Apostolo Zeno*, p. 379.

excussae ab origine referuntur: « Genus est uniuscuiusque ge-
» nerationis principium: genus est cui supponitur species... »,
f. 37-49.

III. *Propositiones naturales omnium librorum Aristotelis.* « Numerus ternarius virtutem omnis rei signat; per hunc nu- » merum adhibuimus in nosmetipsos... », f. 49-56.

Praeeunt in codice paucula quaedam in Aristotelem, ac *tituli quaestionum primae partis secundi Sententiarum.* Sub fine, volumini compingendo folium coaevum adhibitum est, quo latinae grammaticae regulae inscripate.

Codicem, quem *Ioannes Marchanova sua pecunia emit a.* 1440 *Patavii,* idem caenobio s. Ioannis in Viridario anno 1467 testamento legavit.

Cod. 5 chart., saec. XVI, a. 172, l. 108 [L. VI, LI].

Aristotelis et Theophrasti, *historiae, cum de natura animalium, tum de plantis et earum causis.* Lugduni, apud haered. Iacobi Iuntae, 1552-1553, vol. II.

Opus hoc, Melchioris Guilandini pruteni testamento Marciae legatum (1), codicibus mss. rite adnumerandum censemus, quod donator notas physicas, historicas, philologicas, sua manu, frequentiores quaquaversus addiderit, easque summi habendas, ut ex. gr. quae titulo inscripta: « Libris de historiis animalium Aristoteles tradidit rudem et adumbratam notitiam » animalium, quam quia non demonstrando, sed veluti narrando exposuit, appellavit historiam. M. G. B. ».

Cod. 6 chart., saec. XVII, a. 285, l. 200 [L. VI, CLXXVII]. Yc.

Commentaria in librum de communi motu animalium, Aristotelis, expositore Caesare Cremonino centensi. « Librum sumimus » explicandum qui inscribitur *de motu animalium*... ».

Septem operis capitula distribuit auctor in *lectiones* vigintiquatuor, quas in archigymnasio patavino, anno 1628 habuit.

(1) Vide quae scripsi, tom. I, p. 60-61.

Quae anno proxime insequenti erit tractaturus nunciat ab initio: « Horum consideratio multum confert ad ea quae dicentur in » tertio de anima circa facultatem motivam, quem librum sumus » explicaturi anno sequenti ».

Codex habet folia 93.

Cod. 7 membr., saec. XV, a. 224, l. 170 [L. VI, CCXXXIV]. Ml.

Anonymi, *commentum in Aristotelis libros de historia animalium*. « Intentio auctoris huius est determinare de modis ani- » malium, finis est cognitio efficiens Aristotelis . . . ».

Auctor Aristotelis textum presso vestigio minime sequitur, etsi quorundam capitum initia praebeat. Materiem universam, non in libros decem, sed in novendecim volumina [partes] distributam innuit. Sub fine: « Explicit commentum, super libros » de animalibus Aristotelis, mire atque inaudite compendiosita- » tus ex vetustissimo exemplari carie semeso extractum; solerti » diligentia reverendissimi patris et domini domini Petri de Ni- » grono, ianuensis, abbatis sancti Gregorii in urbe dignissimi, » in loco secretissimo reperto, atque hic pro eodem scriptum per » me Raymundum de Saleta, suae reverendae dominationis an- » tiquissimum servitorem, sedente Alexandro papa sexto; pon- » tificatus sui anno sexto, quinto nonas iunii, qui fuit vigilia in- » dividuae Trinitatis, 1498 ».

Codex, duabus columnis, habet folia 303.

Cod. 8 chart., saec. XVII, a. 287, l. 200 [L. VI, CLXXIX]. Yc.

I. Caesaris Cremonini, *expositio primi capitis primi libri de partibus animalium* [Aristotelis]. « Intendimus explicare primum » caput.... hoc praecipue consilio ut bene intelligatis quod ipse » dixit . . . », f. 1-74.

Lectiones num. septemdecim in archigymn. patav. habitae.

II. *Expositio Caesaris Cremonini super caput tertium libri secundi de generatione animalium* [Aristotelis]. « Duo sunt capi- » ta in libris de animalibus quae frequenter adduci debent . . . », f. 75-142.

Lectiones duodecim ibidem datae.

III. *Tabula sive consideratio utilissima opinionum de anima veterum philosophorum, Caesaris Cremonini.* « Accepta est con» suetudo ne partes illae librorum Aristotelis, in quibus conside» rat... », f. 143-186.

Lectiones undecim ibidem.

Cod. 9 membr., saec. XV, a. 290, l. 212 [Z. L. CCLXV]. B.

I. Theophrasti Eresii, *de plantis libri decem, Theodoro Gaza thessalonicensi interprete.* Dedicatio interpretis Nicolao papae V. « Quam magna exultare laeticia possint homines nostrae » aetatis... »; auctoris praefatio: « Praefandum illud Heracliti » dictum arbitror quo abiectae cuiusdam domunculae... », f. 1-141.

II. —— *de causis plantarum, eodem interprete, libri sex.* « Plantarum complures esse generationes, quot et » quae sint inter historias antea exposuimus... », f. 143-279.

Codicem belle exscriptum membrana tereti, candidiori, ornant affabre titulus cum picturis elegantioribus auro superpositis, protomes tres, vasa, flores, insignia Bessarionis a puerulis recta referentibus, nec non litterae initiales in principiis librorum.

Cod. 10 chart., saec. XV, a. 287, l. 200 [L. VI, LIX]. Mk.

Benedicti Rinii, *medici et philosophi veneti, liber de semplicibus.* « Priscorum equidem virorum mores... ».

Inter opera rei botanicae, quae antiquitate simul et copia praestant, hoc maxime locum habet; de quo auctorem ipsum in praefationis fine disserentem primum cognoscere interest. « Sane, » inquit, praescriptorum pro posse sumens exempla virorum, va» rias perlustrando regiones, in florentissima tandem urbe Vene» tia, Venetiarum provinciae metropoli, domicilium statui, post » primi studii perfectionem in Patavia urbe, Christi currentibus » annis millenis quadricentenis quindecenis.... Eapropter mente » cum opere decrevi, quae iam vetustate fere deleta sunt, au» thentice dicta de simplicium notitia in lucem quantum value-

» ro serie quadam moderniori revocare; ut sexagenarii mei Ni-
» colai Rochabonellae conelianensis physici aetas frustra non
» elabatur, novave non pauca mihi memoriae reponantur, atque
» pro vanis quicquam recompensem utilitatis; ad fructum quo-
» que nati primi, artium doctoris et medicinae, Iacobi; ut et
» mihi nato suo Ludovicus, medicus doctissimus, maxima in
» hac scientia praestitit beneficia; non parvo mihi collato favore
» pro huius operis complemento, in designatione formae primae
» simplicis cuiusque per magistrum Andream Amadio venetum
» pictorem sublimem, ad intenta descendens infrascripto ordine ».

Variis itaque regionibus perlustratis, absolutoque studiorum curriculo in gymnasio patavino, Rinius anno 1415 Venetiis sedem fixit, atque ad opus conficiendum omne studium adiunxit. Roccabonellam praeceptorem vel studiorum adiutorem is laudat, quem anno 1410 in gymnasio illo laurea medicinae donatum fuisse cum ex tabulario episcopatus patavini constet, de operis aetate circa dimidium saeculi XV statuenda argumentum inde sumendum.

Plantae de quibus agitur, duae ac quadraginta supra quadringentas sunt. Singulae quibus nominibus latine, graece, arabice, slavonice, theutonice appellentur, indicium fit; praeceptaque adiiciuntur de tempore ad eas colligendas opportuno, deque earundem in arte medica usu. Bibliotheca nostra syllabum asservat manu Io. Baptistae Brocchi, quo plantarum nomina cum Linnaeanis et recentionibus conferuntur. Scriptores de iis tractantes singulatim afferuntur; in quibus, praeter Dioscoridem, Galenum, Plinium, Macrum, Mesuem, Avicennam, Serapionem, Rhazem, Albucasim, Isaacum, Constantinum Africanum, Kiranidis auctorem, Petrum Aponensem, Petrum de Crescentiis, Ioannem Platearium, Bartholomaeum Anglicum, Simonem Ianuensem, aliosque pervulgatos, reperiuntur sequentes vel parum cogniti, vel prorsus etiam ignoti; nonnulli tamen suppositicii.

1. *Alexander Magnus in* **tractatu de septem herbis** *secundum septem planetas*. Affertur pag. 82, 290, 300.

2. *Tesilus libro suo* **de virtutibus** *XVIII* **herbarum,** *capitulo* **de berbena,** *licet in hoc nomine* **berbena** *erraverit, ut plures alii volentes* **de peristereon;** *qui Tesilus docet colligi hanc her-*

bam [sclaream] *aprili mense, IX diebus praecedentibus kalendas maji*, pag. 5 — *Tesalus in libello suo* **de virtutibus herbarum** *XIX;* pag. 115 — *Tesilus philosophus in libello suo* **de virtutibus herbarum** *XX;* pag. 9, 164, 169, 205, 272, ec.

De utroque scripto apocrypho apud Fabricium [*Bibl. gr.*, t. II, p. 206] haec sunt: « Vetus interpres latinus kyranidum » in prooemio: *volo scire*, inquit, *quod est apud Graecos quidam » liber Alexandri Magni de VII herbis VII planetarum, et alter » qui dicitur Thesali mysterium ad Hermem de XII herbis XII » signis attributis, et de VII aliis herbis per VII alias stellas* ».

3. *Hippocrates in epistola de tempore colligendi herbas*, pag. 24, t. ubi de acetosa: *Colligitur herba et ex ea fit succus et depuratur de mense iulii, semina de mense septembris, radices vero de mense octobris, et luna crescente, secundum dictum Hippocratis in epistola sua quadam de tempore colligendi herbas ec., licet secundum Thesilum debeamus colligere a* 18 *die decembris, praecedente kalendas ianuarii.*

4. *Plato Apuliensis, sive Apuleius in libro suo* **de herbis masculinis** *centum et triginta una*, pag. 5, 7, 20 et passim. *Plato Apuliensis, sive Apuleius in libro suo antiquo historiato* **de herbis femininis**, pag. 5, 7, 18, 23, 25. Opus prius herbarium, Apuleii nomine vulgatum, quod plantas viginti ac novem supra centum continet, esse video; posterius non aliunde mihi notum, veluti brevius quoddam scriptum, Rinius sic affert pag. 25, ubi **de bardana**: *Item idem Apuliensis Plato libro suo* **de herbis femininis**, *capite* 70 *et ultimo* **de aparme** *sive* **philantropos.**

5. *Copho in libro suo* **de simplicibus**, pag. 1 et passim. Cophonis methodum medendi et anatomen porci, ex editione haganoensi an. 1532 et veneta 1582, Io. Georgius Iacobus Bernhold, qui auctorem saeculo XII adiudicavit, Marcobraitae an. 1793 denuo imprimi fecit: de scripto tamen herbario Cophonis nihil iis in editionibus allatum est.

6. *Mundinus de Bononia in sua* **practica de omnibus aegritudinibus a capite usque ad pedes**, pag. 394. Mundini de Luciis bononiensis, praesertim ob anatomiam clarissimi, opus titulo hoc inscriptum non reperiri solet. *Mundinum de Civitate Austriae,*

bri tres, interprete *Davide Kybero,* argentinensi. Argentinae, 1552, 8.º

Libro primo praeeunt insignia viri mihi ignoti, effigies ligno sculpta inscripta: *Effigies Hieronymi Tragi anno aetatis suae* 46, ac epigramma, manu scriptum, *Ioannis Sapidii* lectori studioso:

« Hoc Hieronymus ore Tragus spirabat, ut annos
» Natus bis ternos, octoque lustra fuit ».

Ad finem cuiusque voluminis exstat calamo scriptus, ordine alphabetico, index plantarum, quarum in primo numerantur 182, altero 167, tertio 135. Nullus textus rem herbariam declarat.

Cod. 14 chart., saec. XVII, a. 320, l. 224 [L. VI, CCXII].

Fabii Columnae Lyncei, *minus cognitarum stirpium pars altera, in qua plantae hucusque non descriptae ac etiam rariores; purpura, testaceum cum animali purpuram fundente, et alia rariora nunc primum proponuntur. Omnia fideliter ad vivum delineata typis aenaeis et praeter elenchum rerum in principio appositum, exstat in fine index locupletissimus,* folia 41.

Est codex celeberrimi auctoris manu perscriptus, lituris, emendationibus et additamentis interspersus. Collatione facta cum textu a. 1616, Romae, typis Yacobi Mascardii edito, nullum discrimen apparet; nisi quod in autographo epistola Fabii deest ad Eduardum Farnesium cardinalem cum opere iam emissa; et ad lectores praefatio paulo brevior est. Opuscula, ut in editione, accedunt de purpura et de glossopetris: omnia iisdem imaginibus aere expressis ac iam editis exornata, quas auctorem ipsum delineásse probatior opinio est.

Cod. 15 chart., saec. XVII, a. 420 l. 275 [L. VI, CCXXIV].

Herbarium plantis exsiccatis [525] *confectum, cum indice alphabetico praevio.*

Nomina sumpta sunt ex Clusio, Prospero Alpino, Dodonaeo, Trago, Lobellio, Ruellio, Tabernamontano, Cornuto, Du Bruy, Fabio Columna, maxime vero Bauhino et Mattioli.

Codex fol. 205 infrascriptus est serius · *Studium botanicum, philosophis, medicis et cunctis bonarum artium cultoribus perutile. Creditur esse cuiusdam Petri* [Pauli] *Bocconi siculi, olim studiosi talis materiae apud sereniss. principem ducam Florentiae, circa annum* 1680.

Cod. 16 chart., saec. XVII, a. 210, l. 145 [L. VI, CCXIII]. O.

Iosephi Baldi, doctoris florentini, *de fungis libri duo.* « Fungus a Latinis sic dictus, quasi *sfungus,* ab aeolico σφόγγος, » pro communi σπόγγος, unde σπόγγια, *spongia ;* quum fungi » omnes spongiosam habeant substantiam . . . ».

Fungi appellationem sic a Baldo ductam quum Petrus Antonius Michelius, herbarius ille praestantissimus in hoc ipso scripto vidisset, nova plantarum genera proferens, prae aliis probavit [p. 200]. Ea sane auctoris perspicacitatem indicat, quemadmodum rei herbariae ac medicae eruditionem liber totus ostentat. Ut disseruit is de nomine, ad naturam et generationem explicandam accedit, fungosque non a putredine, nec ex terra acido succo fermentata nasci statuit ; sed *ex spermatica, informi, aut viscosa, pulverulentaque aliqua cuiuslibet speciei substantia, conformati seminis vicem gerente, genitricemque vim ad tempus conservante.* Quam sententiam aetate illà non sane communem, at a philosophis melioribus fere omnino receptam, dum fungorum anatomen tractat, declarat. *Partes,* inquit, *fructificationis ad conservandam speciem dicatae in quovis genere fungorum nullae manifeste apparent, quae fructificationis organum in aliis constituere solent ; nempe nullas floris partes, nulla prorsus involucra seminis, nullum denique, nisi obscurum et informe semen conceptumque moliuntur, quod ob figurarum exilitatem sensu discerni non potest ; licet genitricem vim informi polline, scobe, tenuissimoque pulvisculo animadversum sit. Nihilominus organicas partes tales esse ad talem fructificationem obscuras, indiscretas, et informes in hoc genere, microscopii praecipue auxilio, possibile est internoscere ; sicut etiam manifeste apparet in capilaribus plantis, flore et semine apparente carentibus, uti filicibus omnibus, adiantho, ceterach, phyllitide, ruta muraria, poly-*

trico utroque maiori et minori Apuleii, musco clavato, abietino, lichene pileato et stellato, quos in silvis annosis et umbrosis observare licet; qui omnes flores habent fugientes quasi obtutum et semina quasi pulvisculum in dorso alarum. Fungorum deinde partes dissimiles ac similes accurate discernit, temperamentum et qualitates expendit, noxii qui sint, quive innocui, qua vi et ratione interimant, quae sit in eorundem esu cautio adhibenda, quibus remediis, si nocuerint, utendum, quidque ex iis boni in re medica trahi possit, toto priore tractatu Baldus ostendit. Posteriore, fungorum omnium historiam persequitur; quorum multos apud scriptores probatissimos invenit, multosque vel ipse per Etruriam cognovit, vel ab amicis accepit, Petro scilicet Natio florentino, et Virgilio Falugio Vallis umbrosae abbate, rei huiusmodi peritissimis. Hos inter pezicam refert ponderi librarum duodenarum ac dimidiae aequalem, rotundae formae, albi coloris, carnosae solidaeque substantiae, quam in colle pistoriensi, Lizanum cui nomen, exortam Pacius Pacionius iurisconsultus anno 1687 ad Cosmum III, magnum Etruriae ducem, dono miserat, huius autem iussu Redius, plura in ea expertus, examinaverat, ac veneno carere, iucundissimeque sapere deprehenderat. Est opus in codice hoc ab ipso auctore exaratum; non tamen perfectum, neque fungorum imagines, quas etiam exhibere constituerat, adiectae. Hinc editio eius nulla facta est, nec aliis, quantum ego scio, quam Michelio innotuit; qui Baldi quoque librum de stirpibus ad vivum depictis in Anglia apud Guillelmum Serhurdium v. cl. extitisse, saepe in opere laudatissimo de novis plantarum generibus indicavit [p. 172, 173, 174, et alibi].

Codex habet paginas 229, quibus praeeunt foliis 54 studia, sine ordine, de eadem materia.

Cod. 17 chart., saec. XVIII, a. 240, l. 188 [L. VI, CCCXI]. D.

Catalogus plantarum, methodo varia oblatus.

Raro nomina tantum generis occurrunt, saepe characteres, quandoque usus, praesertim sub fine.

Codex folior. 54, duplici columna.

Cod. 18 membr., saec. XIV, a. 192, l. 130 [L. VI, XXII]. Mk.

I. Alberti Magni, *liber de proprietatibus et virtutibus omnium lapidum preciosorum,* aliter *de mineralibus.* « De commi» xtione et coagulatione, similiter autem et congelatione et li» quefactione . . . » ; finit vero : « Explicit liber de lapidibus, se» cundum fratrem Albertum, qui liber *oculo* intitulatur », f. 1-31.

II. *Incipit opusculum de doctrina virtutum et fuga viciorum, editum a magistro Petrobono de Mantua.* Prooemium : « Cum » patria propulsus, bonis exutus, pro beneficio supplicio afflictus » in exilio, Petrusbonus conversans, recreationis gratia, per » amaena civitatis moenia . . . » ; textus vero : « Quatuor sunt » quae prudentia nos edocet : praeterita recolere, praesentia dispo» nere, futura praevidere et dubia suspendere . . . » ; finit : « Qua» tuor sunt quibus nulli resistere possunt, sortis calamitas et ful» minis severitas, incendii accensio et fluminis irruptio », f. 32-43.

Nil habeo quod auctoris historiam luce quadam affundat, nisi quae ipse sub fine prooemii de se scribit : « Porro si mei de» cerptoris huiuscemodi fructuum nomen et originem noscere » cupis, a primo ecclesiae claverio, adiecto *bonus* nomen assum» psi : urbs vero illa me genuit, quae vatum principi attribuit » ortum . . . ». Auctor omnia in classes quasdam distributa ad numerum quaternum reducit.

Sub fine legitur : « Iste liber pervenit et nunc pertinet ad » conventum venetum maiorem, ex divisione facta librorum ma» gistri Antonii Macho, qui obiit dum esset prior venetus ». Eum Faventiae natum, sacri verbi oratorem eximium anno 1444 scriptores tribuunt.

Cod. 19 chart., saec. XVI, a. 318, l. 223 [L. VI, V].

Avium icones ligneis formis impressae.

Folia 169 ex opere impresso exsecta sunt ac in codicem compacta : manu vero adiecta sunt nomina graeca, latina, vulgaria. Praeeunt foliis 1-11 figura sceletorum humani et avium ad avium anatomen conferendam; partes avium grandiores oblatae ; nidi duo ; totidem homines sylvestres.

Cod. 20 chart., saec. XVII, a. 204, l. 128 [L. VI, CCXIX]. N.

De universo rerum fossiliuum genere, gemmis, lapidibus, saxis, marmoribus, metallis, metallicisque et ceteris huiusmodi, libri aliquot. Prooem.: « Naturae cognitio est ingentis utilita- » tis et dignitatis, quod mentes humanas ad Dei ipsus cogni- » tionem... »; finit: « Quamobrem in metallicorum cognitio- » ne ocium tempusque contrivi non exiguum; atque in ea » tantum quidem assiduitate explorandique studio perfeci ut » quamplurimas fossilium species noverim, eorumque thesaurum » multis impensis collegerim paucis comparabilem », f. 1-89.

Auctor, qui *arcam rerum fossilium* Romae collegerat, Aldrovandi et Ioannis Pontani, medici gothani, saeculo XVII incipiente coaevus, oblatis delineatione arcae suae et catalogo in triginta titulos distributo, dat excerpta ex variis auctoribus, ea de re publici iuris facto, opere Conradi Gesneri. Tiguri, 1565, 8.°, plura quoque de lapidibus in corpore humano repertis. Ulterius:

a. *S. patris Epiphanii, episcopi Cypri, ad Diodorum Tyri episcopum, de XII gemmis, quae erant in veste Aaronis, liber Iola hierotarantino interprete*, f. 90-93.

b. *Corollarium incerti auctoris in Epiphanii de duodecim gemmis libellum*, f. 94-95.

c. *Gemmarum in rationali omnium nomina in diversis linguis, secundum diversos interpretes*, f. 95-99.

d. *Metallicae observationes*, f. 100-112.

e. *De generatione succini petrolei, ac reliquis bituminosis succis*, f. 113-121.

f. *Calculorum qui in corpore ac membris hominum innascuntur genera duodecim descripta*, f. 123-132.

g. *De halos antheos, seu spermate ceti*, f. 133-152.

h. *De annulis*, f. 155-165.

Annoto quae ad historiam venetam se referunt, fol. 58: « Fiunt Venetiis vitrei quidam globi, perforati, vario colorum » genere, pulcherrimi ». — Fol. 76: « Augustinus Barbadicus pa- » tritius venetus, cum in certo morbo obiisset, in eius dissecti ie- » core inventus est lapis iuxta feli vesicam, grandior olivae nucleo, » et, quod magis mirum est, viridis ad nigredinem declinans ».

CLASSIS XIV.

MEDICINA.

Cod. I membr., saec. XIV a. 228, l. 160 [L. VII, XVI]. O.

I. Ioannitii, *isagoge ad Tegni Galeni*, f. 1-12.

Eadem, quae in collectione, cui titulus: *Articella*, a. 1483 Venetiis edita, ac postea recusa, exstat, de qua Fabricius in *Bibl. gr.*, XII, 651. V. codic. 12.

II. Hippocratis, *liber aphorismorum*. « Vita brevis, ars vero » longa: tempus acutum, experimentum vero fallax: iudicium » autem difficile ... », f. 13-31.

Pervulgata est vetus haec translatio, quae, ut alia *prognosticorum* Hippocratis, *Constantinum Africanum*, monachum Cassinatem auctorem, habere videtur.

III. *Aphorismi* [120] *medicinae*. « Liberet te Deus, fili amantissime, a devio erroris, et medicina conservet prosperitatis, » atque meo velle de te dignetur posse concedere, teque in ea» dem agilem facere: sicque desiderium tuum compleat in te ... », f. 31-32.

IV. *Liber prognosticorum Hippocratis*. « Omnis qui medici» nae artis studio, seu gloriam, seu delectationem amicorum con» sequi desiderat ... », f. 33-41.

V. *Liber urinarum, a voce Theophyli*. « De urinarum diffe» rentia negotium multi veterum medicorum aggressi sunt scri» bere ... », f. 43-56.

VI. *Liber Phylareti de negotio pulsuum*. « Intentionem ha-

» bemus in praesenti conscriptone de pulsuum negotio... », f. 57-60.

Haud primus duo haec eiusdem auctoris, Theophyli nempe protospatarii, opuscula latine reddidit Ponticus Virunius, ut Fabricius (1) putavit: nostra namque translatio duobus circiter saeculis Viruniom antecessit; eademque forte est cum illa, quam in *artiscella* Fabricius legit et Virunio tribuit.

VII. *De regimine acutorum*. « Qui de aegrotantium acciden- » tibus in singulis aegritudinibus pertractantes potius consen- » sisse ferunt... », f. 61-68.

Libellus Hippocratis est de victus ratione in morbis acutis, ab ignoto homine interpretatus.

Codicem perelegantem, cum picturis, possederat qui folio primo scripserat: « Liber iste est Bartoli alterius Bartoli de Te- » daldis, quem ipse emit a Ragio venditore, die 26 iunii 1442, » pro pretio grossorum quindecim ». Serius A. Κοχχ. Μυχ. Ε Δεκ αψλη [Antonius Cocchius mucellanus, 5 decembris 1738].

Cod. 2 chart., 1453, a. 435, l. 295 [L. VII, IV].

Hugonis Senensis, *commentarius in sex particulas aphorismorum Hippocratis*. Dedicatio Nicolao Estensi, marchioni Ferrariae: « Praecedentis anni lucubrationum munus, quamvis parvum, » tuo nomine Nicolae... »; textus: « *Vita brevis*. Iste est liber » aphorismorum Hippocratis, in quo intendit Hippocrates non... ».

Prodiit in eius operibus iunctim editis Venetiis, 1518, vol. II, fol.

Codex, folior. 220 duplici columna, cum titulo auro picto, quo insignia expressa viri G. K., exscriptus est ad finem: « Com- » plevi anno 1453 die 15 decembris, de mane, tempore maximi » frigoris, hora sexta ».

Cod. 3 chart., saec. XVI, a. 205, l. 157 [L. VII, XLIX]. D.

Matthaei Curcii, papiensis, *expositio in secundum librum*

(1) *Bibl. gr.*, t. XII, p. 651.

aphorismorum Hippocratis, cum expositione Galeni. Lectiones 47. « *In quo morbo somnus laborem facit* ec. In prima particula de» cernit Hippocrates de enunciatione et repletione, vel ratione » victus . . . ».

Ubi lectiones habitae fuerint, deprehendo ex appositis extremo loco : « Et sic est finis huius lecturae die Mercurii, quae » fuit 21ª mensis ianuarii, 1540, Cittadellae ».

Codex, cum indice, habet folia 173.

Cod. 4 membr., saec. XIV, a. 178, l. 124 [L. VII, XVII]. O.

I. Hippocratis, *epistola ad Maecenatem.* « Libellum, quem » roganti tibi promisi, habes omni cura adhibita descriptum, nec » non ordinatissimum tuae salutis custodem . . . », f. 1-4.

Quamquam falso Hippocratis nomen praeferat, edita est quoque in collectione óperum Hippocratis Lindeniana [t. I, p. 650].

II. *Epistola bectonicae, a quibus bona sit.* « Hanc curam me » experimento ex omnium medicorum disciplinis et usu ordina» tam . . . », f. 4-7.

Eadem continet quae in epistola Antonii Musae Brasavolae de betonica habentur ; re tamen vera ipsamet epistola non est.

III. Apulei Platonis, *tractatus de viribus herbarum, ad concives suos.* « A multis vires herbarum et curationes corporis ad » fidem veritatis adducas stupiditate verborum . . . », f. 7-33.

Apuleii doctrinam de herbis anonymis quispiam hoc in tractatu contraxit, ut in sequenti de libris Dioscoridis factum est.

IV. Dioscoridis, *liber medicinae ex virtutibus herbarum.* « Africefana nascitur locis montanis et lapidosis vel arenosis ... », f. 33-49.

Finit : « Explicit liber de herbis masculorum et femina» rum, et cura earum ».

V. *Practica magistri Bartholomaei.* « Practica dividitur in » duo, in scientiam conservandae sanitatis et curativam aegri» tudinis . . . », f. 50-122.

« Bartholomaei cuiusdam practica exstat de experimentis » ad omne genus morborum, in qua aliqua superstitiosa haben-

» tur, multa tamen bona quoque insunt ». Haec Simlerus in bibliotheca Gesneriana [pag. 85]. Sartius, qui in codice Bodleiano opellam insertam asseruit, eius auctorem Bartholomaeum de Varignana esse suspicatur (1).

Eam Carolus Darembergius, a biblioth. Mazarina Parisiorum, in suos usus transcribendam curavit a. 1854 ; edidit autem, sine ulla nota, Salvator de Renzi in operis: *Collectio salernitana*, tomo IV [Neapoli, 1856], pag. 320-406.

VI. *Speculum medicinae.* « Cum animadverterem quamplu» rimos medicorum, non solum iuniores, verum etiam qui docto» res videbantur ... », f. 122-133.

VII. *Liber diaetarum omnium febrium* ... *Collyrica oculorum.*

Rhythmi de aegyptiacis diebus ec., f. 133-136.

Librarii inscientia, codex pluribus, nec levioribus, scatet mendis.

Folio secundo haec manu rudiori exscripta leguntur. « Hoc » libellus pertinebat loco nostro Pisarum .... Questo libro cavai » dalla libreria di santa Chiara, stato gittato in un canto fra » un monte di cartacce per derelitto, anno D. 1530 : hora ave» rete cura voi altri infermieri ». Primo autem scripsit serius qui codicem possidebat: A. Κοκχ. Μυκ. ε. Δεκ. αψλη [Antonius Cocchius mucellanus, 5 dec. 1738].

Cod. 5 membr., saec. XIV, a. 260, l. 185 [Z. L, CCCXVII].

I. Galeni, *de regimine sanitatis libri sex, a Burgundione, iudice pisano, de graeco in latinum translati.* « Quod temperantia » quod calidi et frigidi, sicci et humidi ... », f. 1-13. Sub fine: « Finis sexti sermonis hygiaene, scilicet sanativae artis, a Bur» gundione iudice pisano, de graeco in latinum translati, anno » domin. incarnationis millesimo ».

Est compendium operis Galeni *de sanitate tuenda* [nomine *de sanitate fruenda* in Vaticana] pluries editi, numero librorum pari, non item capitulorum partitione, quae nulla est. Codicem,

(1) *De professionibus bononiensibus*, t. I, p. I, p. 484

diligentissimum ceteroquin, Fabricium latuisse puto, quod [*Bibl. gr.* edit. 1795, V, 735] latinum parisiensem, num. 6867, ex arabica versione, vertente Nicolao de Rhegio et Burgundione iudice pisano, nominet, non item nostrum. Versionem anecdoctam puto.

Interpres, theologus, poeta, iurisconsultus, medicus, floruit saeculo decimo. Praefectus apud Fridericum imper., anno 1145 ad Manuelem Bysanthii imperat. missus, concilio lateranensi a. 1180 praesens, obiit Pisis a. 1194.

II. Galeni, *de virtutibus naturalibus, libri tres.* « Quoniam » sentire quidem et moveri secundum electionem, propria anima- » lium sunt . . . », f. 13-25.

Opus in editionibus occurrit sub titulo *de facultatibus naturalibus*, vel *de potentiis naturalibus.*

III. —— *liber alimentorum, translatus a fratre Guillelmo de Morboecka, ordinis Praedicatorum.* Dedicatio: « Viro provido » et discreto magistro Rosello de Aretio, medico praecipuo . . . » ; liber vero primus: « De hiis quae in alimenti virtutibus non » pauci medicorum scripserunt, ponentes in multo studio . . . », f. 25-49.

Libri tres, quorum quilibet in capitula distributus, agunt *de granis seu seminibus, de eduliis fructuum, de alimentis quae sumuntur ab animalibus.* Versio, non adhuc edita, Rosello hortante facta est: « Si autem superfluus iudicetur labor esse, excu- » set me vestra instantia, quae cum quanto affectu id exigereri- » tis tu ipse nosti ». Ea autem absoluta est Viterbii anno 1277, ut ex codice Colbertino 55 coniicio; quam ideo perillustri viro Antonio Rosello de Aretio, ex saeculo XIV, minime nuncupatam liquet.

Guillelmus ex oppidulo Meerbeke, in confiniis Ninive Flandrorum, a. 1268 in Italiam se contulit apud Clementem pp. IV.

IV. —— *malicia complexionis.* « Malicia complexionis di- » versae quantum in toto animal corrupte existit, sicque ea ac- » cidit in specie ydropisis . . . », f. 49-51.

Liber nomine *de marcore* quod maxima ex parte adversus Philippi librum *de marcore* scriptus sit, communiter in editionibus, *de marasmo* appellatur.

Cod. 6 membr., 1305, saec. a. 400, l. 270 [Z. L, DXXXI].

I. Eiusdem, *de febrium differentiis, libri duo, a Burgundione de graeco in latinum translati.* « Differentiae febrium, quae quidem » propriae maximae sunt et principalissimae secundum substan- » tiam earum, sunt... », f. 1-9.

Pluries et in Galeni operibus et separatim editi sunt, non tamen ex Burgundionis versione, quam Fabricius quoque praetermisit (1).

II. —— *de regimine sanitatis, libri sex.* « Quod contem- » perantia... », f. 9-22.

Eadem, ac codicis praecedentis, amanuensis inscriptio, utrumque ex eodem fonte sumptum innuit.

III. —— *de interioribus, libri sex.* « Medicorum non solum » moderni verum etiam antiqui membra corporis, loca appella- » verunt, omnesque laborant scire passiones hiis locis evenien- » tes... », f. 23-53.

Editus liber nomine *de locis affectis.*

IV. —— *de utilitate pulsus.* « Dixit Galenus: oportet nos » inspicere pulsus utilitatem, an sit hanelitus... », f. 54-56.

Opella contra Erasistratum, qui docuerat spiritum arteriarum per inspirationem trahi, scripta, nomine *de usu pulsuum.* et cum aliis *de pulsibus* et singillatim prodiit.

V. —— *liber introductorius in pulsus.* « Quaecumque hiis » quae introducuntur, dilectissime Teucre, necessaria sciri de » pulsibus sunt... », f. 56-59.

Seorsim quoque Lugduni, anno 1550, editus appellatur etiam in codicibus: *De pulsibus libellus ad tirones,* quod introducat tirones, ex quibus Teucrus, in pulsuum doctrinam.

VI. *Commentum Galeni de pulsibus super libro introductorio, libri quatuor.* « Eas quidem, quae a primis et a princi- » palissimis causis sunt, alterationes pulsuum primus sermo » sufficienter exposuit... », f. 59-65.

Textus Galeni, libris *de causis pulsuum* respondens, per par-

(1) *Biblioth. graeca,* V, 416-417.

ticulas datos, quarum prima est. « Igitur viri quidem mulieribus » quam multum maiorem, multo et vehementiorem . . . ».

Commentum graece exaratum fuisse nuntiat subscriptio interpretis : « Finit quartus et ultimus liber de causis pulsuum, a » graeco in latinum a Burgundione, cive pisano, translatus ».

VII. *Sylva eorum quae a Galeno disputata sunt in quatuor de pulsuum differentiis libris.* « Hoc idem de pulsu. Impossibile » est competentem modum circuli . . . », f. 66.

VIII. Galeni, *de voce.* « Dixit Galenus : si nervis qui sunt » inter costas acciderit occasio [scissio] prope spondilia, destruetur vox et anhelitus . . . », f. 66-67.

Libro suspectae originis traditur laryngis anatome, et ductus salivales linguae describuntur. Non una tantum vice prodiit.

IX. —— *de ingenio sanitatis, de graeco in latinum translatus, in quo Galenus determinat de cura malae complexionis, libri a septimo ad decimumquartum.* « Terapeuticam methodum, Eu- » geniane amicissime, olim quod inceperam scribere », f. 68-106.

Folio extremo lego : « Explicit liber Galeni terapeuticae » methodi, et per consequens explicit quod deficiebat hic prae- » sens de translatione Burgundionis li. VIIII, li. terapeuticae fa- » cultatis, complete translatum per magistrum Petrum Paduanum, et incipit ab primo capitulo . . . . et durat usque ad finem » X4 libri. . . . Scriptus fuit liber hic Bononiae, sub annis Domi- » ni MCCCV, indictione tertia ».

Libri sex priores ad Heronem scripti sunt, quo mortuo, reliqui ad Eugenianum. In editionibus opus, appellatum *methodus medendi*, seu *de morbis curandis*, a Galeni sectatoribus ea dignitate habitum est ac *ars medica.*

Lectio codicis, glossis marginalibus, non raro interlinearibus, redundantis, generatim corrupta est.

Cod. 7 membr., saec. XIV, a. 340, l. 230 [L. VII, XI] Ma.

I. Magistri Petri Hispani, *glossae super tegni, seu in artem parvam Galeni.* « Quoniam circa introductiones Io. multa ad in- » gressum artis medicinae discussimus plene, circa introitum » scientiae tegni . . . », f. 1-34,

Ars parva Galeni pluries edita, cuius versio latina ex arabico data est, dicitur quoque *tecni, tegni, microtecni, microtegni, migratagni, articella, artesella.*

Auctor, serius pontifex, nomine Ioannis XXI [1276-1277] electus est. Opus exstat in codicib. biblioth. Regiae n. 6956. Eius *summulae cum expositione magistri Simonis* occurrunt in biblioth. s. Antonii Patavii (1).

II. *Compendium medicinae.* « Medicina dividitur in duas » partes, idest in theoricam et practicam, quarum theorica di- » viditur in tria . . . », f. 35-36.

Est isagoge ad tegni Galeni, auctore Ioannitio, de quo cod. 1.

III. Hippocratis, *de aere, aqua et regionibus.* « Quisquis ad » medicinae statum accedere curat, necesse est prius anni tem- » pora et quae in eis generantur attentius requirat ... », f. 37-38.

IV. —— *de pharmaciis.* « De pharmaciis autem causae » non, ut extimatur, sunt . . . », f. 38.

Est libelius de medicamentis purgantibus.

V. —— *de lege.* « Medicina artium praeclarissima... », fol. 38.

VI. —— *de natura humana.* « Quicumque consuevit audi- » re dicentes de natura humana . . . », f. 38.

VII. —— *de natura puerorum.* « Si sperma ab utrisque per- » manserit in matrice . . . », f. 39-40.

Liber, ut in fine, *translatus est de graeco in latinum a magistro Bartholomaeo de Messana,* quod refert quoque Tiraboschius [Historia litter., t. IV, pag. 170, editionis alterius].

VIII. Galeni, *de locis affectis, libri primi caput primum.* « Loca nominant particulas corporis, non iuniores solum sed et » veterum medicorum non pauci . . . », f. 41-43.

IX. Gentilis de Fuligno, tractatus de reductione medicinarum *ad actum.* Dedicatio. « Amice carissime, magister Tho- » mas de Arecio. Sollicitasti multum ut praeter hunc brevem » tractatum quem composui de reductione medicinarum ad a- » ctum . . . », f. 44-48.

(1) Minciotti. *Catalogo dei codici mss. di s. Antonio di Padova,* p. 113.

Sub fine lego: « Gentilis de Fuligno, Perusii, 1342, 17 » aprilis ».

Est quadragesima sexta ex auctoris quaestionibus editis Venetiis a. 1520, fol. 63-71.

X. Eiusdem, *consilium medicum*, cum infrascriptis: « Gentilis de Fuligno, Perusii, 1343, in fine iulii ».

Cod. 8 membr., saec XIII, a. 310, l. 210 [Z. L. DXXXII].

I. *Lectura magistri Ursi Laudensis super microtegni Galeni.* « Volumus explicare super librum Galeni, qui dicitur *mi-» crotegni*. Dicimus ergo quod, secundum quosdam, medicinae » scientia ante tempus Galeni . . . », f. 1-43.

Folium primum litteris tenuioribus inscriptum: « Exposi- » tio, quae est commentum et glossatio super *microtegni* Galeni, » secundum doctum laudensem Nusum, qui dictus est Ursus, » Advinione ipso regentem scolas in anno MC nonagesimo octa- » vo completum est opus . . . . Quare Ursus vocetur indicat ver- » sus — Laudensis medicus, medicisque fidelis amicus, — Quos » super hanc partem Avenione duxit in artem — difinitionem » commentans aperitivam »; quadragesimum vero tertium habet: « Ursi Laudensis sermo pertransit ut ensis — Hanc per do- » ctrinam, Galeni vel medicinam ».

Occurrunt tantum primae capitulorum propositiones operis Galeni *de arte medica*.

II. *Lectura* seu glossae *super libro* [Galeni] *regiminis acutorum.* « Teste Galeno in fine pronosticorum et Haly super tegni, » perfectior est medicorum, cuius aestimatio artificialis . . . », f. 44-53.

Aliquot tantum verba, ex textu Galeni, notata occurrunt.

Cod. 9 chart., saec. XV, a. 287, l. 169 [L. VII, VIII].

Cornelii Celsi, *de medicina, libri octo*.

Lectionem pravam omnino quidam emendavit, collatione cum editionibus instituta.

Ioannes Rhodius ante annum 1655 codicem hunc apud cleri-

cos regulares Tolentinates Venetiar. excussit, eiusque varias contulit lectiones, ut videre est: in *Scribonii Largi, compositiones medicae. Ioannes Rhodius recensuit,* ec. [Patavii, 1655, pag. 93, 165, 173, 291, 302, 327, 358, 362, 398]. Serius Ioannes Baptista Morgagnus eundem [nomine *venetum*] retractavit, eiusque memoriam ingessit in *epist. sex in Corn. Celsum* [Patavii, 1750. t. II, p. 49-52]. Leonardus Targa qui egregie Celsi opera recensuit, in biblioth. d. Marci iam anno 1810 codicem translatum asseruit: « Codex chartaceus clericorum regularium, qui Venetiis » Tolentini vocabantur, nunc est in bibliotheca d. Marci ». *Corn. Celsi, medicinae libri octo.* Patavii, 1810, in prooemio.

Cod. 10 chart., saec. XVI, a. 170, l. 108 [L. VII, II].

Eiusdem, *de re medica libri octo, cum adnotationibus et correctionibus R. Constantini.* Lugduni, 1566, pag. 499, 8.°

Annotationes autographas, non multas, eas tamen quae ad oppositarum lectionum varietatem probandam conferunt Michael Guilandinus addidit, qui cum codicibus propriis biblioth. nostrae legavit a. 1589.

Cod. 11 membr., saec. XIII, a. 178, l. 113 [L. VII, XX]. 0.

Constantini Africani, medici, *liber graduum.* « Quoniam di» sputacionem simplicis medicinae universaliter, prout ratio po» stulaverat, explevimus, restat ut ordo sequatur de unaquaque » specie singulariter . . . », folia 17.

Index alphabeticus substantiarum ex triplici naturae regno, earumque usus, qua morbis medendis adhibitae.

Libellus, cum ceteris eius operibus, a. 1536, Basileae impressus est.

Cod. 12 membr., saec. XIV, a. 380, l. 245 [Z. L. CCCXXI]. B.

I. Eiusdem, *liber viaticus.* « Quoniam quidem, ut ait Tullius in » rhetoricis, omne in quid expetendum, vel propter se, vel pro» pter aliud, vel propter utrumque expetitur . . . », f. 1-62.

Libris septem distributus, si fides amanuensi, habet auctorem *Ysach filium regis Arabum adoptivum;* si Reiskio et Fabricio, *Abu Giafer Ahmed, ben Ibrahimi,* africanum, viventem sub initio saeculi X. Translator, monachus s. Benedicti de Monte Cassino, idem qui supra, artis medicae peritus, arabico, graeco, latino sermone aeque pollens, circa annum 1072, vertit latine. Synesius, verosimiliter inter saeculum X et XIII vivens, octo priora capitula libri septimi graece reddidit, proprii libri *de febribus* substratum, quem Ioannes Stephanus Bernard vertit latine, notis illustravit, edidit Amstelodami, 1749, 8.°

II. Ysaac, *diaetae universales et particulares, libris duobus.* « Quod in primis coegit antiquos disputare de naturis ci» borum, studium fuit sanitatum et investigatio earum custo» diendarum . . . », f. 64-101, 106-139.

De quibus in opere agatur, nunciat titulus editionis basilensis anni 1570, quem ideo universum exscribo: « Isaaci judaei » Salomonis Arabiae regis adoptivi filii, de diaetis universalibus » et particularibus, libri duo, hoc est de victus salubris ratione » et alimentorum facultatibus, quinque tractatus summopere » utiles: in quibus non solum de ciborum varietate atque dele» ctu generatim, sed etiam de quibuslibet herbarum, fructuum, » leguminum, granorum, carnium, piscium, liquorumque for» mis, naturis, et facultatibus, quaque ratione in cibis quae» libet sint adhibenda, clare et perspicue agitur. Liber omnibus » philosophiae et medicinae, imo sanitatis studiosis, apprime » necessarius, superiori saeculo ex arabica lingua in latinam » conversus, nunc vero opera d. Ioannis Posthii Germershemii » sedulo castigatus et in lucem editus ». Nostri codicis versio eadem est ac impressa, quam propterea antiquiorem esse liquet ac Posthius existimat. Lectio non ita prava ac in codice quo usus est editor.

III. Aristotelis, *de visu.* « Debemus loqui de visu, sed ad » loquendum de eo, necesse est prius loqui de lumine et de lu» minoso, et de colore . . . », f. 101-105.

IV. *Liber antidotarii particularis Nicolai.* « Ego Nicolaus » rogatus a quibusdam in practica medicinae studere volenti» bus . . . », f. 140-154.

Triplex index occurrit a principio, ***nominum antidotorum***; sub fine, ***dispositionum omnium confectionum emplastrorum atque unguentorum*** nec non ***specierum et herbarum, secundum proprium pondus et mensuram***.

V. Gerardi Cremonensis, ***modus medendi***. « Cum omnis » scientia ex fine et utilitate sua naturaliter sit appetenda ... », f. 154-165

VI. ***Glossulae exponentes antidotarium universale***. « Liber » iste, quem in praesentiarum legendum assumpsimus, ex mul- » torum antidotis est compilatus .... » ; finit : « Expliciunt glos- » sae exponentes antidotarium universale, complectentes florem » simplicium et compositarum medicinarum . . . », f. 166-179.

VII. ***Sententiae Ioannicii***. « Cum quaelibet doctrinalis scien- » tia humanae utilitati deserviat . . . », f. 180-187.

Haec de tegni Galeni et Ioannicio commentator in prooemio: « Galenus . . . . libellos edidit de hac arte, quorum summam » quaerens, in unum compilare ***tegni*** [ars] fecit, in quo dum bre- » vitati insuduit, obscuritatis reprehensionem pene incurrit ».

« Ioannicius vero Ioannis Alexandrini filius, seu discipulus, » ut quidam asserit, videns maximam utilitatem sub brevitate » et obscuritate in ***tegni*** latere, ad ipsum factus est introducto- » rius in eo qui hunc librum composuit, qui Ioannicius dicitur » ut per eum cavillosa verborum serie, tegni denodaretur in- » tencio ».

Commentum [mutilum in fine] est in opus Ioannicii: ***Isagoge in medicinam***, Venetiis, cum aliis impressum per Petrum Bergomensem, a. 1507. Codex habet tantum prima capitulorum verba ex Ioannitio.

Cod. 13 membr., saec. XIV, a. 350, l. 237 [Z. L. DXXXV].

I. ***Almansor translatus a magistro Gerardo Cremonensi. Albubetir Rasis filii Çacharie liber, qui ab eo Almansorius vocatus est, eo quod regis Almansoris Ysaac filii praecepto editus sit. Verba Albubetri***. Tractatus decem. « In hoc libro aggregationes ne- » cessarias et conceptiones congruas doctrinae medicinalium, et » haec faciam compendiose . . . », f. 1-44.

Sic auctor de opere, in prooemio: « Dicam quoque in eo » modos conservandi sanitatem et curandi aegritudinem, et ea » quae sine intromissione sequuntur ista . . . : hunc autem li- » brum in decem distinguam partes: in unaquaque parte in » prius ponam capitula signata litteris alphabeti, secundum or- » dinem et numerum ipsarum, ut cito possit inveniri quod quae- » ritur. . . ». Sequitur index signorum ex variis affectionibus. Liber decimus agit de febribus. Glossae alia manu. Foliis 40-44 occurrit index nominum arabicorum cum congruis latinis.

Auctor, *Mohamed-Abou-Bekr-Ibn-Zacaria,* etiam *Albubetri, Abu-Baker-Rasis, Abubacri,* et *Rasis* vel *Razis* tantum appellatus, nono saeculo in Corassan natus, medicinam et philosophium professus, Syria, Aegypto, Hispania peragratis, pluribus operibus clarus, anno 923 obiit.

II. *Sumptio medicinae ad stuporem et frigus, ad paralisim et ad morsum rabidi canis, et ad dolorem verticis antiquum, et ad dolorem dentium, et ad dolorem aurium, et ad squinanciam et asma, et ad splenem, et ad dolorem renum, et ad lumbos, et ad emorroidas, et ad dolorem epatis et stomachi, et ad ydropisim.* « Rogasti me, amice Marce, ut describerem tibi librum in medi- » catione aegritudinum, secundum experimentum medicinale et » considerationes rationales . . . », f. 45-51.

Titulum capitulorum octo supra sexaginta index excipit, quibus minime respondet textus divisio.

III. *Capitula de oculis.* « Ad oculos cotidie ablue oculos cum » aqua calida mane in qua cocta sunt radix absinthi et betoni- » ca . . . », f. 52.

Cod. 14 membr., saec. XIV, a. 348, l. 239 [Z. L. CCCXX].

I. Albubetri Razis filii Zachariae, *liber incipit translatus a magistro Gerardo Cremonensi in Toleto, de arabico in latinum, qui ab eo Almansorius vocatur ex eo quod regis Mansorii Isaac filii praecepto editus sit,* f. 3-52.

Tractatum decimum de febribus claudit arbor earumdem.

II. *Liber divisionum Araçi. Verba Abubacri filii Zachariae Aragi translatus a magistro Gerardo Cremonensi in Toleto, de*

Cod. 18 chart., saec. XVII, a. 278, l. 200 [L. VII, XXIII]. O.

Iosephi del Papa, *medicinae tractatus aliquot ad usum scholae accomodati, videlicet de temperamentis, de humoribus, de differentiis partium, de rebus praeter naturam, de methodo medendi; in quibus tum veterum, tum recentiorum medicinae principum sententiae enarrantur, expenduntur, atque ad invicem comparantur*. Prooemium: « Licet naturae legibus statutum, certumque » sit quaecumque ortum habuere »; tractatus: « Haec ars ad nos » usque perducta, summaque veneratione praedita . . . », folia 82.

Luculentissimus commentarius est in primam partem *canonis* Avicennae, quem in gymnasio pisano Papius praelegisse videtur. Editus nequaquam est, paucis exceptis quae in *exercitatione de quatuor humoribus*, a. 1733, Florentiae impressa, aliisque vulgatis libris Papius dedit ipse. Est codex hic praestantissimi auctoris manu, partim non sine mendis, descriptus, partim vero emendatus.

Cod. 19 membr., saec. XIV, a. 420, l. 260 [Z. L. CCCXIX]. B.

Averrois, *liber qui vocatur Colliget*. Libri septem. « Quando » ventilata fuit super me voluntas per nobile praeceptum, ex » parte nobilis domini Audelah Sempseamir Elmomuni de Marocho pro consilio . . . », folia 84.

Codex corruptis scatet lectionibus; rescriptus nihil habet in priori textu quod attentionem singularem sibi vindicet.

Cod. 20 membr., saec. XIV, a. 390, l. 238 [Z. L. CCCXVIII]. P.

I. *Liber utilis, sive theorica regulas artis medicinae continens, nominatus Colliget, quem Averrois edidit*. Libri septem, f. 1-53.

Sub fine legitur: « Habitet hic coelum scriptor, ceu Delia » Delum ».

II. Avicennae, *de naturalibus liber sextus*. Partes quinque in capitula distributae. « Iam explevimus in libro primo verbum » de his quae sunt communia naturalibus . . . », f. 54-75.

Versiculo: « Laus tibi sit, Christe, quem liber explicit iste », subnexus est index.

III. Hippocratis, *libellus de lege*. « Medicina, artium prae-» clarissima, propter indisciplinam utentium et iudicantium... », fol. 75.

Νόμον, praescribenda iis continentem, *qui medicinam facere instituunt, ne ignari atque imperiti sub medicorum persona irrepentes nomen artis turpiter prostituant* (1), Mercurialis, Grunerus, Hallerus Hippocrati adiudicant.

Omnia nota et frequenter impressa.

Operis cuiuscumque titulum exornant picturae, non quidem lineis correctioribus, sed quae imaginandi vim in *rubricatore* revelant.

Cod. 21 chart., saec. XVI, a. 214, l. 150 [L. VII, L]. D.

I. *Recollectae in septimum* **Colliget** *Averrois, dom. Matthaei Curcii papiensis, in gymnasio patavino theoricae legentis, anno Dom.* 1527, *die* 8 *mensis aprilis*. « Intendens Averroes in » 7.° *Colliget* ponere curam omnium febrium, incipit a cura » malae complexionis . . . », f. 1-65.

II. Corradini, *de aegritudine* **le petecchie**. « Circa curam ae-» gritudinis quae vulgariter et italice dicebatur *le petecchie*, et » fuit haec aegritudo de anno 1525, primo scire debes . . . », f. 65-70.

Quam curationem huic morbo adhibendam esse disputat auctor, in multis a Matthaeo Curcio dissentiens: *Et ideo excellentissimus d. Curcius in principio saepe flebotomabat hos patientes — Curcius noster tunc temporis erat satis parcus in extractione sanguinis — Curcius autem qui primam furiosam intelligit.*

III *De exhibitione medicinarum, scilicet qua hora exhibendae sunt*. « Diximus heri esse hodie declarandam difficultatem de ci-» bis et medicinis lenientibus et lubricantibus . . . », f. 70-74.

Lectionem suspicor Matthaeo Curcio tribuendam.

IV. Mag. Matthaei Curcii, papiensis, *expositio in quartum*

(1) Fabricius. *Biblioth. gr.*, II, 502.

regiminis acutorum Hippocratis. Lectiones in usum scholae. « In expositione quarti regiminis acutorum, primo declarabo » quid dicat Galenus in commento . . . », f. 78-235.

Folio 103 scribit auctor: « His visis, restat videre de cibo » et potu, sed de dieta in prima particula aphorismorum anno » futuro, largo processu, tractabimus ».

Matthaei Curcii praelo subiecta sunt **a.** *In Mundini anatomen explicatio.* Papiae, 1550, p. 198, 8.° — **b.** *De prandii ac caenae modo libellus.* Romae, 1562, p. 90, 4.°

Cod. 22 membr., saec. XIV, a. 318, l. 216 [Z. L. CCCLXIV]. P.

I. *Medicinalium introductionum, sive speculum medicinae.* « De definitione medicinae ac primarum eius partium, et subdi- » visione theoricae, introductiones appellantur indebite . . . », f. 1-71.

Tractatus philosophicus, quem apparatum dixerim ad physiologiam et pathologiam.

II. *Passiones interiores morborum non dialectico modo sed medicinali inquirendas esse ostenditur.* Libri duo. « Quoniam di- » versitas membrorum corporis, quae tam veteres quam moder- » ni loca saepius appellant . . . », f. 72-89.

Liber alter *in Archigenem, quia dixit passiones nervorum cognosci dolore congelativo.*

Exposita num. I-II, scientiae vinculo inter se connectuntur.

III. Avicennae, *liber de viribus cordis et medicinis cordialibus, translatus a magistro Rainaldo Barchinone.* Tractatus duo. « Creavit Deus ex concavitatibus cordis sinistrum, ut esset ar- » marium speciebus . . . », f. 90-106.

Tractatus alter inscriptus est: *de medicinis simplicibus cordialibus,* secundum ordinem alfabeti. Est elenchus substantiarum simplicium ad pharmaca.

IV. *Regulae generales morborum.* Doctrinae octo. « Omnis » medela procedit a summo bono, qui iuste ac utiliter voluerit » medicari . . . ». Ad finem: « Expliciunt medicationis parabolae » seu canones generales morborum », f. 106-115.

Extant, cum annotationibus Nicolai Taurelli, in Arnaldi de Villanova : *Opera omnia,* fol. 913-1038.

Cod. 23 membr., saec. XIV, a. 390, l. 255 [Z. L. DXXXVIII].

I. *Medicationis parabolae secundum instinctum veritatis aeternae, quae dicuntur a medicis regulae generales curationis morborum. Doctrina ... de Pergulis ad praeparandum animum ad utiliter operandum.* « Omnis medela procedit a summo bono », f. 1-3. Sub fine : « Expliciunt parabolae magistri Arnaldi de Villanova, » factae ad honorem illustriss. regis [Philippi] Franciae ».

Eaedem ac codice praecedenti.

II. *Canones magistri Arnaldi de podagra.* « Conservatio sa- » nitatis in lapsis corporibus, cum hiis quae lapsum corrigunt... », f. 3.

In operibus editis desiderantur.

III. Arnaldi de Villanova, *abbreviatio regiminis acutorum.* « Nota quod quinque sunt consideraciones, penes quas contine- » tur sola utilitas regiminis . . . », f. 3-4.

In auctoris operibus, fol. 1463-1466.

IV. —— *tabula.* « Non decet medicum in processu me- » dendi per inordinata decurrere, ut qui regimine carens... », f. 4.

V. —— *liber de conservatione sanitatis, factus a magistro* ec. « Prima pars vel consideratio sanitatis conservandae per- » tinet ad aeris electionem . . . », f. 4-8.

Prodiit col. 787-812 operis citati nomine: *Regimen sanitatis, ad inclytum regem Aragonum.*

VI. —— *de aere aestuoso, electione radicum, carnibus vitandis, potu, regimine somni,* f. 8.

VII. —— *abbreviatio libri pronosticorum.* « Nunciatum » signo futurorum aut significat futurum morbum in sanis, aut » salutem, vel mortem, vel periculum infirmis . . . », f. 8-10.

VIII. —— *de iudicio urinae.* « Indicium de urina tali modo » sumitur in iudicando. Nam cum quatuor sint humores . . . », f. 10.

Arnaldus de Villanova, medicus et alchimista saec. XIV, gymnasio parisiensi, qua haereticus, pulsus, Siciliam ad regem

Aragoniae contendit. Avenionem accedens ut Clementem pp. VI infirmum curaret, in itinere a. 1314 occubuit.

IX. *Tractatus medicinalis astrologiae, per fratrem Nicolaum de Paganica, compilatus ad laudem et gloriam summae et ineffabilis Trinitatis, ac utilitatem ac profectum medicorum et sanitatem infirmancium.*

X. *Tractatus* [medicinae astrologicae] *de effectibus et proprietatibus duodecim signorum.* « Qui cursum lunae recte scire vo- » luerit, sciat primitus quoniam sol per signa vadit ... », f. 11-12.

XI. *Compendium medicinalis astrologiae, a fratre Nicolao de Paganica, compilatum, MCCC. XXX.*

Opus nuncupat *magnae discrecionis et sapientiae viris magistris Rogerio de Manfredonia, Nucio de Esculo et Rainaldo de Adria, medicinalis scientiae professoribus, amicis in Christo carissimis, frater Nicolaus de Paganica, ordinis fratrum Praedicatorum, salutem et ex inspectione coelestium, creatorem ipsorum feliciter contemplari*, f. 12-15.

Tractatus, capitulis quindecim distributus, cum figuris, agit *de figura machinae mundialis, speris, zodiaco eiusque duodecim signis, motu planetarum, proprietatibus naturalibus signorum et planetarum, influentia corporum coelestium in inferiora, ac planetarum in corpora humana, duodecim domorum significatione ; coniunctionibus et aspectibus planetarum ad invicem*, ec.

De auctore nihil Echardus, nisi quod Tomasinus in *biblioth. ven.* de codice hoc retulit.

Manu recentiori adduntur f. 15 quaedam rabi Moysis *maximi* philosophi, *de circulis sive coelis*, eorumque distantiis per annorum spatia supputandis.

Codicem ms. reipublicae dono dedisse Franciscum Petrarcam asserit Fortunatus Ulmus (1).

Cod. 24 chart., saec. XV, a. 210, l. 152 [L. VII, XL].

I. *Medicarum praescriptionum liber, latine et italice*, f. 1-18. Series compositionum pharmaceuticarum, nomine : *Pulve-*

(1) Tomasini. *Bibliothecae venetae ms.* Utini, 1650, p. 56.

res, unguenta, trocisci, sirupi, cerota, confectiones, piperatae, certis morbis adhibitarum, non tantum corporis, sed etiam animae.

II. *Tractatus de passionibus mamillarum* [itale]. « Nota » prima che molti sono li passione de li mamille, e diversi li » quali maximamente sono . . . », f. 19-22.

III. *Medicamentorum compositiones pro variis passionibus, interiectis praescriptionibus caballisticis* [itale], f. 22-27.

IV. *Compositiones medicae pro oculis crudulentis, humoribus purgandis, menstruis evocandis, urinis, corde infortiando; contra tussim, asma, sputum sanguinis, hydropem, hoemmoroydas, morbos intestinorum, pestem, fistulam*, f. 30-34.

V. —— *de oculis curandis*, f. 35-37.

VI. *Signa mortis carminibus expressa*, f. 33-34.

Ea do, quod Salvator de Renzi in *Collectione salernitana* [Napoli, 1852, I, pag. 491], quaedam tantum obtulerit, quaedam varie.

« Extuat atque sitit, vigilat, stupet, est febris ardens.
» Est calor, est vomitus varius, fex iguea, crudens.
» Est liquor, est limus in dentibus et crudor exit.
» Insanit, sudat, febris acrior et sitis instat.

» Haec signa mortem nunciant si omnia vel pulchra con» currant, non tamen ex necessitate ». Glossis absolutis: « De» inde videns signa mortalia quae in his versibus compilavit si» militer:

« Virtus pulmonis, cordis, stomaci cadit, orent.
» Anxius insanit sudore, cruore fluente.
» Naribus absque crisi riget ycterus alget et absens
» Est sitis absque sonat, plorat, decocio cessat.
» Livor in extremis apparet fronte citrina.
» Est urina minor, egestio cruda liquescit.
» Et inferius, post expositionem interpretis:
» His signis moriens certis cognoscitur aeger.
» Fronte rubet primo, pedibus frigescit ab imo.
» Inde supercilium deponit, fine propinquo.
» Sponte sua plorans, mortis praenunciat horas.
» Decidit et mentum, levius minuitur ocellus.
» Decidit auditus, nasus summotenus albet.

» Ante venit pulsus decurrens perpetue cursu.
» Excubias iuvenis patitur si nocte dieque.
» Si senex dormit, rem signat morte resolvi » (1).

Organorum vim physicham.

« Cor sapit, pulmo loquitur, fel commovet iram.
» Splen ridere facit, cogit amare iecur ».

Dedit Renzi loco citato, pag. 486.

VII. *Liber brevis tractatus super arte medicinae, compositus per magistrum Arnaldum de Villanova, pro gubernatione familiaris consortii, sub brevitate.* « Carissime nepos. Licet .... gra» tis auditum ad hanc disciplinam plurimum posse... », f. 38-51.

Compendium ex operibus passim Arnaldi de Villanova pluries editis, quo actum *de humoribus et signis ad cognoscendum urinas ;* ac *de remediis contra* **a.** *infirmitatem oculorum,* **b.** *articulorum dolores et podagras,* **c.** *malum mortuum,* **d.** *fistulam et cancrum,* **e.** *paralysin,* **f.** *infirmitatem pectoris,* **g.** *lumbricos,* **h.** *hoemmoroidas,* **i.** *budellum quod erit in fondamentum ;* pluribus sumptis ex Galeno, Dioscoride, Macro, Sexto, Avicenna, Constantino.

VIII. *Receptae variae ad vinum sanandum vel medicandum, ad colores conficiendos, ad aurum codicibus manuscriptis superponendum, aliaque vitae utilia apparanda* [itale], f. 51-68.

IX. Ioannis de Rupescissa, *de philosophiae famulatu ac de consideratione quintae essentiae, libri duo,* f. 70-116.

F. 100 legitur : « Explicit primus liber qui de considera» tione quintae essentiae intitulatur, scriptus per me Ianellum » de Martinengo, 1466, die primo octobris in arce Pergami ». Folio autem obverso : « Expliciunt certa remedia et experi» menta quae extracta fuerunt ex libro Raimondi de Lullo, » per venerabilem fratrem et theologum dominum fratrem Ioan» nem de Rupescissa ab. de Brogundia, ordinis Minorum, in ci» vitate de Canth. ill. F. ducis Brogundiae, 1466 die 18 novem» bris. — Iste liber est mei Iohanini dicti Ianelli, olim domi» ni Pezoli de Cochis de Martinengo ».

(1) Vide Bandini. *Catal. codd. mss. bibl. Med.* — Laur., tom. II, cod CCI, n. 4.

Cod. 25 membr., saec. XIV, a. 233, l. 158 [L. VII, XLI]. N.

I. *Summa artis medicae*, f. 1-26.

Folio uno vel altero a principio deeunte, agitur de *dolore capitis e causis privata et remota, yposarca et anasarca, ascite, splene, renum dolore, diabete, emissione sanguinis per urinam, vitio lapidis, emissione urinae involontaria, disuria, ulceratione virgae, inflatione testiculorum, profluvio, defectu menstruorum, suffocatione et lapsu matricis, difficultate partus, difficili mundificatione pro partu, tumore genuum, scabie, denigratione crurium, podagra, serpigine, impetigine, morfea, spasmo, exinanitione, paralisi, sudore immoderato.*

II. *De febribus.* « Cum sufficienter expositum sit de aegri» tudinibus quae membris aliquibus superacciderunt, de morbis » igitur qui indifferenter membris possunt evenire ... », f. 26-47.

Tractatus est de *febre ephimera, putrida* seu *vere tertiana, putrida interpolata, tertiana varia, interpolata quartana varia, composita interpolata, epialia, liparia, continua, synocha ; augmastico ; omotono ; tertiana continua, tertiana quotidiana, quartana et composita continua ; emitriteo maiori et minori ; siccitate linguae ; medio emititreo.* Quaedam desunt in fine.

Codicem dono dederat Annibal Pimbioli bibliothecae collegii patavini societatis Iesu.

Cod. 26 chart., saec. XV, a. 292, l. 218 [L. VII, III]. F.

I. Guillelmi a Varignana, *practica medicinae*. Dedicatio: « Cunctis militaribus accincto virtutibus nec minus intellectua» lium dyademate coronato, magnifico domino suo semper Me» ladino Croachorum [Croatorum] et Bosne bano, generalique » domino totius territorii Chelin eius subiecti animo Guilglelmus » [sic] de Varignana qualis professor in artibus et medicina ... », f. 1-48.

Sermones quinque in tractatus distributi ; quorum quilibet in capitula. Auctor quod in prooemio testatur : « gratia mihi fuit » in veneranda curia, Iadrae, in loco sancti Grisogoni, ut opu-

» sculum nobis summativum [a Meladino praeceptum] consti-
» tuam », in fine confirmat: « in veneranda curia Iadrae sub
» anno Domini 1319, die sabbati secundo exeunte decembris [31
» dec.] ».

Idem, filius Bartholomaei, doctor Bononiae, fuit ex consulibus bononiensibus, a. 1304.

Amanuensis haec addit. « Et sic est finis; laudetur Deus
» in hymnis. Scriptor scripsisset melius si potuisset. Scriptori
» pro poena detur pulchra puella. Explicit hoc opus per manus
» et non per pedes cuiusdam socii nomine *Ioannes de Prusia* de
» quadam civitate quae vocatur Conicae, sub anno Dom. 1444,
» die 9 mensis augusti ».

Opus Venetiis impressum est a. 1520 per Alexandrum Bindoni.

II. *Elenchi novem variarum aegrititudinum se referentium ad* **a.** *caput;* **b.** *pectus;* **c.** *stomachum, intestina et anum;* **d.** *epar, splenem, renes;* **e.** *matricem, vesicam, virgam, testiculos;* **f.** *febres;* **g.** *vulnera, ulcera, contusiones;* **h.** *decorationem;* **i.** *venena et bestiarum morsus*, f. 51-64.

III. *Excerpta varia ex Galeni libro* **de mala complexione,** f. 65.

IV. *De febrium differentiis,* f. 66-74.

V. Mag. Ioannis de Parma, *de signis uniuscuiusque humoris abundantis in corpore.* « Quoniam quidam de melioribus amicis,
» quos habere videor, me rogaverunt an in scriptis redigerem
» breviter . . . », f. 75-77.

VI. *Antidotarium.* « Si aliqua medicina datur et non opera-
» tur sive per seccessum, sive per vomitum . . . », f. 77-97.

VII. Dini, *cura ad sputum sanguinis ex pulmone,* f. 97.

VIII. *De cura ad impregnationem, eiusque cognitione adipiscenda,* f. 97-98.

IX. Magistri Thaddaei, *de cura ad conceptum,* f. 98-99.

X. Gentilis de Fulgineo, *consilia de peste quae fuit Ianuae* a. 1348, f. 99-100.

XI. Anonymi, *de fluxu humorali,* f. 100-106.

XII. *Quaedam medicinae de ulceribus malis,* f. 106-109.

XIII. Magistri Bernardi, *consilium pro infirmitate Guido-*

nis domini Thomae, quae colica nuncupatur ex ventositate, « Epi-
» stola parva, quam primo sibi scripsit est ista ... », f. 109-112.

XIV. Rabbi Moysis, *regimen coadiuvans ad coitum.* « Inquit » filius servus Dei israelita ... », f. 112-113.

XV. *Antidotarium contra aegritudines varias.* « Unguentum » contra dolores stomachi conveniens ... », f. 113-126.

XVI. *De fracturis cerebri et decoratione capitis.* « Cura per » potionem in fracturis cranei ... », f. 126-134.

XVII. *Conditiones et causae quae inducunt medicos ad inventionem medicinarum compositarum,* f. 135-149.

XVIII. *De idropisi et ulceribus pulmonum, renium, vesicae.* « In cura idropisis ... », f. 150.

Cod. 27 chart., 1468, a. 292, l. 212 [L. VII, XLVII]. MI.

I. Antonii Guainerii, *opera medica.*

a. *De peste et venenis.* Dedicatio Philippo Mariae Vicecomiti, duci Mediolani. « Persaepius animadvertentes hoc mortale » hominus genus ... » ; operis textus : « Ut huius tractatus facilius notitia comprehendatur, ipsum in partes duas dividam » principales : prima pestis, secunda venenorum materiam per- » tractabit ... », f. 1-45.

Opus editum est, sine nota anni, loci et typogr., verosimiliter Papiae, sub fine saec. XV.

b. *De febribus, tractatus ad insignem et medicinae doctorem magistrum Antonium Maglanum de Cherio, illustr. d. d. ducis Sabaudiae physicum.* Auctor nuncupat opus : « Tui amoris gratia, » mi Antonii Maglane, ad hunc deveni locum ... » ; doctrina autem prima : « Cum meae sit intencionis hoc in summario fe- » brium negotium pertractare, una cum principe Habolai di- » co ... », f. 46-82.

Ad extremum : « Finitus 1468, die VI augusti, hora XX.ª » vel circa, per me Ioannem de Bullis ».

c. *De capite commentariolum, feliciter incipit rubrica, et continet* 16 *tractatus.* « Magno ac summo cum desiderio iamdiu » cuiusquam particularis membri aegritudinum curam ponere » concupivi ... », f. 82-131.

Item sub fine idem amanuensis: « Finitus 1468, die 30 » augusti, hora 24 ».

d. *De catherata tractatus.* « Ut errores atque pericula, » quae in depositione catheratarum committi possunt, sub bre- » vitate comprehendere possimus ... », f. 132-133.

e. *Commentariolus de pleuresi.* « Pleuresis est aegritudo » quaedam quae secundum varias temporum dispositiones saepius » nos invadit ... », f. 133-142.

Opella impressa est per magistrum Conradum de Poderbarne, a. 1473, sine loci nota.

f. *De aegritudinibus stomaci commentariolus.* « Volens de » aegritudinibus stomaci in praesenti commentariolo dictionem » facere ... », f. 142-170.

g. *De fluxibus commentariolus.* Tractatus quinque. « Volens » intestinorum aegritudinibus doctrinam ponere a fluxu ventris » primum ... », f. 170-187.

Subscriptio eiusdem manus, quae supra: « Finitus est iste » tractatus per me Ioannem de Sper ».

h. *De matrice, tractatulus ad Philippum Mariam, Mediolani ducem.* « Nihil est, princeps magnanime, ut rem statim » aggrediar, quod mortalibus nobis felicius contingere possit » immortalitate ... », f. 187-210.

i. *De artetica et calculosa passione.* Commentariolus bifariam divisus. « Artetica est iunctarum dolor, cum tumore vel » sine, a mala complexione ... », f. 210-233.

Sub fine: « 1468, die 27 octobris, hora prima diei ».

k. *De compositione, basibus ac graduatione medicinarum.* « Necessitas compositionis medicinarum ex quatuor principiis » sumitur ... », f. 233-236.

l. *De balneis Aquis civitatis antiquissimae tractatus.* Capitula quinque. « Quia nonnulli viri doctissimi balneorum quorun- » dam in Italia existentium virtutes descripserunt... », f. 236-238.

Titulo *Commentariolus de balneis civitatis acquensis in Monteferrato,* pluries editus est, basilice anno 1553 Venetiis, apud Iuntas, inter *auctores de balneis.*

Codicem concludit inscriptio: « Millesimo quatuorcentesimo » sexagesimo octavo, die ultimo mensis octobris hora terciarum

» in Gambarana, finita fuit haec lectura eximii ac egregii artium » atque medicinae doctoris, magistri Antonii Guainerii papiensis, » per me Ioannem de Bullis, ad instanciam magistri Perlegri » ianuensis, artium doctoris ac medicinae, assumpturi hoc anno » praesenti doctoratus signum dignissime ».

« Qui scripsit scripta sua dextera sit benedicta ».

Opera Guainerii omnia ter edita sunt saeculo XV.

Auctor, artium doctor, *eximius monarcha medicinae*, primum a. 1412, in gymnasio ticinensi medicinam tradidit.

Cod. 28 chart., saec. XV, a. 322, l. 219 [L. VII, XXVIII]. Mr.

I. *Tabula lunae*, inscripta: « Nota quod haec tabula alpha» beti quam ante te vides, tabula est in qua scire et videre po» teris in qua die et in qua hora alicuius mensis sit novilu» nium ... Et nota quod ista tabula incipit a prima die ianuarii, » et de 1432, in quo anno seu millesimo ... », f. 1.

II. *Tabula litterarum signorum per quam scitur in quo signo est luna*, f. 2.

III. *Astronomia Hippocratis*. « Sapientissimus Hippocras, » omnium medicorum peritissimus, ait quod medicus qui astro» nomiam ignorat ... », f. 3-7.

Excerpta ex Hippocrate de morborum curatione ex positione lunae in signis zodiaci. « Iubet ergo Hippocras ut omnis me» dicus aspiciat lunam, quoniam, quando plena est lumine, tunc » crescit sanguis in homine et in omnibus animalibus, ec. ».

IV. *Signa rei futurae in hominibus ex planetis*. « Primus » planeta est Saturnus, cuius inimicus est secundus ... », f, 8-9.

V. *Tractatus de operationibus lunae, secundum dispositionem signorum*. « Nam luna cum fuerit in ariete, signo calido et frigi» do masculino ... », f. 9-11.

Sub fine: « Expletum est hoc opus per me M. Antonium de » Fulgineo ».

VI. *Receptae datae per magistrum Leonardum de Bertapalea, anno Dom. millesimo et c. in studio paduano super tertiam, quartam et quintam fen quarti canonis Avicennae*. « Flegmon est a » postema sanguineum rubei coloris cum caliditate... », f. 11-115.

Auctor patavinus, in patrio gymnasio anno 1424 chirurgiae professor, *cuius doctrinae praeclara monumenta toto terrarum orbe probantur* (1), disciplinam suam Venetiis quoque professus est. Eius opus titulo: *Chirurgia, sive recollectae super quartum canonis Avicennae*, prodiit Venetiis anno 1490, 1497; titulo autem: *Super quartum Avicennae de apostematibus, morbis cutaneis, gangraena, carbunculo pestilente, vulnere duri nervi, fistula, ventositate spinae;* ibidem, a. 1519.

VII. Leonardi de Bertapalea, *capitulum de iudiciis vulnerum significantium mortem, per singula membra habentia aspectum secundum duodecim signa coelestia.* « Non arbitror infructuosum » sequentia huic operi inserere, quo lector cuncta transiti mundi » tempora... », f. 115-122.

Sub fine lego: « Sit ergo gratia brevitatis nunc finis huius » tractatus de aspectibus, compilati et in hac forma abbreviationis deducti per Leonardum de Bertapalea, paduanum. Anno » millesimo 424, de mense martii... », et ulterius: « Expletum est hoc opus compositum Paduae a. 1424, per excellent. » profess. cirugiae magistrum.... qui nunquam voluit graduari » propter excusare vituperium multorum doctorum ignorantium, » quare potius voluit esse bonus scutifer quam malus miles ».

VIII. Eiusdem, *iudicium revolutionis anni* 1427 *incompleti.* « Iuxta antiquam consuetudinem, aliqua declaraturus ad mei » doctrinam et exercitium, quae super revolutione a. 1427 conceperam, ego Leonardus de Bertapalea, summus cirogicus paduanus... », f. 123-125.

IX. *Lunae rationes, secundum Iudaeos* [itale], anno 1441 exscriptae.

Cod. 29 chart., saec. XVI, a. 217, l. 155 [L. VII, LI]. D.

I. Aurelii de Thedoldis, *tractatus medicinae varii*, videlicet:

a. *De febrium cura.* « Tertiana pura, ut narratum est, fit » a colera pura, quae putrescit... », f. 2-64.

Finem excipit nota: « Die Mercurii, 17 ianuarii, 1532 ».

(1) Scardeonus. *Antiquitt. patav.* Basileae, 1560, p. 209.

b. ***Tractatus sive compendium parvum de cura colicae*** [die Mercurii, 17 genuarii]. « Cum colicae, potissime eius quae est » ab humoribus maxime flogisticis . . . », f. 64-70.

c. ***Tractatus de cura ardoris urinae, et primo ante curam de causis et signis.*** « Ardor urinae est accidens tactus, videlicet » eius laesa actio: hoc igitur accidens habet causas... », f. 71-73.

d. *De cura collyricae passionis.* « Dictum fuit quod passio » collyrica est motus . . . », f. 73-78.

e. ***Tractatus de cura sanguinis.*** « Narium fluxus sanguinis » iunarinus, si est creticus aut alter similis . . . », f. 78-83.

f. ***Tractatus de fluxibus.*** « Fluxus ab intestinis cum exco- » riatione fit quinquies cum aliqua materia vel medicina exco- » riat . . . », f. 83-87.

g. ***Empirica ad varia aegritudinum genera edicta.*** Capitula 64. « Ad dolorem capitis antiquum remedium tale: praecedente » lenitione ventris . . . », f. 89-202.

Agitur ***de dolore capitis — epilepsia — apoplexia — paralisi — phrenesi, melancolia — dolore, tinnitu et surditate aurium — dolore oculorum et ophtalmia — fluxu sanguinis aurium — doloribus dentium — faetore oris et nasi — squinancia — sputo sanguinis a pulmone, eius ulceribus et sputo saniei — cibariis — asmate — pleuritide — tussi — asmate stomaci — vomitu — singultu, dolore et apostemate hepatis, hydrope — itericia citrina — colica et iliaca — fluxu ventris, disenterico, epatico — dolore, tumore opilationis splenis — dolore, tumore et ventositate matricis — retentione et superfluo fluxu menstruorum — apostematibus et ulceribus matricis — superfluo fluxu humiditatum aliarum a matrice — ardore urinae — gonorrea — mictu sanguinis — calculis renum — lapide vesicae — curatione et nimio fluxu emoroidarum — tumoribus ac doloribus testiculorum — cura doloris sciatici — affectionibus cutis — herisipilla — oedemate — scabie — morphaea.***

Finis in die Veneris sancti, qui fuit 30 ***mensis martii, anno*** 1537, ***hora prima noctis.***

Auctoris nomen in ***Fastis gymn. patav.*** Iac. Facciolati desideratur, ut et in ***Storia dello studio di Padova di Franc. M. Colle.***

II. **a.** ***Modus collegiandi, excell. dom. Matthaei Curtii, dum***

legebat Paduae ordinariam theoricae. « Doctores clarissimi, sen» tentia omnium medicorum est, aegritudines curari non posse, » nisi prius cognita fuerit... », f. 203-210.

Series consultationum de compositionibus et signis cerebri, cordis, hepatis, testium.

b. Eiusdem, *consilia medica duo*, f. 212-217.

c. —— *canones utiles curativi*, f. 217-229.

Auctor, papiensis, operibus pluribus clarus, Facciolato et Colle aeque ignotus, floruit saeculo dimidio decimo sexto.

III. *Regularis cura et regimen morbi gallici, secundum ordinem famosissimi artium et medic. doctoris d. Benedicti Victorii, faventini, primum theoriae medicae locum occupantis in florentissimo gymnasio patavino, die sabbati, quae fuit prima mensis aprilis*, 1506, *cum essem medicus Cittadellae.* « Quum prima » morbi gallici affectio ex contagione, ut omnes profitentur, or» tum habeat... », f 229-234.

Pharmacorum historiae exornandae conferunt sexcenta medicinae praecepta, quibus codex universus redundat, in aromatariorum usum.

Cod. 30 chart., saec. XVII, a. 310, l. 213 [L. VII, XLV]. N.

Prosperi Alpini, marosticensis, *adversaria rei medicae et botanicae,* quorum pars potior non absoluta atque inedita. Fere omnia autographa sunt.

a. *De signis morborum a membrorum qualitatibus, scilicet caliditate, frigiditate, forma, colore: pars potior de cerebro.* Capitula 85, f. 1-102.

b. *De arte medicinali, libri duo*, f. 103-146.

c. *In artem parvam Galeni,* f. 148-150.

d. *De medicina generatim,* f. 131-156.

e. *De febribus,* p. 156-173.

f. *Oratio in apertione viridarii habenda,* f. 174.

Eius horti botanici et auctoris historiae supplendae confert initium : « Placuit serenissimo senatui veneto consuetum in » hoc horto medicum docendi munus, post Iacomum Antonium » Cortusium patritium patavinum [qui proximis mensibus, po-

» steaquam magna cum laude in eodem docendi munere maxime » claruit, non sine plantarum studiosorum magno et dolore et » damno mortem obiit], mihi decem annos medicamentorum co- » gnitionem in gymnasio patavino ordinarie profitenti, deman- » dandum, atque ob maiorem cum medicinae studiosorum utili- » tatem, tum studii patavini splendorem ac ornamentum, lectio- » ni vulgo *simplicium* dictae coniungendum ».

g. *De morbo polano dialogus inter Alpinum medicum, Stzegala polonum peregrinum et Sekemberg senem itidem polonum.* « Quid inquies Stzegala? Hisce proximis annis, tot Orientis » regiones perlustrasti, Syriam, Palaestinam, Aegyptum . . . », f. 175-177.

h. *De medicinis ad tertianas et quotidianas*, f. 177-194.

i. *De methodica medicina*, f. 185-214.

k. *De dorycnio et solatio maniaco sive furioso, epistola ad Annibalem Camillum, medicum perusinum*, a. 1605. « Tuas litte- » ras, non minori eruditione quam benevolentia plenas, secunda » huius mensis [febr.] die accepi . . . », f. 215-218.

l. *De ulceribus*, f. 219-221.

m. *De medicamentis apud methodicos*, f. 221-227.

n. *De saltu*, f. 228.

o. *Ad obaesitatem*, f. 228.

p. *De plantis eorumque usu. Excerpta, sine ordine*, f. 229-235.

q. *De Doryonio ex Plinio, lassitudinibus, atomatibus, venenis, peste, maleficiis, fascino, furfuratione, pediculis, humoribus, fuligine, vaporibus, morbo polonico et gallico, concoctione, suppuratione, emollientibus, laxantibus et tendentibus, emplasticis, extergentibus et poros purgantibus, operientibus et rarefacientibus, claudentibus*, f. 235-267.

r. *Sylva orationis Francisco Mariae, duci Urbini*, f. 262.

s. *De fossilibus, sive de corporibus subterraneis, plantis, animalibus adversaria; inscripta: Faxit D. O. M. ut haec perficiam*, f. 268-284.

t. *De porrigine et phydraciis, ad clar. Ioannem Maurocenum, Antonii filium*, f. 285-289.

Qua historicum, principium profero: « Quartus nunc agi- » tur annus quando ex Aegypto in patriam redditus, Bassani

» medicinam faciens, Cartuliani te virum clarissimum, optime » valentem conveni, paucisque post diebus cum in carnisprivio, » voluptatis gratia, Venetiis larvatus aliquando deambulares, a » larva per diem gestata, in capite calore facies tibi multum » erubuit, multumque etiam ipsa cum capite incaluit... ». Plura occurrunt addenda syllabo impressorum, nempe: *Historia naturalis Aegypti; De medicina Aegyptiorum; De plantis Aegypti; De plantis exoticis; De balsamo; De rhapontico; De medicina methodica; De praesagienda vita et morte; Opera posthuma.*

Auctoris, philosophi et medici, in patavino gymnasio medicamentorum materiae professoris ordinarii, simulque publici viridarii a. 1594, cum in vacuam provinciam Melphii in Egypto evocaretur, a. 1616 demortui, quae supererant manuscripta *Iacobus Morellius ab interitu vindicabat a.* 1780.

Cod. 31 chart., saec. XVII, a. 334, l. 225 [L. VII, XXII]. O.

Ioannis Lockii, philosophi britanni celeberrimi, *excerpta ad Danielis Sennerti*, Granlingii et Th. Sydenham *libros de medicina, ipsius manu scripta et P. Costae olim ab ipso dono data, et a P. Costa Antonio Cocchio florentino amicitiae monumentum, Londini,* 1725 [quae inscriptio Cocchii manu exarata].

Repertorium, Italis *zibaldone,* nullo ordine alphabetico male distributum, auctorem ipsum deprehendise censeo, quod excerptorum tituli summis foliis inscribantur.

Codicis, folior. 537, historiam tradit Cocchius in opere: *de balneis pisanis*, p. 271, nota 1. « Il primo indizio ch'io ebbi della » efficaccia dell'acqua diacciata nel diabete, fu da una nota mano» scritta di Giovanni Locke filosofo sublime, e che avea studiata » e sapeva la medicina, benchè non si curasse molto d' esserne » chiamato dottore. Ei donò i suoi scritti medicinali al suo buo» no e dotto interprete Pietro Coste, il quale me ne fece pre» sente a Londra nel 1725, per grato ricordo della nostra ami» cizia. Tra questi scritti, che sono tutti originali, e contengo» no annotazioni ed aggiunte all'opera del Sennerto, prese dalla » viva voce e dai libri di diversi uomini valenti, e disposte col-

» l'ordine medesimo, io trovo al capitolo del diabete questa nota, » non so donde cavata: *Il dottor Barbyrac mi disse* ec. ». Haec in codice anglica lingua, sunt quae Cocchius italice reddidit. Ut autem maior autographo stet fides, adiecta est a principio epistola item autographa Ioannis Lockii data Oates, 30 octobris a. 1701, Eduardo Clarke, *parlamenti* anglici membro, quam spectatissimus Rawdon Brown, anglus, Venetiarum hospitio tot annis recreatus, ab E. Cyshford Sanford, philosophi prognato, dono datam, bibliothecae nostrae libens munere obtulit.

Cod. 32 chart., saec. XV, a. 210, l. 147 [L. VII, X]. Ye.

Magistri Pauli Bagellardi, a Flumine, *libellus de aegritudinibus infantium earumque remediis, partes duae.*

Auctor, semisaeculare ministerium in gymnasio patav. professus, quod anno 1441 philosophiam, 1444 medicinam practicam extraordinariam, 1472 medicinam theoricam ordinariam traderet, quique a. 1494 obiit, libellum nuncupat Nicolao Truno duci Venetiarum, dedicationis causam ita in prooemio attingens: « Quantum domui tuae, illustrissime princeps, debeam, nec Lu- » cii, nec Ciceronis lingua aut eloquentia exprimere, nec quivis » alius felici studio comprehendere posset. Nam cum puto me in » clarum virum olim evasisse dumtaxat beneficiis illius praeclari » genitoris tui, patricii honestissimi; qui me innata sibi huma- » nitate ad medicinalem sedem evexit, in qua octo et viginti so- » lares circulos honeste militavi... ». Unde liquet Facciolatum in *fastis gymnasii patavini* errasse, asserentem eum primum a. 1458 medicinae professorem renunciatum, dum opusculum, anno 1472 impressum ad annum 1444 annum electionis remittat.

Opella exscripta est fol. 35, ex editione patavina a. 1472, quam dederunt Bartholomaeus de Valdezoccho et Martinus de septem arboribus.

Cod. 33 membr., saec. XV, a. 170, l. 117 [L. VII, XLIII]. N.

Iacobini de Confluentia, medici, *praecepta Sixto pp. IV data, ad dolores iuncturarum, et praecipue in pedibus, leniendos.* « Co-

» gitanti mihi, beatiss. pater, dum parum ocii nuper esset, venit » in mentem, quod etsi pro debito officii ac exercitii mei... ». Folia 13.

Auctor, hortantibus oratoribus Sabaudiae, fratribus de Compesio, pontifici podagra, qua obiit die 13 aug. 1484, laboranti, regimen sanitatis proponit.

Cod. 34 membr., saec. XIV, a. 180, l. 110 [L. VII, XIX]. 0.

Aegidii Corbeiensis, *carmen de urinis, cum commentario Gentilis Fulginatis.*

Lectiones ab editis variantes, minime praetermittendas, ut a principio, loco: *Liber ..... de auctorum scientiis elicitus et exortus,* habet codex: *Liber ..... de scrineis antiquorum elicitus* ec.

Opella in fine mutila sic absolvitur:

« Nunc mea completo respiret musa labore.
» Stringe rotam, cursum cohibe, compesce fluentam.
» Claude Musandini torrentis fluminis undas ».

Epigramma hoc est initium additamenti operi, titulo: *Ultimum capitulum ponitur quo Aegidius opus suum completum sigillat,* in editione patavina a. 1483.

Auctor, ex ordine s. Benedicti, Athenis saec. VIII natus est.

Codex cum rubricis habet folia 29, duobus in medio deficientibus.

Cod. 35 chart., saec. XVI, a. 238, l. 174 [L. VII, XXI]. 0.

Tractatus de peste, a Galeatio Cairo, medico pisaurensi editus, ex cuius observatione, vel omnia orientur medicamenta et documenta quae absolute sunt necessaria pro peste profliganda, vel, si non omnia, omnia saltem orientur quae consilio humano haberi possunt; ad augustiss. senatum venetum. Dedicatio Nicolao da Ponte duci. « Etsi nec conditione sublimioris fortunae, nec ali- » quo alio virtutis splendore ita effulgeo...; textus: Omnis ca- » lamitas est propellenda, at ea magis, quae ceteris est sae- » vior ... ».

Opellae, quae edita minime est, conscribendae occasionem auctor arripuisse videtur a peste, quae a. 1576 in urbe veneta saeviit. In epistola dedicationis, non ante annum 1578 data, se uberius hac ipsa de re scripturum pollicetur. Illud deinde in libello principi ostendere satagit, ad pestem avertendam quam maxime opportunam futuram publicam in gymnasio veneto scholam de peste, quam medicam lauream qui consequi vellent, frequentare tenerentur; item academiae cuiusdam institutionem, ad quam medici saepe ea de re collocuturi convenirent. Sic finit: « Expelletur igitur pestis si prius erit cognita; cognita erit si » illius aderit scientia; scientia aderit si habitus scientifici et » practici erunt procurati; tales habitus aderunt si frequentati » erunt actus; actus erunt frequentati si academia erit institu» ta; academia igitur est instituenda ».

Cod. 36 chart., saec. XVI, a. 192, l. 143 [L. VII, XXXVII]. Mm.

Quae hoc libello, partim scripta manu, partim typis commissa, auctor idem distribuit, haec sunt.

a. Thomae Philologi Ianothi Ravennatis, artium et medicinae doctoris, in praeclarissimo gymnasio ad astrologiam ordinariam publico conducti, *de mathematicarum, praesertimque astrologiae laudibus et dignitate oratio, ad ill. et munificentiss. principem, dom. comitem Guidum Rangonem*. Sine ulla loci, anni, impressoris nota, fol. quatuor.

Plura sunt quae in orationis [eiusdem ac in gymnasii frequentia recitandae] contextu historiam huius viri singularem, maxime vero effaetam inverecundiam revelant. Narrat enim quomodo mense augusto [a. 1518], ab. ill. Venetor. senatu, *universa suffragante academia, ad astronomiae lecturam conductus*, post aliquas lectiones, *dum de mathematicarum et astrologiae laudibus esset concionaturus*, repente, Guido invitante, patavinum gymnasium, insalutato hospite, deseruerit, ut ad eum se conferret. Sic autem ulterius de se: « Totam licet aetatem et annos meos circa » virtutes et naturae secreta distribuerim; praetermissoque in » famigeratissimo bononiensi gymnasio, scolaris adhuc astrolo» giam publice legerim, et a s. Leone decimo, quum medicus

» reverend. ac excell. cardin. Grimani Romae existerem, rursus
» conductus, doctoreo tunc flamine insignitus, in sapienti roma-
» na academia, astronomiam publicam docens per annum versa-
» verim; in patavino quoque celeberrimo musaeo biennio logi-
» calia adeptus fuerim, ubi astronomiam, medicinam, phyloso-
» phiam et ceteras disciplinas tum privatim, tum publice inter-
» pretabar; praesenti rursus anno ad astrologiam sacram tali
» favore conductus, ut omnis scolarium universitas per totam
» urbem et cuncta fora me super humeros deportaverit, nilque
» nisi *Philologi* nomen diebus pluribus aer resonaverit; *Philo-*
» *logique* nomine toti Patavi parietes et palatia descripta fue-
» rint. Insuper visum est superis ut ad te me conferrem, illustr.
» princeps, a quo primo pede fui maximis muneribus, ingenti
» salario, et promissis fere innumerabilibus, plus nempe quam
» factis impermutabilibus donatus ...... Primus in Italia et
» extra Italiam omnes et singulos tam fixarum quam errantium
» stellarum motus solidis corporibus adaptavi; transversales
» trium superiorum polos in epyciclis inveni; motum Mercurii et
» Veneris figurae ovalis inimaginabilem fere penes, quoscumque
» ab intelligentia suipsius directus nuper reperi, et varium sin-
» gulorum axium motum Augium et oppositorum proportiones
» veluti in caelis sunt, adinveni .... Problemata in naturalibus
» plura a nobis enodata sunt. Aristotelis rursum multa errata,
» Averroim huius disciplinae penitus expertem silentio praeter-
» mitto. Sit sine arrogantia quae demonstrationis certitudine a
» nobis quinque recognita erunt ».

b. Eiusdem, *de morbo epidemico*, eidem.

Impressio, folior. 31, sine titulo, sub fine mutila, in bibliotheca nostra desiderata, certe ante annum 1545, quo edito altera data est, titulo: Thomae Philologi Ravennatis, *mali galeci sanandi, vini ligni et aquae, unctionis, ceroti, suffumigii, praecipitati ac reliquorum modi omnes*. Venetiis, 1545, fol. non num. 40, 8.°

c. —— *mali galeci sanandi, vini ligni et aquae, unctionis, ceroti, suffumigii, praecipitati ac reliquorum modi omnes, depilativa dentativaque nuper comparente addita*. Venetiis, 1545, folia 6.

Exemplum, manu *Thomae Philologi* exscriptum, continet appendicem, de qua in titulo, scilicet epistolam Bartholomaei Gaioni, medici veronensis *de depilativa et dentativa*. Epistola edita est, loco appendicis, in opere impresso **b.**, cum titulo ad extremum libri paulisper immutato, eodem Thoma, ut puto, curante.

Codicis operculis exterius, litteris aureis haec inscripta leguntur: *Oratio mathematices. Philologi Thomas; Sermo astrorum ec. ec. Ravenna. Thomas:* utrinque insignia Thomae Philologi, cum litteris T. R. Volumen Cappucinis Iudaicae, cum aliis legaverat Philologus.

Cod. 37 chart., saec. XVI, a. 220, l. 148 [L. VI, Cod. CCI]. O.

Alchirani, *liber de proprietatibus rerum. Liber physicalium virtutum, compassionum et curationum, collectus ex libris duobus*, fol. 11-73.

Titulum excipiunt verba amanuensis: *Hic deficit una carta lacerata.*

Incipit autem: « Mensurans ergo ea quae erant propin- » qua, inveni eam altitudinis cubitorum 32, latitudinis 78 . . . ». Libri quatuor, quorum primus de 24 plantis, totidemque avibus, piscibus, lapidibus, singulorum virtutibus inter se collatis; secundus de *animalium*, tertius de *avium*, quartus de *piscium* virtute seorsim tractant: quorum omnium nomina unusquisque liber litterarum ordine disposita repraesentat, quadrifariam semper et fere mixtim ad tetrapharmacum constituendum. Et auctoris ipsius et Harpocrationis verbis scholiastes quidam nonnulla interdum immiscuit aut addidit. In opere, non una tantum vice edito, medicamina proponuntur ad effectus non tantum physicos sed et morales progignendos. Eiusmodi sunt ad praescientiam futurorum; ad fugandos daemones et phantasmata mala; ad naufragium evitandum, dummodo cor focae in arbore navis ligetur; ad sciendum quid mulier egerit in vita sua; ad corpus invisibile reddendum; ad avertendum tempestates, pericula, feras, latrones. Medicaminum autem efficacitas pendet ab eorum confectione vel applicatione, in ortu vel occasu solis, sub augmento

aut dimunitione lunae, verbis quibusdam prolatis vel lapidibus insculptis.

Num arabici nominis versio graeca Κυραίδες, latina *Kiranus*, auctorem aut opus significet, haeret anceps Fabricius in *Bibl. graeca*, I, p. 69-74.

Cod. 38 membr., saec. XIV, a. 356, l. 238 [Z. L, CCCXXII]. B.

Antidotarius Galaf Albucassim Açaraumi a Ioanne Lodoyco Tetrapharmaco gebenensi, filio Petri fructiferi, mathematici, phisicalium de manu caled' mois ap. Ibraim, de arabico in latinum translatus. « Quoniam Latinorum studio diutissime elabo- » rans, nullum peritum invenire in eorum libris potui ... ». Folia 160.

Praeit foliis 1-12 tabula antidotarii sic distributa : **a.** *de passionibus cerebri,* **b.** *de pass. melancoliae,* **c.** *de spasmo et tremore, paralysi, epilexia, apoplexia et de omni passione nervorum,* **d.** *de pass. oculorum,* **e.** *de pass. aurium, narium, oris, linguae, dentium, labiorum, gingivarum et menti,* **f.** *de pass. gulae,* **g.** *de ornatu faciei, capillorum, pilorum, cutis, et pediculorum remotione, et anhelitus bonificatione,* **h.** *de pass. pectoris et pulmonis,* **i.** *de pass. cordis,* **k.** *capitula pro posse defendi a rebus venenosis quomodocumque,* **l.** *de dispositionibus stomaci omnibus,* **m.** *de dispositionibus ventris et intestinorum,* **n.** *de dispositionibus epatis et splenis,* **o.** *de ydropisi,* **p.** *de pass. vesicae, renium, colicae et illiorum,* **q.** *de lepra, scabie, empetigine, serpigine, morfea, albarus, alopaecia, furfuribus, tinea, asafati, pruritu, scissuris, combustione ignis et unguium passione,* **r.** *de membris generationis hominum et mulierum, ut sunt virilia et mammillae,* **s.** *de podagra, dolore dorsi, spondilium, nervorum dislocatione et ossium fractura, et omni genere apostematis et solutionis continuitatis, et de scrofulis et nodis et gibbo ;* **t.** *de medicinis solventibus omnes humores,* **u.** *de fluxu sanguinis ab omni membro et de eo congelato.* Sub fine tabulae legitur. « Explicit tabula antido- » tarii Galaf, ordinata per ..... doctorem artium et medicinae, » ut, negligentia studentium, non lateant tam magnalia et mira- » bilia artis medicinae a nullis aliis posita Christianorum nec

» Graecorum, sed solum tracta ex Chaldaeorum, Persarum, Ara-
» bum et Hebraeorum bibliothecis, per dictum Galaf Abulabem,
» filium Albucasim Açarauni, translati a Ioanne Tetrapharmaco
» de arabico in latinum [1198], quarto kalendas novembris, in ci-
» vitate Yklade et completi die Iovis hora sexta ».

Folio 158 serior manus, ubi *cerotum de lombardia mirabile* describit, haec habet: « Et istud cerotum mixit dominus dux » Mediolani domino Paduae dum eram medicus dicti domini Pa- » duae ». Folio insequenti scriptor anonymus dat *collirium nostrae inventionis,* cuius applicati gratia, *filius domini Marini de Bona, familiaris imperatoris, qui pluribus diebus non viderat, post apparitionem muscarum ante oculos, et curatus fuit perfecte. Deo gratias. Et potestas Bononiae, dum fui ibi propter evitare pestem quae erat Venetiis, similiter curatus fuit.*

Cod. 39 chart., saec. XVI, a. 232, l. 168 [L. VI, CCLXXXII]. D.

I. *Divinum opus doctissimi Io. de Rupescissa, de philosophiae famulatu ac de consideratione quintae essentiae.* Libri duo. « Dixit » Salomon libro Sapientiae cap. VII. Deus dedit mihi horum scien- » tiam veram, quae sunt ut sciam dispositionem orbis terrarum... ».

Liber primus, f. 1-41, agit *de consideratione quintae essentiae omnium rerum, traditus pauperibus et evangelicis viris;* alter, f. 41-57, *de generalibus remediis,* quae numero viginti concluduntur, his posthabitis quae in opere typis impresso desiderantur: « Raimundi doctissimi et sanctissimi divinum de philo- » sophiae famulatu opus explicit, quo duce Bistichius florentinus » cum esset aurifex et sublimationes experiretur, quas opus hoc » copiosissime docet, mirabilis supra ceteros huius aetatis phy- » sicos doctissimos medicus evasit, ut non empiricus videretur, » sed summus physicorum monarcha: adeoque a nobilibus omni- » bus et Italiae dominis et principibus, tanquam Apollinis ora- » culum, suo cum lucro maximo observaretur, ut in eo vetu- » stissimi ac sanctissimi Hippocratis anima ac ratio esse vide- » retur. Et ego Bartholomaeus Marcellus *abia cirra* furtim hoc » exemplum ex Bistichii corrosis ac fumo tinctis codicibus ex- » cerpsi, et diebus octo transcripsi currenti admodum calamo:

» quare quicumque leges, si emendosum invenies, non me sed » temporis angustiam et exemplar ab aurifice conscriptum culpabis: nihil tamen deficere scito quod te, quicumque sis, sicut Bistichium medicum, facere possit. Vale, 1462, septembris XXVII. — Erro magis etiam ego qui nunc exemplum » sumo 1521, septembris 23 emendosius scriptum ex tuo reddere conor exemplari ».

Opus titulo: *Ioannis de Rupescissa* [Froissardus Rochetaillade] *qui ante CCCXX annos vixit, de consideratione*, ec. Guillelmus Gratarolus medicus et philosophus, Basileae, a. 1561, impressit ac Stephano Laureo Amerfortio nuncupavit. Ceterum iis quae de auctore in *Biblioth. ms.* II, pag. 198-199 retuli, addenda puto ab eodem in prooemio notata: « Consideravi ergo » quod tempus expensum in pruritu mundanae philosophiae » plusquam quinque annis ante ingressum ordinis in florentissimo studio tolosano, et plus annis quinque ex quo ordinem hunc » intravi, cum strepitu multo inanium verborum et conflictu » inutilium disputationum . . . ».

II. *Divinum opus Raimundi doctissimi et sanctissimi viri de arte practica* [seu *operativa*] *medicinalium*. « Haec est uncia. — Haec est dragma . . . », p. 57-77.

Plura a principio minime concordant cum editionibus, quibus desunt in fine quae sequuntur: « Et scias, candidissime » lector, quod, quemadmodum mihi narravit scriptor huius operis, qui a Bistichio id ipsum furatus fuit; ipse Bistichius adhuc » laborabat in aurificis magisteriis cum has medicinas exerceret: sed cum sibi omnia artis operativae remedia bene ac feliciter successissent, animo alacriori sublimationes expertus, » Christum secundum canones operis de philosophiae famulatu » magnum, ac pene quidem divinum et nostris temporibus incognitum aggressus, enixe indagatus fuit, et, Deo volente et » favente fortuna, Christum rerum medicinalium contra omnes » desperatissimas aegritudines nactus est; indeque nostrae tempestatis medicorum monarcha habetur; etsi nihil habeat quod » in his operibus modo continetur. — Ego Bartholomaeus Marcellus *abia cirra* haec cursim opera scripsi, qui a scriptore exorato habui, 1462, kalendis octobris, Bargis ».

III. Bistichii Florentini, *receptae variae.* « Prima medicina » per me Bistichium expertissima est contra quartanam et ter- » tianam ... », f. 77-82.

Sub fine: « Bistichii Florentini superadditae receptae feli- » citer finiunt, quas ipse suis scripserat manibus, cum opere de » philosophiae famulatu, quod in duos distribuitur libros, et » cum arte operativa Raimundi, et ipse quodam chirographo » profitetur se perpaucas scripsisse, quarum non viderit expe- » rientiam, qua animadverterat re ipsa plura medico feliciter » successisse, cum laude sua maxima et lucro non parvo et ae- » grotantis salute, quam Raimundus scriptis suis nobis pollice- » retur: quare si quis hoc contemnet, non Raimundi opus, aut » Bistichii assertionem sperdet, sed seipsum ignaviae ac demen- » tiae culpabit: quare, si sapis, cura ut hac culpa vaces ».

IV. *Optima ac perutilis Ariosti doctissimi superadditio his quae dicta sunt a divino Raimundo, in libro primo de philosophiae famulatu, declarando nobis dosim elementorum ratificatorum.* « De progressu in inquirendis virtutibus elementorum calido- » rum, et primo de purgandis eis et reducendis ... », f. 82-83.

Franciscus Ariostus ferrariensis fortasse hic est, de quo E- loy in *Dizionario della medicina.*

Accedunt fol. 84-86 praescriptiones medicae latine eadem manu: itale vero plura aliena.

Cod. 40 chart., saec. XIV, a. 210, l. 150 [Z. L. DXXXIX].

I. *Collectio secretorum mirabilium.* « Postquam scivimus » quod opus sapientis est facere mirabilia eorum quae apparent » in conspectu luminum ... », f. 3-18.

Auctor, sine nomine, demonstrandum insumit *ligationes hominum, incantationes, promotiones ad iram, odium, amicitiam, detrimentum et gaudium esse consequentes ad grandes affectiones.* Inde digreditur ad effectus, ope signorum, verborum, ac compositionum certa lege praeparandarum, assequendos. Medicamenta proposita ut et secretorum operationes tempus sapiunt. « Ra- » dix iusquiami albi quando suspenditur super patientem coli- » cam, confert ei. — Qui sedet super pellem leonis, recedunt ab

» eo emorroides. — Si pellis asini suspendatur super pueros, pro-
» hibet eos terreri. — Si aliquis inungatur lactae asinae, con-
» gregabuntur in eo omnes culices domus. — In nido upupae est
» quidam lapis qui est diversorum colorum, defer tecum ipsum
» et eris invisibilis. — Suffumigationem cum feceris, videbun-
» tur omnes in forma elephantum. — Item viam edocet, qua ca-
» put hominis videatur caput asini — videantur homines sine
» capitibus, vel cum tribus capitibus — domus videatur tota vi-
» ridis et plena serpentibus ». Saepius de stimulatione ad amorem, sterilitate, conceptione expedienda.

II. *Picturae lineares arborum cum re obscaena congruentes*, f. 18-21.

III. *Normae de cultura lactucae, sisarae, cichorei*, f. 25.

IV. Syllabus secretorum per sententias, ut: *dentes albescunt attritu aquae fortis — aurium sordes numo admove et iustum habebit pondus aurum*, f. 25-26.

Cod. 41 chart., saec. XIV, a. 209, l. 156 [L. VII, XXVII]. Mg.

I. Mundini Foroiuliensis, *sinonima medica*, f. 5-60.

Magister Mundinus [Raimundinus], foroiuliensis, *de Civitate Austriae physicus et medicinae doctor* [quoque astrologus] *et actu regens in studio paduano* (1) a. 1307, postea vero in bononiensi, obiit Bononiae a. 1326.

Opus [*sinonima breviata in* aliquibus codicibus appellatum], pluries editum, idem credo quod de *vocabulis medicinae* inscriptum, servaverat Venetiis bibliotheca s. Antonii, ut ex Tomasino deprehendimus.

Fol. 60 legimus: *Iste liber est mei Valentis de Valentis. de Maderno.*

II. *Rhythmus, quo normae ponderum medicinalium includuntur.* « Collige teritices medicinae pondera gravis . . . », f. 61-62.

III. *Pharmaca varia sine ordine*, f. 62-74.

Folio 75 legitur manu seriori: « MCCCCLXIX misser Cri-
» stofolo Foresto, conte palatino me fe nodaro mi Valente di Va-

(1) Acta collegii medici eius archigymn.

» lenti da Maderno, alli 12 de febraro. Misser Iacomo de Gambara de mio istrumento testimonio. Misser Hornuio Zacharia e » misser Folcho di Mazi, Carlo di Mazi, misser Tomaso da Vernuno, questi sono testimonj ». Ulterius: « Adi 8 zugno, 1492 ».

Constat, ex Mittarellio (1), codicem ad Aloysium Mottensem ex Portunaonis spectasse.

Cod. 42 chart., saec. XIV, a. 314, l. 180 [L. VII, XLII].

I. *Sinonima medica tum morborum, tum rerum naturalium in pharmacorum usum, tum praescriptionum medicinalium, alphabetico ordine ex opere sequenti digesta*, f. 1-10.

II. Ioannis Mesue, *de rectificatione medicinarum simplicium solutivarum*. « In nomine Dei misericordiae, cuius nutu sermo » recipit et gratiam et doctrina perfectionem. Principium verbo» rum Ioannis filii Mesue, filii Amec, filii Heli, filii Abdella, regis » Damasci. Verbum cecidit inter inquirentes . . . », f. 11-62.

Opus in editionibus: *Methodus medicamenta purgantia simplicissima deligendi et castigandi*, etiam *de medicamentorum purgantium delectu, castigatione et usu*, appellatum, in duas dividitur partes seu sectiones; prima *de rectificatione medicinarum cum conditionibus et modis suis*; altera duplex: illa *de rectificatione medicinarum cum societate alterius medicinae*, haec *de rectificatione medicinarum cum bonitate quae acquiritur per artem*; unde opus trinam habet partitionem; liber primus, quem *canones universales* vocant, inscribitur in codice: *theoremata quatuor seu proposita*, f. 11-31 : alter, quem *de simplicibus*, in codice est: *de medicinis benedictis in quibus non est venenositas*, f. 31-44 : tertius *de medicinis laboriosis*, venit in editionibus nomine: *de medicamentis violenter et moleste purgantibus, iisdemque deleteriis*, f. 44-62.

III. —— *antidotarium*. Libri duo. « Scripsimus in » libris explanationum nostrarum ex his quae experti sumus » quaedam adhuc rememoratione digna, ex quorum aggrega» tione . . . », f. 62-98.

(1) *Bibl. codd. mss. monasterii s. Mich. Venetiar.* Venet., 1779, col. 799

Liber primus, *quo medicamenta composita aliis celebriora describuntur*, dividitur in *distinctiones* vel partes duodecim, scilicet de *electuariis; antidotis amaris magnis; medicinis opiatis, solutivis et conditis;* speciebus loch; *syrupis et succis; decoctionibus et infusionibus; trochiscis; sufuf et pulveribus; pilulis; unguentis et emplastris; oleis*. Finit: « Explicuit. Finem huic » grabadin hoc loco impositum esse cernito, ec. ».

Liber alter, *quo propria remedia ad singularum partium corporis morbos docentur*, de *appropriatis* quoque appellatus, habet sectiones tres in particulas distributas, *de aegritudinibus variis*. « Sanat solus languores Deus et de frugalitatis solio pro» duxit in largitate sua medicinam . . . », f. 99-193.

Ad extremum: *Ioannis Mesue fragmentum hactenus esse cernitur,* quod sic editiones explicant: « *Desiderantur reliqua quae hic auctor in secundi huius libri praefatione pollicebatur.*

Opus, frequenter impressum, interpretatione eadem qua in codice, nomine primo *grabadin,* sive *grabatin,* seu *gradin* [*ex gratia Dei*], est *compendium secretorum medicamentorum.*

Yahiah Ben-Hamec, *Mesue* dictus, Mardini in Mesopotamia a. 928 natus, medicinam sub Avicenna professus, Damascum aufugit, ac in Aegyto obiit a. 1018. Eius opera varia arabice exarata, hebraice quoque versa, latine pluries edita sunt.

IV. Petri Aponi, *in librum Ioannis Mesue, medici rarissimi, additio*. « Si autem fuerit in eo humor mordicans cum praece» denti eius adaequatione, et virtus sufficit . . . », f. 194-222.

Titulus in editionibus: « In secundum librum compendii » secretorum Mesue, et primum continuatio cum sermone Mesue » de aegritudinibus cordis in universali », sat operis cum antecedenti nexum evincit.

Codex universus innumeris scatet erroribus, a quopiam partim emendatis.

Cod. 43 chart., saec. XV, a. 348, l. 237 [L. VII, XXX]. Z.

I. *Sinonimorum, ut in codice praecedenti, collectio,* f. 1-11.

II. Christophori Georgii de Honestis, *expositio in antidotarium Mesue.* « Hoc opus utile prosiliendo aggrediar, his quae

» practicam medicinae desiderant: curabo namque brevi et a-
» perto sermone . . . .» f. 13-44.

Incipit: « Jesus, sancta Maria, Sancte Hieronime, die 14
» febr. 1458 »; finit: « Explicit expositio Christophori Georgii
» de Honestis, de Forentia, super antidotario Mesue, 26 *aprilis,*
» 1548 ».

III. *De sacellis, capupurgiis, epithematibus et clisteribus.*
« Sacella capitale in caliditate non multum intensum. Recipe ro-
» sarum, florum camomillae . . . », f. 44-45.

Respondet opella libro primo antidotarii codicis praecedentis.

In editionibus operum Mesue, sub fine legitur haec tracta-
tio, inscripta: « Haec praeter Mesue quidem institutum addun-
» tur: quia tamen et poni hoc loco solent et non inutilia sunt,
» non fuere praetermittenda ».

IV. *Index alphabeticus substantiarum medicinalium in ante-
cedentibus occurrentium*, f. 46-48.

V. *Praescriptiones medicae ex unguentis, emplastris, cerotis,
embrocis, oleis, scief, saculis, pulveribus, speciebus, confectionibus,
trociscis, liciniis, clisteribus, aquis, syrupis, electuariis, pillulis,
linimentis, suppositoriis, epithematibus,* f. 52-74.

VI. Mundini, *anatomiae membrorum liber.* « Quia, ut ait
» Galenus, septimo terapeuticae methodi, auctoritate Platonis,
» opus in aliqua scientia . . . », f. 75-92.

Quibus circiter annis opus auctor exaraverit, liquet ex folio
82: « Mulier quam anatomizavi anno praeterito, scilicet 1315 ».
Ioannes Dryandrus, medicus marpurgensis editione Marpurgi
corruptissima, a. 1541, haec de opere in prooemio: « Mundi-
» num, si non sit aliud quod offendat, quam quod barbara lin-
» gua sit conscriptus liber, incommodum tanti non faciendum
» esse puto, propter quod is liber studiosis e manibus excuti de-
» beat ».

VII. Gentilis de Fulgineo, *additio et reprobatio aliquorum
dictorum Mundini, in sua anatomia.* « Non in anatomia musculi
» ventris . . . », f. 92-93.

Differt ab edita. Falsa quaedam a Mundino relata notat
censor: ea inter quod viderit *in cisti felis lapillum viridem in
anatomizato anno* 1341.

Hanc primam codicis partem scripsit monachus in s. Maria nova, annis 1456-1458 sub invocatione Iesus Christi, Mariae virginis et D. Hieronymi, uti passim legitur.

« Et sic est finis : sit laus et gloria trinis ».

VIII. Aegidii Corbeiensis, *de urinis, carmen, cum commentis Gentilis Fulginatis*. Commentator. « Iste liber novae institucio-» nis, studiosae composicionis artificio, de auctorum scientiis eli-» citus et exortus . . . » ; carmen :

« Dicitur urina, quum fit renibus una », f. 95-130.

Scriptum utrumque saepe typis evulgatum.

Auctor, *Corboliensis* quoque dictus, monachus ordinis s. Benedicti, fuit archiater Phil. Augusti, regis Francorum, saec. XII.

IX. Nicolai, *antidotarium* dictum *parvum et usuale*. « Ego » Nicolaus rogatus a quibusdam in practica medicinae scire vo-» lentibus, ut eos dispensandi modum . . . », f. 135-154.

Tractatus, sub fine mutilus, passim rhithmis medicis, qui in editionibus desiderantur, abundat.

Nicolaus Hostreshamus, medicus anglus, *praepositus*, scripsit anno circiter 1443.

X. Ioannis de Sancto Amando, *supra antidotarium Nicolai*. « Operatio medicinae, secundum Ioannem, tribus consistit, sci-» licet in dieta, potione, et chirurgia . . . », f. 155-186.

Finit : « Explicit expositio super antidotario usuali, s. Ni-» colai — N. W ».

In editionibus auctor dicitur *canonicus ecclesiae tornacensis*.

Universa in codice eo ordine quo in editis prolata sunt.

Cod. 44 membr., saec. XIV, a. 328, l. 220 [Z. L. DXXXVI].

I. *De medicinis simplicibus appropriatis variis aegritudinibus*. Tractatus primus. « Melilotum embrocatum confert, soda, » anisum, vaporatio . . . », f. 1-28.

Sunt capitula quinquaginta de curatione passionum tum medicarum tum chirurgicarum.

Foliis 25-28 occurrunt figurae manu prorsus imperita delineatae, quibus operationes variae, curandi per ignem et ferrum candens aegrotos, significantur.

II. Isaac, *diaetae particulares*, f. 29-43. Legitur in fine : *I. est M. I. de Rumano.*

III. Ioannis de Paulo, *breviarium*. « Assiduis petitionibus me, » karissime, compendiose morborum signa et causas in scriptum » redigere cogitis . . . », f. 44-63.

Auctor, quoque *Ioannes a sancto Paulo, et Pläteàrius* dictus, gallus, medicus salernitanus scripsit anno circiter 1250, *de simplici medicina, de medicamentis simplicibus, commentarium in antidotarium Nicolai Alexandrini.*

Cod. 45 chart., 1467, a. 210, l. 148 [L. VI, LXXX]. Mk.

I. Eberi, *de virtutibus animalium*. « De virtutibus quae sunt » in animali, quod dicitur taxus vel thaximus. Bestiola quaedam » est, quam quidam taxonem . . . », f. 1-56.

Auctor, cuius nomen fol. 29 occurrit: *at haec est quam ego Eberus probavi,* fol. 30 scribit: *quod demonstravimus in libro de proprietatibus :* animalium autem fere septuaginta virtutes ita intelligit, ut ex iis remedia hominum saluti restituendae adhibeantur. Quid vero haec medendi ars praestet commodi, hoc ex homine specimen satis evincit: « Si servaveris menstruum mu» lieris et dederis alicui ad potandum, fiet leprosus. Accipe sudo» rem tuum in pelvi pulchra et munda, deinde pone eum in » vase vitreo mundissimo, et pone ibidem de rasuris inferioribus » pedum tuorum cum aliquantulo stercoris tui, et ad solem de» sicca, et pone ibi radicem unam quae arabice dicitur *fir*, idest » valeriana, et da ad bibendum cuique volueris, sive homini, » sive etiam animali, et ille diliget te mirabiliter ».

Sub fine legitur : « 1467, die vero 16 septembris et indi» ctione III, in Clemona, hora vero secunda noctis huic finem » imposui. — Presbyter Burgensis ».

II. Quaedam astrologica *ad consulendum de aliqua re, puta de aegro.* f. 57-59.

A principio legitur nota : « Venit ad aures meas hunc li» brum graece haberi apud clariss. d. Iacobum Barocium, causi» dicum venetum ».

Cod. 46 chart., saec. XV, a. 430, l. 284 [Z. L. CCCXIII]. B.

Matthaei Sylvatici, *pandectae medicinae, capitulis* 720, *per ordinem alphabeti digestae.*

Matthaeus Moretus, brixiensis, bononiensis gymnasii professor, *summo studio atque diligentia emendavit medicinae pandectas, quas ob transcriptorum imperitiam, iam fere periisse animadverterat,* ac edidit Vicetiae, opera Hermanni Lichtenstein, saeculo decimoquinto, hoc titulo : *Liber pandectarum medicinae omnia medicinae simplicia continens : quem ex omnibus antiquorum libris aggregavit eximius artium et medicinae doctor Matthaeus Silvaticus, ad serenissimum Siciliae regem Robertum.* Hunc plures editiones excipiunt. In prooemio tamen de auctore dubitationem sic innuit : « Huius autem auctoris nomen, licet sit ambi- » guum, ipsum tamen a fide dignis Matthaeum Silvaticum nun- » cupatum fuisse accepi ; sed quisquis fuerit, hunc peritissimum » extitisse constat, et ipsum summa diligentia antiquorum libros » percurrisse ». Quod dubium respuo, dum constat Matthaeum Sylvaticum, regis Neapolis medicum, anno 1337 Roberto regi opus nuncupasse. Auctorem salernitanum fuisse evincit quod fol. 105 verbo *Calcasia* testatur : « Sed ego ipsam habeo Salerni in » viridario meo secus spectabilem fontem . . . ». E contra Argelatus [Bibl. p. 1454] documentum profert ex Sitono : « Ma- » thaeus de Sylvaticis, aliis Maphiolus, Faccioli Sylvatici filius, » et Erasminae Lampugnanae maritus, artium et medicinae » doctor eximius, anno 1367 habitans in *porta ticinensi,* paroecia » s. Mauritii Mediolani ec. ».

Dedicationis epistolam, hucusque ineditam, profero : « Quia » ob nominis controversiam litigium oritur, contremiscat mens » medica ab eorundem errore, tam conscientia propria, quam » aegri vitae periculo, et merito cum sint medicinarum simpli- » cium ciborumque multa peregrina vocabula, quorum quaedam » graeca, quaedem vero ab arabica lingua detracta, latina tamen » varietate ydiomatum dubia demerantur (?). Hanc ergo vobis » Domino Roberto illustr. et seren. Ierusalem et Siciliae regi, qui » inter cunctos mundi principes medicinarum dogmate praefulge-

» tis, medicinalem pandectam per vos corrigendam ex multis col-
» lectam aggredior per alphabetum trium vel quatuor linearum
» multociens ordinatum, sine qua, sicut caecus natus de colori-
» bus arguit, sic praedictorum nominum posse quis rationem
» pertingere nihil intelligens veritatis. Quid dabit languenti et
» ab ipso vitam speranti qui nesciet? Cur pro salutari mortife-
» rum exhibebit putat ignorantiam excusacionis refugium. Nescio
» quippe cuius major sit cognitio necessaria quam quod humanis
» prosit vel obsit corporibus. In opere medicinae hoc, quia a
» simplicibus medicinis et cibis habet originem, veluti a princi-
» pio inchoat dementer, fundamina haec scire oportere per pro-
» pria nomina, sine quibus quantumcumque vis rite haud di-
» noscitur, nec erit alicui avide manifestum ».

Operis, pluries editi, auctor, teste Fabricio [Bibl. gr. ed. 1796, V. p. 494], *Galeno et Plinio maxime usus est, ad illustranda permulta Arabum et Arabistarum loca. Hinc hae pandectae ad intelligendum quid Arabes et Arabistae de Galeno senserint, et qua ratione eo sint usi, perutiles sunt.*

Codicem folior. 272, cum praevio indice [f. 1-8], pluribusque maioribus litteris auropictis, scripsit pro cardinale Bessarione Ioannes Diest alias Ghernix, *nacionis Brabanciae.*

Cod. 47 chart., saec. XV, a. 294, l. 216 [L. VII, XLIV]. N.

I. *Liber de herbis, leguminibus et oleribus, et de virtutibus herbarum, editus a magistro Dominico magistri Bandini, de Aretio.* « Rebar post arbores de aratoriis agris dicere ... », f. 1-83.

Praeit foliis quinque *index rubricarum,* quem subeunt septimo *coniunctiones solis et lunae, anni* 1429.

Titulo subnexum est: « Scriptus per me Iacobum quondam
» ser Michaelis de Dietiguardis de Sancto Geminiano, sub annis
» Dom. 1429, 7 de mense madii. Hortulus iste brevis mitia poma
» dabit ». In fine vero: « Datus est finis huic librunculo per
» me ec....... in civitate Aretii commorantem cum nobili viro
» Leonardo quondam Antonii de Stropis, honorabili potestate
» dictae civitatis, millesimo quadringentesimo vigesimo nono,
» ind. VII, die vero duodecima augusti, hora 12 ».

Auctor, *Aretinus* quoque a loco natali appellatus, vitam fere totam operi componendo *De mundi fabrica* [serius *Fons memorabilium universi* appellato] adhibuit. Huius perficiendi gratia, anno 1374 Patavium ad Francisc. Petrarcham se contulerat; verum Aretium reversus, *libros Fontis, vigiliarum, laboris ac sudoris plenos,* anno 1381, patria occupata, perdidit, ac paulo post recuperavit. Dominicus Aretinus *Fontem* suum circa annum duodecimum saeculi decimiquinti explicabat, unde nomen *Fontis* adeptus est. Liber de herbis est octavus quartae partis *fontis memorabilium* V. Mehus. Prooemium in *Ambrosii Traversarii epist. et oration.*, pag. CXXXIII-CXXXIV.

II. Quaedam ex Vegetio, *de arboribus incidendis* — Rhythmi *de floribus ad scribendum, de vitreis vasculis depingendis, de colore aureo faciendo — de atramento optimo faciendo — de epacta invenienda,* f. 84-87.

Cod. 48 chart., saec. XVII, a. 198, l. 147 [L. VII, XLVI].

Delineatio et descriptio medicamentorum confectionem theriacae et mithridatii ingredientium, per Christop. Fridericum Gruberum, med. [medicinae doctorem] *illumin.* 1676. Folia 83.

Sylloge plantarum, aere sculptarum, quas, ut in titulo, Gruberus egregie pinxit. Auctor tabulis impressis penicillo eleganter delineatis pharmaca ex regnis animali et minerali in usum theriacae et mithridatii obtulit, nomina exscripsit, addidit ex proprio folia delineata ac picta. Nihil ex eruditi Pritzelii *thesauro* habeo quod operis, certe impressi, historiam revelet.

Cod. 49 chart., saec. XVI, a. 296, l. 214 [L. VII, XIV].

Petri Pomponatii, *lucubratio an daemones agere possint in morborum curatione.* Capita tredecim. « Significasti mihi per litteras tuas, cum duorum puerorum, quorum alter morbo, veluti » erisipilla . . . ». Folia 99.

Extremo folio legitur: « Perfecta est itaque haec nostra lucubratio, quae de incantationibus nominari potest, per me Petrum » filium Ioannis Nicolai de Pomponatiis, mantuani, in felicissimo

» gymnasio bononiensi, in cappella sancti Barbatiani, die XVI » augusti, MDXX, anno pontificatus divi Leonis decimi ».

Opella, nomine *de naturalium affectuum causis*, seu *de incantationibus*, ab auctore [Bononiaė 24 iulii, 1520] cuidam compatri suo ea de re sciscitanti inscripta, edita est a Guill. Gratarolo Bas. 1556, 8.°, posteaque cum aliis eius operibus. Qui ceterum ea de re penitius erudiri desiderat, adeat Franc. Fiorentino librum : *Pietro Pomponazzi. Studi storici su la scuola bolognese e padovana del secolo XVI.* Firenze, 1868, 8.°. pag. 406-427.

Cod. 50 membr., saec. XIV, a. 310, l. 211 [Z. L. CCCXV].

Tacuinum sanitatis in medicina, ad narrandum seu res necessarias in ostensione iuvamenti ciborum et potuum, et indumentorum, nocumenti ipsorum et remotione nocumentorum, iuxta consilia meliorum ex antiquis. Composuit hunc librum Elbuçassez Elmuchar, filius Habaldin, filii Butilan, medici de Baldach. « Tacuinum sanitatis de sex rebus quae sunt necessariae cuilibet homini ad cotidianam conservationem sanitatis, cum suis » rectificationibus et operationibus . . . ».

Fol. 1-2 occurrit index rerum.

Tabulae unaquaque pagina alterna distributae, cum indicatione *electionum et proprietatum,* quae unicuique ex 380 numeris in tabulis relatis respondent. Operis ceterum distributionem ita auctor in principio distinctionis secundae exponit: « Incipio » cum Dei auxilio et compono tabulas continentes cibos et potus » et alias res necessarias circa ipsos, sicut ordinabo in uno cir» culo, ad hoc ut sit compendiosum regibus et dominis inspice» re in ipsis. Sunt enim usi habere tacuinos, cui assimilatur » hoc opus (1). Et dividam tabulas ipsas per domos : in prima » domo ponam numerum qui est in extremo circuli, in quo folio » res ipsa contineatur : in secunda domo numerum illius : in ter-

(1) Unde liquet nomen *tacuini* perperam a Carolo Dufresne in *glossario mediae et infimae latinitatis* operi auctoris cuiusdam, non variis eiusdem generis tributum : « Tacuinum inscribitur opus quoddam medicum, quod commentario illustravit magistar Dudo in biblioth. Sorbonae sign. 781 ».

» sedis gratia, aquileiensi patriarchae dignissimo . . . » ; prooemium autem : « Girum coeli fecit Deus et terram posuit in » puncto . . . », f. 23-31.

Extremo folio : « Finio ergo hic praesens opusculum ad lau» dem ec. . . . . sub millesimo CCCXL, die prima aprilis, Ven. ».

Cod. 54 membr., saec. XIV, a. 179, l. 126 [L. VII, XXIX]. Mg.

Antonii Benivienii, *ad Laurentium Medicem, de regimine sanitatis, libri duo.* « Cum, parentum praeceptis et amicorum » meorum hortatu, oratoriae artis studia aut omnino, aut ma» gna ex parte reliquissem . . . ». Folia 30.

Auctor in Etruria natus, medicinam Florentiae per annos ultra triginta professus, occubuit ante annum 1507. Fratres habuit Hieronymum litteris, Dominicum canonicum philosophia et theologia claros. Nunquam edita opella. Ex impressis maxime laudanda, sermonis quoque lepore ; *De abditis nonnullis ac mirandis morborum et sanationum causis.*

Idem puto dedicationis exemplar, litteris initialibus librorum auropictis et insigniis mediceis ornatum : lectiones tamen corruptae et emendationes frequenter occurrunt.

Cod. 55 chart., saec. XVIII, a. 310, l. 210 [L. VII, XVIII]. O.

Anthimii, virii ill., comitis, *de observatione ciborum, ad gloriosum regem Francorum Theodoricum.* Folia 129.

Opus nec editum unquam est, nec, nisi titulo, scriptoribus rei librariae vel eruditissimis innotuit. Eius a Simlero tantum et a Fabricio mentionem factam esse deprehendi ; quorum ille apud Adolphum Occonem medicum Germaniae praeclarum extitisse, in *bibliotheca Gesneriana* prodidit [p. 44] ; hic ex codice Menarsiano in *Bibliotheca latina* vix indicavit [t. III, p. 909]. Apud quem praeterea fuerit, incompertum. Novitium itaque licet idem sit, magni est attamen aestimandum ; eoque vel maxime quod Anthimii scriptum Antonius Cocchius iis mendis in hoc expurgaverit, quae vetus librarius invexerat, et annotationibus nonnunquam illustraverit. Facit etiam auctoris antiquitas ne co-

dicis novitas pretio eius officiat; ante siquidem mille centum saltem annos ipse floruit, quum Theodorico Francorum regi opus inscripserit, quatuor autem e Franciae regibus eo sint nomine appellati, quorum primus ab anno 511 usque ad 534 regnum administravit, alter ab 596 ad 613, tertius ab 670 ad 691, postremus ab 720 ad 737.

Graecum origine hominem ad Gallos diversum si qui Anthimium suspicentur, iis non ego id abnuam: quum praesertim ipse capit. XLVI scribat: « Fit et de hordeo opus bonum, quod » nos Graeci dicimus *alsitas*, Latini vero *polentam*, Gothi vero » barbarice *fenee* »; cap. vero XIII: « De crudo lardo quod so- » lent Franci manducare, miror satis, quis illis ostendit talem » medicinam ». Comitis dignitate illustrem libri titulus praedicat; ex quo comitem provincialem conjicere est. Accedit *provinciam meam* regionem quandam ipsumet appellasse cap. XIX *de agrestibus avibus*, quod huiusmodi est: « De agrestibus vero avibus » turtures quidem, quia saginantur in domo, scitur ab omni- » bus quia graviores sunt, quia miseras carnes habent, et me- » lancholicum humorem generant; nisi forte prae desiderio » quis interdum sumat. In campis vero nascitur helleborus, her- » ba quae latine dicitur *sitri:* ipsam manducant et prosequuntur, » sicut auctores nostri dicunt. Quod si quis comprehenderit » agrestem turturem, et de illa herba ipsam contigerit mandu- » casse, et de ipsa aliquis comederit, grande periculum patitur, » et usque ad proximam mortem hominem adducit, ita ut igno- » rans aliquis putet venenum se ab aliquo accepisse; in tantum » ut corruptela ventris nimia subsequatur, aut certe vomitus, » ita ut partem faciei constringat et torreat. Istud in tempore » meo probavi in provincia mea. In villa duo rustici sic ad ho- » ram captam comederunt, et illud contigit ut unus illorum » sanguinem deorsum produxit nimium, et periclitatus est us- » que ad mortem. Remedium vero istius rei, vinum vetus et » oleum tepidum assidue dare illi ad bibendum, ut possit illud » venenum contemperare. Nam de sturmis asserunt auctores, ci- » cutam herbam plus amare et comedere, quam alias herbas: » unde contigit illos cum istis ad gravitatem perducere ».

Docendi ac dicendi rationem huiusmodi toto opere Anthi-

mius adhibet, quo esculenta et poculenta quae ad incolumitatem corporis tuendam conferant, quaeve illi obsint, praecipue docet. Unicuique capiti iuxta Cocchii sectionem [auctor enim nullam fecisse videtur] quod argumentum sit, exhibeo, quo majora de codice indicia proferam, et an opus integrum in eo sit, necne [ut suspicio mihi est] alii fortasse deprehendant. Caput I Anthimii praefationem habet ad Theodoricum — II de pane — III de carnibus vaccinis — IV de vervecinis carnibus — V de agnellinis carnibus — VI de cervinis carnibus — VII de hinnulis et de capreolis — VIII de caprinis carnibus — IX de porcello domestico — X de bubulis — XI de vaccinis carnibus — XII de lepore — XIII de lardo — XIV de cervisa, medone et alixino — XV de porcis — XVI de vacca — XVII de phasiano — XVIII de gallinis — XIX de agrestibus avibus — XX de pavonibus — XXI de gruibus — XXII de perdicibus — XXIII de columbis — XXIV de fatulis — XXV de ove avetarda — XXVI de esicio — XXVII de afrato — XXVIII de gallinarum ovis — XXIX de ovis anserinis — XXX de piscium genere — XXXI de esoceto — XXXII de platensibus vel soleis — XXXIII de anguillis — XXXIV de fruncatis — XXXV de pisce cacraucio — XXXVI de lampredis — XXXVII de piscibus siccis — XXXVIII de pectinibus — XXXIX de ostreis — XL de malva aliisque herbis — XLI de cucurbitis aliisque huius generis — XLII de melone — XLIII de atriplici — XLIV de allio — XLV de caepis — XLVI de leguminibus — XLVII de faba — XLVIII de cicere — XLIX de oryza — L de milio et panico — LI de buccellis cum lacte coctis — LII de lenticula — LIII de aliis leguminibus — LIV de lacte — LV de butyro — LVI de oxygale — LVII de caseo — LVIII de simila — LIX de pomorum ratione.

Mox Plinii Valeriani liber sequitur de re medica quartus, uno vel altero capite excepto: deinde capita novem Anthimiine, an alterius auctoris, ignotum; scilicet *de natura hordei frumenti, de tritico, de lacte, de leguminibus, de oleribus, de nasturcio aliisque herbis, de ovo, de caseo, de aqua.* Praecepta tandem quaedam accedunt de rebus medicis ab Anthimio et Plinio aliena, quia in veteri exemplo reperta, in nostrum facile translata. His ergo praetermissis, Anthimii praefationem ad Theodoricum, quam

lectores lubenter excepturos existimo, iuxta Cocchii recensionem subiiciam.

« Anthimii viri illustrissimi, comitis ad gloriosum regem » Francorum Theodoricum, de observatione ciborum epistola ».

« Rationem observationis ciborum, vestrae pietatis iussu, » secundum praecepta auctorum medicinalium, ut potui, vobis » exponere profutura generaliter procuravi, quoniam prima sani- » tas hominum in cibis congruis constat: idest si bene adhi- » biti fuerint, bonam digestionem corporis faciunt; si autem » non bene fuerint cocti, gravitatem stomacho et ventri faciunt, » et crudos humores generant, et ocidivas, et carbunculos et » ructus graves faciunt. Exinde etiam fumus in caput ascendit, » unde et stomachus laeditur, et caligines graves fieri solent, et » ventris corruptela ex ipsa indigerie fit; aut certe sursum per » os vomitus fit, quando stomachus cibos crudos conficere non » potuerit. Si autem bene praeparati cibi fuerint, digestio bona » et dulcis fit, et humores boni nutriuntur. In hoc etiam prima » sanitas constat, ita ut qui se taliter observare voluerit, aliis » medicaminibus non indigebit. Similiter et de potu tantum » oportet adhiberi quantum cibus concordat. Iterum si plus quis » accipere praesumpserit, magis infrigidat stomachum, et ipse » infrigidatus nihil pervalet concoquere. Unde etiam et corru- » ptela nascitur illa, quam superius diximus. Unum tamen exem- » plum suggerimus, quomodo fit in aedificiorum maecerie. Si » calcem et aquam quis tantum temperaverit, quantum ratio » poscit, ipsa mixtio perficitur, et fabricam tenet: Si autem su- » pra modum nimis aqua missa fuerit, nihil perficit. Sic et in » cibis et in potu debet agnosci. Ergo, sicut supra diximus, » prima sanitas ex cibis bene coctis et bene digestis constat. » Nam si quis homo dicat in expositione positus, vel iter agens, » quomodo possum talia observare? et ego suggero: ubi focus » est vel aqua, quae praedicta sunt observari debere. Nam si » necessitas exegerit, carnes vel alia crudiora manducare, non » ad nimietatem, sed parum sumantur; si quidem [quod ab » antiquis dictum est] omnia nimia nocent. Nam et de potu, si » quis cavallicando et in longum festinando amplius potum ac- » cipere praesumpserit, quam comedere, ipse in equo vexabitur,

» et in ventre peiora mala nascentur, quam de cibis. Sed forte » dicetur mihi : quare aliae gentes crudas carnes manducant, et » sanguinolentas, et sani sunt? Ideo illi sani sunt omnes qui ipsi » medicinas sibi faciunt. Cum malis cibis utantur, ustulant se » foco in stomacho et ventre, et per alia loca, quomodo caballi » furiosi, ustulantur. Tamen et inde rationem reddent. Illi unum » cibum, sicut lupi, manducant, et non multos, quia non habent » nisi carnes et lac; et ipsum quod habuerint manducant, et » videntur esse sani ex paucitate ciborum. Nam de potu, est » quando habent; quando longum tempus non habent, pauci- » tas ipsa videtur illis sanitatem praestare. Nam nos qui diver- » sis cibis et diversis deliciis, et diversis potibus nos implemus, » necesse habemus nos ita gubernare, ut non pro nimietate » adgravemur; sed magis parcius agentes, sanitatem obtinea- » mus. Si quis vero delectatus fuerit cibum qualemcunque man- » ducare, is in primo bene factum cibum praesumat et de aliis » rebus parcius; ita ut hoc quod primum accepit, bene digerat. » Praeterea diligenter constat observare quae a nobis suggesta » sunt, auxilio divinae maiestatis et Dom. nostri Iesu Christi, a » cuius largitate longiorem vitam et praecipuam sanitatem ha- » beamus ».

De Cocchii annotationibus ad indicium faciendum, unam proferre lubet, quae et praecipua facile est. Ad Anthimii locum [fol. 42-43] ex capite LVI. « *Oxygala* vero Graecis, quod Latini » vocant *melcham*, quando acetaverit, auctores dicunt sanis ho- » minibus esse aptam, quia non coagulatur in ventre », haec adscripsit Cocchius: « *Melca*. Vox haec, ut Romanis usitata, » memoratur graecis quibusdam scriptoribus, quam tamen mi- » rum est, ut Nonnius animadvertit *de re cib.* II, 16, apud quen- » quam Latinorum non exstare. Paxamus, qui Columella anti- » quior fuit, *melcae* praeparationem docuit, ut habetur in grae- » cis collectaneis geoponicis XVIII, 21, Η' καλεμένη Μέλκη. » Galenus method. VII, 4, Η' Μέλκα τῶν ἐν Ρ'ώμῃ καὶ τέτο » εὐδοκιμέντων ἐδεσμάτων. Et libro de bono et malo succo, » cap. XIII, τῆς καλεμένης παρὰ Ρωμαίοις Μέλκης ἐψυχρισμέ- » κης. Alexander Trallianus VII, 7, τὰ παρὰ Ρ'ωμαίοις καλε- » μένα Μέλκα. Ed. Roberti Stephani. Paulus III, 37, τὴν πα-

» ρὰ Ῥωμαίοις καλουμένην Μέλκαν. Ἔστι δὲ ὀψόντι διὰ γάλα-
» κτος. Ioannes Gorraeus filius : defin. medic. V, Μέλκα : *Neque*
» *ex latinis scriptoribus ante vel post Galenum ullum legimus,*
» *qui hanc vocem quovis significatu usurpaverit. Saxones et celeri*
» *inferioris Germaniae incolae lac simili nomine appellant.* Skin-
» nerus, *etymolog. angl.* V, *Milk*, Μέλκα, *edulium, quod Romani*
» *una cum nomine a Germanis didicerunt.* Contra Keuchenius
» in notis ad Serenum [p. 159] : Μέλκα iis lac est, unde nostrum
» Melk et Milko Dalmatarum ».

Cod. 56 chart., saec. XVIII, a. 200, l. 139 [L. VII, XXXVI]. Z.

Lexicon medicum graeco-latinum in quo totius artis medicae secundum Neotericos placita definiuntur, vel circumscribuntur; graeca item vocabula ex originibus suis deducuntur, antehac a Stephano Blancardo m. d. concinnatum et editum, nunc vero tertia fere parte auctum, et pluribus in locis emendatum. Belgicis quoque prioris editionis nominibus germanica, si qua significantia adfuerunt, in hac sunt substituta; demum cum Licinii Sanleone mantissa et expositione multorum arabicorum nominum, laconice in tyronum gratiam auctum et renovatum, folia 303.

Operis, pluries vario idiomate editi, amplificator, anagrammate puro *Ioannes Cirellius*, et vocum numero et significationum compendio, editionibus usque ad dimidium saeculum decimum octavum datis, praestat.

Cod. 57 chart., 1456, a. 334, l. 242 [L. VII, XII]. F.

Simonis Ianuensis, *sinonyma medicinae.* Dedicatio magistro Campano, Nicolai pp. IV cappellano, canonico parisiensi : « Opu-
» sculum iamdudum a vobis postulatum, quasi aliquid utile con-
» tinens . . . », textus : « Optabat Galius discere et docere posse
» res sine nominibus . . . ». Folia 25.

Exemplar, diligenter exaratum columna duplici, habet postillas quae rem medicam spectant, praecipue ab auctore missa, manu amanuensis, qui ideo post scriptum : « Explicit si-
» nonymia m. Simonis de Ianua, completa per me Guillel-

Cod. 60 membr., saec XIV, a. 176, l. 121 [L. VII, XIII]. F.

I. *Tractatus de vulneribus.* Capitula 26. « Caput diversis » modis vulnerari contingit: vulneratur enim aliquando cum » fractura cranei ... », f. 1-11.

II. *Praescriptiones medicae variae contra vulnera, ulcera, morbos oculorum.* « Experimentum probatissimum ad dolorem » flanquorum et retentionem urinae ... », f. 12-22.

III. *Chirurgia cauteriorum, secundum Rugerium, Brunum et Rolandum.*

Sunt declarationes breviores figuris appositae, pessime delineatis, quibus fabricatio substantiae eiusquae aegrotis applicatio effingitur. Desiderantur in operibus pluries editis Rogerii, Bruni et Rolandi.

Cod. 61 chart., saec. XVI, a. 195, l. 147 [L. VII, XXVI].

Angeli Parmensis, *opusculum* [*de ulceribus eorumque curatione*]. « Solutio continui quae in carne fit et a Gal. 4 meth: » vulnus sive vulcus appellatur, duplex est ... ». Folia 21.

Amanuensis notavit in fine: « Opusculum aureum excel» lentissimi doctoris domini Angeli Claramondi, parmensis, Bo» noniae chirurgiam publice profitentis 1551 ». De auctore ni» hil in *Affò:* Scrittori parmigiani ».

Cod. 62 chart., saec. XVI, a. 218, l. 148 [L. VII, V]. F.

I. *Tractatus de vulneribus, per excellentem Ioannem Ruschium, anno* 1585. « De vulneribus agendum: quid sit vulnus » prius explicandum duximus: post hoc .. », f. 1-98.

Auctoris opus *de visus organo et de oculi dignitate libri quatuor.* [Pisis, Tanagli, 1631, 4.°] mihi tantum notum.

II. *Prima lectio recitata in theatro, a nothomista ad summum collecta.* « Summus rerum omnium parens D. O. M., prima » est illa causarum causa, N. et solertissimi auditores, a qua » esse ... », f. 106-111.

Una ex praelectionibus alicuius professoris, quod in fine legatur: « Haec dicta sint satis, in futura lectione aggrediemur » sectionem ... ».

III. *De medicamentorum electione, quantitate, et modo exhibendi et praeparandi illa.* « Cum superioribus diebus, maximo» pere ab amicissimo fuerim rogatus, de hoc ipso quod in prae» sentiarum defatigari ... », f. 116-139.

IV. *Compendium medicamentorum, tam simplicium quam compositorum, quibus hodie praecipue utimur.* « Simplicia frigida » et humida, magna ex parte insipida aut subdulcia ... », f. 140-155.

V. *Tractatus de venenis, per Baldellum de Baldellis, publice legentem in studio pisano*: « Duplicem proponit Dioscorides » tractationem venenorum, alteram quae docet nos quo pacto » possimus praecavere ... », f. 156-163.

Latius Mazuchellius, in *Srittori italiani,* de auctore, qui cortonensis philosophiam et botanicem in gymnasio pisano a. 1580 tradebat.

VI. Index aliquot pharmacorum in usu apud veteres, f. 167-172.

VII. Damiani Dias, *tractatus de pulsibus.* « De pulsibus » acturi, primum illius definitionem in medium adducemus; ea » vero huiusmodi est ... », f. 173-184.

VIII. Liber in quo annotamus aliqua de ipsa philosophia. « Tres conditiones debet aliqua facultas vel opinio ... », f. 186-204.

CLASSIS XV.

MEDICINA VETERINARIA.

Cod. I membr., saec. XIII, a. 210, l. 139 [L. VII, XXIV]. O.

I. Publii Vegetii Renati, viri illustris, *artis mulomedicinae, libri sex* [vulgo *quatuor*] Mulomedicinae apud graecos latinosque auctores non fuit cura postrema... », f. 1-51.

In Vegetio emaculando et illustrando multam sane diligentiam Ioannes Matthaeus Gesnerus posuit; a quo idem Lipsiae anno 1735, cum *Scriptoribus de re rustica* denuo vulgatus est. Rhodii et Morgagni in Vegetium coniecturas hoc saepe codice confirmatas, dephehendi; ut lib. II cap. 26, pro *ferulae* legitur *feculae*, et lib. eiusdem cap. 45, pro *stracta* est *staeta*, quemadmodum Rhodius in Scribonium Largum coniectabat [p. 74, 144]. Itidem lib. I cap. 10, pro *tonsam* habet *tunsam*, et lib. eodem cap. 54, pro *sativi* legitur *sectivi*, uti Morgagno placebat in epistolis post Vegetium a Gesnerio editis. Schneiderus in *Scriptorum rei rusticae* editionem lipsiensem anni 1797 ea intulit quae ad Vegetium emendandum Iulius Pontedera scripserat in epistolis et dissertationibus, Patavii a. 1791 editis.

II. Iordani Ruffi, calabrensis, *de medicina equorum*. « Cum » inter cetera animalia a summo rerum opifice evidenter creata, » usui humani generis immediate subiecta... », f. 54-71.

Haec postremo loco adscripta sunt:

» Hoc egit immensis studiis milex calabrensis
» Qui bene cunctorum sciverat medicinas equorum.
» Discat quisque legens pati haec tibi pagina praesens
» Quod iuvat atque nocet sic equo cuncta docet ».

» Hoc opus composuit Iordanus Ruffus de Calabria, miles » et familiaris domini Friderici imperatoris secundi, memoriae » recolendae, qui instructus fuerat plene per eundem dominum » de omnibus supradictis, et expertus etiam fuerat postmodum » probabiliter omnia in marestalla equorum eiusdem domini, » cum quo fuit per magnum temporis spatium commoratus ».

Opellam non adhuc, nisi versionibus, editam, primus Hieronymus Molin dedit Patavii, a. 1818 [*Iordani Ruffi, calabriensis, hippiatria*] ex hoc codice, de quo idem in prooemio: « Forma eius talis est, ut ex uno folio octo habeantur chartae; » hae pergamenae sunt, singulaeque in duas columnas tributae; » characteres partim rubri, partim nigri; paginae triginta et » una. Eques Morellius eum esse putat saeculi XIII, quo nempe » ipse auctor floruit. Videre clarissime est fuisse ab alia quavis » manu emendatum; non ideo tamen erroribus omnino caret. » Quum vero librarius variantem lectionem hic afferat, duos sal- » tem codices manuscriptos, dum scriberet, ante oculos ille ha- » buisse videtur, ut adnotatum fuit ad capitulum 12, pag. 41. » Ad capitulum 33, ubi agitur *de laesionibus crurium et ungu-* » *larum*, dicendum est, amanuensem duas chartas inconsidera- » te praeteriisse. Etenim ex improviso praecepta traduntur *de* » *remedio de extortilliatura*, ac deinde hoc cernitur signum, » quod de admisso errore lectores admonet, eosque ad calcem » operis remittit [fol. 70-71], quo loco praetermissa capitula alie- » na manu conscripta leguntur., Atque in hac emendatione » quasdam amanuensis reliquerat lacunas, quas ego adimplere » conatus sum, qua venetum codicem consulens, qui mihi evol- » vendus perbenigne traditus fuerat, qua opportunioribus utens » versionibus, qua denique consilio fretus doctissimi et huma- » nissimi viri Iacobi Morellii. Praeterea hisce auxiliis quaedam » emendavi, quae involuta et inextricabilia mihi visa sunt: ve- » runtamen in adnotationibus, ea quae immutata sunt, qualia » prius fuerant, indicabo, ne critici mihi succenseant, perinde » ac si autographum adulterare voluerim . . . . . . Capitulorum » dispositio ac numeratio ea erit, quae in ipso codice manu- » scripto, missis tamen iis omnibus, quae toto operis decursu le- » guntur ».

III. Folio 69 tria habentur aliena manu medica praescripta, quae ad Ruffum minime pertinere arbitror, tum quia inepta sunt ac nugatoria, tum quia ea in manuscriptis versionibus ac codicibus nusquam inveni. Ex hiis praescriptionibus duae *contra fistulam* sunt, tertia vero *ad dolorem renum,* de quibus quidem morbis Ruffus in suo opusculo fuerat iam locutus.

IV. *Tractatus de doctrina avium, et de medicaminibus eorundem, qui liber est translatus de persico in latinum.* « Dixit » Gatrip persicus, quod multi Persarum et Graecorum sapien- » tes in arte avium rapacium, multos libros scripserunt super » hoc, in quibus multa dispendiosa et inutilia et non necessaria » comprehenduntur. Sed libros et dicta eorum transcurrens, in » praesenti volumine breviter compilavi, et ea quae necessaria » et utilia inveni . . . », f. 72-80.

Hunc ipsum Persae librum de medicina accipitriaria e latina versione gallice reddidit Daniel quidem Cremonensis, iussu Henrici Sardinae regis, Friderici II imperatoris filii; cuius interpretatio manuscripta exstat in veteri codice bibliothecae gymnasii patavini, in quo et Moamoini hac ipse de re opus a Cremonensi gallice versum. Porro in codice patavino *Tariph* non *Gatrip* auctori nomen est; qui tamen neutro nomine mihi aliunde innotescit; quum vel ipse liber an impressus unquam fuerit, omnino me lateat. Latinam translationem is idem fortasse Theodorus medicus fecit, qui Friderici imperatoris nutu Moamoinum quoque transtulit: Fridericus enim de huiusmodi scriptis egregie se sollicitum praebuit, quia *de arte venandi cum avibus* librum scripsit, qui Augustae Vindelicorum anno 1596 impressus est. Ceterum de natura avium rapacium, de cibo potuque, de aegritudinibus, de medicina, deque usu earundem universam doctrinam Persa noster exponit, nullis profecto eiusdem argumenti scriptoribus non conferendus. Quae eius docendi ratio sit, cognoscant lectores e capite primo; « Notandum est quod me- » liores aves viventes de rapina sunt, quarum rostrum est gros- » sum, et nigrum, et rotundum inter nares, et acumen rostri » viride, os amplum, vox grossa, lingua et palatus nigri, nares » largae, oculi ampli et concavi, supercilia viridia et non mul- » tis densa plumis, vultus grossus, grossum collum, guttur lar-

» gum, ampla gorgia, pectus amplum, pennae alarum curtae, » sed cultelli alarum longi, et ala ubi coniungitur corpori debet » esse grossa, in dorso strumosa et nigra, cauda parum curta, » carnes durae, tibiae curtae, pedes undique rotundi et longi » et virides, et plantae amplae, incessus largus, volatus longus. » In coloribus melior est flavus, vel frandens, qui trahit quasi » ad ialmiciem, vel ad rubedinem, vel qui sit pure rubeus. Sed » melior est cunctis flaveus. Omnes autem aves, quae sunt mixti » et diversi coloris, bonae sunt. Dixt Caycam rex Parthorum » quod melior avis rapax est austur quando est albus. Tales » aves approbatae sunt super omnes alias aves rapaces et per » annositatem, et per pulchritudinem ; et curiales sunt et paucae » reperiuntur. Sed multae sunt aliarum avium, quae aeque bonae » sunt ; et meliorem venationem quam faciunt, est venatio an- » geris et avium aquatiquarum, sed non venantur ayrones. Au- » stures vero venantur ayrones, et omnes aves tam magnas » quum parvas ».

Caycam rex Parthorum aliis quoque locis adducitur : alius praeter eum nemo nisi *Bulcam Armarie,* qui semel occurrit. At avium, quae apud Persas erant, genera plura designantur. Ubi enim de delectatione ex aucupio : « Est in Persia quaedam avis » quae in persica lingua vocatur *tutuy*, et est alia avis quae vo- » catur *cursua,* et est alia quae vocatur *tholoty :* omnes aves » istae praedones sunt fortes ; et melior istis est illa quae voca- » tur *ynyn* ». Et alio loco ubi de pastu accipitrum : « Pastus spar- » verii in primis debere esse aves, quae in lingua persica dicun- » cuntur *sacha, causte, guachardus* ..... Carnes vero turturis et » avis quae dicitur *guarsan,* similiter commendabiles sunt ».

V. *Liber diversarum passionum avium.* « Recipe ad capud » purgandum. Tolle picem mondissimam ad modum fabe ... », f. 80-81.

Iisdem fere verbis exstat in Alberti Magni *tractatu de animalibus*, lib. XXIII, cap. 19 [opp. t. VI, p. 631] hac inscriptione: *De curis infirmitatum falconum, secundum falconarium Friderici imperatoris.*

VI. *Medicamentum volucrum, missum Theodosio imperatori per epistolam a Grisofo medico de cura omnium volucrum, scilicet*

austurum, falconum, tertiolorum et sparveriorum. « Vestrae di-
» lectioni egregiae pauca scribere cupio. Si domare vis accipi-
» trem, ut statim caeperis, liga eum iuxta infantis cunabu-
» lum . . . », f. 81-82.

Supposititiam puto epistolam, non totam codice nostro perscriptam.

Volumen possederat olim Antonius Landuccius e nobili apud Senenses familia; sibi autem coemit Iacobus Nanius ab haeredibus Antonii Cocchi, medici florentini.

Cod. 2 membr., saec. XIV, a. 263, l. 182 [L. VII, XXV]. O.

I. *Practica equorum, composita a fratre Theodorico, de ordine fratrum Praedicatorum, physico et episcopo cerviensi.* Titulum excipit index trium *particularum,* quarum prima habet capitula trigintaquinque, altera quinquaginta quinque, tertia quadraginta, f. 1-30.

Praefationem Theodoricus ex Vegetio syllabatim sumpsit, susceptique operis rationem, haec addendo, explicavit: « Cum
» autem inter cetera animalia, equus sit nobilius, de ipsius
» cura, regimine et infirmitatibus tractare intendimus recto or-
» dine, secundum quod ab auctoribus antiquis et ab peritis in
» hac arte didicimus, de omnibus et signa docendo et rationes
» verissimas demonstrando. Primo ergo dicemus de generatione
» et nativitate equorum; secundo de laqueatione et domatione;
» tertio de custodia et doctrina; quarto de cognitione pulchri-
» tudinis; quinto de conservatione sanitatis; sexto de infirmi-
» tatibus, medicinis ac remediis; septimo de vitiis corrigendis
» in potionibus conficiendis: » De prioribus quinque capitibus haud plura quidem auctor affert: at duobus postremis totam equorum medicinam complexus, e medii aevi doctrina multa praecipit, quae modo quoque vel adhibere expedit, vel cognoscere certe placet. Opus, quod prodiit nunquam, in codicibus Vaticanis esse Montfauconius affirmat (1). Codex bibliothecae Barberinae his verbis initium sumit: « Incipit mulomedicina ex di-

(1) *Biblioth. ms.*, p. 23, 36.

» ctis medicorum mulomedicorum sapientum compilata a ven. » pat. Theodorico, ordinis Praedicat., episcopo cerviensi » ; qui titulus melius veritati congruit, quod Theodoricus nihil prorsus de suo contulerit. In catalaunicam linguam librum translatum asserit Sartius (1).

Theodoricus Burgundionius, lucensis, cuiusdam medicinam Bononiae profitensis filius, et ipse medicus, saeculo tertio decimo claruit, quo bituntinum primum, dein cerviensem episcopatum administravit.

II. *Practica equorum. Quaedam compilatio domini Iacobi Auriae.* « Contra vermem. Capit. I. Postquam habes equum apud » te, fac dicere unam missam santi Ypoliti, et nunquam eveniet » ei . . . », f. 31-34.

Capitula novem supra quinquaginta continet totidem veterinariae medicinae praecepta. Inde remedia experta Theodoricus profert : « Contra scabiem et dulcedinem et pruritum, et simi» lia ; quae probavit dominus Iacobus Auriae in quodam equo » hispano, qui habebat dulcedinem ». Auctor idem videtur Iacobus Aurius [Doria] iannensis, ex Iustinuano, Sopranio et Oldoino clarus ; qui saeculo tertio decimo exeunte vixit, ac de rebus patriis temporum suorum annales conscripsit, a Muratorio editos (2).

Cod. 3 chart., saec. XV, a. 204, l. 146 [L. VII, XXXIX].

I. *Qui se comenzarà certi remedj de cavalli.* « Li strango» glioni che veneno alla gola per freddo desocto mostra infia» tura . . . », f. 2-21.

Praeparationes medicae ad equorum aegritudines convenientes, non sine exorcimis, quibus, certis verbis et signis prolatis, morbi equorum fugantur. Principio pictura lineari occurrit ab agasone ductus equus, quo super legitur: « Veni mecum quia bo» nus es ».

II. Iordani Ruffi, *de cultu et curatione equorum,* f. 23-35.

Plura desunt, praesertim ubi de remediis actum.

(1) *De claris archigymn. bonon. professoribus.*
(2) *Scriptt. rer. ital.* t. VI, p. 549.

III. *Incantationes contra vermem* [morbum equorum], interpositis signis, invocatione Trinitatis, Mariae virginis et Sanctorum, nec non morborum exsecratione.

Cod. 4 membr., saec. XIV, a. 230, l. 173 [L. VII, XXXV]. Z.

I. Iordani Ruffi, *de cultu et curatione equorum*, f. 1-32.

Etsi versio eadem sit ac praecedens, lectio tamen utriusque ita differt, ut novam editionem paranti plura se offerant utiliter conferenda, ita tamen ut a Molino adhibita et textus integritate et scripturae castigatione sit praestantior.

II. —— *quaedam ex opere eodem*, dialecto versa. « Se » lo cavallo sera afredado, toi force axetho e soplaulo entre na- » re... », f. 32-43.

Convenit cum versione itala Bononiae a. 1561 edita. Do exemplum: Codex: « Lo cavallo zotegando dalo pe davanti e no » preme ver la terra lo pe, se no en la extremitade o en la » ponta delo pe, si ha enfermitadhe en la ungla — Lo cauallo » zotegaudo premando la solla de lo pe en ver la terra si ha en- » fermitadhe altro ka en la ungla ». Impressio: « Il cavallo che » zoppica dinanzi del pie, e non lo ponghi in terra, se non la » estremità o la ponta, quando ua ne l' onghia del piede, è la » magagna — Il cavallo che zoppica dinanzi poggiando in ter- » ra il suolo del piè tutto, in altro luogo che nel piè, è la ma- » gagna ».

Cod. 5 membr., saec. XV, a. 237, l. 158 [L. VII, XXXVIII].

I. *Liber marescalciae equorum, compositus per Laurentium dictum Ruzium de urbe, merescalcum equorum.* Dedicatio: « In- » ter cetera animalia quae ad dignitatis humanae solatium ille » fabricator excelsus opifex omnium procreavit...: » textus vero: « Equus calide nature indicatur, sed temperate calor osten- » ditur per levitatem... », f. 1-59.

Auctor, Romae medicus, primus saeculo XIV de hippiatria scripsit, quod opus, *familiarium vestrorum minimus Nicolao sancti Adriani diacono cardinali* nuncupat. Falso tamen Ni-

colao dicatum puto, quod et subsequens codex et Malatestianus caesenas Napoleoni ab Ursinis dedicatum nuntient. Ruzius, qui et *Rusius et Rugginus* quandoque appellatus, notiones duxit ex opere Ruffi, atque in iis morbis, de quibus agit et Ruffus, huius ipsissima verba transcripsit. Verum non ex Ruffo tantum, sed et ex Theodorico Cerviensi ac Iacobo Auria, ut puto, quem capitibus CXXXVII, CXLIV, CL *magistrum Mourum* appellat.

II. *Praescriptiones medicae equis curandis,* itale. « A fare » stalare il cavallo, recipe asentio et pistalo bene et fallo bolli- » re . . . », f. 59-64.

Codex ad normam exscriptus, cum titulis capitulorum ac litteris rubricatis, praestat pictura elegantiori qua divus Hyppolitus episcopus, stans cum mitra et pedo, equo sibi oblato benedicit. Aeque littera initialis in titulo auropicta ac insignia vacua duo, serius inscripta : *Iacobinus Placentinus.*

Cod. 6 chart., saec. XVI, a. 314, l. 215 [L. VII, XXXI]. Z.

I. Laurentii Ruzii, *liber marescalciae equorum,* ut supra. Capitula 79, non eodem numero, sed re, ac praecedens.

II. *Additiones factae per Martinum de Bononia super libro marescalciae, ut inferius breviter apparebit.* « De fluxu sangui- » nis a plaga animalis . . . . . Cura huic infermitati. Recipe plu- » mam pennarum et combure . . . », f. 51-52.

Capitula sequuntur a centesimo octavo ad centesimum nonagesimum octavum, quorum extrema habent praecepta ad magicas incantationes. Auctor, saeculo XIV Bononiae medicinam professus (1), in his additionibus modo, latino fere semper sermone, remedia redintegrat quae ipse iam proposuit Ruffus.

III. *Libro della natura dei cavalli.* Capitula 74. « Lo corbo » descende dallo cerebro del cavallo et ingenerase per lo freddo... », f. 53-56.

Actum de equorum aegritudinibus eorumque cura.

IV. Uberti de Curtenova, *tractatus de aegritudinibus equorum et eorum curis.* « Quia impossibile est aegritudinem cogno-

(1) Fantuzzi. *Scrittori bolognesi,* tom. V.

» scere, nisi prius sanitas cognoscatur, primo de signis sanita-
» tis et bonitatis ... », f. 57-75.

Auctor [quo reapse tempore vixerit sum nescius], comes et canonicus pergamensis, rem novem et octoginta capitibus agit. Praeter haec, duo et viginti medicamenta affert, scilicet emplastra, unguenta et herbas. Nomina vel potius idiotismi, queis aegritudines quasdam indicat, extraordinarii prorsus sunt, ac fortasse eorum locorum proprii, quibus scribebat.

V. Iordani Ruffi, *de cultu et curatione equorum*, f. 75-97.

Sic in fine: « Hoc opus composuit Iordanus de Calabria
» Ruffus, miles et familiaris dom. Friderici secundi imperatoris
» Romanorum, sacrae memoriae recolendae ».

Codicem possederat *Aloysius Detricus*.

CLASSIS XVI

ALCHIMIA.

Cod. I membr., saec. XIV, a. 371, l. 268 [Z. L, CCCXXIV].

I. *Historia thebana.* « Quidam rex thebanus, nomine Laius, » responsum a diis suis accepit, quod de Iocasta uxore sua filium » generaret ... », f. 1-2.

Finem excipit diagramma quo duo viri in singulare certamen adducti [de quibus agit historia thebana] invicem se ense confodiunt; infra: *Etheocles — Polinices.*

II. *Tractatus cuiusdam sapientis, de alchimia.* « Inquit qui» dam sapiens quod corpus cum candidatur, album sulphur nun» cupatur ... », f. 2.

III. Hermetis, *aureum opusculum in septem tractatus distinctum.* « Cum in tanta prolixitate aetatis experiri non desisterem, » animae meae non peperci ... », f. 3-6.

Tractatum *de lapidis physici secreto* ediderunt, cum scholiis ad fastidium promissis, Zetznerus in *theatri chemici* [Argentorati, 1613] vol. IV, p. 672-797; Mangetus in *biblioth. chemicae* [Genevae, 1702] vol. I, p. 400-445.

IV. —— *distinctiones secretorum sapientum, in quibus sigillabo librum meum, cum Dei adiutorio.* « Inquit Hermes: aqua » permanens congelat ... ». In fine: « Expliciunt distinctiones » sapientum philosophorum », f. 6.

V. Calid, regis filis Ysid, *tractatus alchimiae.* « Primo neces» se est, Darte, nos ignem et lucem, speluncam lapidum habe» re ... », f. 6-7.

VI. *Incipit epistola Alexandri, regis Persarum.* « Quidam

Cod. 3 membr., 1472, a. 180, l. 115 [L. VI, CCXIV]. 0.

Opuscula plura de rebus chemicis hoc et codicibus prope insequentibus continentur, mysteriis iis, quae sequioris aevi doctores in deliciis habebant, refertissima. Eadem sigillatim, aegre licet, percensebo. Olai Borrichii sententia motus: « Quam- » vis enim, *hic inquit,* in illa philosophorum turba, in illis » magnifici apparatus theatris chemicis plus fumi deprehenda- » tur, quam scientiae solidae, plus saepe ineptiarum quam ratio- » num; devorandum tamen illud taedium, et putandum est, » sacra haec non aliter constare, quam ut ex infinito spirarum » numero paucae dumtaxat rosae queant decerpi ».

I. *Tractatus compositus super lapidem philosophorum per quemdam philosophiae discipulum, et per eundem fuit missus sacratissimo domino Martino regi Aragonum, anno Domini M.CCC nonagesimo nono, et vocatur* **Fenicis**. Capitula undecim. « Cum » tanta dierum prolixitate absque divortio, non sine variis cor- » dis angustiis . . . », f. 1-12.

II. *De eodem.* « Pateat universis philosophis, ingeniis sana » ratione utentibus, operis natura . . . », f. 12-20.

Libellus absolvitur: « Et hoc totum ob reverentiam domini » mei archiepiscopi trevirensis », quod suspicionem injicit auctorem fuisse Ioannem Dambelerium anglum, a quo, iussu Cunonis de Falkenstein, archiepiscopi trevirensis, anno 1386, breviarium factum est operis cuiusdam chemici, *Hortulani* inscripti, in *theatro chemico* Argentorati, a. 1613, editum [t. IV, p. 1028].

III. *Commentum super lapide magno.* « Servitus non paucis » sed pluribus ignorans quam hoc sit circiter iudicatur . . . », f. 21-26.

IV. *Clarissimi viri Ademari, natione parisiensis, ad Guiglielmum fratrem suum dialogus feliciter incipit.* « Fuit vir » unus, moribus illustris : . . . . huic fuit frater carissimus nomi- » ne Guiglielmus qui totis vitae suae temporibus astronomiam » inferiorem perquisivit, qui et ad fratrem suum Ademarum » veniens ait: o frater, epulis astronomiae inferioris aestuo re- » fici . . . », f. 26-39.

Ademarus, qui opusculi auctor videtur, cum fratre colloquitur super *magisterio Gebri*. Hoc ipsum Gesnerus commemorat in *pandectis* [p. 173]; et Lamius in *bibliotheca Riccardiana* [p. 71] hoc titulo refert: *Dialogus et glossa Aldemari, canonici carthusiensis super librum, qui dicitur:* **perfecti magisterii principis philosopherum Gebri.**

V. *Incipit tractatus qui dicitur* **regnum**, *secundum Albertum, de separatione et praeparatione elementorum.* « Nota quod » lapis humidus philosophicus qui effunditur de duobus mon» tibus est calidus et siccus ... », f. 39-52.

VI. *Tractatus magistri Raynaldi* [*Arnaldi*] *de Villanova. Epistola ad magistum Iacobum de Toledo.* « Dudum me rogasti » ut vobis secretissimum medicinae ... », f. 52-55.

VII. *Incipit rosa novella magistri Raynaldi de Villanova, ad comitem Petrum Flandriae.* Libri quatuor. « Divina providen» tia composuit mundum, sicut voluit et sicut maiestati suae » placuit ... », f. 55-60.

Tomasinus notat opellam ms. Patavii, apud Nicolaum Trivisanum (1).

Haec auctor in prooemio: « Ego autem Arnaldus de Villa» nova multas partes mundi circuivi, et in mundo inveni medi» cando, et laborerii operando assiduus quod quaesivi .... O no» bilis marchio Petre et comes flandrensis, mutua benevolentia » amoris, quae diu viguit inter nos .... me induxit ut tibi *ro» sam novellam* artis alchimiae noviter auditam ec. .... Istum » autem librum nominavi *rosam novellam*, eo quod est novus et » verissimus omnium aliorum librorum ... ».

VIII. *Verba commentatoria primi libri Arnaldi de Villanova, et Pericli et Phaebi philosophorum, quibus dictis ipse Arnaldus collegit librum suum.* Libri duo. « Cum consonantia » plurimorum philosophorum de naturali philosophia tractan» tium ... », f. 60-91.

Opella Nicolaum Antonium latuit, Arnaldi scripta in *bibliotheca hispana veteri* numerantem.

(1) *Bibl. mss. patav.*, p. 110.

IX. *Petitiones Abgadini philosophi a spiritu super lapidem magnum philosophicum.* Dialogus inter philosophum et spiritum. « Philos. Dicas mihi tu, spiritus, potest fieri lapis qui di- » citur lapis philosophorum transformans ... », f. 91-92.

X. *Tractatus de lapide philosophorum.* « Amor et fides nos » invicem indissolubiliter adeo colligarunt per ea quae novimus » in hac arte ... », f. 92-96.

Pars altera *practica* finit: « stude ad hoc in Nicolao et » Martino, nam eorum operatio satis patet ».

XI. *Epistola missa regi ad illum finem quod videatis clare et aperte veritatem nostrae scientiae et visibiliter cognoscatis quis est ille qui veritatem habet scientiae infallibiliter. Libellum qui sequitur ex dictis philosophorum compilavi et ad concordiam reduxi, studio mediante.* « Primo vero scire oportet quis est lapis » philosophorum, unde sciant quod lapis philosophorum ... », f. 96-102.

XII. *Incipit liber excellentissimi philosophi fratris Bernardi,* [de lapide philosophico]. « Non obstante quod haec ars sit » philosophiae naturalis, est tamen spetiale donum Dei ... », f. 102-137.

XIII. *Epistola Arnaldi de Villanova, missa regi Ruberto neapolitano.* « Scias tu, rex, quot sapientes posuerunt in opere » multas res et multos modos operandi ... », f. 137-139.

Edita est in *arte aurifera* per Conradum Valdkirchium, Basileae, 1549, t. II, p. 488, et alibi.

XIV. *Opus de lapide magno.* « Unitas est, secundum philo- » sophos, principium cuiuslibet multitudinis, et omnis multitu- » do ... », f. 139-152.

Scriptum est partim soluta, partim ligata oratione.

XV. *Liber Gratiani super lapidem philosophicum componendum.* « Hoc quod fuit intentionis naturae, et omnino iam non » est, et hoc quod nunquam respondit ... », f. 152-156.

Montfauconius in biblioth. Caesarea vindobon. scriptum esse testatur [Bibl. mss., p. 564].

XVI. *Liber mundanae felicitatis,* sive *liber Rudiani, regis Persidiani, Alfhachini et Galieni, de opere alkimiae, et liber trinitatis, scilicet trium verborum.* Capitula quinque. « Liber

» trium verborum dicitur liber deitatis et trinitatis, et haec tria » verba sunt de lapide pretioso . . . », f. 156-164.

Libelli pars prior sub nomine Kallid philosophi est in *theatro chemico* [t. V, p. 218], et cum Gebri *magisterio*, anno 1682 Gedani edito; posterior quasi libellus Rachaidibi, Verudiani, Rhodiani et Kallidis philosophorum regis Persarum prodiit in *gynaeceo chemico* anno 1679 Venetiis impresso [t. I, p. 573] et cum Gebro gedanensis editionis.

XVII. *Exempla in arte philosophorum, secundum magistrum Arnaldum de Villanova.* « Incipiamus exempla in arte philosophorum in dictis prophetarum ac parabolis eorum ... », f. 164-168.

Addenda Arnaldi scriptis a Nicolao Antonio relatis.

XVIII. *Rosa aurea.* Capitula tria. « Aurea rosa, secundum » philosophos patet, quod res non afferat nisi similia sibi . . . », f. 168-173.

Opusculum hoc titulo designatum affirmat se habuisse Gesnerus in *pandectis* [p. 174].

XIX. *Liber carminum Ioannis philosophi.*

» Occultas artes inquirentes sunt in primo sic dicentes. In » Christi Iesu nomine amen . . . », f. 174-179.

Rhythmus est, quem Ioanni Techmensi codex *Riccardianus* tribuit apud Lamium [*Catal. biblioth. Riccard.*, p. 252].

XX. *Incipit tractatus alkimiae fratris Alberti de Colonia.* Libri duo capitulis 32 distributi. « Ex cunctis nostrae scientiae » libris et secretorum abditis diligenti indagatione . . . », f. 180-189.

Deest inter Alberti opera Lugduni edita.

XXI. *Dicta varia de lapide philosophorum.* « Dicit Ortulanus super epistola Hermetis, quod solum ille qui scit lapidem philosophorum . . . », f. 190-192.

XXII. *De lapide philosophorum.* « De compositione lapi- » dum philosophorum recipe de malgurnia subtile factum . . . », f. 192-195.

XXIII. *Tractatus de lapide universali.* « O tu Deus alpha » et omega, qui es principium et finis, tu sis factus istius prae- » sentis laboris . . . », f. 195-208.

XXIV. *Incipit liber paritatis, idest duorum verborum, sci-*

licet patris et filii. [De alchimia]. « Intelligas me sane, quia in-
» telligens me, intelliget rectissime compositionem naturalis phi-
» losophiae . . . », f. 208-211.

XXV. *Expositio Morigenis.* « Fratres carissimi, si estis » filii divinae huius artis, in omnes nos errare declinare . . . », f. 211-213.

Morieni opus *de transmutatione metallorum* exstat in *arte aurifera,* [t. II, p. 7] et alibi.

XXVI. *Incipit liber intentionum alkimiae.* « Tractatus huius » artis dividitur in duos modos, idest in maius et minus . . . », f. 214.

XXVII. *Incipit opus Archilai philosophi.* « Incipit liber » Archilai philosophi de cordibus et spiritibus, et cum brevis » expositio summae . . . », f. 223-249.

XXVIII. *Incipit liber secretorum Bubucari, Machometi magni philosophi, filii Zerei Arazi.* « Liber iste dividitur in tres » partes, quarum prima manifestat species secundum vasa . . . », f. 249-279.

Manuscriptus quoque est in *bibliotheca Regia parisiensi* [catal. t. IV, p. 251].

XXIX. *Incipit liber argolicus* [angelicus], *qui dicitur summa segretorum.* « Opifex rex Deus ex nulla praecedenti materia » mundum creavit et condidit, et volens filiis Adae . . . », f. 279-282.

XXX. *Incipit liber pietatis Aristotelis : exponitur de praeparatione elixir.* « Accipe de sulphure libras duas bene cribella- » tas, postea habeas de aqua dulci in uno caldario . . . », f. 282-287.

XXXI *Verbum abbreviatum Raymundi Gualfredi, generalis ministri ordinis Minorum.* « Hoc est verbum abbreviatum » verissimum et probatissimum de occultis philosophorum enu- » cleatis . . . », f. 287-291.

Hoc ipso titulo inscriptum opusculum in codice anglico, Rogerio Bacono tribui frater a Sancto Antonio in *bibliotheca Franciscana* affirmat. Raymundum certe de re chemica scripsisse nemo novit.

XXXII. *Commentum tertiae partis quarti de quartis Pla-*

tonis. « Haec scientia incipit a potentia et pervenit ad actum. » Omnis praeparatio . . . », f. 291-303.

Extrema pagina haec adiecta rubro colore : « Dignissimum » hoc praesens volumen quampluriūm et diversorum librorum, » ornatum partis occultae philosophiae quorumdam philosopho- » rum, scriptum exstitit per me magistrum Petrum Grignolum » de ponto Canapicii, et ad instantiam et petitionem artium me- » dicinae eximii ac famosissimi viri magistri Butii Generini de » Ferrantis de Perusio in civitate Fulginii, vigesimo secundo » Kal. febr. M IIII LXXII ».

Cod. 4 membr., 1475, a. 183, l. 118 [L. VI, CCXV].0.

I. *Expositio Thomae de Aquino super librum turbae, et de quatuor speciebus igneis lapidis philosophiae necessariis.* « Verita- » tem meditabitur guttur meum et labia mea detestabuntur im- » pium . . . », f. 1-19.

Inter opera, perperam Aquinati tributa, refert Echardus (1) et editionem indicat. Media circiter opella mentio fit cuiusdam *Petri de Messana qui de generatione corporum et spirituum naturalium, animalium et mineralium optime tractat.*

II. Alberti Magni, *secretorum tractatus.* « Et ut intelligere » possis artem maiorem veram, secundum intentionem no- » stram . . . », f. 19-26.

III. *Liber qui dicitur donum Dei, compositus a Ioanne Damasceno.* Libri quatuor, cum compendio. « Laus Deo qui gra- » tiam nobis contulit philosophicam reducendi aliqua corpora » praeparata ad primam originem . . . », f. 26-64.

Exstat et inter codices mss. Regiae parisiensis, tom. IV, p. 322.

IV. *Incipit tractatus:* **aurora consurgens**. Tractatus duo. « Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa sapientia austri, » quae foris praedicat in plateis . . . », f. 65-101.

Pars opusculi posterior est in *Ars aurifera,* t. I, p. 185.

V. *Hic est tractatus in quo colliguntur argumenta ex dictis*

(1) *Scriptt. ord. Praed.*, I, p. 345.

philosophorum ad confutandum opinionem eorum qui asserunt argentum vivum crudum esse lapidem philosophorum cum operatione ipsorum, dictus *liber utilitatis.* Tractatus quatuor, cuius extremus bifariam dividitur. « Huius operis seu artis operatores ex dictis philosophorum supponunt... », f. 101-112.

VI. *Incipit liber Geberis, de inventione perfectionis.* « Con-» sideravimus ex nostris voluminibus diversis quod ex secretis » naturae... », f. 112-123.

Folio 114, ubi de sale armoniaco componendo agitur, margini adscriptum legitur: *Et ego Butius facio sic: Recipe urinam puerorum libras quadraginta* ec.

Opellae titulus est quoque: *liber investigationis magisterii.*

Respondet partim editioni gedanensi a. 1602; lectione prorsus variata inest *bibliothecae chemicae* Mangeti, tom. I, pag. 558-562.

Abu-Mussah-Giafar-ab-Kufi, vulgo *Giaber* et *Geber,* arabs vel graecus ex sententia Leonis Africani, vixit saeculo septimo, iuxta alios, octavo vel nono, chemicorum medii aevi, post Hermetem, pater.

VII. *Incipit liber fornacum Geberis, translatus in Chahaab anno Arabum, per Rodericum Yspanensem.* « Partes tres in ca-» pitula distributae. Consideravimus non fantasticam artem no-» stram consideratione scripsisse, ut nequaquam iniuste... », f. 123-135.

Norimbergae a. 1545 Petreii typis editum Gesnerus ait in *Pandectis,* p. 173.

Capitulis primae partis accedunt in marginibus diagrammata furnorum.

VIII. *Testamentum Geberis.* « Ex omnibus rebus et anima-» libus, piscibus, et volatilibus potest fieri sal, ipsis combu-» stis... », f. 135-140.

Editum est, cum Gebri *magisterio,* Gedani, a. 1682, et in *biblioth. chem. Mangeti,* t. I, p. 562, ac alibi.

IX. *Incipit quaedam abbreviatio de secretis secretorum, Ioannis pauperum.* « Rogo aeternum Deum, qui cuncta ex nichilo creavit, quod quaelibet persona cum advenerit in manibus... », f. 140-146.

X. *Incipiunt quaestiones tam essentiales quam accidentales magistri Arnaldi de Villanova, de arte transmutationis, declaratae papae Bonifatio VIII, ab eo petitae sub compositione lapidis philosophici, et primo essentiales.* « Non sublimantur corpo- » ra sublimatione vulgari, quam intendunt ydiotae credentes » quod sublimare ... », f. 146-155.

Quaestiones essentiales numerantur triginta, accidentales tredecim, editae omnes in *theatro chemico*, tom. IV, p. 516, et alibi.

XI. *Conversatio philosophorum.* « Sunt ne aliqui nobiles fo- » renses vel doctores cives ceterique scolares theoricae sed non » practicae ... », f. p. 155-158.

Quandam veluti historiam scriptorum chemicorum auctor suppeditat. De iis qui medio aevo fuere, ait : « Frater Elias stilo » mediocri aliqualiter patefecit textus alchimiae, cum suo glos- » satore hanc scientiam enodando : *Lilium* cum *Rosario* scripse- » runt, multa dubia declarando. Ioannes Sedamarii cum Iacobo » de Sancto Saturnino naturam elixirii in multis suis epistolis » vulgare demonstraverunt. Rogerius Baconus de Sacròbusco » et doctor subtilis Michael Scotus in quaestionibus physicis » proiectionem elixiris in multis suis epistolis scribendo non » celaverunt. Raymundus Lullius hanc scientiam ignoravit et » rationibus fortissimis improbavit. Sed per tantum doctorem » catholicum et experimentatorem maximum, philosophum sa- » cratissimum, magistrum Arnoldum de Villanova cathelanum, » medicorum peritissimum, experientia convictus, et operatio- » nibus instructus, a doctore doctior fuit factus ; sic quod in hac » scientia composuit diversa volumina, quae sic sunt intitulata : » *Liber quintae essentiae cum tertia distinctione* — *Apertorium* » *et vade mecum* — *Ars magica naturalis* — *Codicillus* — *Epi-* » *stola accurationis et testamentum* — *De alchimistarum inten-* » *tione et secreti occulti investigatione* — *De lapidum pretioso-* » *rum compositione* — *Arbor physicalis et figura individualis.*

XII. *Incipit liber correctorii fatuorum et modus optimae naturae editus a Bernardo magistro reverendo.* « Cum omnium re- » rum est mendatio illus rei virtute augmentatur .... », f. 158-164.

Exstat in *Ars aurifera*, t. II, p. 545, et alibi.

XIII. *Incipit tractatus Çinonis philosophi.* « Zinon philoso- » phus dicit quod eaedem sunt res quae dealbant et rubifi- » cant... », f. 165-168.

XIV. *Incipit liber qui dicitur* **novum lumen,** *compositus ab homine experto super lapidem philosophorum.* « Pater et domine » reverende. Licet liberalium artium ignarus existam, studioque » non sim assiduus... », f. 169-175.

Arnaldum Villanovanum habet auctorem opella, non una tantum vice typis impressa. V. Nicol. Antonium in *Bibl. hispana vet.*, tom. II, p. 78.

XV. *Incipit liber* **Ioannis Tecenensis,** *philosophi.* « Ca- » rissime, non abhorreas super nomine lapidis, tibi non nomi- » nabo quem sub clave silentii... », f. 175-187.

Hunc se editurum receperat Gesnerus in *pandectis*, p. 174. Inter codices Riccardianos Lamius numerat, p. 250.

XVI. *De lapide philosophico dialogus* [inter magistrum et filium] *feliciter incipit.* « Reverende pater, Satis difficile me ad- » huc non intelligentem et puerilem tua benignitas sincera hor- » tatur... », f. 187-192.

Manus serior apposuit principio: « Lilium intelligentiae ma- » gistri artis generalis de Florentia ».

XVII. *Incipit rotatio elementorum, secundum Alanum.* « Quo- » niam grave est circa plurimas intentiones diversorum librorum » semper desudare... », f. 192-197.

Alani Insulensis *dicta de lapide philosophico* sunt in *theatro chemico,* et alibi edita : ab iis tamen hic libellus differt.

XVIII. *Liber Haly philosophi, secretorum alchimiae.* Capitula quindecim. « Fili, incipio dicere artificium quod vocatur » alkimicum, et certificabo dictum in eo... », f. 197-206.

XIX. Raimundi Lullii, *liber de investigatione secreti occulti.* « Alchimia est ars artificialis ex naturalibus principiis proce- » dens, cuius virtute... », f. 206-216.

Pars opellae altera agit *de alphabeto et arboris ordinatione.*

In codice vindobonensi Caesareo scriptum refert Solerius (1):

(1) *Acta Ss. a Boll.*, tom. V. iunii, d. 708, n. XI.

et Lullio abiudicat, ut et sequentem libellum, quem editum testatur (1).

XX. Eiusdem, *elucidatio totius testamenti, ad regem Edoardum.* « Tu, in virtute Dei, recipe solem calcinatum vel foliatum, » vel eius oleum . . . », f. 216-224.

XXI. *Commentarium cuiusdam philosophi super veritatem.* » Postquam antiquos philosophiae dominos et animarum spiri- » tualium vidimus scientiam . . . », f. 224-228.

Auctor identidem nuntiat partes textus cui exponendo commentarium accedit.

XXII. *Incipit liber Maumet philosophi.* « Rex quidem alios » cupiens superare potentes, se contra eos praeparavit ad bel- » lum . . . », f. 228-230.

XXIII. *Tractatus magistri Stephani medici, magni philosophi, super transmutatione.* « Initium sapientiae est amor sapien- » tiae, quare qui diligit sapientiam et ipsam diligit . . . », f. 230-233.

XXIV. *Dicta Bellini.* « Cum essemus super quemdam flu- » vium, quidam homo ascendens dixit : sciatis quod pater meus » sol dedit mihi potestatem . . . », f. 233-235.

Exstant in *turba philosophorum*, ex Mangeti editione in *biblioth. chemicae*, t. I, p. 478, a Gesnero iam memorata p. 173 *pandectarum*. Sunt quoque manuscripta in *bibliotheca Riccardiana*, ex Lamii catalogo, p. 65.

XXV. *Incipiunt epistolae Raimundi militis.* « Universis » et singulis in arte philosophorum studentium, ad quorum no- » titiam praesens nostra epistola . . . », f. 235-250.

Haec epistola tertia auctor. « Unde ego Raymundus de » Terminis miles, vestris precibus humiliter, dilectissimi, con- » descendes, breviter arcanum . . . ».

XXVI. *Epistola cuiusdam philosophi.* « Ditavit me Dominus, » ille venerabilis amicus vester, ut dominationi vestrae . . . », f. 250-252.

XXVII. *Incipit epistola missa regi Philippo, Francorum*

(1) Ibid., p. 709, n. XXXV.

regi illustrissimo. « Domine, ut videatis clare et aperte veritatem nostrae scientiae ... », f. 252-254.

XXVIII. *De proiectione elixir.* « Docui lapidem et operatio-» nem ipsius, nam dicam de eius fusione ... », f. 254-255.

XXIX. *Incipit recepta per Nicolaum composita, de qua superius dictum est* », f. 255-258.

Sunt receptae ad lapidem philosophorum componendum cum solo argento vivo, cum argento vivo et sulphure, cum sulphure, cum argento vivo, cum luna et cum arsenico.

XXX. *Cosimus de Medicis, servus fidelis manu propria scripsit Pio papae.* « Sanctissimo patri in Christo. Quod in bi-» nas litteras sanctitati tuae diversifice transmissas, quae vere » donum Dei ... », f. 258-261.

XXXI. *Epistola Berringarii.* « Discretis et sapientibus vi-» ris, praelatis saecularibus et religiosis, clericis et laicis, phisi-» cis et ciruicis universis, Berringarius diocesis narbonensis sa-» lutem. Vobis omnibus notifico artem nostram phisicam bene-» dictam ... », f. 261-262.

XXXII. Aristotelis, *spera octo figurarum de lapide philosophico liber incipit.* « Haec est figura coeli quae spera nuncupa-» tur, quae quidem spera continet in se octo nobilissimas figu-» ras ... », f. 262-267.

Additum est diagramma, castigato linearum ductu figuram in textu descriptam repraesentans.

XXXIII. *In nomine Dei pii et misericordiosissimi, incipit liber primus Hermetis de arte alchimiae.* Prologus: « Valde men-» tem meam suis tam garrulis mendaciis, quasi quodam tempe-» stivo mari ... »; textus: « Quoniam de opere in quo philo-» sephorum doctissimi desudaverunt, potius tractare disposui-» mus ... », f. 267-275.

Opus de arabico in latinum translatum. Paulo ante finem, *incipit additio* verborum Hermetis, iuxta rationem Massiliensium: *qui melius sapit melius dicat.*

XXXIV. *Incipit expositio dictorum Aristotelis et Hermetis supra secreta secretorum, de mutatione naturae.* « Hoc tibi pro-» mittit philosophia ut parem te Deo faciat. Seneca in quadam » epistola ad Lucillum ... », f. 275-284.

XXXV. *Conclusio quam fecit Pictagoras in libro turbae philosophorum.* « Ars astronomiae et phisicae se legentibus parens » est: ars vero nostra nonnisi a sapientibus sciri potest... », f. 284-293.

XXXVI. *Ars vera et experta ad suffisticandum omnes lapides, sic quod non esset differentia aliqua a suffisticato, a naturali in colore et duritie, et in omni alia experientia praeterquam in virtute, et primo dicemus de rubino.* « Recipe libram similae fru» menti, de meliori quod sit... », f. 293-297.

Agitur de modis mollificandi, dissolvendi, colorandi, congelandi lapides pretiosos, metalla, perlas, corallos, cristalla.

Extremo folio eadem fere leguntur ac in praecedenti, exceptis nomine amanuensis ac temporis assignatione. « Dignissimum » .... per me magistrum Petrum Grignolum de ponto » Canapicii .... die quarta mensis decembris, anno » M.CCCC.LXXV ».

Codex, aeque ac proxime insequens, pro Butio exscriptus, lectione valde corrupta, conspicuus est pictura folii primi, quae offert in majori littera d. Thomam plures discipulos docentem, in marginibus vero insignia cuiusdam viri, aves, puerulos, flores, frondes.

Cod. 5 chart., saec. XV, a. 209, l. 153 [Z. L, CCCXXIII].

Chemicorum opusculorum collectio.

a. Beati Thomae de Aquino, *liber de essentiis essentiarum.* Dedicatio: « Cum prima causa et summa ex altitudine sapien» tiae suae incomprehensibili omnia ordinans... », textus: « Quo» niam divina potentia est infinita, ideo oportet substantiam es» sendi esse infinitam... », f. 1-35.

Opus, *R. primogenito regis et Siciliae, Dei gratia, duci Calabriae ac in regno Siciliae vicario generali* nuncupatum, *duos libros continet principales; primus est de essenciis visibilibus* seu realibus, *secundus de intencionalibus. Primus autem continet novem tractatus, qui habent subalterna propter veritatum multitudinem.* Tractatus sextus sub nomine s. Thomae de Aquino, titulo *de lapide philosophico et primo de corporibus supercaelestibus*, edi-

tus in *theatro chemico* [Argentorati, 1613, vol. III, pag. 263-269.

b. Beati Thomae de Aquino, *liber de esse et essentia intercionali seu locali.* « Ex quo antea superioribus tractatibus de es- » se et essentia reali . . . », f. 35-40.

Io. Fr. Bern. Maria de Rubeis haec de opere huicque similibus: « Altissimo haec omnia et singula premuntur silentio » apud veteres omnes: ab sancti Thomae stylo abhorrentia » quammaxime, eiusdemque doctrinae aut repugnantia aut mi- » nus consona. Post ipsius obitum aliqua scripta fuere: fabu- » lis alia scatent, quae sub nomine gravissimi doctoris aquina- » tis prodi patuisse indignandum ».

c. Hermetis, *practica.* « Acetum vini sic praeparatur. Reci- » pe de optimo aceto vini . . . », f. 25-26.

d. *De secretis alchimiae.* « Scientia ad extrahendam quin- » tam essentiam ab auro . . . », f. 40-98.

e. *Secuntur termini secundum ordinem alphabeti,* f. 98-104.

Index vocabulorum, quae ad alchimiae secreta referuntur.

f. *Practica pragensis.* « Recipe mercurium crudum, libram » unam vitrioli, f. 106.

Capitula duo, unum latino sermone, alterum alemmanico.

g. *Alia materia nobilis et secretissima.* « Item recipe unam » libram mercurii et unam libram lunae . . . », f. 107-114.

h. Fratris Ioannis de Rupescissa, *liber magisterii confectionis veri lapidis philosophorum.* « Volo revelare lapidem maximi » philosophorum ad lunam et ad solem, ad album et ad ru- » beum . . . », f. 114-119.

Sub fine; « Explicit liber . . . . . . editus ab egregio philo- » sopho divinitus illustrato Iohanne de Rupescissa ordinis Mi- » norum, anno Domini 1370 et die 17 mensis octobris ».

Opus impressum est in *theatro chemico* Zetzneri-Argentorati, 1613, vol. III, p. 179-188.

i. *De aliis alchimiae secretis,* f. 119-124.

k. *Liber de consideratione quintae essentiae auri, et aliquibus annexis, ad quod multi vocati, pauci vero electi,* f. 124-130.

l. Thomae Aquinatis, *tractatus de alchimia.* « Materia la- » pidum est aqua grossa habens multum de temeistate . . . . . vel

» parum, secundum puritatem vel impuritatem lapidum ... », f. 130-144.

Quod opus Thomae Aquinati sit abiudicandum, probant capitula inscripta : *Alia doctrina sancti Thomae* — *Alia doctrina beati Thomae.*

m. *Incipit tractatus magistri Florani, magni philosophi post Aristotelem.* « Et intitulatur dyadema philosophorum et se- » creta secretorum, nam Florannus fuit philosophus ortus de ge- » nere Aristotelis ... », f. 145-149.

n. *Incipiunt secreta secretorum. Unus tractatus,* f. 149-155.

o. Thomae de Aquino, *tractatus quem Reynoldo fratri suo compilavit.* « Recipe ergo mercurium minerale et terram hispa- » nicam, antimonium nostrum, vel terram nigram oculosam ... », f. 155-156.

Tractatus *de arte alchimiae,* falso d. Thomae Aquinati tributus, editus est in *theatro chemico Zetzeneri,* vol. III, p. 272-278. In codice autem deest prooemium, ac reliqua per fragmenta occurrunt.

p. Magistri Winandi, *tractatus nobilissimae artis, libri duo.* « Hic incipiunt operationes veri et perfecti lapidis, quae » operationes extractae sunt de libro perfecti magisterii ... », f. 156-163.

q. *Quatuor lapides philosophorum tingentes corpora in solem et lunam verissimi.* « Scorpius est primus et fit aqua dissolutiva » ex argento vero et auro ... », f. 163-166.

r. *Tractatulus Antonii de Florentia, magistri perisissimi de arte philosophica.* « Recipe cuprum, unam libram bene limati, » lava eum bene ut nulla immundicia ... », f. 166-170.

s. *Sequitur via utilis, completa per magistrum Antonium Parisiensem, philosophum peritissimum.* « Recipe de nostro mer- » curio pondi florenorum sex, et de nostro fermento ... », f. 170-183.

t. *Augmentum solis, marchionis Ioannis piae recordationis, datum in civitate cubitensi,* 1466, *in vigilia Stanislai, per dominum Nicolaum de Barth, artium medicinae doctorem eius domini marchionis Ioannis.* « Recipe sulphuris rubei ... », f. 183-185.

Haec Nicolaus eruit ex Stephano apothecario nurembergensi.

u. *De alchemia*, alemannice. « Nim eynen Lot gereyniget » Silber . . . », f. 184-185.

v. Ioannis de Rupescissa, *practica, sive liber magisterii perfectionis veri lapidis philosophorum*. « Prima operatio. In » nomine Domini amen. Recipe salpetrae et vitrioli ana libras » duas . . . », f. 185-186.

Sub fine : « Explicit tractatulus magistri Ioannis de Rupe» scissa, faciens rosas albas et rubeas, extractus breviter ex li» bris philosophorum, et vocatur liber *rosarius philosophorum*... », f. 185-186.

w. —— *alia practica*, f. 186-187.

x. *Practica* seu *operationes ioviales duodecim*, alemannice. « In nomine Dom. amen. Dy erste operatio. Nym reynen Tzeen » III Teil, und das IIII Teil sal . . . », f. 188-190.

Sub fine legitur : « Nota : istam practicam laboravit qui» dam Ludovicus familiaris dominae ducissae de Luczenburg, cum » priori praedicatore ibidem anno 1436, et ambo in simul per» fecerunt usque in finem ».

y. *Practica alia, seu operationes alchemiae*, f. 190-192.

z. *Praxis directa in Opavia Wenceslao Norio*, f. 192-193.

aa. *Diese noch geschriebene Practica wohllöbliches Maisters genant Enkait*, alemannice, f. 193-194.

bb. *Eyn ander Stick oder Practica des löblichen Magister Iacobi von Pessulam, dem ich wol gedynet habe anderthalb Iar an des liebin sand Mertenstag geschriben aus seynem Munde von Worte zu Worten also redende*, f. 194-197.

cc. *Practica propositi hildemensis*, f. 198-199.

dd. *Opus transmissum Henrico imperatori*. « Nym 1 libram » vitrioli romani, sal vitr. 1 libram cinoberii . . . », f. 200-201.

Textus alemannicus latino commixtus.

ee. Winandi, *de alchimia*, partim alemannice, partim latine, f. 201-206.

ff. Gratiadei, *practica*, f. 206-215.

gg. *Tractatus de transformatione metallorum in solem vel lunam*, latine partim, partim alemannice. « Huius duae sunt » species aequales vel principales, multae vero sunt conceptiones » eius . . . », f. 215-234.

hh. *Das ist eyne epistola domini Aristotelis dem grosse Alexandro* [de secretis alchemiae], f. 235-240.

Praecepta de solutione auri et praeparatione boracis, alemannice et latine, Aristoteli falso tributa.

ii. *Liber magistri Alberti de Colonia, de ordine Praedicatorum, super alchimia.* Prooemium: « In nomine Dei patris omnip. « Incipiam scribere secreta secretorum multis incognita ... », prologus: « Iste liber vocatur scientia vera. Cum ergo ego fra» ter Albertus ... », f. 241-272.

Praeit index capitulis 73. Finit: « Explicit scientia vera » edita a magistro Alberto de Colonia, in alchimia privilegiato et » approbato, scripta in Scwdnitz, anno ec. LXXXII° [1482].

Libellus *de alchimia* Alberto Magno prorsus abiudicandus, prodiit Basileae 1561, et Urcellis 1602, Argentorati in *theatro chemico,* a. 1613, vol. II, p. 459-498, serius in editione lugdunensi, 1651, tom. XXI, p. 1-17, re tantum, tractatio enim amplior est in codice.

kk. *Tractatus alchimiae, extractus ab omnibus bonis libris repertis et expertis per me dominum Marchum de Ancisio de Roma,* f. 273-276.

ll. *Expositio arabica.* « Item elixir ist eyn arabisch wort » und ist also vil gesprochen als eyne garbe ... », f. 277-289.

Plura alemannice exarata de elixire, mercurio, sulphure, sale armoniaco, tartaro, auripigmento, aqua salis armoniaci, aqua lactis virginis, elixire solis, auro solubili, arsenico, rubro, calcinatione corporum.

Cod. 6 chart., saec. XVI, a. 216, l. 156 [Z. L, CCCXXV]:

Miscellanea chemiae, ex quibus praecipue ea profero quae auctorum nomina praseferunt, ut alchimiae historiae satisfiat.

a. *Elenchi alphabetici signorum zodiaci, metallorum, vocabulorum arabicorum cum respondentibus latinis.* « Item nomina corporum, spirituum, operationum .... », f. 2-7, 9-14.

b. *Tractatus patris Moysi Hyeberis filii, in arte alchimiae.* « Hic incipiunt quaedam operationes excerptae ex quodam tra» ctatu ... », f. 31-37.

Praecepta alchimiae ex Moyse excerpta.

c. *Practica magistri Gasparis de Alemannia, contra pestem.* « Recipe unciam unam argenti vivi . . . », f. 37-38.

d. *Ex rosario minori ad lunam faciendam experimentum verum.* « Noto sia a cadauna persona come ho tolto una parte del » corpo fixo . . . », f. 42-43.

Differt quam maxime a *rosario abbreviato ignoti,* quod legitur in *Mangeti biblioth. chemica.* Genevae, 1702, tom. II, p. 133-134.

e. *Confectio lapidis qui vocatur rebis, de quo fit elixir, quod transmutat omnia metalla* [itale]. « Habbi dunque della pietra che » in ogni loco si trova, la qual s'addimanda *rebis* . . . », f. 28-29.

f. *Albificatio Veneris supra triginta partes, fratris Stefani a Ponte de civitate Belluni,* f. 57-58.

g. *De salibus metallorum tractatus,* f. 63-64.

h. *Aurum potabile a magistro Iacobo Savonensi et sotio Pitiliani.* « Prius habeas sal fixum urinae putridae . . . », f. 71-72.

i. *Ad conficiendam aquam mirabilissimam ex vitriolo minerali, quae aqua curat multos et diversos morbos humanae vitae, nec non mirabilia facit super corpora metallorum, ut infra dicetur.* « Vitriolum sic cognoscitur quando est de minera : primo in- » venitur in frustis. . . . », f. 74-76.

Tractatus mutilus, sic subscriptus : *non inveni finem.*

k. *Aliud experimentum supra saturnum probatum in Avenione per magistrum Antonium Francigenam, anno Dom.* 1464, *die* 16 *octobris.* « Accipe saturnum et facias stratum calcinae » vivae, . . . », f. 82.

l. *De archanis cancellarii Thevoli, qui habuit ab eo qui fuit ustus Venetiis pro falsis monetis,* f. 99-100.

m. *Arcanum Hermetis datum ab eo filio suo, in articulo mortis,* f. 108.

n. *Esperimento di uno maestro Chicullo medico, a tinger il rame in color d' oro bellissimo, ritrovato da me in alcuni scritti antiquissimi, et da me provato, et ritrovato molto bello in apparenza, ma di poco peso et alquanto crudo.* « Prendi uva passa, » zafferano, capelli humani arsi, sterco de sorzi . . . », f. 113-114.

o. *A congelar il mercurio, secreto della badessa di s. Ma-*

phio da Muran, dato al q. m. Philippo Falareo. « Recipe sal alchali, sal Sardegna . . . », f. 117-118.

p. *Secreto dell' eccell. d. m. Alvise Miani mi mandò da Caneva a far l' oglio di solfaro per fixar lo amalgama de sole et de luna*, f. 122.

q. *Enigma de la pietra delli philosophi di L. V. Fi.*

« Quis revolvet nobis lapidem ».

« Nasce negli alti monti horridi e inculti,

» Nei colli aprici, et per ogni pendice . . . », f. 123-125.

r. Raimundi Lulli, philosophi, *medicina magna.* « Recipe » aquae benedictae quae alio nomine aqua vitae vocatur . . . », f. 126-127.

Excerpta ex eiusdem *experimentis, in quibus verae philosophiae chymicae operationes clarissime traduntur*, editis in *Mangeti, bibliotheca chemica* tom. I, p. 826-849.

s. *Tinctura quam habui a domino Clemente Scovolo, die lunae* 14 *martii* 1575, *Venetiis*, f. 132.

Laudantur praeterea praeparationes alchemiae **a.** *fratris Stephani*, civitatis Belluni, ordinis Minorum, f. 18-25 ; **b.** *fratris Galvani*, f. 25-31 ; **c.** cuiusdam *Coneglanensis*, f. 56-57 ; **d.** *fratris Danielis* de Verona, et Palavisini, f. 66 ; **e.** doctoris *Christophori*, f. 83 ; **f.** *Biasonis*, philosophi, f. 88 ; **g.** *M. d. F. de Toleto*, f. 93 ; **h.** *Nicolai Pervasini*, f. 94 ; **i.** *Saraceni*, f. 97 ; **k.** *M. Antonii Bravis*, f. 109 ; **l.** *Philippi Phalerei*, in notatorio anni 1528, f. 114 ; **m.** fratrum *Baldini*, auditoris provinciae Flandriae et *Andreae de Plathea*, f. 116 ; **n.** *Iacobi Nasochii, sive de Bassano*, diei 18 dec. 1565, f. 116 ; **o.** fratris *Valerii*, f. 118.

Notae passim, praecipue sub principio et fine, collectorem, civem feltrensem revelant ; ille enim anno 1564 scribit *de pharmacotheca magistri Iacobi a Cerva alba Feltri*, a. 1575, de thesauro eruendo et metallorum fodinis inquirendis, locis designatis Feltri vel circa Feltrum.

CLASSIS XVII.

AGRICULTURA.

Cod. I membr., saec. XV, a. 339, l. 240 [Z. L, CDLXII]. B.

Rei rusticae scriptores, scilicet:

a. L. Iulii Moderati Columellae, *de re rustica libri duodecim.* « Quid quoque mense faciendum sit, temporibus accomodando » opera . . . », f. 1-223.

Codicis nostri Columellam excusisse repetita vice Iulium Pontederam, rei rusticae scriptorum peritissimum, et per se (1), et per alios (2) constat.

b. M. Terentii Varronis, *rerum rusticarum libri tres.* « Grae- » ci et Latini qui de re rustica scripserunt. Potius essem conse- » cutus, Fundania commodius tibi haec scriberem . . . », f. 223-290.

c. M. Porcii Catonis, *de agricultura, ad Catonem filium liber.* « Est interdum praestare mercaturis rem quaerere, nisi iam pe- » riculosum sit . . . », f. 292-326.

Codex elegantissime scriptus membrana tenuiori ac tereti, cum picturis splendidioribus, ac insigniis card. Bessarionis, exa-

(1) « Multa etiam per me Venetiis cum antiquo d. Marci exemplari con- » tuli ». Epistola III, p. 25.

(2) « Quid de celeberrimo viro Antonio Bonjoannio referam? Nam hic » graecis auctoribus illustrandis semper implicitus, toto d. Marci bibliotecae » veneto codice cum lipsiensi editione eximia diligentia et fide collato, dis- » similia deprompsit, et ad me transmisit ». Iulii Pontederae epistolae ac » dissertationes. Patavii, 1791, t. II, p. 326.

ratus est manu Iacobi Macharii veneti, in usum eiusdem cardinalis qui sub fine scripsit: « Iste liber est mei B. card. tuscula» ni: constitit ducatis quadraginta quinque ».

Cod. 2 membr., saec. XV, a. 199, l. 126 [L. VI, CXII]. P.

I. M. Porcii Catonis, *de agricultura, ad Catonem filium liber*, f. 1-24.

Sunt qui errorem Fabricii secuti, praestantem Varronis codicem ms. bibliothecae s. Marci Venetiarum deperditum dictitarunt, quem in bibliotheca s. Marci Florentiae inquirere debuissent. « Optimum omnium illum d. Marci codicem iam eva» nuisse ait Iul. Pontedera in epist. III, p. 25, quod ad Cato» nis et Varronis codicem pertinere puto. Idem itaque Pontedera » transcribenda sibi curavit ab Hier. Lagomarsino, quae Poli» tianus olim ex illo codice transcripserat, item ex alio, qui ad » s. Reparatae servatur Florentiae. Unde accidit ut Pontedera le» ctiones aliquot commemoraret, quas Gesneriana editio omise» rat. Qua de re et reliquis scriptorum librorum subsidiis, qui» bus Pontedera usus est, accuratius dicetur in praefatione ad » Columellam, partim ipse exposuit Pontedera in epistola ad » Facciolatum, inserta gesnerianae editioni, p. XLIII-XLV ». *Scriptores rei rusticae.* Augustae Taurin, 1828, I, p. XII.

Integram operis lectionem novae lectioni emendandae plurimum conferre puto, etsi textus non sit integer, sed consulto multa passim omittantur.

II. M. Ter. Varronis, *de re rustica, libris tres.*

Litterae librorum initiales belle sunt auropictae, ut et insignia gentis mihi ignotae.

Cod. 3 chart., saec. XVI, a. 204, l. 141 [L. XIV, CLXXVI]. Z.

I. M. Ter. Varronis, *de re rustica, libri tres*, f. 1-57.

II. L. Moderati Columellae, *libri undecimi de re rustica caput secundum*, f. 59-68.

III. Palladii Rustici [Rutilii] Tauri Aemiliani, *libri primi de re rustica titulus XXV.* « Contra nebulas et rubigines, paleas et

» purgamenta pluribus locis per hortum disposita .... », f. 68-80.

IV. L. M. Columellae, *liber decimus de cultu hortorum.* « Hortorum quoque te cultus, Silvine, docebo .... », f. 71-79.

V. Georgii Merulae, *annotationes brevissimae priscorum vocum Catonis, Varronis, Columellae,* f. 80-98.

Auctor, alexandrinus, libellum veneto patricio Petro Priolo M. filio mittit epistola : « Priscas dictiones de tribus rei rusticae » scriptoribus annotatas, ut tibi latinae elegantiae studioso pa- » tritio morem gererem, pro tempore brevissime enarravi . . . ».

VI. *Annotationes de talis.* « Quid esset talus quaeve iactu » tali emitterentur, collatis diversorum scriptorum dictis, nescio » quid non admodum .... », f. 99-101.

VII. *De schyphis homericis.*

« Hic duo longaevo censentur nestore fundi
» Pollice de pilio tuta columba nitet ».

« Cum hi duo versus de Homeri iliade sumpta fuerint .... », f. 100-101.

VIII. *De triplici dicendi genere.* « Et in carmine et in so- » luta oratione genera dicendi probabilia sunt tria .... », f. 102.

IX. *De oraculo sibyllino.* « Sors Sibillae in Romanos, de » rege Aegypti ... », f. 102-103.

X. *De versuum et dramatum generibus.* « Versus est par- » tium legitima dispositio et pedum culta copulatio ... », f. 104-111.

Manuscripto codici cohaerent binae antiquae editiones Svetonii et Fenestellae. Principio lego : « Ex museolo fratris Tho- » mae M. Alfani, ord. Praedic. » qui volumen dono dedit Apostolo Zeno.

Cod. 4 membr., saec XV, a. 210, l. 150 [L. VI, CXIII]. X.

M. Terentii Varronis, *de re rustica, libri tres.*

Liber primus, capitulis sexaginta novem agit *de agricultura,* alter undecim *de re pecuaria,* tertius septemdecim *de villaticis pastionibus.*

Codex folior. 96.

Cod. 5 membr., saec. XV, a. 260, l. 180 [L. VIII, LXXX]. N.

Palladii Rustici T. A., illustris viri, *opus agriculturae incipit.* « Pars est prima prudentiae ipsam, cui praecepturus es, aesti- » mare personam . . . ».

Deest liber extremus decimus quartus *de insitionibus, ad Pasiphilum, virum doctissimum,* ut et in codicibus plurimis.

Codex, folior. 91, etsi corruptae lectionis, non tamen caret variantibus quae novae editioni parandae conferrent. Folio 90 legitur manu recentiori : *Cartusiae Venetiarum.*

Cod. 6 chart., 1458, a. 310, l. 210 [L. VI, CCXXXVI]. Z.

Petri Crescentiii, *ruralium commodorum libri duodecim.*

Epistolam dedicationis fratri Aymerico, magistro generali ordinis fratrum Praedicat. : « Cum praesentem librum ruralium » commodorum ad Dei omnipotentis honorem et sereniss. regis » Caroli delectationem . . . », excipiunt index capitulorum, epistola regi Carolo et prooemium, f. 1-4.

De auctore bononiensi et opere centena vice edito, nihil est quod disseram post ea quae Ioannes Mattheaus Gefrerus in praefatione *ad rei rusticae scriptores* protulit.

Codex, folior. 102, duplici columna minutioris scripturae, sic sub fine inscribitur : « Iste liber est mei Guilelmi de Fano, » notarii, quem propriam manu scripsi de anno 1458, tempore » dominii illustrissimi principis et eximii d. d. Borsii, ducis Re- » gii et Mutinae, marchionis Estensis, comitisque Rodigii ec., do- » mini terrae Monticuli dignissimi ». Volumen hoc comes Masdoni, die 20 iunii a. 1730, Apostolo Zeno dono obtulit, ut ex epistola a principio.

Cod. 7 membr., saec. XV, a. 310, l. 224 [L. VI, CCXI]. O.

Eiusdem, *ruralium commodorum libri duodecim.*

Codex foliorum 160, mutilus a principio.

CLASSIS XVIII.

ARCHITECTURA.

Cod. I membr., saec. XV, a. 259, l. 173 [Z. L, CDLXIII]. B.

I. M. Pollionis Vitruvii, ***architectura, libris decem.*** « Cum di-» vina tua mens et numen, imperator Caesar, imperio potiretur » orbis terrarum, ... f. 1-141.

Dimidio saeculo decimo octavo Ioannes Poleni hoc codice, studiis in Vitruvium adornandis usus, haec de eo in exercitationis Vitruvianis primis (1). « Elegans librorum Vitruvii codex, » qui decimo quinto saeculo scriptus facile fuit, Venetiis in pu-» blica d. Marci bibliotheca asservatur. Pertinuit ad ser. cardina-» lem Bessarionem, cuius manu in fronte voluminis apposita est » nota haec : ***Vitruvias, de architectura, et Vegetius de re mili-» tari. Liber meus B. car. tusculani.*** Ex eo variantes aliquot le-» ctiones descripsi : tum vero themata veluti quaedam capitum, » quae loco indicis, ante libros Vitruvii leguntur. Vitruvii ta-» men libri in capita secti minime sunt, sed in crebros breves » articulos, partitione sane non inconcinna : itaque tria qua-» tuorve prima verba ex singulis articulis excerpsi, ut mihi, » divisionem in articulos meditanti, aliquo essent adiumento ».

II. Flavii Vegetii Renati, viri illustris, ***epithoma rei militaris, libri numero quatuor incipiunt***, f. 142-212.

Aeque ac in alio codice [L. VIII, 11] liber quartus quintum

(1) M. Vitruvii Pollionis, *architectura, textu ex recensione codicum emendato, cum exercitationibus notisque novissimis Ioannis Poleni* ec Utini, 1829-1830, t. I, p. I, p. 113.

3. Collatio codicis ms. biblioth. s. Salvatoris Bononiae, cum editione anni 1552, f. 32-42.

Adduntur **a.** descriptio eius codicis; **b.** exemplum capitulorum X et XI ex libro X; **c.** epistolae autohraphae tres a. 1732, scilicet una Ioannis Chrisostomi Trombelli, duae Francisci Mariae Zanetti.

4. Collatio editionis florentinae anni 1522 cum tribus codicibus mss. biblioth. Laurentianae florentinae, signatis n. 10, 11, 13, ex pluteo XXX. Missus est 12 eiusdem plutei, quod cum 11 concordet, f. 43-57.

Finem excipit epistola Seraphim Tanti, diei 11 iulii, 1733, Poleno.

5. Collationes codicum lugdunensium batavorum n. 88, 107, cum annotationibus et emendationibus Isaaci Vossii, f. 58-80.

Foliis tribus extremis occurrunt epistolae tres, annis 1732-1733 manu Sigeberti Havercampii, Lugduno Batavorum Poleno datae.

6. Collatio editionis lugdunensis a. 1552 cum triplici codice ms. bibliothecae Ambrosianae mediolanensis, quorum primus exscriptus est manu Bonini Mombritii, a. 1462, alter Io. Vincentii Pinelli, a. 1474, tertius Friderici cardin. Borromaei, a. 1500, f. 81-90.

Cod. 8 chart., saec. XVIII, a. 318, l. 215 [L. VIII, XCI].

Lectiones variantes operis *de architectura* Vitruvii, in usum Ioannis Poleni, et quidem:

a. Lectiones variantes deprehensae in editionibus principe et lugdunensi a. 1552, collatis opera et manu Ioannis Poleni, f. 1-45.

b. Lectiones variantes, collatis editione lugdunensi anni 1552 et codice ms. XIII, plutei XXX bibliothecae Laurentianae florentinae, cum Guillelmi Philandri Castilionii, civis romani, f. 50-69.

Cod. 9 chart., saec. XVIII, a. 286, l. 204 [L. VIII, XCIII].

Collationes codicum mss., opus Vitruvii *de architectura* complectentium, cum impressis editionibus, quas Ioannes Poleni sibi apparandas curavit, propriis studiis in Vitruvium fovendis. Insunt annotationes eiusdem manu plures.

1. Collatio codicis [qui fuit Christinae, reginae Sveciae] in bibliotheca Alexandrino-Vaticana, n. 1504, cum Vitruvii editione amstaelodamensi anni 1649 ; f. 1-69.

2. Lectiones variantes codicis ms. Vaticani, n. 9659 [cui insunt emendationes ex libro ms. Franciscanorum Toleti] cum editione argentoratensi anni 1544, collatae, f. 74-83.

3. Lectiones variantes codicis ms. caesenatis [ex biblioth. Malatestiana] cum editione a Iocundo data a. 1511, collatae.

4. Variantes lectiones Pouchianae sive Falsterianae ex codice hamburgensi, per Ioannem Albertum Fabricium diligentius collatae, quas hic, una cum epistola autogr., Hamburgo, X cal. febr. a. MDCCXXIII, mittit Ioanni Poleno. Exempla occurrunt ternae epistolae a Poleno anno eodem, Patavio, Fabricio datae.

Cod. 10 chart., saec. XVIII, a. 325, l. 235 [L. VIII, C]. V.

Ioannis Poleni, *variantes lectiones ex codicibus venetis Bessarionis et Sagredo, bononiensi canonicorum s. Salvatoris, caesenati Malatestiano, Estensi, Etonensi, Oxoniensi, florentinis, lugdunobatavis, Isaaci Vossii, Scaligeriano, Ambrosianis mediolanensibus, Regiis et Colbertinis parisiensibus, Hamburgensi, Vaticanis, Bimardianis, editionibus saeculi XV*; propriis appositae locis, quas collector litteris initialibus significavit. Sunt folia 403.

Cod. 11 chart., saec. XVIII, a. 395, l. 270 [L. VIII, CII]. V.

Iulii Pontederae, Ioannis Poleni, Simonis Stratico, *studia diversa in Vitruvii architecturam, novae eius editioni apparandae.*

a. Iulii Pontederae, *notae ad decem Vitruvii libros, a Ioanne Polena exscriptae*, f. 1-149.

Auctor, qua gener Poleni, libros nonum et decim. inscripsit:

« Pauca tibi mitto, rudi congesta Minerva,

» Nec mihi plura datur scribere. Salve, socer ».

b. Ioannis Poleni, *studia plura in tabulas aere sculptas pro editione Vitruvii, ac ab eo descriptas*. Iis titulum praetulit: *Mie figure Vitruviane. Cose consumate.*

c. Simonis Stratico, *fragmenta autographa notarum ad libros architecturae Vitruvii.*

Cod. 12 chart., saec. XVIII, a. 355, l. 240 [L. VIII, XCIX]. V.

Bernardini Baldi, Iosephi Salviati, Ioannis Baptistae Bertani, Bonaventurae Cavalerii, Ioannis Poleni, Simonis Stratico, *studia varia in Vitruvii architecturam.*

I. Ioannis Poleni, *commentarius criticus autogr. de Vitruvii decem librorum editionibus*, f. 1-4.

Fragmenta tantum occurrunt.

II. Bernardini Baldi, *vita Vitruvii cum annotationibus Ioannis Poleni autographis*, f. 5-39.

Editam leges in **a.** Poleni Ioann. *exercitationes Vitruvianae secundae*: Patav. 1739, p. 147-168; **b.** Vitruvii, *architectura*, Utini, 1825-1830, vol. I, p. I, p. 133-150.

III. Ioannis Poleni, in *exercitationes Vitruvianas tertias praefatio autographa*, praelo ab eodem commissa Patavii, 1741, p. 219-222, f. 41-45.

IV. Iosephi Salviati, pictoris, *ratio accurate deformandi, ope circini, tum volutam, tum capitulum ionicum, vel alterius ordinis cuiuslibet*, [secundum Vitruvii praecepta] *inventa, Danieli Barbaro aquil. patr. electo* [epistola]. « Cum annis abhinc undecim » essem Patavii, qua in urbe tabulis quibusdam pingendis vaca» bam. . . », f. 46-48.

Epistolam ex italica lingua in latinam conversam, interprete A. A. F. S. T. D., edidit Io. Polenus in *exercitationum Vitruvianarum*, Patavii, a. 1741, p. 301-312. Serius prolata est in edit. Vitruvii utinensi, vol. I, p. I, p. 267-273.

V. Iò. Baptistae Bertani, *loca obscura et difficilia operis jonici Vitruviani, perpetuo commentario et figuris illustrata, Herculi Gonzagae, cardinali Mantuae* [epistola]. « Quemadmodum in » re architectonica eum mihi veluti scopum proponendum... », f. 50-61.

Epistolam, latine ab A. A. F. S. T. D. redditam, edit Polenus in *exercitationibus* quae supra, p. 325-360; Vivianus in edit. utinensi, ibi, p. 275-297.

VI. *De echeis, hoc est de vasis theatralibus, de quibus mentionem fecit Vitruvius, libro V, cap. V. Diatriba quae est caput XXXVI operis p. Bonaventurae Cavalerii, cuius titulus est* **lo specchio ustorio**, *de italica in latinam linguam conversa, interprete A. A. F. S. T. D.* « Ex hiis quae de sectionibus conicis nota sunt, causam intelligere... », f. 63-65.

Diatriba, cui insunt emendationes autographae Poleni, edita in huius *exercitationibus*, de quibus supra, et in editione Vitruvii utinensi, vol. I, p. I, p. 299-305.

VII. Ioannis Poleni, *series scriptorum, ex quorum opusculis exercitationes Vitruvianae tertiae coaluerunt.* Autographum, f. 66-67.

VIII. Simonis Stratico, *exercitatio Vitruviana prima de causis difficultatis quae occurrit in studio librorum Vitruvii — de ejus studii utilitate — de aevo quo floruit Vitruvius — de Leone Baptista Alberti — de Poliphilo — De iis quae Claudius Ptolomaeus proposuit pro illustrando Vitruvio.* « Quicquid pro archi» tecturae studio scitu utile ac dignum censuit Vitruvius ... », f. 68-164.

Prolatum leges ex hoc autographo in editione utinensi, vol. I, p. II, p. 1-101.

IX. —— *exercitatio Vitruviana altera de columnarum generibus universim, ac praesertim iuxta Vitruvium; de architectura gothica et barbarica vel teutonica; de ipsius initiis, pulchritudine, vitiis, typis.* « Columnarum genera ac pro» portiones partium... », f. 165-199.

Plura insunt, sine ordine, de architectura. — Exercitatio cum duplici appendice, ex autographo hoc prolata est in editione utinensi, vol. III, p. I, p. 1-53.

X. Simeonis Stratico, *exercitatio tertia Vitruviana de calce, arena, pulvere puteolano, saxo, topho, lateribus crudis et coctis. Proprietates physicae eorum corporum exponuntur, quatenus ad aedificandum pertinent. Tentamen instituitur ad eas proprietates explicandas. Experimenta adducuntur de praeparatione et usu mortarii. De materia caedenda, ac in usum servanda. De lignorum viribus.* « Cum duo sint architecti munera, alterum ut » aedificii ideam mente concipiat... », f. 202-216.

Edita ex autographo hoc ibi, vol. III, p. I, p. 55-98. Adduntur fol. 217-229, pars eiusdem exercitationis itale, ac fragmenta de architectura.

XI. —— *exercitatio quarta Vitruviana, de legibus opticis ad architecturam applicandis, iuxta Vitruvii monita.* « Visionis sensus adeo arcte coniungitur cum iudicio quod in- » stituitur circa obiecta ... », f. 230-242.

Edita ex hoc autographo, ibi, vol. III, p. I, p. 99-142. Adduntur foliis 243-268, quaedam non item edita de columnis Vitruvianis ; exercitatio IV, itale : *Dell' ottica rapporto all' architettura ;* exercitatio quarta: *De opticis affectionibus, earumque aestimatione recte instituenda in operibus architectonicis, iuxta Vitruvii praecepta.*

XII. —— *exercitatio quinta, de usu scientiae musicae in architectura atque de earum doctrinarum analogia. — Expenduntur quae habet Vitruvius. — Discrimina praecipua fundamentorum theoriae musicae veterum et recentiorum. — De sonorum ac vocum propagatione. — De iis quae propagationi ac conservationi vocum magis minusve favent.* « Vitruvii auctoritas, » qui pluribus in locis suorum librorum musicae studium ... », f. 269-286.

Ex hoc autographo edita dissertatio ibi, vol. III, p. I, p. 143-209. Foliis 287-296 exempla duo, latinum et italum, eiusdem exercitationis, per fragmenta.

XIII. —— *exercitatio sexta, de constructione circi, amphiteatri, theatri. — De velario. — De spectaculis in foro.* « Cum » Vitruvius amphitheatrum et circum uno aut altero loco tan- » tummodo nominet ... », f. 298-312.

Edita ex autographo, ibi, vol. III, p. I, p. 211-259.

XIV. Eiusdem, *exercitatio septima, de fundamentis et firmitate aedificiorum.* « Firmitatem aedificiorum baseos stabilitas ac » partium e quibus ipsa constant... », f. 313-317.

Edita ex autographo, ibi, vol. III, p. I, p. 261-282.

XV. Ioannis Poleni, *studia itale, ad praefationem in Vitruvii architecturam proxime edendam*, f. 318-344.

XVI. *Studia varia, cura et manu Ioannis Poleni et Simonis Stratico, in Vitruvii architecturam collecta*, f. 346-416.

Cod. 13 chart., saec. XVIII. a. 365, l. 240 [L. VIII, CIII]. V.

M. Vitruvii Pollionis, *architectura, textus ex collatione codicum mss. emendato, commentariis integris Guillelmi Philandri excerptis, Danieli Barbari, Claudii Salmasii, Ioannis de Laet, Claudii Perraultii, Berardi marchionis Galliani, aliorumque, posthumis neque antehac editis Iulii Pontederae et Ioannis marchionis Poleni, ac eiusdem exercitationibus Vitruvianis, novissimis commentariis et exercitationibus Simonis Stratico, in patav. gymnasio matheseos, nauticae theoriae et physicae experimentalis p. p., academ. scientiarum londinensis, senensis et patavinae socii.* Venetiis, MDCCLXXXIV, folia 423.

Hunc titulum ipsemet Stratico apposuit qui volumen sat ponderosum sua manu fere universum exscripsit. Cum vero hic morte impediretur, quo minus opus in lucem proferret, edidit Utini, annis 1825-1830 Quiricus Viviani, utinensis, quatuor tomis sub forma quarti.

Cod. 14 chart., saec. XVIII, a. 290, l. 160 [L. VIII, CIV]. V.

Varia in Vitruvii architecturam.

I. Index alphabeticus, auctorum nominibus digestus, operum quae Vitruvii architecturae explanandae quoque modo se referunt, manu Ioann. Poleni. Folio primo maioribus litteris haec inscripta sunt: « Non adnotantur, neque recensentur loca, quae » suppeditaverunt auctores sequentes : Vitruvius Pollio — Phi» lander Guglielmus — Barbarus Daniel — Laet Ioannes [De] — » Perraultius Claudius, f. 1-36 ».

II. Index alter, aeque ac superior distributus, manu eadem exscriptus, librorum plerumque latinorum, quibus usus est Polenus in editionem Vitruvii architecturae apparandam, ab anno 1735, f. 32-84.

III. Index alphabeticus librorum quos Ioannes Polenus in primis exercitationibus Vitruvianis editis (1) citat, f. 84-142.

IV. Index alphabetico ordine, per nomina auctorum digestus, locorum ex auctoribus classicis graecis et latinis, quae ad Vitruvii architecturam referuntur. Foliis 42 adhaerent glutine schedulae resectae, f. 143-186.

Cod. 15 chart., saec. XVIII, a. 330, l. 245 [L. VIII, CV]. V.

Bernardini Baldi, urbinatis, *lexicon Vitruvianum, seu definitio vocabulorum quibus utitur Vitruvius in architecturae opere.*

Commentarius ab auctore ita concinnatus ut latinis itala et gallica vocabula respondeant. A Ioanne Poleno exscriptus, demum anno 1830 prolatus est in editione Vitruvi utinensi, tom. IV, p. II, p. 1-135.

Insunt volumini folia typis edita Vitruvii amstaelodamensis a. 1649, cum additamentis vel in margine impressorum vel insertis a Poleno.

Cod. 16 chart., saec. XVIII, a. 210, l. 153 [L. VIII, CVI]. V.

Ioannis Poleni, *studia in lexicon Vitruvianum.*

1. Indices in Baldi Bernardini, urbinatis, *lexicon Vitruvianum,* in Salmasii *exercitationes,* in Turnebi *animadversiones.* Studia autographa in Vitruvium a Philandro et de Laet, f. 1-44.

2. Lexici Vitruviani, quod Polenus, Bernardini Baldi lexicon suppleturus, in *exercitationibus quartis* parandum curaverat, fragmentum autographum, f. 46-52.

3. Ioannis Poleni index authographus verborum ex lexico Vitruviano Baldi et notis eiusdem Poleni ad Vitruvium, cum

(1) M. Vitruvii Pollionis, *architectura.* Utini, 1825, tom. I, pars I, p. 1-117.

quibusdam italis respondentibus, a Simone Stratico descriptis, f. 53-103.

4. Index verborum a Vitruvio adhibitorum, quae in notis ad idem opus a Poleno explicantur, Baldi annotationes supplendi causa, f. 104-149.

Cod. 17 membr., saec. XV, a. 490, l. 306 [L. VIII, II]. Mk.

Antonii Averulini florentini, *de architectura libri viginti quinque, ab Antonio Bonfinio asculano latine redditi, ad Matthiam Corvinum, Hungariae regem.* Dedicationis epistola: « Credebam, » dive Matthia princeps invictissime, ad aequanda tuorum Ro- » manorum gesta et ad comparandam immortalitatem . . . »; liber vero primus: Cum in frequenti convivio essem, ubi princeps » quidam multis cum sodalibus laetum diem agebat . . . »

Opus ab Averulino, qui et Philaretes appellari consuevit, idiomate italico primum conscriptum, Francisco Sfortiae Mediolani duci epistola (1) ad initium posita dicatum, in codice senensi se vidisse, Iacobus Carrarius comes prodidit (2). Id autem anno 1460 factum suadet non tantum codex olim Peirescii, in quo latine opus erat, a Montfauconio cum anni illius annotatione relatus (3), quantum auctor ipse de observatione horoscopi in urbe fundenda, scribens libro quarto: « Dominus [*princeps ni- » mirum, a qua* urbem extrui putat], ne qua sideris iniquitate » gravetur, mathematicos consulit et astrologos. Ex his unus » astrorum peritissimus benignum horoscopon idibus aprilis fu- » turum significat; nam eius diei hora decima, quando ab inita » salute christiana annus tunc quadringentesimus et sexagesi- » mus supra millesimum agebatur, nil faustius astronomica ra- » tione fundari posse docebat ». Quadriennio post, opus, uti videtur, reformatum ipse auctor Petro Medices Cosmi filio, episto-

(1) Ex eodem, postmodum palatino Florentiae, n. 322, recens bibliothecae nationalis florentinae, pubblici iuris fecit cum nota, a. 1839 Ioannes Gaye in *carteggio inedito d' artisti*, t. I, p. 200-206.

(2) *Lettere pittoriche*, t. IV, p. 316; t. V, p. 234.

(3) *Biblioth. ms.* p. 1382.

la nuncupatoria immutata, obtulit, Vasario teste, qui codicem Mediceo tunc datum a se visum refert (1). Codicem itidem alium italicum, in bibliotheca caenobii s. Hieronymi prope Valentiam Hispaniarum alias asservatum, ego in biblioth. gymnasii Valentiae Edetanorum, anno 1858 vidi; in eo titulus *Antonii Averulini Philareti florentini, de architectura, ad Petrum Medicem*, en italiano, saec. XV. Cum autem in Hungariam ad Matthiam Corvinum regem Franciscus Bandinius florentinus, *vir ingenio magnificentiaque excellens* (2), anno circiter 1482 accessisset, Averulini architecturam italice scriptam ad eum detulit; rexque pro insigni suo in bonas artes studio, Antonio Bonfinio apud se degenti, ut eam latine redderet, mandavit: quam equidem interpretationem trium mensium spatio se fecisse Bonfinius affirmat, scribens: « Addebat animum architectura, quam tribus » sane mensibus Antonius Bonfinis in latinam e materna lingua » traduxerat (3) ».

Prooemio hoc idem nuncupationis volumen ab auctore innuitur: « Quid dixeris, iam viso hoc libro quem in latinum » mihi traducendum demandasti? Nonne statim, visa pontium » ichnographia, de traiicendo marmoreo ponte Danubio, Traiani » exemplo, ac de aedificandis plerisque urbibus in Pannonia co» gitasti?

Opus, libris quinque ac viginti. de urbe condenda, eiusque singulis aedificiis, tum sacris, tum profanis, tum publicis, tum privatis exstruendis exornandisque, praecepta tradens, Vasarius valde improbat, cui redarguendo, haec rite editores florentini. « Il giudizio che il Vasari dà dell' opera del Filarete non » è scevro d'invidia, nè senza un poco d'ingratitudine; im» perciocchè, sebbene vi sia poco ordine nelle materie, una no» iosa prolissità di parole, e una affettazione di stile e di lati» nismi..., tuttavia vi sono alcune notizie buone e importanti » di artefici e di opere d'arte, delle quali il Vasari fece suo

(1) Codicem hunc bibliotheca Florentina nationalis habet hodiedum [cl. XVII, cod. 30]. V. Vasari, *Vite de' pittori*. Florentiae, 1848, Vol. III, p. 290.

(2) Ficinus, *epist. ad Iacobum Bracciol.* Oper. t. II, p. 657.

(3) Rerum Hungariae decad. IV, lib. 7, p. 633 — ed. Francofurti, 1581.

» pro nelle *vite*; e molte cognizioni scientifiche e pratiche delle » tre arti, che egli non dubitò di trasfondere nella sua *introdu-* » *zione* generale, senza render giustizia nè dar minimo segno di » gratitudine al Filarete, del cui libro s' era in buona parte » giovato » (1). Sumpsit auctor perpauca ex Vitruvio ac Leone Baptista Alberto. Cum typis editum opus nunquam fuerit, haud inopportunum censeo, singularia quaedam ex eo proferre.

Libro tertio, ubi de marmoribus praecipuis: « Marmorum » feracissima quondam Graecia perhibetur, quod ea quae Ro- » mam et Venetias advecta sunt plane testantur.... Plerisque » variae animalium formae insunt, ab ipsa natura sponte pro- » ductae; quod in d. Marci basilica videre licet, ubi ad dexte- » ram duae sunt marmoreae tabulae, quibus dissectis eremita » inest, qui elatis manibus aliquod numen adorare videtur. Idi- » psum Byzantii in celeberrimo Sophiae templo saepe visum est ».

Et libro XIX: « Non solum homines, verum et ipsam naturam » pictura mirifice delectari novimus; quandoquidem in mar- » moreis tabulis, quae in Marci basilica spectantur apud Vene- » tos, humanas suapte natura figuras inesse vidimus ».

Libro VI: « Neque ex Dalmatia Traurensisque [sic] Hispa- » nia defecere statuarii, neque ex Istria Dominicus ». Locus corruptus Iacobi Traguriensis, architecti et statuarii praestantis, nomen habuisse videtur; a quo Istwanfius Novigradi arcem instauratam fuisse scribit (2); ac Matthiae regi statuas tres, Herculis, Dianae, Apollinis, ex aurichalco fusas commemorat Xistus Schier (3).

Muriani, prope Venetias, historiam intersunt quae libro IX *de porticu exornanda*. « Sedilia in primis marmore obducemus: » a tergo ad tertium usque brachium altitudinis, ex vario vitro- » rum genere, tessellato marmore exornabimus: item alterius » parietem depincto intus vitro incrustabimus, quod varias ani- » malium formas referet; spectatu quidem nimis admirabile. At » quis haec efficiet? Angelus, inquam, Muranus mei amantis-

(1) Loco citato, p. 291.

(2) *Historia Hung.*, lib. 28.

(3) *De biblioth. Budensi*, § XII.

» simus, vitrariae artis peritissimus, qui etiam ex vitro cry-
» stallinum et pretiosorum lapidum colores adulterat, intus
» varias imagines recondit, quas nemo est qui non admodum ad-
» miretur ».

Libro XI, ubi de ecclesia, non tamen constructa, uti verba praeseferunt : « Ecclesiam e vario marmore construximus in-
» tus, tessellato opere pinximus: picturae auctor Marinus Mu-
» ranus Angeli Murani filius. Fenestrae omnes pictis specularibus
» exornatae: vitream mixturam testudo et culmina retinebant ».

Angelo huic operum vitrariorum artificii praestantissimo epitaphium Muriani in ecclesia divi Stephani positum iamdiu exscripsit Ioannes Georgius Palferus, retulitque, inter memorabilia Venetorum monumenta [ex nostra biblioth. L. X, CXLIV, f. 227].

» Angele, pontificum qui secretarius eras,
» Terrarum fueras miraculum dominis;
» Cui patuit vitrea quidquid in arte latebat,
» Nunc pars terra iaces, parsque retenta polo ».
» Angelo Beruerio suisque posteris sacrum ».

Eius in laudem Ludovicus Carbo, ferrariensis habet epigramma [L. XII, CXXXVII, f. 46].

» Epigramma in Angelum venetum, optimum artificem cry-
» stallinorum vasorum ».

» Hic situs est vitream qui totam noverat artem,
» Angelus angelico praeditus ingenio.
» Lector apostolicus et secretarius olim,
» Additus ad cives, florida terra, tuos.
» Hunc rex Alphonsus, byzantius induperator,
» Gallia dilexit, Insubrium dominus ».

Libro XXI de palatio ex Venetorum usu construendo praecepta traduntur, aedificii etiam fronte exhibita.

Libro XXIV, ubi de opere musivo : « Pictura vero quae ex
» tessellati operis incrustatione fit iam exoleverat; sed apud
» Venetos aliquantulum instaurata est. Ex vitreis tessellis con-
» stat, quae variorum sunt colorum : ex quoque calore quinque
» genera, luminum umbrarumque gratia fiunt. Vitra namque
» scalpello, prout res ipsa postulat, in tesserulas mutilantur, quas

» ubi miro ordine praepararis in laevigato arido designatoque » pariete, indito glutine, affiges: glutinum autem tale ex calce » fit, quod sale careat et marmore. In Petri basilica Romae tes» sellata pictura a Giotto elaborata spectatur: item Venetiis in » aede Marci tabula spectatur ex tessella tam tenui, ut ex ovo» rum putaminibus constare putetur ».

Textum libri XXV, de palatio quo Cosmus Mediceus Mediolani a Franciscus Sfortia duce donatus est, totum dedit Morellius in libro: *Notizie d' opere di digegno nella prima metà del secolo XVI* ec. Bassano, 1800, p. 161-164. « Sed de palatio » quod in urbe mediolanensi — planetae et duodecim signa » picta sunt ».

Operis Averulini a Bonfinio latine redditi exemplaria alia Romae exstare in biblioth. Vaticana et in tabulario sancti Petri in Vaticano, Mediolani in biblioth. Ambrosiana, et alibi, ex Montfauconio et Mazzuchellio constat: omnium tamen luculentissimum procul dubio hoc est, quod pro Matthiae regis biblioth. Budensi scriptum et exornatum fuisse quisque videt intelligit. Pagina siquidem prima, quae Bonfinii epistolae initium affert, ad oram summam regis insignia, ad imam regem ipsum in throno sedentem exhibet; marginem vero praelia, corvi, aves, pueruli, flores, fructus implent, eam regis tropaeis, addita inscriptione: MA. C. TRO [*Matthiae Corvini Tropaea*]; omnia mirifico artificio depicta. Quinta itidem pagina, qua Averulini ad Mediceum epistola incipit, in parte summa regis insignia, in ima eadem multo ornatiora habet, inter varii generis aedificationes; in margine autem toto, aeque ac pagina prima, picturis varii generis, eiusdem tamen elegantiae, ornata est. Per totum quoque opus schemata multa ad rem, de qua agitur, spectantia, diligentissime facta occurrunt; et in iis aedificiorum formae nonnullae ex nova praesertim architectura compositae. Codicem anno 1488 exaratum fuisse, anni illius nota, in lapide ad instar termini, qui libro undecimo depictus apparet, posita, indicio est. Biennio post, Matthia rege vita functo, Ioachimus Turrianus venetus, ordinis Praedicatorum magister summus, eum sibi acquisivit, ac in bibliotheca coenobii sanctorum Ioannis et Pauli Venetiarum, quam instruebat, reposuit; in qua ad annum usque

1789 asservatus, bona tunc de causa, in Marcianam cum aliis plerisque translatus est.

Cod. 18 chart., saec. XVI, a. 159, l. 111 [L. VIII, LXXXVII]. N.

Guidi Ubaldi ex marchionibus Montis, *organa mechanica*.

Diagrammata ultra septuaginta referentia machinas scansorias, tractorias, haustorias, in iisque cochleas, *pericochlia*, vectes, rotas dentatas, turres, balistas, vineas, arietes, scorpiones, catapultas. Praest index itale oblatus.

Codicem, fol. 37, cum antiquo operculo inscripto: *Organa mecanica. Gui. Ub. Ex. Mar. Mon.*, ideo inter latinos retulimus, quod auctor librum exterius latine inscribendum curaverit, et *quod eius opera impressa saeculo XVI latine exarata sint.*

Cod. 19 chart., saec. XVIII, a. 277, l. 200 [L. VIII, XCV].

I. M. Iunii Nypsi, *tractatus parvus rei aedificatoriae*. « Erit » pars citrata decimanorum numeri in septemtrionem si cre» scet... », f. 1-8.

Exemplum particulae codicis Vaticani 3132.

II. Apophroditi et Vitruvii Ruffi, architectoris, *parvus tractatus rei aedificatoriae*. « Trigoni orthogoni cathetus pedum quin» que, hypotenusa pedum tredecim : quaero basem... », f. 9-22.

Ex codice eodem. Schedula fol. 10 apposita nuntiat exemplum, Ioannis Poleni, iussu factum, pro eius in Vitruvium studiis.

Cod. 20 chart., saec. XVI, a. 367, l. 260 [L. VIII, XLI]. O.

Danielis Barbari, electi patriarchae aquileiensis, *scenographia pictoribus et sculptoribus perutilis*. « Optices pars quaedam » est quae scenografia dicitur: de ea me tractaturum pollici» tus sum in meis in Vitruvium commentariis... », folia 102.

De perspectiva se latine scripsisse, haud semel innuit Barbarus in opere italico, eadem de re, anno 1569, typis venetis edito : latina tamen ea commentatio, quam absolutiorem ipsa

italica ostentat; adhucusque latuit. Sese huic tandem offert maxima pars operis *de perspectiva* latini, auctoris praestantissimi cura diligenter excripti; illudque tantummodo dolendum, non integrum opus exhiberi. Eadem plerumque textus uterque continet; at alia quandoque in latino sunt, quibus italicus caret; alia hic habet quae in illo desunt. E tribus libris prior de *scenographiae* principiis tractat, alter de iis quae ex principiis oriuntur et *ichnographia*, tertius *de ortographia*, seu corporum erectione. In priorem demonstrationes duas ad visionem pertinentes, quas a Iosepho Moletio, mathematico praeclaro, acceperat, Barbarus intulit; alteram de linearum divisione, alteram de hallucinatione visus; utramque vero ineditam. Diagrammata plura adiecta sunt, quae corpora regularia referunt, nec ipsa a Barbaro vulgata.

CLASSIS XIX

ARS MILITARIS.

Cod. 1 chart., saec. XV, a. 197, l. 145 [L. VIII, LXXXI]. N.

Aeliani, *de instruendis aciebus, Theodoro Gasa interprete.* « Carmen illud Homeri, vir praeclare Antoni, quod de Graecorum » rege Agamemnone legimus . . . . ».

Opella pluries ac cum diversorum interpretationibus edita.

Codicillus, foliis 39 eleganter exscriptus, habet notas marginales et ordinum militarium figuras.

Cod. 2 membr., 1462, a. 247, l. 183 [L. VIII, XI]. Mk.

I. Flavii Vegetii Renati, viri illustris, *epithoma institutorum rei militaris, ad Theodosium imperatorem, libri quatuor.* « Prooemium inc.: « Antiquis temporibus mos fuit bonarum artium studia » mandare litteris.... », primum autem capitulum : « Nulla enim » alia re videmus populum romanum orbem subegisse . . . », f. 1-42.

Textus in codicibus et editionibus antiquioribus in quatuor distributus libros, quinque in recentioribus numerat, quod quartus in duos sit divisus.

Codex unde hoc sumptum est exemplum, bonam plerumque praefert lectionem, etsi amanuensis negligentia quaedam reprobanda, ut ommissio lineae aut verbi alicuius, irrepserint. Iacobus Morellius variantes excussit lectiones, littera M notatas, in explanatione codicis Canoniciani (1).

(1) *Biblioth. ms. gr. et lat.* Bassani, 1802, p. 344-360.

II. Q. Septimii Florentis Tertulliani, *apologeticus contra gentes et de saeculi disciplina*. « Si non licet nobis, romani imperii » antistites, in aperto et edito ipso fere vertice . . . », f. 43-78.

Folio primo occurrunt eleganter picta littera initialis et insignia in meditullio deleta.

Sub fine : « Michael de Verlatis curiae nobilis vincentinus, » Petri filius, scripsit in millesimo quadrigentesimo sexagesimo » secundo ».

Cod. 3 membr., saec. XV, a. 342, l. 235 [L. VIII, XXIX]. Mk.

Roberti Valturii, ariminensis, *rei militaris libri duodecim, ad magnanimum et illustrem heroa Sigismundum Pandulphum Malatestam, splendidissimum Ariminensium regem ac imperatorem*. Dedicatio inc.: « Credo equidem, nec sum nescius, dux et » imperator inclyte . . . » ; textus operis : Cum itaque inter om- » nes priscae auctoritatis viros, qui Xenophonte ac Cicerone ... », f. 1-182.

Praeit foliis 1-3, *elenchus et index rerum militarium, quae singulis codicis huius voluminibus continentur*, in editionibus desideratus. Accedunt propriis locis diagrammata, non tantum lineis expressa, sed lumine et umbris conspicua. Operis finem excipiunt auctoris, *philosophi et oratoris clarissimi, nec non viri clarissimi singularis*, quae sequuntur ; pariter in impressis desiderata ; f. 182-184.

a. Basinii Parmensis, *poetae clariss., carmen*.

» Bella gerenda ducem deceant quae quemque priorum
» Exemplo ac mira docuit Valturius arte . . . ».

b. Cyriaci Anconitani, *epistolae* [*cum antiquis epigrammatibus*] *Roberto Valturio :* « Heri et eodem quo a te concessimus » VIII. kalend. iul. serenissimo die, praeclare Roberte . . . ». « Vides iamque, elegantissime Roberte, Ariminensium insigne » decus . . . ».

c. Rob. Valturius, *magno admirato et sultano Turchorum mittit opus proprium, per manus Matthei Pasti veronensis*. « Cu- » pienti mihi, principum universi orbis decus admirabile, ad te » aliquid scribere . . . ».

d. Marci Philelphi, poetae laureati, *carmen ad Rob. Valturium*:

» Felices Italos et nostra volumina lingua,
» Clare Roberte, tua, militiaeque decus ».

Folium extremum inscriptum: « Sigismundi Nicolai Ala» manii hoc manu, quanta valuit diligentia, scriptum opus, et » praesentibus posterisque demandatum, anno Christi et Salva» toris nostri 1466 ».

Volumen concinne exscriptum, cum litteris maioribus passim egregie pictis et auratis, nec non insigniis Malatestae in titulo expressis [quae differunt prorsus ab hucusque cognitis] non crediderim nuncupationis exemplum; quod Sigismundus Pandulphus anno 1465 obierit. Ante dimidium saeculum decimumquintum deditum et prolatum testatur Iacobus Marianus, qui anno 1449 machinas ex eo sumpserat, ut cod. insequenti 5.

Cod. 4 chart., saec. XV, a. 286, l. 197 [Z. L, CCCXXXIX]. B.

I. Ioannis Sophiani, *de re militari et instrumentis bellicis*, ex antiquis praecipue auctoribus descriptiones et imagines. « Ad » expugnationem igitur urbium testudinibus variis ac diversis » figura, aliisque tormentis . . . », f. 3-48.

Auctor graecus dicat Bessarioni cardinali versionem latine a se redditam, operis anonymi, epistola primum graece, dein latine. « Librum igitur de re militari et instrumentis » bellicis et sive librarii negligentia . . . . » Additum prooemium eidem: « Instrumenta quaecumque ad urbium expu» gnationem expediunt, quaeque difficilia . . . ». Machinarum diagrammata adpicta artem rudem prorsus et impolitam revelant. Hanc eandem versionem auctor Laelio della Valle, cum epistola nuncupatoria propria, offert in codice biblioth. florent. Laurentianae [tom. II, p. 355].

II. Clarissimorum virorum pulcherrima dicta, per eundem Ioannem traducta. « Antisthenes omnibus qui se incolumes cu» piunt opus esse aiebat vel fidis amicis . . . », f. 49-66.

Dicta sunt fere tercenta ex antiquis philosophis et sanctis patribus.

» Hoc vero tempore totum me sacris legendis litteris tradidi ». Anno 1509, armorum in Foroiulii pro Venetis praefectus, re comprobat quantum militari praestet scientia. Opellam reapse et enumeratio virtutum quae in imperatore desiderantur, et elegantia dicendi commendant.

Scriptum in operculo superiori: *Del Codroipo*, nuntiat codicem huic foroiuliensi familiae pertinuisse.

Cod. 7 chart., saec. XV, a. 249, l. 180 [L. VIII, LXXXIV]. N.

Ioannis Baptistae Arigonii, *de munienda urbe utinensi commentarius.* Procemium: « Libet hoc loco, ut gratiam ab iis » ineam qui publica . . . », narratio autem: « Munita iam » magna ex parte novis moenibus, propugnaculis et fossis Ber- » gomo . . . ».

Iacobus Valvasonus operibus: *Considerazioni de' luoghi e posti, dove passarono i Turchi — Discorso intorno ai passi* ec. [L. XIV, XXVIII, LXXXI], necessitatem muniendi Utinum contra hostium excursiones aperuerat; eapropter respublica veneta, consiliis adhibitis summorum virorum, exterorum quoque, moenia exstruenda, fossas aggerandas, vallos ducendos, turres erigendas, magno apparatu instruebat, quater decies centenis nummorum millibus in id operis designatis. Gravi hoc negotio pluribus scrutiniis et Utini et Venetiis, usque ad pridie nonas februarias anni 1567 exagitato, nihil praeterea decretum est, quod alio animum intendere respublica coacta est. Ad Palmam in posterum conversae curae.

Auctor, publicus Venetiis internuntius, qui eo rem totam pernoverat, statuta, decreta at acta, quae de munienda urbe utinensi annis 1566-1567 data sunt, contulit, narrationemque ea latine scribendi peritia redegit, ut operis huius editionem non tantum historiae, sed et litteris ornamento futuram existimem.

Codicem, folior. 27, exscripsit *Ioannes Nicolaus Lotti, auctoritate veneta notarius collegii utinensis;* eius exemplum dedi ego, kalend. maji 1863, Hieronymo Tinti portusnaonensi.

Cod. 8 chart., saec. XVIII, a. 293, l. 200 [L. VIII, XCVIII]. V.

Ioannis Poleni, in patavino gymnasio professoris, *institutiones architecturae navalis* [autographae] *in eodem gymnasio, expositae annis scholasticis* 1757-1758, 1759-1760. « Iam plerique vestrum, auditores optimi, satis norunt, quemadmodum » fere singulis . . . ».

Illae lectionibus novemdecim, undecim postremae, summatim triginta, absolvunt, ex mente auctoris, tractatum de re navali. Omnibus desunt tabulae in textu citatae. Ad finem utriusque seriei exstat prospectus librorum de re ea pertractantium, quibus usus est auctor.

Si latine scribendi peritiam ac dicendi elegantiam consideres, nullus est qui Poleno comparari possit, non item, si doctrinae amplitudinem.

Codex, fol. 159, habet titulum uniuscuiusque lectionis in diagrammate ab auctore ipso delineato.

Cod. 9 chart., saec. XVII, a. 323, l. 224 [L. VIII, V]. Ve.

Bartholomaei Soveri, *architectura defensionis et offensionis*. « Velites opera muro claudebant, eiusque ambitum directum » ducebant . . . ».

Auctor opus universum sua manu excripsit, non latine tantum sed itale et gallice quoque passim, addiditque figuras fere ducentas, quarum quae paginis 94, 99 inscriptae sunt : *Inventione mia*. V. *Bibliotheca ms.*, tom. IV, p. 252.

CLASSIS XX.

MUSICA.

Cod. I chart., saec. XIV, alt. 293, lat. 218 [L. II, X.] X.

1. Augustini, *de musica libri sex*, f. 1-43.

Textus, collatione instituta, parum differt ab editione fratrum s. Mauri, data Venetiis, anno 1729, tom. I, col. 443-450.

2. Calendarium cum numero aureo vario, quatuor ciclis, littera dominicali, partitionibus mensis romana et nostra; una cum eius usu declaratione, f. 45-51.

3. Plura astronomica, sine quodam pretio [f. 52-66].

4. Epistola arabi Messalach, pluries edita, *in rebus ecclipsis lunae et coniunctionibus planetarum et revolucionibus annorum breviter elucidata, duodecim continens capitula, de ratione circuli stellarum, et qualiter operantur in hoc mundo*, cum figuris mathematicis, f. 67-76.

Cod. 2 membr., saec. XV, alt. 187, lat. 133 [Z. L. LXXI]. B.

1. Augustini, *de musica libri sex*, f. 1-152.

Folium primum avulsum est: sextus liber desinit verbis: *id ut consideremus peto et unde*, principio capituli 38.[1]: caeteris excribendis vacua folia 152-156 relicta sunt.

2. *Libellus de anima, qui sancto Augustino adscribitur doctorum maximo*, f. 157-175, nempe *de immortalitate animae*.

Codex, eleganter exscriptus, insigniis Bessarionis folio primo conspicuus est.

Cod. 3 membr., saec XV, a. 224, l. 163 [L. II, IX]. Mk.

S. Augustini, *de musica libri sex, praemissa eiusdem ad Memorium epistola.*

Codex foliorum 90, membrana politiori belle exscriptus, desinit versibus:

» Doctoris superi Augustini numinis alti
» Musica perfectis sex libris polet in istis ».

Cod. 4 membr., saec. XIV, a. 215, l. 151 [L. VIII]. Mk.

Libellus artis musicae. « Cum Boecius Romae degeret, Py- » thagoras quoque in Tarento viveret, mirae eius philosophiae » auribus excipiens . . . ».

Pythagorae historiolam, qui, *ad similitudinem quatuor malleorum, quatuor sonos musicae artis invenit*, auctor in prooemio enarrat. Signa musica occurrunt per alphabeti litteras et numeros, non item per figuras.

Codice fol. 37, in fine mutilo usus est Andreas Casarotti, ordinis Praedicatorum, lector in coenobio ss. Ioannis et Pauli.

Cod. 5 chart., saec., XV, a. 214, l. 158 [Z. L, CCCXXXVI].E.

I. Guillielmi, monaci, cantoris integerrimi ac viri eruditissimi, *de praeceptis artis musicae et practicae compendiosus libellus.* « Nota quod duplex est prolatio, scilicet maior et minor ... », f. 2-47.

Edidit E. de Coussemaker in *Scriptorum de musica medii aevi* [Parisiis, 1869, 4.°] t. III, p. 273-307, qui haec de auctore et codice ex quo sumpsit, rite praefatus est: « Etiamnum in- » ter musicae scriptores *Guillelmi monachi* nomen haud aderat. » De vita autem nihil aliud notum habetur nisi quod ex opere » ipso, origine videtur italus et finiente quartodecimo saeculo, » ineunteque quintodecimo floruisse, quo tempore nigras notas » in vacuas mutari contigit ».

» Maximi momenti maximique ponderis est hoc opus tum

» eo quod *Guillelmus monachus* proportiones tunc in usu dilu-
» cide ac copiose, exemplis additis, doceat, tum quia contra-
» punctum componendi modos, apud Anglos peculiariter tunc
» in usu, ac regulas, quas tenebant Galli et Angli, patefacit ».

» Codex unicus, hunc tractatum continens, in *bibliotheca*
» *sancti Marci*, Venetiis asservatur . . . . »

II. *Regule de contraponto.* « Denanzi se dito dele mutatione;
» appresso dirassi de le voxe che se trouan nel contraponte ... ».
f. 50-64.

Opellam in codice anonymam, itale exaratam, Antonio de Leno tribuendam idem de Coussemaker edidit loco citato [t. III, p. 307-328], his adnotatis: « In eodem codice, immediateque post
» *Guillelmi monachi* opus, exaratus est Antonii de Leno tracta-
» tus. Cuius scriptoris nomen haud in capite libri inscriptum,
» pluries vero passim inventum, hactenus in obscuro latebat.
» Eius patriam Italiam fuisse satis probat tractatus in lingua
» itálica scriptus ».

» Notae nigrae, nonnullaeque aliae gemina cauda munitae,
» tractatum *Antonii de Leno Guillelmi monachi* tractatui ante-
» riorem fuisse monstrare videntur. Regulae contrapuncti, prae-
» cipueque exempla duabus et tribus vocibus addita pretiosissi-
» ma sunt ».

Cod. 6 chart., saec. XV, a. 290, l. 213 [L. VIII, XXIV]. Mk.

I. *Dialogus venerabilis Odonis, abbatis II Cluniacensis, seu liber sermonum artis musicae inter duos collatorum.* « Discipulus
» quaerit. Quid est musica? Magister: Est scientia veraciter
» cantandi et facilis via ad perfectionem armonizandi ... », f. 1-7.

Edidit Martinus Gerbertus in *Scriptores ecclesiast. de musica*, t. I, p. 252-264, ex codicibus una collatis, Caesareo Vindobon., Cassinensi, Sanctemmarensi, Admontensi: duo extremi cum Regio parisino (7369) appellant *enchiridion*.

Auctor, ex saeculo decimo, ab anonymo Mellicensi, abbas Cluniacensis habitus est (1).

(1) *De scriptoribus ecclesiast.*, cap. 75.

II. *Tabula geometrica ad inveniendum latitudinem unius turris*, f. 8.

III. *Incipiunt metra, cum quibus cantus musicalis decernitur et moderatur :*

« Dicitur esse modus in cantu regula quaedam,
Qua tantum regitur, decernitur ac moderatur »,

f. 8-10.

IV. *Summula musicae Henrici Helenae.* « Musicae studium » inter cetera artium studia non fore negligendum, immo pre» tiosius . . . », f. 10-44.

Capitula quinque, quorum primum *de musicae definitione*; alterum *de primis elementis musicae, puta de clavibus ;* tertium *de proportionibus musicabilibus*, duo extrema *de tonis*.

V. *Incipit musica reverendissimi d. Ioannis Boen, quondam pastoris in Remsburck bonae memoriae:* « Musicalis scientia » quae sonorum scientia, et de proportione gravis loquitur ad » acutum . . . », f. 44-89.

Auctor in fine mentionem ingerit operis alterius : « secun» dum quod posuimus in principio nostrae musicae subalternae ».

VI. *Incipit musica Ioannis de Muris.* « Omnem doctrinam » et omnem disciplinam ex praeexistenti cognitione fieri . . . », f. 90-108.

Libri duo, quorum quid quisque comprehendat indicat rhithmus, in editione missus :

» Quod prius est scriptum, distinctio prima vocatur
» Circa symphonias postquam secunda sequetur ».

In fine : « Explicit ars Ioannis de Muris in musica teorica ».

Martinus Gerbertus edidit, varia lectione, ex codicibus Parisiensi, Vindobonensi utroque et Bernensi, in titulo *musica speculativa*, operis: *Scriptores ecclesiastici de musica*. Typis San-Blasianis, 1784, tom, III, p. 258-283. Loco *explicit ars* dat subscriptionem in codice nostro desideratam: « Explicit musica spe» culativa secundum Boetium, per magistrum Ioannem de Muris » abbreviata Parisiis in Sorbona, anno Dom. 1323 ».

Codicem, cum litteris librorum initialibus pictis, possederat Ioannes Delphinus.

Cod. 7 chart., saec. XV, a. 212, l. 150 [L. VIII, LXXXV]. N.

I. *Lucidarium Marcheti de Padua in arte musicae planae.* « Qualiter Pythagoras adinvenit musicam monstrat Macrobius » libro secundo . . . », f. 1-56.

Auctor dicat opus *magnifico militi et potenti domino suo Raynerio domini Zachariae de urbe veteri, illustris principis domini Ioannis clarae et excelsae memoriae domini Karoli regis Ierusalem et Siciliae gloriosi filii, comitis Gravinae et honoris Montis Sancti Angeli, in provincia Romandiolae vicario generali.* Operis sexdecim tractatibus distributi, exiguam tantum partem habemus, quod a principio ad caput nonum tractatus alterius absolutum excurrat. Universum edidit ex biblioth. Ambrosiana Martinus Gerbert in *Scriptores ecclesiastici de musica sacra* ec., typis San-Blasianis, 1784, tom. III, p. 64-121.

Marchetus, verosimiliter patavinus, opera quaedam de musica scripsit, saeculo quartodecimo ineunte, quod ex viris in nuncupationis epistola citatis inferunt. Eapropter ad amanuensem referenda sunt quae epistolae principio leguntur : « In festo virginis Katharinae et matris sanctissimae principiavi Mantuae » hunc tractatum in novembrio 25 currente die, anno Dom. » 1464 ».

II. Anonymi, *de musica summarie compilata, secundum magistrum Ioannem de Muris.* « Quilibet in arte practica mensurabilis cantus erudiri mediocriter affectans, ea scribat diligenter quae sequuntur . . . », f. 11-23.

Opella inscripta: *Michi resera — B. I. D.* finit: *R. I. D. — Exactis pensa futura — In Bozolo,* 12 *mensis madii,* 1464.

III. Anonymi, *in musicam planam.* « Quoniam de canendi » scientia doctrinam sumus facturi, omnes ad quorum manus » iste libellus . . . », f. 24-47 ».

Amanuensis qui supra, inscripsit opellam : *Michi resera,* addidit in fine : R. D. I. — *Exactis pensa futura.* — Finis paratus est huius operis Bozoli, die mensis iunii, currente festo sanctorum Gervasii et Prothasii, anno Domini 1464, hora quasi 23.

Tractationem tripliciter partitur auctor, a. de cantu, b. de

discantu, e. de definitione tonorum vel modorum, sub interrogatione discipuli et responso magistri dubia solventis.

IV. Anonymi, *de contrapuncto, exemplis additis*. « Notandum » est quod duodecim sunt species contrapunctus . . . », f. 48-56.

V. Syri, lugdunensis, *epistola octava Candidiano suo*. « Morari me Romae congratularis, tamen quasi facete . . . », f. 61.

VI. *Incipiunt introductiones artis musicae ad pueros introducendos in simplices euphonias, fratris Nicolai dicti Auriti de Buccellanito.* « Quid sit nostrae intentionis ex plurimis doctorum » libris musicalis scientiae . . . », f. 61-67.

Opusculum in fine mutilum.

VII. Ioannis Ciconiae, *liber de proportionibus musicae*, f. 72-77.

Epistolae nuncupatoriae do principium : « Venerabili no» stro et egregio domino presbytero Io. Gasparo, canonico vin» centino bene merito, nec non cantori praeclaro. « Ioannes Cico» nia de civitate Leodinensi, canonicus paduanus, scientiam pro » salute. Considerans, frater reverendissime, quot et quantae » diversitates insurgunt hodierna die per universum orbem . . . ». Sub fine haec leguntur : « Explicit liber de proportionibus mu» sicae Ioannis Ciconiae sive de Ciconiis, canonici paduani in » urbe, in existencia conditus in civitate patavina, anno Domi» ni M.CCCC.XI — Scriptum Mantuae, in domo strenui militis » illustrissimique domini Baltassaris de Castello leonis, hora qua» si 20, die proxima Martis, praecurrente festum sancti Michae» lis archangeli, anno Dom. M.CCCC. LXIII. Michi resera ».

VIII. *De vi et laudibus musicae*. « Is vere est musicus qui » ratione perpensa canendi, scientiam non servitio operis sed » imperio speculationis assumpsit . . . », f. 77-82.

IX. *Plura, sine ordine, de manu, secundum graecam musicam* ; f. 83-91.

Cod. 8 membr., saec. XV, a. 134, l. 102 [L. VIII, LXXXII]. N.

I. *Incipit compendium musicale a multis doctoribus et philosophis editum et compositum, et per presbyterum Nicholaum de Capua ordinatum, sub anno Domini M.CCCC.* 15. « Cum igi-

» tur humana natura naturaliter scire desiderat, ideo divina cle-
» mentia philosophis peritiam ... », f. 1-29.

Auctorem ignotum prorsus reputo, nisi idem sit qui *Nicolaus de Aversa, ordinis Caelestinorum*, ab E. de Coussemaker (1) et ab anonymo in *arte cantus mensurabilis* (2) citatus. Addo in textu Nicolai de Capua non una tantum vice laudatum Petrum de Vitriaco, *episcopum, in hac arte peritissimuum*, ex dimidio saeculo decimoquarto.

Publici iuris fecit Hadrianus de la Fage in opere: *Essais de diphterographie musicale*. Paris, 1864, p. 38.

II. Anonymi, *de contrapuncto regulae theoricae et practicae* [cum notis musicis planis]. « In primis dicetur qualiter contra-
» punctus de iure debet definire ... », f. 30-39.

III. Anonymi, *de musica intervallosa*. « Regulae in mono-
» cordio sunt viginti duae, videlicet T. ut A re 4 mi ... », f. 40-62.

Sub fine inscripta: « Ligatum non debet habere nisi duo
» puncta vel tria: quamvis in usu sint quatuor, ut patet in libris.
» Ratio autem invenitur in *Calliope* in titulo de ligaturis »; evincunt auctorem, quisquis ille sit, post Ioannem Hothbi, scilicet post dimidium saeculum decimum quintum, vixisse.

IV. Anonymi, *de contrapuncto*. « Quid est contrapunctus?
» Contrapunctus nihil aliud est nisi notam contra aliam notam
» ponere ... », f. 62-68.

V. *Incominciano certi preambuli composti dallo venerabile in musica doctore maestro Giovanni Hochtobi, anglico et Carmelita, necessarj alle proportioni*. « Ogni numero ha tante parti quante ch' egli ha sotto di se unità ... », f. 69-75.

Textum primigenium latinum ex codice 7369 biblioth. Caesar. vindob. edidit Coussemacker (3).

VI. *Incipiunt regulae contrapuncti, secundum praedictum magistrum*. « Nota quod tredecim sunt species contrapuncti, vi-
» delicet unisonus, tertia ... », f. 75-77.

(1) Scriptorum de musica medii aevi. Parisiis, 1869, t. III, p. XXXIV.
(2) Ibi, p. 392, 395, 396.
(3) Loco citato, t. III, p. 328-330.

Lectione prorsus diversa, edidit Coussemacker (1) ex codice bibliothecae Bononiensis.

VII. *Regulae magistri Ioannis Hoctobi anglici, cantus* [cum notis musicis plenis et vacuis]. « Figurae cantus figurati sunt » octo, videlicet maxima, longa, brevis . . . », f. 77-79.

Ex codice biblioth. Bononiensis intulit Coussemacker titulo *de cantu figurato*, in *Scriptores de musica* ec. (2) ; non item titulum *de pausis* in codice nostro occurrentem.

VIII. *La caliopea legale reducta in brevità, per maestro Giovanni Octobi Carmelita.* « Le parti della musica melliflua sono quattro, cioè phthongo, articulo, membro maggiore et la compo» sitione . . . », f. 80-114.

Textum, cum versione gallica e regione, in lucem protulit ex codice Magliabecchiano [XIX, D. 36] et nostro, Coussemacker in *Histoire de l' harmonie au moyen age.* Paris, 1853, p. 297-349.

Ioannes Hothbi, anglus, Carmelita, theologiae lector et musicae doctor, in eius ordinis monasterio Ferrariae degens, Hispania, Gallia, Germania peragrata, Florentiae consedit ab anno circiter 1440 ad 1471.

IX. *De relata ad aliquid quantitate, secundum Boethium Severinum.* « Ad aliquid vero quantitatis duplex est prima divisio: » omne enim aut aequale est aut inaequale . . . », f. 115-136.

Opus Boethii *de arithmetica* a capite XXI primi libri ad tertium absolutum alterius, cum figuris.

Folio extremo legitur manu seriori scriptum : « Hic liber » est ad usum fratris Galletti de Florentia, vaginarii, quem sibi » dedit frater Dominicus de Florentia, et frater Hieronymus de » Contaria ei concessit die 15 octobris 1498, anno secundo sui » vicariatus ».

X. *Iste est modus et ordo faciendi monocordum antiquum.* « Fit una linea longa omni modo, et in extremitate sit punctus » et ab uno puncto . . . », f. 137-139.

XI. *Incipit unum quodlibetum in arte musicali, tam practicae*

(1) Loco citato, t. III, p. 333-334.
(2) Loco citato, t. III, p. 330-332.

quam theoricae. « Musica est liberalis scientia perinde cantandi copiam administrans . . . », f. 142-147.

Auctor praebet definitiones verborum musicalium, Ugonis in *Flores musicae,* Boethii, Nicolai Bucii, Guidonis, alicuius doctoris, Ubaldi in *Enchiridion,* Alberti Magni, Remigii.

XII. *Incipit quaedam manus, cum rationibus in musica firma.* « Quisquis ad canendi scientiam erudiendus accedis, dispo» sitionem, vim . . . », f. 148-151.

XIII. *Oleo perfectissimo alla memoria.* « Recipe flores ros» marini, flores boraginis, flores camamillae . . . », f. 152-153.

Cod. 9 chart., saec. XV, a. 145, l. 100 [L. VIII, XXXV].Ye.

Tractatus de re musica, cum notis musicis plenis et vacuis. « Manus haec, quam vides, in se plura continet quae per ordi» nem sunt dicenda . . . ».

Codicem foliorum 104 dono dederat comes Iacobus Zabarella Octavio Ferrario, bibliothecae gymnasii patavini praefecto.

Cod. 10 chart., saec. XVI, a. 222, l. 153 [L. VIII, LXIV]. Mr.

Incipit brevis collectio artis musicae [sacrae] per reverendum D. R. de Francia. « Cantate Domino et benedicite nomini eius, » ps. 95. Dicit Augustinus quod musica . . . ».

Opus novem capitulis absolutum sic concluditur: « Expli» cit brevis collectio artis musicae, tam ex terminationibus anti» quorum, quam modernorum magistrorum in hac arte perito» rum, pro utilitate incipientium in hoc parvo libello aggregata, » ut simpliciores ad divinas laudes decantandas citius instrue» rentur. Deo gratias per me scriptorem Emericum de Seler, ad » placitum presbyteri Iacobi de Guidi ».

CLASSIS XXI.

HISTORIA ECCLESIASTICA.

Cod. I membr., saec. XIV, a. 297, l. 210 [Z. L, CCCXLVII]. B.

I. Eusebii Pamphili, caesareensis episcopi historiae ecclesiasticae libri novem, Ruffino aquileiensi interprete. Verba praevia Rufini Cromatio episcopo: « Peritorum dicunt esse medicorum, » ubi imminere urbibus vel regionibus generales viderunt mor» bos . . . »; prooemium auctoris: « Successiones sanctorum Apo» stolorum et tempora quae a Salvatore nostro ad nos usque decursa sunt ... », f. 2-63.

Noni libri finem excipit nota Eusebii, quae in editionibus desideratur: « Huc usque nobis Eusebius Caesareensis rerum » in ecclesia gestarum memoriam tradit, cetera vero quae usque » ad praesens tempus per ordinem secuta sunt, quo in maiorum » reperimus scriptis vel nostra memoria attigit, patris religiosi » praeceptis et in hoc parentes, quantum potuerimus breviter ad» demus ». Opus, *liber temporum*, *chronicon*, *chronica*, *chronica historica*, *chronici canones omnimodae historiae*, appellatum, pluries editum, duobus constat libris, primo *chronographia*, altero *chronicus canon* appellatis.

II. Ruffini, presbyteri aquileiensis, *historiae ecclesiasticae libri decimus et undecimus*. « Cum apud Alexandriam post Achil» lam, qui Petro martyri successerat, Alexander sacerdotium ...», f. 63-77.

Fol. 78-80 occurrit index generalis, manu seriori.

Codex, duplici columna, initialibus litteris pictis, praestat puritate lectionis.

Cod. 2 membr., saec. XV, a. 300, l. 207 [Z. L, CCCXLVIII]. B.

I. Eusebii Pamphili, βίβλος χρονικοῦ, *hoc est liber temporum, incipit, quem Hieronymus presbyter, divino eius ingenio, suis latinum facere curavit.* Prooemium interpretis: « Eubesius Hierony» mus Vincentio et Gallieno suis salutem. Vetus iste disertorum » mos fuit ut, exercendi causa ingenii ... »; breviarum: « Moysen gentis hebreae, qui primus omnium prophetarum ante adventum » Domini ... », f. 1-36.

II. Hieronymi (s.) *additio.* Post verba: « Hucusque historiam » scribit Eusebius Pamphyl. martyris contubernalis, cui nos ista » subiecimus », inc: Arnobius rhetor in Africa clarus habetur, qui » cum Sicone . . ., f. 136-141.

III. Prosperi. *additiones.* Post verba: « Hucusque Hierony» mus presbyter ordinem praecedentium digessit annorum: nos » quae consecuta sunt adiicere curavimus. Igitur Valente a Go» this in Thracia concremato . . . », f. 142-148.

Sub fine legitur nomen auctoris: *Hucusque Prosper* (Tiro Aquitanus) *scripsit.*

Codicem, membrana egregia diligenter exscriptum, valde commendant picturae duplicis litterae initialis, maxime quae in titulo cum diagrammatibus, coloribus et auro concinne expressis, ac insigniis Bessarionis.

Cod. 3 membr., 1450, a. 274, l. 185 [L. IX, I] Mk.

Eusebii Pamphyli, *temporum liber, seu chronicon ab Adamo ad annum Christi* 326, *ex interpretatione s. Hieronymi, cum continuatione eiusdem et Prosperi Tironis aquitani.*

Codex, folior. 163, tereti ac candidiori membrana pereleganter scriptus, habet litteras initiales aliquot affabre pictas auroque conspicuas, presertim vero ornamenta folio 13, titulum codicis sincerum, urbem et annum scriptionis circumstantia: « Ordo plenarius succedentium sibi temporum ab Abraham usque » in consulatum Valentis VI et Valentiani (sic) II, per annos II » CCCXCV Patavii, MCCCCL ». Folio vero 133 exstat imago

pulcherrima infantis Jesu super foenum posita, in cista viminibus contexta, ad vivum expressa, maiestatem suavitatemque spirans.

Cod. 4 chart., saec. XV, a. 216, l. 150 [L. IX, LXXVI]. N.

Eiusdem, *chronicon ecclesiasticum, cum eadem continuatione*. Principio legitur: « Adiuro te, quicumque hos scripseris libros » per Domin. nostrum Jesum Christum et gloriosum eius adventum, in quo veniet iudicare vivos et mortuos, ut conferas quod » scripseris et emendes ad exemplaria, de quibus scripseris, diligenter, et hoc adiuvationis genus transcribas et transferas in » eum codicem quem descripseris ».

Codicem, foliorum 80, concludunt verba: « Hic finit Prosper » post Hieronymum. In 1468, 18 kalendas octobris, hora 22, » perfeci ». Folio primo annotatum: « Hic liber est Pauli Mauri » grammatici, 1531, 18 februarii ».

Cod. 5 membr., 1456, a. 313, l. 205 [Z. L, CCCXLV]. B.

I. Eiusdem, *liber historiae ecclesiasticae, quam beatus Ruffinus praesbyter de graeco in latinum transtulit*. Libri novem, f. 1-126.

Eadem est, ac in codice superiori Ruffini nota, quae finit: » quantum potuimus addidimus ».

II. Ruffini, *historiae ecclesiasticae libri decimus et undecimus*. f. 126-153. Cuique libro praeest index capitulorum, capitulo titulus.

Codex candida ac tenuiori membrana egregie exscriptus, cum titulo picto et aurato, quo insignia viri I. E. (Emo) conspicua sunt, finit: « Per me Arnoldum Veer de Zautboemel, canonicum » ecclesiae beati Martini Zautboetmellen, traiectensis diocesis de » Alamannia, anno MCCCCLVI, septima decembris ».

Cod. 6 membr., 1469, a. 282, l. 190 [Z. L, CCCXLVI].

I. Eusebii Pamphili, *historia eadem*, f. 1-159.
Eadem nota Ruffini ad finem noni libri.

II. Ruffini, *historiae eiusdem libri decimus et undecimus*, f. 159-193.

Libro cuique praeit capitulorum index.

Codex, cuius frontem exornant littera initialis picta et aurata, ac insignia Bessarionis, praestantiori membrana belle exscriptus, finit: « Iste liber fuit scriptus domi et iussu reverend. in Christo » p. et d. domini Bessarionis, divina gratia, episcopi sabinensis, » sacrosanctae rom. eccl. cardin. nic. et patr. constant.; expletus » penultima die mensis octobris, Domini millesimo CCCC LXIX, » pontificatus sanctiss. dni nostri domini Pauli, ec...... Romae, » apud sanctos apostolos ». Quae inscriptio probat Bessarionem, post annum 1468, quo codices mss. reipublicae donavit, alios quoque obtulisse.

Cod. 7 chart., saec. XII, a. 358, l. 230 [Z. L, CCCL].

Pauli Orosii, *historiarum libri VII, adversus paganos*. Prologus: « Praeceptis tuis piis parui, beatissime pater Augustine, » atque utinam tam efficaciter quam libenter... » ; liber primus: « Ab orbe condito usque ad urbem conditam, dehinc » usque ad Caesaris principatum... ».

Opus quod rite ad historiam universalem aevo medio addiscendam inservit, centies, sermone quoque italico, gallico, teutonico, anglico, excusum est.

Codicem, fol. 80, lectionis gratia, caeteris praestare coniicio ex eo quod Potthast reliquis in bibliothecis valencianensi, carnutensi, bononiensi, audomaropolitana, bruxellensi, desdrensi, parisina, montispessulanensi, traiectina, sinceritatis deneget laudes (1).

Cod. 8 membr., saec XI, a. 270, l. 188 [L. IX, LXIX]. Mk.

Historia ecclesiastica, quae tripartita vocatur, a Cassiodoro videlicet senatore romano, ex tribus graecis philosophis assumpta, idest Socrate, Sozomeno et Theodorito, atque ab eodem Cassiodoro,

(1) *Bibliotheca medii aevi*. Berlin, 1862, p. 475.

ad sanctae ecclesiae utilitatem, de graeco in latinum translata, in cuius voluminis exordio hanc edidit praefationem. « Utiliter ni» mis in capite libri praefatio ponitur, ubi futuri operis qualitas » indicatur . . . », f. 183.

Magnus Aurelius Cassiodorus usus est versione latina Epiphanii scholastici, quam in epitomen duodecim libris (ann. 306-441) redegit. Auctor, senator, exquaestor, exconsul, ex magister officiorum, expraefectus praetorii, et patricius; item vivariensis, seu castelliensis monasterii fundator et abbas, *necessarium duxit* eorum auctorum dicta, *per Epiphanium scholasticum latino condita eloquio, deflorata colligere cum auctoris sui nomine in ordine collocare*, scopo sibi proposito hanc historiam *mirabiliter conscriptam*, monachis suis vivariensibus minime defuturam.

Duo loca huius operis difficultatibus obnoxia notavit I. Garetius in *Cassiodori opera omnia*, Rotomagi, a. 1679 edita, *quippe diu multumque haesit* in iis, *manuscriptorum codicum auxilio, emendandis*. In hoc tamen ut et proxime insequenti codice, eorum locorum lectiones iis congruunt quas repudiavit Garetius. In utroque reapse legitur libr. IX, cap. 38 : « Romani enim tres an» te pascha septimanas . . . », et cap. 40 : « In qua ecclesia neque » episcopus, nec alter quisquam coram populo dicet . . . . . », monachus vero Maurinus, primo loco legit : « Romani enim sex » ante pascha septimanas . . . » ; altero : « In qua ecclesia neque » episcopus, neque alter quisquam coram populo docet ».

Folio extremo haec adnotata sunt : « Iste liber qui dicitur » *historia tripartita* est conventus fratrum ordinis Praedicato» rum, et conceditur magistro Aymerico, de mandato venerabi» lis patris, fratris . . . . prioris principalis Lombardiae inferioris » eiusdem ordinis ». Folia duo, compingendo volumini aptata, capitulis inscribuntur statutorum Faventiae, quibus ingesta memoria Imolae et portus ravennatensis. Codex Parisios anno 1797 delatum, 1815 ad lares redux, refert typum impressum bibliothecae nationalis parisinae.

Cod. 9 membr., saec XV, a. 343, l. 232 [L. IX, LXXXVIII].

Historiae ecclesiasticae ex Socrate, et Sozomeno, et Theodorito in unum collectae et nuper de graeco in latinum translatae, libri numero XII.

Codex folior. 185, quem membranae nitor, ac picturae auratae in titulo, cum duplicis familiae insigniis, valde commendant.

Cod. 10 membr., saec. XIII, a. 366, l. 235 [Z. L, CCCLI]. B.

Petri Comestoris, *historia scholastica*. Nuncupatio. « Reverendo patri et domino suo Willelmo (a manibus albis), Dei gratia, senonensi archiepiscopo, Petrus, servus Christi, presbyter trecensis . . . » ; prologus : « Imperatorie maiestatis est » tres in palatio habere mansiones, auditorium . . . . » ; liber primus ; « In principio erat verbum et verbum erat principium in » quo et per quod . . . ».

In fine est caput alia manu exaratum, quod in editoribus desideratur : « Petrus et Paulus Romae sepulti sunt ; Andreas » Patrae, civitate Acaiae ; Jacobus Zebedaei in arce Marmarica ; » Joannes in Epheso ; Philippus cum filiabus suis in Hierapoli » Asiae ; Bartholomaeus in Albone, civitate maioris Armeniae ; » Thomas in Colamia, civitate Iudae ; Matthaeus in montibus » Parthorum ; Marcus Alexandriae ; Iacobus Alphaei iuxta tem» plum ; Thaddaeus et Judas in Britio Edessenorum ; Simon Cleo» phas, qui et Judas post Jacobum episc. CXX annorum, cruci» fixus est in Jerusalem, Traiano mandante ; Titus Cretae ; » Crescens in Galliis ; Eunucus Candacis reginae, unus ex LXX » apostolis in Arabia, quae felix, passus est, ut . . . Clemens in » quinto libro *hypotyposeon*, idest *informationum* ».

Auctor, Comestor appellatus, quod plures comederit libros (1), trecensis ecclesiae decanus, theologicae facultati Parisiis anno 1164-1169 praefectus, mortuus est apud Sanctum Victorem a.

(1) Eius fepulchri inscriptio :
« Petrus eram, quem petra tegit, dictusque Comestor :
« Nunc comedor . . . ».

1178 vel 1185. Narrationem historiae sacrae a principio *Geneseos* ad *Actus apostolorum* cum profanae, a glossis veteris testamenti, commiscuit. Operis finem et materiam sic vero in littera dedicationis attingit : « Causa suscepti laboris, fuit instans peticio so- » ciorum qui cum historiam sacrae scripturae in serie et glossis » lectitarent brevem nimis et inexpositam, opus aggredi me com- » pulerunt, ad quod pro veritate historiae consequenda recurre- » rent. In quo sic animus stilo imperavit, ut a dictis patrum non » recederem, licet novitas favorabilis sit et mulceat aures. Porro » a cosmographia Moysis inchoans, rivulum historicum deduxi » usque ad ascensionem Salvatoris, pelagus mysteriorum peritio- » ribus relinquens, in quibus et vetera persequi et nova cudere » licet. De historiis quoque ethnicorum quaedam incidentia pro » ratione temporum inserui, instar rivuli qui secus alveum diver- » ticula quae invenerit replens . praeterfluere tamen non ces- » sat . . . ». Non abs re est annotare, librum eo favore exceptum ut suo aevo *Sententiis Lombardi* et *Decreto Gratiani* par haberetur, ac pluries typis daretur , italice quoque ac gallice versus.

Codex, folior. 253, belle duplici columna exscriptus, habet litteras initiales et titulos rubro et caeruleo colore conspicuos.

Cod. II membr., saec. XIII, a. 358, l. 240 [L. IX, XXI]. X.

I. Eiusdem, *historia scholastica*, f. 7-201.

Haec praeeunt epistolae dedicationis: « Prooemium est hic » sequens prologus, et differentia talis : in prologo nullam facit » mentionem sequentis operis, in prooemio praelibationem sequen- » tium cum benevolentiae captatione ».

Foliis praecedentibus 1-6 tabulis auropictis offertur rosa ventorum, et compendium historiae sacrae usque ad resurrectionem Christi.

II. *Summa magistri Joannis Beleth, de reddenda ratione ecclesiasticorum officiorum, et quare et a quibus sint instituta, ac de quibus festis sanctorum.* « In primitiva ecclesia prohibitum » erat ne quis loqueretur linguis, nec esset qui interpretare- » tur . . . », f. 202-217.

Codex serius ab initio inscriptus : « Anno Domini M.CCCC. » XXXI, circa festum beatae Catherinae virginis, Hungari sunt » interempti, et quidam ex ipsis devastati in partibus Ciliae per » Almanos quosdam inhabitatores status ipsius Ciliae, regnante » strenuissimo principe, rege Sigismundo ».

Cod. 12 chart., saec. XIV a. 241, l. 160 [L. IX, XXXIII]. Ma.

Petri Comestoris, *historia scholastica*. Folia 251.

Codd. 13-15 chart., saec. XVIII, a. 355, l. 231; a. 322, l. 220; a. 293, l. 198 [L. IX, LII-LIV]. Mt.

Andreae Galland, *apparatus pro nova annalium ecclesiasticorum Caesaris Baronii cardinalis, nec non pro editione aliorum eiusdem operum.*

Volumina tria quorum primum inscripsit Galland: *Caesaris Baronii, ex congregatione oratorii s. r. e. presbyteri cardinalis opera omnia, quae ab eodem praeter annales ecclesiasticos, fuere conscripta, collegit, magnam partem nunc primum edidit notisque illustravit unus ex presbyteris eiusdem congregationis oratorii. Accedit bibliotheca martyrologica, seu veterum kalendariorum martyrologiorumque, quotquot hactenus in lucem prodierunt, amplissima collectio, multis huiusmodi primigeniae antiquitatis monumentis hucusque ineditis longe locupletata.* Sequitur prooemium : « Quum enim ab eruditis viris hactenus fuerit » expetitum ut publicum lucis usum frueretur . . . », f. 1-5.

Titulum alterum : *Annales ecclesiastici Caesaris cardinalis Baronii, apologeticis virorum doctissimorum scriptis nunc primum in unum collectis, vindicati et illustrati. Accesserunt Pauli Benii et Danielis Papebrochii dissertationes, nec non Antonii Pagi regulae caesareorum consulatuum vindicatae, ad eosdem annales ecclesiasticos pertinentes. Praemittitur eiusdem Baronii vita, auctore Angelo Buccio romano, congregationis oratorii presbytero, nunc primum in lucem edita, cura et studio unius ex presbyteris congregationis oratorii*, excipit index opusculorum, f. 11-12.

Volumine primo comprehenduntur:

a. *Vita Caesaris cardin. Baronii, auctore Michaele Angelo Buccio romano, congregationis oratorii presbytero, ex originali descripta, et nunc primum in lucem edita.* « Caesaris Baronii vi-
» tam alias nobis funebri oratione comprehensam, latius nunc
» explicatam . . . », f. 25-78.

Narrationi capitibus quadraginta, cohaeret auctoris oratio *in funere ill. ac rev. d. d. Caesaris Baronii sorani, ex congregatione oratorii*, publici iuris facta Romae a. 1607. Annotationes ad Buccium insunt f. 85-86.

b. *De insigni cardinalis Baronii virtute testimonium. r. cl. Jacobi Sirmondi soc. Jesu:* itale. « Della santa memoria del card.
» Baronio posso dire con verità . . . », f. 79-84.

Elogium exstat inter varia Sirmondi opera, t. IV, p. 739.

c. Pauli Benii, eugubini, sacrae theologiae doctoris, *de ecclesiasticis Baronii cardinalis annalibus disputatio, quam sane auctor ad virum clarissimum atque omni virtutum laude ornatissimum Joannem Vincentium Pinellum conscriptam, Clementi VIII pont. max. dat, donat, ac dicat.* Capitula viginti. Dedicatio Clementi pp. VIII incip.: « Ioannes Vincentius Pinelli, quem ego semper feci . . . »; dissertatio vero: « Parebo tandem, Pinelle
» ornat., ac libentissime parebo . . . », f. 88-90, 92-95, 95-119, 122-150.

Exemplum editionis romanae, anni 1595, in 4.° pluries a Galland vel ex integro, vel per fragmenta repetita, cum annotationibus propriis.

d. Danielis Papebrochii, soc. Jesu presb. *dissertatio de annalibus ecclesiasticis nunquam satis laudandis Caesaris cardin. Baronii in annum Christi* 1198 *ineuntem desinentibus.* « Illu-
» strissimus Caesar cardin. Baronius cum pontificatu Caelestini
» III . . ., f. 90-91, 152-161.

Edito operi adduntur notae a Galland, f. 159-161.

e. *Vindiciae regularum consulatuum caesareorum r. p. Antonii Pagi, ord. min. convent. doctoris theologi.* « Cogitanti mihi, vir
» illustr. et eruditiss., aliquod grati animi argumentum . . . Da-
» tum Aquis Sextiis, III kal. april., 1684 . . . ». Capitula vigintiquatuor, f. 162-181.

f. Andreae Galland, *praefationes in novam editionem operum Caesaris Baronii a se paratam:* Prima: « Multum quidem debet » Baronius vir maximus, multum quidem respublica... ». Altera: « Quanti olim fecerint, etiamnumque faciant eruditi » viri, doctissimas Caesaris cardin. Baronii lucubrationes... « Kalend. ianuarii, 1757 », f. 182-190.

g. —— *de martyrologio romano varia*, fol. 195-208.

h. *Historia critica de annalibus ecclesiasticis venerabilis Caesaris Baronii, s. r. e. cardinalis.* Capitula sex. « Quandoqui- » dem omnium actorum Caesaris card. Baronii, venerabilis me- » moriae... », f 211-271.

Annotationes accedunt f. 275-288.

i. Andreae Galland, *observatiunculae in Ioannis Alberti Fabricii bibliothecam mediae et infimae latinitatis, corrigendae, inscriptae Ioanni Dominico Mansi.* « Et primo quidem hic de- » scribenda duo, quae de consilio institutoque Fabriciano.. », f. 289-306.

k. Index, nullo ordine, operum, ex quibus plura ad Caroli Magni gesta ac documenta erui possunt, f. 311-321.

l. Benedicti pp. XIV, *breve episcopo ferulensi, hispanae inquisitionis maiori inquisitori, de operibus Henrici cardin. Norisii.* « Dum praeterito mense iunio, ut aere liberiori frueremur, » in arce castri Gandulphi .... Romae, 31 iulii, 1748 », f. 322-325.

m. Notitiae breviores virorum Bernardi Bouyer de Fontenelle, Nicolai de Malebranche, Francisci Granet, Ioannis Lamii, Petri Baelii, f. 325-331.

Volumen alterum habet syllabum scriptorum diligentissimum qui quoquo modo Caesaris Baronii opera excusserunt. Ii sunt diversimode iudicantes, consarcinatores, epitomistae, continuatores, laudatores ut et obtrectatores tum catholici, tum haeretici: eorum agmen concludunt *elogia et testimonia illustrium et clarissimorum virorum de Caesare Baronio s. r. e. cardinali.*

Tertium volumen continet apparatum pro nona editione *Annalium* Baronii, cuius partes singillatim excutere supervacaneum foret. Id annoto tantum, sub fine typum aeneum exstare

epistolae autographae s. Francisci Salesii, datae Gebennae, 26 aug. 1613, quae incipit. « Attulit mihi paternitatis vestrae lit- » teras dilectissimus nobis magister Gabriel . . . ».

Haec aliaque plura collector diligentissimus Raymundo Albericio, congregationis oratorii romani presbytero, syllogem epistolarum et opuscolorum Baronii paranti, ut in huius operis Romae, annis 1759-1770, triplici volumine editi, prooemio : « Intellexi amicum mihi familiarissimum dilectissimumque Io- » sephum Blanchinum veronensem, huius nostrae congregatio- » nis presbyterum saecularem, virum pietate, eruditione, editis- » que operibus toto orbe notissimum, multis abhinc annis ea- » dem cardinalis Baroni monumenta transcribenda curasse, et » ad clarissimum Andream Galland, oratorii quoque presbyte- » rum, Venetias misisse, qui eadem iamdiu in publicam proferre » lucem cogitabat. Quapropter cum eundem Galland mei huius » consilii per litteras certiorem fecissem, rogassemque, ut, si ei » id perficiendi otium, sive facultas non esset, ab incepto de- » sisteret (multa enim ego inveneram, collegeramque ven. Ba- » ronii monumenta, quibus ille carebat) ; aut, si id nollet, si- » gnificassem, me omnia quae haberem Baroniana scripta, ei- » dem libenter communicaturum ; ipse, qua est humanitate » praeditus, datis ad me litteris, non modo huius editionis pro- » vinciam mihi reliquit, verum etiam quaecumque a Blanchino » acceperat lubentissime ad me mittere non dubitavit ».

Cod. 16 chart., saec. XVIII, a. 300, l. 215 [L. III, CLXXX]. R.

Bernardi Mariae de Rubeis, *dissertationes ecclesiasticae autographae variae, nondum editae.*

I. *De Cristo et apostolis.*

a. *Dissertationes septem de Christo*, f. 4-91.

b. — — *tres de divo Petro*, f. 91-118.

c. *Dissertatio de divo Paolo apostolo ac gentium doctore*, f. 118-128.

d. *Dissertationes duae de conciliis apostolorum veris et confictis*, f. 128-150.

II. *Dissertationes in principaliora historiae ecclesiasticae*

capita, ad secundum usque quartum aerae christianae saeculum spectantia.

a. *De romanorum imperatorum saeculi secundi serie, priorumque pontificum, qui romanam ecclesiam rexerunt, successione et chronologia*, f. 151-155.

b. *De martyribus quatuor primorum saeculorum*, f. 155-161.

c. *De Marcione, eiusque appellatione a sententia patris ad sedem apostolicam, nec non in haeresim lapsu, dissertationes tres*, f. 161-167.

d. *De Gnosticorum origine et polytheismo ab ipsis inducto dissertationes tres*, f. 168-195.

e. *De Chiliastarum seu Millenariorum errore, dissertationes quatuor*, f. 195-212.

f. *De Montanistarum haeresi et moribus ac condemnatione dissertationes quatuor*, f. 212-224.

g. *De Quartodecimanis, et primum de controversia circa celebrationem paschatis, dissertationes quatuor*, f. 224-232.

h. *De epistolis decretalibus veterum pontificum romanorum usque ad Siricium*, f. 232-237.

i. *De operibus Dyonisio Areopagitae tributis*, f. 237-247.

k. *De Tertulliano, eiusque erroribus et haeresibus*, f. 247-251.

Sub fine indicis [f. 1-3] auctor notavit: « Si avverte che » tutte le dissertazioni contenute in questo tomo sono compite, » ed alcune, secondo il mio debole sentimento, hanno delle noti» zie particolari, che non si trovano facilmente nei libri ordinarj » stampati.

Codd. 17-20 chart., saec. XVIII, a. 236, l. 172 [L. IX, CXIX-CXXII]. R.

Eiusdem, *historia ecclesiastica, autographa*. Volumen primum agit *de scriptoribus et scriptis ecclesiasticis*, a saeculo primo ad octavum absolutum, pag. 263; alterum a nono ad decimum tertium inclusive, pag. 289; tertium de haeresibus et conciliis saeculorum primi usque octavum, pag. 412;

extremum continet dissertationes plures in historiam ecclesiasticam saeculi I usque quartum, pag. 1-113, ac appendicem ad historiam primi saeculi.

Cod. 21 membr., saec. XIV, a. 269, l. 200 [L. IX, LXX]. N.

Bonincontri, origine mantuani, natione bononiensis, ducis et communis Venetiarum notarii, ***historia de discordia et persecutione quam habuit ecclesia cum imp. Federico Barbarossa, tempore Alexandri III summi pont., et demum de pace facta Venetiis et habita inter eos.*** « Exsurge gloria Venetorum, converte plan» ctum pontificis in gaudium, quoniam te circumdat laetitiae ve» stimentum . . . ». Folia 6.

Opella, capitibus septem supra viginti, codice pereleganti cum ornamentis et figuris coloratis et auratis, finit: « Ego Bo» nincontrus, licet origine mantuanus, natione quoque bononien» sis, tamem verbo et opere totus venetus et rivaltensis, domini » ducis et communis Venetiarum notarius et officialis, hanc prae» dictam honorabilem historiam, hoc claro et plano epigram» mate construxi, ad Dei et sancti Marci laudem ac perpetuam » memoriam Venetorum ».

Haec rite annotat de eo Em. Cicogna: « Questo da ogni » confronto di circostanze apparisce essere il primo codice origi» nale di questa storia, e quello stesso che viene ricordato dal » Bardi (1) e dall'Olmo (2): ma il suo autore è certamente di» verso dall' abate Bonincontro de' Boateri, che nel 1380 fu se» polto in s. Giorgio maggiore; e di esso invece, siccome nota» io, si trovano più altre memorie dal 1317 al 1346, nelle quali » apparisce figlio del fu Nicolò de' Bovi da Mantova. Il codice » medesimo in sostanza è una compilazione tolta dalle cronache » suddette e particolarmente da quella della Carità ». Qui codicem Marciae dono dedit, et titulum belle adscripsit, et infra notavit:

(1) *Vittoria navale*, ec. Venezia 1584, p. 144.
(2) *Historia della venuta*, ec. p. 23.

» *Olim Aldi Manutii P. F. A. N. — Anno vero MDCC LXXIIII*
» *— Jacobi Morellii clerici veneti* ».

Hanc eandem historiolam exscripsit Ulmus ex codice membranaceo fratrum Ioannis Francisci et Alexandri Basadonna, nostro [I. VII, 221, p. 33-44].

Cod. 22 membr., saec. XIV, a. 302, l. 236 [Z. L, CCCCX]. E.

Liber secretorum fidelium crucis super terrae sanctae recuperatione et consecratione, auctore *Marino Sanuto* dicto *Torsello*, patricio veneto, ab eo Ioanni pp. vigesimo secundo nuncupatus.

Opus universum anno 1306 inceptum, 1321 absolutum, edidit Bongarsius p. 1-281 alterius voluminis collectionis, titulo *Gesta Dei per Francos*. Pars quintadecima libri tertii, praeit f. 89-101, decimae quartae.

Constat auctorem pluries narrationem retractasse, proindeque codicum seriem protulisse, qui occurrunt Parisiis, Monachii, Bruxellis, Valentianae. Ceterum codicis nostri originem primam asserunt tabularum quas apparaverat defectus, nec non ditissimae marginum additiones, quas impresso legimus insertas textui.

Codicem, folior. 113, splendidiorem reddunt picturae et ornamenta auro illita: titulo siquidem occurrunt emblemata evangelistarum, auctor stans pontifici sedenti librum offerens, puerulus floribus insidens. Passim habentur litterae initiales diagrammatibus, picturae paratis, conspicuae.

Cod. 23 membr., saec. XIV, a. 231, l. 168 [Z. L, DXLVII].

Operis eiusdem liber primus, vulgo *conditiones terrae sanctae*, quod partibus quinque contineat *dispositionem ac praeparationem ad terram sanctam recuperandam*.

Codex, folior. septendecim, quo ornamenta picta et aurata, velut *Christus resurgens, sepulcrum Domini, piae mulieres, angeli volantes aut tubis canentes, evangelistarum emblemata, auctor librum pontifici porrigens, aves, pulli gallinacei, draco, palmae, arundines, flores, litterae initiales*, ita redundant ut libellum, artis et

temporis gratia, reddant pretiosiorem. Folio extremo legitur: « Acquisitum per me Ioannem Petrum de Pornis de Mediolano, » a manibus Teucrorum - MDII, nativitatis XLI ».

Cod. 24 chart., saec. XVI, a. 268, l. 202 [L. IX, XLII]. O.

I. *Instructiones ordinatae per r. r. d. d. cardinales deputatos rhotomagensem, theanensem, papiensem, et senensem, die sabbati XX maii, MCCCCLXXII, pro r. d. cardinali sancti Marci, s. s. d. n. Sixti pp. IV in Germaniam, Hungariam, et Poloniam legato destinato.* « In primis accedet maiestatem imperialem, cui, » post salutem et apostolicam benedictionem, communicabit... », f. 1-4.

Legato praeceptum: imperatorem ad bellum contra Turcas, Hungariae et Poloniae reges ad mutuam pacem hortetur; quibus etiam confirmationem pacis inter Polonos et equites theutonicos initae proponat.

II. Sixti pp. IV, *instructiones datae Urso de Ursinis, episcopo theanensi, eius nuncio, ad ea quae agenda sunt cum imperatoria maiestate et rege Hungariae.* « Post benedictiones s. d. n., » exponet imperatoriae maiestati, aptis et accomodatis verbis, quod . . . », f. 5-7.

Orator, mense februario anni 1481, cardinali melphitano, die 19 ianuarii legato designato subrogatus, habet in commissis: pacem componat inter imperatorem, ac regem Hungariae; utrumque ad bellum in Turcas moveat. De cetero, instructionibus Alensis (20 sept. 1477) utatur.

III. —— *instructiones de novo mittendae praedicto Urso, in conventu nurembergensi frustra pro pace laboranti, ut imperatori suadeat id negotii vel cardinalium collegio, vel principum conventui deferendum.* « Lectis ac bene consideratis copiis bre- » vium, quae nunc mittuntur.... Romae, 19 dec. 1481 », f. 8-9.

IV. ——. *instructiones eidem, ad ea quae agenda in conventu nurembergensi, praecipue de bello Turcis inferendo.* » In primis dominus episcopus praelatos principes et totum con- » ventum . . . . », f. 9-11.

V. —— *instructiones dom. Lucae, [de Tolentis]*

episcopo sibenicensi, pontificis ad illustr. ducem Burgundiae nuncio et oratore misso die 25 *febr.* 1476. « Primo, post salutem et be- » nedictionem apostolicam, dicet praefatus orator . . . . f. 11-15.

Capta a Turcis Capha Genuensium urbe, pontifex ducem sollicitari vult ad bellum contra eos ineundum, deque ratione expeditionis faciendae tractari.

VI. Eiusdem, *instructiones legatis ad Caesarem.* « Post » exhibitam salutationem, benedictionem et narrationem de ac- » cessu . . . , f. 15-16.

Legatis potifex mandat ut imperatorem inducant ad concordiam cum palatino principe, qui ad sedem apostolicam contra eum appellaverat.

VII. —— *instructio de agendis per r. d. (Joannem Andream) episcopum aleriensem, iturum ad partes Germaniae.* « Primo ibit ad r. d. imperatorem et eius maiestatem visitabit » . . . . . Romae, die 20 septembris, 1477 », f. 17-18.

Missus est Aleriensis ad imperatorem ac regem Hungariae pro pace inter eos facienda, vel saltem induciis paciscendis.

VIII. —— *responsiones ad petitiones maiestatis imperialis.* « Ad primam in qua vult quod oratores eius ipsum et » filium commendent . . . , f. 18-20.

De negotiis multis, at non magni momenti in iis agitur. Missae a pontifice sunt ad imperatorem per archiep. craynensem.

IX. —— *instructiones pro rr. dd. episcopo forlivensi [Alexandro II Numai] et Ioanne Andrea episcopo aleriensi, vel eorum altero, de iis quae acturi sunt pro liberatione r. d. Roberti, archiepiscopi coloniensis.* « Primo adeant sereniss. dom. » imperatorem, cum breve quod suae maiestati scribitur . . . . Romae, die 18 aprilis, 1478 », f. 20-21.

A Philippo lantgravio Hassiae archiepiscopus coloniensis in captivitatem redactus fuerat; qui ut libertate donaretur, pontifex legatos misit ad imperatorem, lantgravium, episcopum trevirensem, et moguntinum, ac Rheni palatinum.

X. —— *instructiones Prospero Camulio episc. cataniensi, ituro ad imperatorem.* « Et primo ibit . . . . Deinde exponet suae » maiestati, quod s. d. n., more boni pastoris . . . . », f. 22-23.

Pontifex mandat legato ut apud imperatorem causam agat

Ludovici a Freiberg, a se electi in episcopatum constantiensem, excluso Othone comite de Sonnenberg, ad eandem sedem a capitulo constantiensi promoto. Monuerat pontifex, antequam aliquid tentaret, intelligeret *an episcopus aleriensis, qui de hoc habuerat commissionem, aliquid conclusit, et si conclusisset aut esset in conclusione, non interrumpat eius factum.*

XI. Eiusdem, *instructio data Joanni de Duchis protonotario apostolico, praeposito ss. Nazarii et Celsi brixiensis et in Ottemburg, augustanae dioecesis.* « Primo quoad ad visitationem mona-» sterii ratisbonensis nullo modo apponat manum .... Romae, 10 » iunii, 1477 », f. 23-24.

XII. —— *instructiones datae Ludovico de Agnellis protonotario apostolico, et Antonio de Grassis, sacri palatii causarum » auditori, ad imperatorem oratoribus.* « Primo salutabunt seren. » .... referantque ei iustificationes .... Romae, 1 dec., 1478...», f. 24-25.

Praecipit pontifex ut imperatorem inducant ad negandum patrocinium Laurentio Mediceo, quod per legatum Jacobum Medium Veneti assequendum tentaverant.

XIII. —— *instructiones Ludovico de Agnellis, de agendis coram imperatore.* « Quamprimum erit in curia imper. maiestatis, omnia sibi commissa .... », f. 25-30.

Pontifex legatum instruit de foedere cum imperatore paciscendo, deque auxilio petendo contra regem Galliarum, Florentinos, Venetos ac Mediolanenses qui, voluntate pontificis posthabita, de concilio oecumenico inter se agebant cogendo, quo ea quae pontifex adversus Laurentium Mediceum gesserat expenderentur.

XIV. —— *instructiones episcopo ratisbonensi [Henrico IV. de Absberg] legato ad Caesarem.* « In primis .... Cum eritis apud » christianiss. filium nostrum ..... », f. 30-31.

Imperatorem, ut pacem habeat cum Hungariae rege in Turcas iam proficiscente, rogari mandat.

XV. *Summa eorum quae coram Sixto pp. IV oratores christianissimi regis Francorum Ludovici XI proposuerunt, et eorum quae a pontifice responsa sunt.* « Petunt quod sanctitas sua de » illis quae adversus Julianum et Laurentium conspiraverunt...», f. 31-34.

Exstat apud Raynaldum, ad ann. 1478, n. XIX et seq.

XVI. Sixti pp. IV, *instructiones in causa salisburgensi.* » Sciat orator mittendus primum omnium et praecipuum finem, » ad quem .... », f. 35-36.

Legatus imperatorem commoneat de iuribus ecclesiae salisburgensi reddendis, et de pace archiepiscopo donanda.

XVII. —— *instructiones archiepiscopo cretensi; oratori cum potestate legati a latere, ad Coloniam et partes Rheni.* » In primis d. archiepiscopus orator pro amovendis litibus .... », » Romae, die 13 iulii, 1472 », f. 37-39.

Eo tendunt instructiones ut legatus concordiam inter archiepiscopum Robertum, palatinum, capitulum et populum coloniensem peragat.

XVIII. —— *instructiones ad regem Hungariae pro pace tractanda inter hunc et Caesarem.* « Post debita salutationis » et benedictionis apostolicae ac reverentiae .... Romae, 15 dec., » 1475 », f. 39-40.

XIX. —— *responsio ad instructiones datas per ven. Dominum Brocardum d. Henrico Mollita, misso per ipsum ad pontificem.* « Et primo respondetur s. d. n. libentissime vidisse » et audiisse ipsum d. Henricum .... », f. 40-43.

Ioanni Burchardo argentinensi, ni fallor, legato suo ad Germaniae principes pontifex respondens, praecipit ut omni studio auxilia conquirat ad bellum, quod in Laurentium Medicem, eiusque fautores parabat.

XX. —— *responsum ad ea quae r. p. d. archiepiscopus craynensis, nominae imperatoris, pontifici attulit.* « Primo » quantum attinet ad bonam suae maiestatis dispositionem ... », f. 43-44.

XXI. —— *instructiones legatis ad christianissimum Franciae regem* « Salutabitis primo ipsum christianissimum re- » gem, et illi nostro nomine benedicetis ... », f. 44-45.

XXII. Innocentii pp. VIII, *instructiones nuncio et oratori suo, de gerendis apud sereniss. regem Hungariae.* « In primis cum ad ... salutabit d. regem Hungariae, nomine ... », f. 45-54 ».

Tractet orator pacem regem inter et Caesarem; archiepiscopi colocensis a rege in vincula coniecti causam cognoscat:

clericorum corruptos mores reformet; ecclesiae decimas pendi curet; pro ecclesiae strigonensis ac Quinque ecclesiarum praepositis apud regem, qui eos beneficiorum suorum redditibus ac posteriorem etiam libertate privaverat, intercedat; Ioannem episcopum varadiensem ab olomucensi sede, in quam se intruserat, deiiciat, eiusque in locum Ioannem episcopum sirmiensem instituat, ac regem ipsum ad bellum in Turcas proferendum hortetur. Haec pontificis mandata.

XXIII. Eiusdem, *instructiones d. Sinolpho cubiculario secreto, nuntio et oratori apostolico ad senense dominium.* « In » primis d. orator salutabit et confortabit illud excelsum domi- » nium . . ., f. 54-55.

Legatum pontifex misit ut Senensibus de mutato civitatis regimine gratuletur, eosque Perusinis, quibuscum, pro annulo b. Mariae virginis sublato, inimicitiae illis erunt, conciliaret.

XXIV. —— *instructiones patri Balthassari, nuncio apostolico ad christian. regem Franciae.* « Audivimus quod no- » bis iuxta communicationes tuas exposuisti . . . », f. 55-57.

Fratri Balthassari, quem iterum ad regem mittit, Innocentius iniungit ut Zizimum Turcarum regis fratrem ad se per equites rhodienses, quorum in potestatem venerat, deduci curet; praeterea de foedere inter se ac regem ineundo agat, et electo episcopo tornacensi suae sedis possessionem impetret.

XXV. —— *instructiones gerendorum a Petro* [II Mensi vicetino] *episcopo caesenatensi, et causarum curiae camerae apostolicae auditore generali apud Ferdinandum regem Siciliae.* « Ex- » ponet suae maiestati quod quamvis ex multis ac crebro itera- » tis querelis . . . », f. 58-59.

Regem legatus moneat ne in regni proceres praeter ius et fas agat; immo pacis constitutae et fidei pontifici datae rationem habeat.

XXVI. —— *responsiones ad litteras et informationes rerum hungaricarum Viennae,* 30 *ianuarii,* 1489 *datas per episcopum hortanum* [Angelum Pecchinolium] *nuncium et oratorem apostol. ad Hungariae regem destinatum.* « Laudat primo et » ante omnia, ac summopere probat . . . », f. 59-65.

Legato mandat pontifex ut regem certiorem reddat de ad-

missis a se Bohemiae ac Romanorum regis legatis, gratulationis de pontificatu accipiendae causa; pro Zizimo ad se deducendo serio laborasse, et Anconitanos, pro quibus rex intercedebat, ecclesiae communione ea una de causa se privasse, quod nonnulla adversus ecclesiasticam libertatem statuissent.

XXVII. Eiusdem, *instructiones Nicolao Franco canonico tarvisino, et sedis apostol. notario, nuncio ac oratori ad Hispaniarum regna et illorum reges ituro.* « In primis exponet seren. d. » Io. Aragonum regi quae sequuntur . . . Romae, die prima apri- » lis, 1488 », f. 65-73.

Quae a pontifice mandata legato fuerint, cognoscere licet ex Raynaldo in *annalibus ecclesiasticis ad anuum* 1475.

XXVIII. —— *instructio super litteris credentialibus ad regem Angliae et archiepiscopos cantuariensem et eboracensem, tradita d. Petro Huse, archidiacono northamptonensi, nuncio apostolico, die* 12 *februarii,* 1491. « In primis postquam incolumis » pervenerit Angliam, salutabit . . . », f. 73-74.

De colligendis a clero anglicano decimis agitur.

XXIX. —— *instructiones particulares datae d. Philippo. nuncio apostolico ad magnum magistrum hospitalis hierosolymitani, et ad soldanum Aegypti et Babiloniae.* « Quoniam in ge- » nerali instructione conceptus s. d. n. non plene apparet . . . », f. 74-79.

Legatus cum magistro ac soldano tractet de pretio, quo Zizimus Turcis restituatur.

XXX. —— *instructiones datae magistro Gratiano de Villanova, sacrae theologiae professori, ordinis Carmelitarum procuratori generali, et suo nuntio ac oratori ad seren. Romanorum regem, die* 12 *aprilis,* 1487. « Cum intellexerit s. d. n. per rela- » tionem magistri Gratiani . . . », f. 79-82.

De rege ad bellum in Turcas magis ac magis adhortando in his agitur.

XXXI. —— *instructiones Leonello Clericato episcopo traguriensi, et Antonio Flores, nunciis et oratoribus apostol. ad Carolum XIII christian. regem Franciae.* « S. d. n. ex iniuncto sibi pastorali officio, pie et recte considerans . . . », f. 82-90.

Curent Zizimum Romam deduci, et facta plurima a senatu

parisiensi adversus ecclesiae iura rescindi; sanctionis pragmaticae vim esse nullam ostendant, auxilium a regem pro ecclesia romana contra Ferdinandum Siciliae regem postulent.

XXXII *Instructiones trium statuum Franciae*. « Postquam » supremo domino nostro regi placuit congregare gentes . . . », f. 90-97.

Scriptionis huius breviarium inscriptum : « Extrait du ca» yer presenté au roy et á son conseil, par les trois estats as» sembléz en la ville de Tours, ès mois de janvier, fevrier, et » mars 1483, pour le bien et profit de son royaume » exstat in opere Petri Pithaei *de libertatibus ecclesiae gallicanae* cap. XXII, n. 26.

XXXIII. Sixti pp. IV, *instructio archiepiscopo rigensi* [Silvestro Stodewäscher], *nuncio et oratori cum potestate legati a latere per omnem provinciam Livoniae*. « In primis, nomine sanct. d. n., praelatis, nobilibus, religiosis et saecularibus . . . », f. 98-99.

Livones in quos Rutheni debacchabantur, ut bono animo esse iuberet, atque ad fidem catholicam constanter tenendam hortaretur, legato mandat pontifex.

XXXIV. Innocentii pp. VIII, *instructio nuncio et oratori apostolico ad Florentinos et ducem Mediolani*. « Cum inter ce» tera pacis foedera anno praeterito inter nos . . . . Romae, die 4 » sept, 1487 », f. 100-104.

Legatum Innocentius misit ut per Florentinos ac Mediolani ducem, Ferdinandum Siciliae regem ad iura sua proceribus regni reddenda et censum ecclesiae romanae debitum persolvendum induceret. Capitula ab octavo ad finem sunt secreta.

XXXV. Sixti pp. IV, *instructiones datae Ioanni Andreae de Grimaldis referendario et magistro domus pontif., profecturo ad seren. dom. Ludovicum, Francorum regem*. « Primo ...... Deinde » exponet vehementissimum suae sanctitatis desiderium . . . », f. 104-105.

Sixtus regi dono misit *sacratissimas reliquias, videlicet de tunica qua Salvator noster indutus est in eius passione; de tunica quam beatus Ioannes Evangelista super tribus illis imposuit, quos a morte ad vitam revocavit; de cineribus corporis Ioannis Baptistae; quae omnia ex sacrario latera-*

nensis basilicae, in qua innumerabiles Sanctorum reliquiae conditae sunt, tamquam praecipua excerpi iussit; addidit etiam de cute capitis beati Antonii de Padua. Deinde gratias egit *de excellentibus donis quibus rex basilicam ipsam lateranensem affecit; de pecuniis ad reparationem basilicae beati Petri missis; de iis quae pro ornatu templi beatae Petronillae erogavit; de insigni argentea arca, in qua sancti Bernardini corpus recondi iussit; de aliis diversis muneribus, quae ad diversa almae urbis pia loca transmisit; ac etiam de restitutione comitatus valentini sanctae romanae ecclesiae*. Tandem multa de Venetis, qui Ferrariam obsidebant, questus est.

XXXVI. Innocentii pp. VIII, *instructio pro d. Ioanne Hersemann, nuncio apostolico in Scotiam ituro*. « Primo conferat se » ad ser. d. regem Scotiae, et impertita sibi, nomine ... », f. 106.

Missus est legatus ut de multis criminibus, quae Patricio archiepiscopo Sancti Andreae objicebantur, inquireret et ad pontificem referret.

XXXVII. Sisto pp. IV. *Risposta agli ambasciatori del re di Francia, dei Fiorentini, e del duca di Milano*. « Primo che la » Santità sua per il passato è stata calunniata et informata... », f. 106-109.

Tiphernum se iure ad fidem sedi apostolicae praestandam armis compellere aggressum, principum faederatorum legatis ostendit.

XXXVIII. —— *Risposta ad Antonio Cecinello, ambasciatore di Ferdinando re di Sicilia*. « Essendo seguita la no» vità di Fiorenza in tanto vilipendio et carico della chiesa... », f. 109-113.

Se ad pacem cum Laurentio Mediceo ineundam paratum esse, pontifex regis oratori testatur.

XXXIX. Alexandri pp. VI, *instructiones datae Ioanni* [VII. de Sacchis] *archiepiscopo ragusino; Hadriano Castellensi* [de Corneto] *protonotario ac apostolicae camerae clerico et secretario domestico; ac Raymundo Centelles, protonotario et thesaurario perusino, nunciis et oratoribus ad Ludovicum Francorum regem christianiss*. « Post datam suae maiestati sanctam benedictio» nem, nomine eius sanctitatis .... », f. 113-116:

Legatis mandat pontifex ut Ludovico XII regnum adeptum gratulentur, ac eundem ad bellum in Turcas, et concordiam cum duce Mediolani moveant.

Edidit ex hoc codice Iacobus Coleti in *Illyrici sacri* t. VI, p. 200-201.

XL. Eiusdem, *instructiones cardinali rhegino* [Petro Isuelles], *legato ad reges Hungariae, Bohemiae et Poloniae.* « Cum » res impiissimorum Turcorum, sicut palam est omnibus...... » Romae, 18 novembris, 1500 », f. 116-126.

Bellum turcicum, quod legato promovendum erat, harum instructionum, ut et sequentium, argumentum est.

XLI. —— *instructiones datae Raimundo tit. s. Mariae novae presbyt. cardin., ad Maximilianum Romanorum regem, electores principes s. r. i., et nationem germanicam legato suo.* « Cum res impiissimorum Turcorum [idem ac praecedentis » principium] », f. 127-133.

XLII. —— *instructiones datae episcopo tyburtino* [Angelo II. Leonino], *oratori ad dominium venetum destinato, super liberatione et restitutione r. d. Ascanii cardinalis et vicecancellarii, Venetiis detenti.* « De perpetua in nos et aposto- » licam sedem fide, prudentia, integritate...Romae, die 4 maii, » 1500 », f. 133-135.

Ut Ascanius Sfortia cardin., qui a Venetis in Ludovici Francorum regis gratiam detentus erat, censuris etiam ecclesiasticis adhibitis, e captivitate eximeretur, Alexander legatum misit. Instructiones exaravit L. Podochatarus.

XLIII. Iulii pp. II, *instructiones datae episcopo aretino, praelato domestico, ad regem et reginam Hispaniarum, universaque illa regna cum potestate legati a latere nuncio et oratori.* « Quan- » do eius vices, licet immeriti, in terris gerimus, qui dixit.... » Romae, die 14 martii, 1504 », f. 135-145.

Ut Galliarum et Hispaniarum reges ad pacem adduceret, eosque cum Florentinis ad reipublicae venetae ruinam, quam moliebatur, incitaret, pontifex legato mandavit. Admonitionem eleganter scripsit Sigismundus Comes, fulginas, a Bembo cardinali laudatus in libello de Guido Ubaldo et Elisabetha, Urbini ducibus.

XLIV. Eiusdem, *instructiones datae Carolo de Carretto,*

marchioni Finarii, electo thebano, pontificis ex mandato, ad christian. regem Francorum redeunti. « In primis exhibito brevi cre- » diticio praefatae clarissimae maiestati . . ., Romae, die 14 maii, » 1504 » f. 145-148.

Pacta, quibus foedus [postea Cameraci ictum] a summis principibus contra Venetos iniri cupiebat, pontifex cum rege communicat.

XLV. Eiusdem, *instructiones datae magistro Mariano de Bartholinis de Perusio, causarum palatii apostolici auditori, nuncio et oratori apost. ad Maximilianum Romanorum regem.* « Ple- » num in Domino, de prudentia, doctrina, singulari fide . . . Ro- » mae, 22 febr, 1504 », f. 148-154.

Legatum pontifex commonet ut Maximilianum ad pacem inter Galliarum et Hispaniarum reges tractandam, ac Venetorum potentiam infringendam adhortetur. Instructionibus adhaeret *credentia nuncii ad Sixtum pp. IV, et ad suae sanctitutis postulationem in scriptis redacta.* « Perceptis per devotiss. filium » nostrum christianiss. regem, dominum nostrum, quaestionibus ..... », f. 154-160.

XLVI. Sixti pp. IV, *instructiones pro d. Nicolao*, [II. Sandonnino] *episcopo mutinensi, eunte ad partes Galliae, qua pontificis nuncio.* « Primo dicet . . . deinde exponet suae serenitati san- » ctiss. d. n. per eius oratorem, nomine Franciscum Querinum..., » Romae, die 13 aug., 1475 », f. 160-163.

XLVII. —— *instructiones datae Antonio Agullana, decretorum doctori, nuncio et oratori apostolico ad Ioannem II Hispaniarum regem.* « Exponet quod dolenter audivimus quod » maiestas sua in certis regnis . . . . ».

Edixerat Ioannes ne sua in ditione litterae apostolicae sine regis approbatione a quoppiam executioni mandarentur. Id generis edictum ut tolleretur, Sixtus nuncium ad regem legavit.

Acta num. XVIII,XXVI,XL exscribenda curavi, in usum academiae litterariae pestinensis, mense iunio, 1852.

Quae hoc in codice sunt, fere omnia et in alio apud Stoschium erant, in elencho manuscriptorum eius, typis edito, iam descripto p. 41.

Cod. 25 membr.-chart., saec. XVI, a. 141, l. 102 [L. IX, XLI]. O.

I. Alexandri pp. VI, *breve quo exemit a congregatione Lombardiae conventum s. Marci de Florentia, ordinis Praedicatorum. Bullata est in conventu s. Marci de Florentia.* « Exigit vestrae » devotionis affectus nec non religionis zelus ut petitionibus ... », f. 1-2.

Breve, datum Romae, die 22 maii, a. 1493, est in *bullario fratrum Praedicatorum,* t. IV, p. 100.

II. —— *breve ad fratrem Hieronymum Savonarola de Ferraria, ordinis Praedicatorum.* « Inter ceteros vineae Domini » Sabaoth operarios te plurimum laborare ... Romae, 21 iulii, 1495 », f. 2-3.

Pontifici relatum fuerat Hieronymum publice dixisse, quae praedicabat, a se divina fuisse revelatione accepta : eundem itaque a se vocat, ea de re ut rationem reddat.

III. Fr. Hieron. Savonarolae, *responsio pontifici.* « Etsi maiorum semper mandatis obtemperandum .... Ex conventu » sancti Marci Florentiae, die ultima maii, 1495 », f. 3-5.

Se Romam protinus ire, per infirmam corporis valetudinem impeditum testatur; nec Florentia tunc excedere posse ait, nisi cum magno civitatis discrimine, quam ab intestinis dissidiis ad concordiam vixdum adduxerat; quam primum pontificis mandato satisfacturum pollicetur.

IV. Alexandri papae VI, *breve ad fratres Praedicatores conventus s. Marci Florentiae.* « Quia divini consilii inscrutabilis » altitudo universali administrandae ecclesiae .... Romae, die » octava septembris, 1495, f. 5-6.

Exstat in additionibus Quetifi ad Savonarolae vitam.

V. Fr. Hieron. Savonarolae, *epistola ad fratrem N. ordinis Praedicatorum.* « Omnes qui pie vivere volunt in Christo Jesu, » persecutiones patientur. Florentiae, die 15 septembris, 1495, f. 7-8.

Amicum rogat ut, quoniam in impiorum hominum persecutionem inciderat, pro se apud cardinalem ordinis protectorem preces adhibeat.

VI. Alexandri papae VI, *breve quo congregationi sancti Marci multos alios conventus concedit.* « Reformationi et aug- » mento vestrae sacrae religionis, prout tenemur.... Romae, » die septima novembris, a. 1496 », f. 9-11.

Est in *bullario fratrum Praedicatorum*, t. IV, p. 124

VII. —— *breve fratribus Annunciatae de Florentia, ordinis Servorum.* « Cum saepenumero a quam plurimis et fide di- » gnis et doctis viris ... Romae, die 12 maii, 1497 », f. 11-13.

Mandat fratribus ut diebus festis, pro concione, Savonarolam ecclesiae communione a se privatum fuisse denuntient.

VIII. Fr. Hier. Savonarolae, *epistola ad Alexandrum pp. VI, de purgatione a quibusdam obiectis.* « Quam ob causam dominus » meus irascitur servo suo.... Florentiae, VII kal. iulii, 1497 », f. 13-14.

Edita in annalibus ecclesiasticis Bzovii, ac Reynaldi, et a Quetifo in additionibus ad Savonarolae vitam.

IX. —— *epistola ad eundem.* « Fides innumeris fulta mi- » raculis et praeclarissimorum virorum divinis operibus ... Flo- » rentiae, VII kal. iulii, MCCCCXCVII. », f. 14-15.

Consolatoria est de obitu Ioannis Borgiae Gandiae ducis, Alexandri filii, misere interempti.

X. —— *epistola ad eundem.* « Cum sit christiani offi- » cium Dei honorem et domini nostri Iesu Christi fidem ... Flo- » rentiae, 3 idus martii, MCCCCXCVIII », f. 15.

Est in *annalibus eccles.* Bzovii et apud Quetifum loco citato, quanquam non eadem ex omni parte.

XI. Florentinorum, *epistola ad Alexandrum pp. VI* « Ut » primum de litteris sanctitatis vestrae nuncium accepit Hieron. » Savonarola.... Ex palatio nostro, die 3 martii, MCCCCXCVIII », f. 16-17.

Exstat apud Quetifum loco citato.

XII. Alexandri pp. VI, *responsio ad Florentinos.* « Nunquam » putavimus eo deveniendum esse ut in rebus Hieron. Savona- » rolae adeo insurgeretis ... », f. 17-20.

Superioribus litteris Florentini suum in Hieronymum Savonarolam studium pontifici significaverant. His pontifex mirari se scribit patrocinium Savonarolae a Florentinis praestari, nec,

ut petierat, eundem Romam deduci, vel ab hominum consortio abstrahi, illos curasse; quando « nostra, inquit, omnis in hoc » versatur intentio ut Hieronymi Savonarolae petulantiam, su- » perbiam, inobedientiam omni severitate ita compescamus, » ut ad cor reversus, et ad pedes nostros humiliatus, veniam » postulet: quam quum petierit [scimus enim quod petet, vobis » impellentibus] et clementer elargiemur, et cor contritum et » humiliatum non despiciemus ». Ut Hieronymum iure ac merito christiana communione privatum omnes habeant, affert multa; Florentinosque monet ne aliter sentientes ei favere pergant. Litteras dum absolvit: « Valete, ait, nihil nobis super » his per litteras, sed operibus tandem respondentes: alioquin » reiteratam inobedientiam vestram amplius non ferendam ul- » turi, totam civitatem Florentiae ecclesiastico interdicto in- » cunctanter subiicemus, tandiu duraturo, quamdiu vestro isto » monstruoso idolo favorem praestabitis ». Scripsit epistolam Felinus Sandaeus, iurisprudentia clarissimus.

XIII. Fr. Hieron. Savonarolae, *epistola serenissimo imperatori.* « Immensae largitatis pater et totius fons et origo bonita- » tis, Deus..., f. 20-22.

Italice reddita est in *miscellaneis Baluzianis a Mansio auctis,* t. I, p. 584.

XIV. —— *epistola ad christianiss. regem Franciae.* « Quan- » tum tibi omnipotens Deus promerendi et bene gerendi occasio- » nem, facultatemque praestiterit... », f. 22-23.

Idem his, quod superioribus ac sequentibus litteris, argumentum est: regem siquidem hortatur ad concilium adversus Alexandrum pontificem cogendum.

XV. —— *epistola ad regem et reginam Hispaniae, pro celebrando concilio contra Alexandrum VI, pont. max.* « Audivi » saepe praeclara gesta vestra in profligandis expugnandisque » infidelibus... », f. 23-25.

Italice exstat in *Baluzii miscellaneis citatis* loco eodem.

XVI. —— Alexandri pp. VI, *epistola ad fratres Minores de observantia, in domo sancti Salvatoris Florentiae.* « Relatum » nobis fuit quanto zelo veritatis et iustitiae accensi... Romae, » die 11 aprilis, 1498, f. 29.

Scripta per Hadrianum exstat apud Quetifum, loco citato. p. 463.

XVII. —— *epistola ad fratr. Franciscum de Apolica, ordinis Minorum: qui praedicavit contra fratrem Hieronymum* ». In» telleximus quanto fervore et iustitia pro veritate. . . . Romae. » die XI aprilis, MCCCCXCVIII », f. 29.

Scriptam per Hadrianum, habet Quetifus loco citato, p. 462.

XVIII. Fratr. Praedicatorum s. Marci de Florentia, *epistola ad Alexandrum pp. VI, post capturam fratris Hieronymi* ». Quan» tum post omnipotentem Deum, beatitudini vestrae debea» mus ... Florentiae, die 21 aprilis, MCCCCXCVIII », f. 30-32.

Ab excommunicatione, in quam, dum Savonarolae studebant, inciderant, absolutionem a pontifice suppliciter petunt; ab illius calliditate ac simulatione se in errorem ductos profitentes.

XIX. Alexandri pp. VI, *breve responsum superiori epistolae.* « Quanto fuimus antea contristati ex inobedientia vestra ... » Romae, die 13 maii, MCCCCXCVIII, f. 32-33.

Pontifex, per litteras et duos e coenobio s. Marci fratres Romam missos, de absolutione rogatus, Florentiam se missurum respondet fratres Ioachimum Turrianum, ordinis Praedicatorum magistrum principem, qui omnem a supplicantibus censuram et irregularitatem tolleret. Non igitur falsum obtrudere Ambrosius Catherinus voluit, quando sancti Marci coenobitas de praestito Savonarolae favore tandem poenituisse, ac veniam a pontifice orasse affirmavit; de quo Catherinum Quetifus [loco cit. p. 474] accusat. In eo Catherinus fallitur, quod rem post Savonarolae mortem accidisse narrat.

XX. *Munus pictantiae concessum fratribus Minoribus de observantia a dominis Florentinis pro persecutione fratris Hieron. Savonarolae, pro persecutione ab ipsis facta in eius morte.* « Con» siderantes nostri magnifici [domini beneficium grande, quod » per medium fratrum observantiae ... », f. 33.

Sexaginta libellas *di piccoli* annuas, ad annos quinos et vicenos Florentini largiuntur fratribus Minoribus *sancti Salvatoris extra portam ad sanctum Miniatem*, Adscriptum est: « Civis qui» dam nobilis Florentinus, camerarius montis, venientibus fra» tribus Minoribus pro pecunia dictae pictantiae, solvendo dixit:

» *Accipite pretium sanguinis iusti, quem tradidistis.* Tunc illi, » accepta pecunia, sicut muti, verecunde discesserunt ».

XXI. Alexandri pp. VI, *breve ad episcopum vasionensem, ordinis Praedicat, de degradatione fratris Hieron. de Ferraria, sociorumque eius.* « Cum in praesentiarum dilectos filios Ioachi» mum Turrianum . . . Romae, die 11 maii, MCCCCXCVIII », f. 33-34.

Scripsit Ioannes Mutinensis. Pontifex facultatem episcopo facit ut cum Ioachimo Turriano, fratrum Praedicat. magistro supremo (1), et Francisco Romulio clerico ilerdensi, Savonarolam sacris dignitatibus spoliare possit.

XXII. Sententia octo virorum, super fratres Hieronymum ferrariensem, Dominicum de Piscia et Silvestrum de Florentia, ordinis Praedicat., lata die 23 [maii] MCCCCXCVIII. « Item » praefati domini octo custodiae et baliae civitatis Florentiae, » servatis servandis . . . », f. 34-35.

Edita in *annalibus ecclesiast.* Bzovii et in Quetifi libro citato, p. 425.

XXIII. *Imago fratris Hieron. Savonarolae ferrariensis posita in medalia aurea, missa christianissimo regi Franciae.* Sequitur. « Circa eius imaginem ita scriptum erat: Hieronymo » Savonarolae ferrariensi, ordinis Praedicatorum, prophetae, viro » ipso, iam pleraque a se praedictorum vidente: in parte vero » posteriore medaliae sic habebatur: Hieron. Savonarola, fer» rariensis ordinis Praedicatorum, propheta et martyr, qui cum » Florentiam, a Christo Domino in vineam suam missus, prophe» tiis eam et apostolicis operibus,] et unanimiter excoluisset, » universae identidem cum Italiae flagellum, tum ecclesiae in» novationem sedulo praenuntians, ab eius tandem agricolis, ope» ra et invidia tepidorum, una cum sociis Dominico et Silvestro » captus, suspensus, lapidatus, combustusque est, et ne quid om» nino gloriosae eorum martyrii coronae deesset, conlectum

(1) Is idem est, cui, construenti bibliothecam coenobii ss. Ioannis et Pauli, senatus venetus a. 1491 indulsit, ut codices mss. cardin. Bessarionis, per inventarium reciperet in eoque conderet; nescio quomodo id executioni mandatum non fuerit.

» etiam cinerem in profluentem Arnum deiecerunt, ut plane de » his propheticum illud David denuntiatum credas: quoniam » probasti nos, Deus, igne nos examinasti, sicut examinatur » argentum, induxisti nos in laqueum, posuisti tribulationes in » dorso nostro, imposuisti homines super capita nostra, transi- » vimus per ignem et aquam, et deduxisti nos in refrigerium. » Passi sunt sub Alexandro VI, pont. max., octavo kal. iunii, » anno Dom. M.CCCCXCVIII », f. 35.

XXIV. Leonis X. pont. max., *breve ad archiepiscopum florentinum et capitulum canonicorum.* « Relatum nobis nuper fuit » quanto zelo charitatis ac iustitiae accensi .... Romae, die 17 » april., MVXV, f. 35-57.

Archiepiscopum et canonicos collaudat quod Theodorum quendam, qui angelici pastoris nomen sibi usurpaverat, et ecclesiae renovationem futuram praedicabat, damnaverint, ac praeterea Hieronymi Savonarolae et Petri Bernardi dogmatibus exstirpandis incubuerint. Eos adhortatur ut in eandem operam insistant, ac multa ut ea de re facere possint, indulget. Scripsit litteras Petrus Bembo.

XXV. Fratris Hieron., *varia manu propria scripta, annis* 1491-1492.

Prima scripta in extrema pagina eius *bibliae*, de 3 febr., 1491 : « In nocte n. vi. vir. et pu. vo. osc. et unus ut arb. » quae verba sic postmodum cum ceteris declarata sunt: « In nocte » natalis vidi virginem et puerum volebam osculari, et unus, ut » arbitror ... ». Prophetiae, puto, non sincerae, nullibi, quod sciam, editae, agunt de eius captura ac crematione, contra clericos, Florentinos, Italiam, Turcas.

XXVI. Fr. Hier. Savonarolae, *epistola fratri Stephano de Codiperto, novitio eiusdem ord. in conventu sanctae Catherinae de Pisis, tempore Lombardorum.* « Multis curis implicatus non po- » tui tuo desiderio satisfacere ... Florentiae, die 22 maii, 1492, f. 39-40.

XXVII. Eiusdem, prioris conventus sancti Marci, *epistola ad fratrem Antonium de Olanda, ord. Praedicat., priorem conventus s. Dominici pratensis.* « Si impetrabitur licentia praedi- » candi pro me a summo pontifice, dabo vobis in praedicatorem

» fratrem Dominicum de Piscia .... Florentiae, in die purifica- » tionis, MCCCXCV, f. 40.

Fratres ad orationem hortatur, ut eius desiderium effectum sortiatur.

XXVIII. Fr. Lucae de Florentia, ord. Praedicat., *opusculum in defensionem fratris Hier. de Ferraria*. Quaeritur an Hier. Sa- » vonarola ferrariensis possit dici haereticus, et videtur quod sic, » quia fuit inventor ... p. 45-79 ».

Frater Lucas Bethinius, Savonarolae alumnus, pro cuius defensione vitam profundere se paratum profitetur, eum ab haeresi, schismate et excommunicatione vindicare conatur; ea proferens quae in tanta pro Savonarola librorum editorum copia haud interest hoc loco referre. Addendum opusculum, typis nunquam impressum, iis quae a Bethinio scripta Echardus (1) et Mazzuchellius (2) commemorant.

XXIX. Fr. Hieronymi de Ferraria, *expositio Habacuch prophetae*. « Inter alias partes ars principalis ponitur ut memoria praeteritorum ......, f. 84-129.

Inter Savonarolae opera a Quetifo et Echardo non est numerata, nec ego editam, aut alibi manu scriptam novi.

Cod. 26 chart., saec. XVII, a. 270, l. 205 [L. X, CLXI]. Z.

Petri Aloysii Carafae, *legatio apostolica, sedente Urbano VIII, pont. max., ad tractum Rheni et ad provincias inferioris Germaniae, obita ab anno* 1624 *usque ad annum* 1634.

Auctor qui Roma die 23 februarii anni 1635 opus nuncupat cardinali Francisco Barbadico, sic epistolam incipit: « Ubi pri- » mum, eminentissime domine, a summo pontifice, ut Italiam re- » peterem imperavit mihi ...», narratio vero legationis: « Pla- » cuit sanctiss. dom. nostro Urbano VIII me ad infulas sacras » ecclesiae tricarensis. »

Quae orator in Germania egerit paucis enarrat: « Quibus- » dam quasi lineis videbor exprimere formam obsequii quod ....

(1) *Script. ord. Praedicat.*, t. II. pag. 221.
(2) *Scrittori d' Italia*, t. II, p. 1098.

» praestare impense studui, sive tuendo apostolicam et ecclesia-
» sticam iurisdictionem, sive in melius provehendo tum religio-
» nem catholicam, tum dignitatem ac disciplinam eorum, qui
» sunt populorum capita, sacerdotes. Adieci ordine suo tragicas
» vicissitudines belli germanici, seriemque lamentabilem prae-
» liorum, expugnationes ac deditiones urbium atque arcium
» praecipuarum, universamque provinciarum et religionis vasti-
» tatem, quae obvenit laniante armis sacrilegis imperii viscera
» Gustavo Adolpho rege Gothorum et Vandalorum. Dum is epi-
» scopatus florentissimos, pulcherrimas et maximas ditiones, il-
» lustria sacerdotum collegia, coenobia virorum, domicilia parthe-
» nia, et loca omnia sacra prostituit militum furori, quasi in aras
» et templa verius, quam in lares et maenia machinis suis to-
» naret, implens exulibus sane miserandis [si spectetur prima
» eorum vel gloria vel fortuna] Germaniae ab se oppressae obia-
» centes quasque ac finitimas regiones ».

Codex, foliorum 120, extremo inscriptus est. *Bon. mense augusti ann.* 1636, *die vigesima prima eiusdem mensis.*

Cod. 27 chart., saec. XVI, a. 326, l. 222 [L. IX, LXVI]. Y.

Epistolae, maxima ex parte autographae, virorum vel genere, vel dignitate, vel litteris illustrium, ad Petrum Paulum Vergerium, nuncium apostolicum ad Ferdinandum regem aliosque Germaniae principes, pro concilio cogendo, pleraeque annis 1533-1535.

Eas dederunt Ferdin. rex Roman.; Iacobus rex Scotiae; Henricus et Georgius duces Saxoniae; Ioachim marchio Brandeburgi; Willelmus comes palatinus, administrator ratisbonensis; Hernestus dux Bavariae, administrator ecclesiae pataviensis; Albertus IV marchio brandeburgicus, archiepiscopus magdeburgensis et moguntinus; Ioannes a Vlatten praepositus xanctensis ac cranenburgensis; Bernardus Clesius episc. tridentinus; Matthaeus Lang e Wellenburg archiepiscopus salisburgensis; Ioannes Faber episcopus vindobonensis [harum exemplum sumpsit Ioseph Floss gymnasii bonnensis professor]; Stanislaus I Thurzo episc. olomucensis, Aegidius Rhem episcopus chiemensis; Christopho-

rus Rauber, episcopus labacensis; Ioannes Cochlaeus [harum exemplum datum Iosepho Floss qui supra, et doctori Otto, domus theologicae vratislaviensis praefecto] Conradus Heresbachius; Georgius Logus silensis; Ioannes Eckius; Ioannes Hanerus; Ioannes Iustinianus; Franciscus Petranigra.

Epistolarum agmen concludunt *articuli a Romanorum caes. maiest. oratore atque legato summi pontificis, oblati Ioanni Friderico principi electori Saxoniae, in causa futuri concilii.*

Cod. 28 chart., saec. XVI, a. 330, l. 220 [L. IX, LXVII]. Yc.

Petri Pauli Vergerii, nuncii apostolici ad Ferdinandum I Romanum regem, *epistolae autographae ad principes et viros illustres, de concilio cogendo.*

Earum potissimae datae sunt annis 1534-1545, Ferdinando regi, Alberto et Georgio marchionibus Brandeburgi, Ludovico comiti palatino Rheni ac Bavariae duci, Ioanni Faber episcopo vindobonensi.

Cod. 29 membr.-chart., saec., XVI, a. 338, l. 217 [L, IX, LXVIII]. Yc.

Monumenta authentica latina et italica ad Petrum Paulum Vergerium, nuncium apostolicum ad Ferdinandum I Romanorum regem, postmodum episcopum iustinopolitanum.

Actis annorum 1530-1536 insunt brevia, vel authentica vel per exempla, pontificum romanorum Clementis VII, ac Pauli III tum Vergerio, tum Ioanni Eckio; epistolae Caroli V imperat. ac Ferdinandi Romanorum regis, Christophori Castilegii regis a secretis; ut et P. P. Vergerii Ferdinando regi, fratri Ioanni Baptistae episcopo polensi, aliisque.

Inest *Ioannis Baptistae Egnatii* admonitio autographa, quae praeit orationi Petri Pauli Vergerii *de unitate et pace ecclesiae,* ad oratores principum Germaniae, qui Vormatiae convenerant, typis editae Venetiis, a 1542 in 4. Comparatione facta, quaedam differunt.

Cod. 30 chart., saec. XVI, a. 282, l. 208 [L. IX, CLXXXI]. D.

I. Hieronymi Aleandri senioris, *consilium super re luterana cum eo communicandum qui ad Germanos mittendus erat nuncius, priusquam de reverendissimo legato, certi quidquam pontifex statuisset.* « Primum omnium oretur Deus assiduis precibus, pu» ra mente .... », f. 2-26.

Auctor postquam de ingenio, morum probitate, modestia, solertia, doctrina, rerum agendarum ac dicendi peritia, facultatibus in nuncio requirendis dixit; remedia contra Luteranorum haeresim adhibenda proponit, ad gravamina praesertim refutanda quae in romanam ecclesiam, libris quoque editis, effutiunt.

II. —— *ad lectorem, quam ob causam non scripta sint haec elegantius.* « In eo opere quod de re luterana, » tam in universum quam speciatim maiore studio componi» mus .... », f. 26-27.

III. —— *epistola Clementi pp. VII.* « Hu» mani generis et auctor et assertor Iesus Christus multus in do» mo patris sui .... », f. 28-29.

Aleander partem alteram tractationis pontifici [Clementi VII, quod Leonem X *patruelem tuum* nominet] nuncupat, quam dilatam, *sinistra valetudine*, dolet. Memoriam ingerit eius in Germaniam legationis, Leonis pp. X nutu, *in discutiendis bibliothecae tuae thesauris.*

IV. —— *liber alter de re luterana.* « Quod » in priori feci libro, quae de remediis contra luteranam haere» sim .... », f. 29-44.

Quod pontifici cum imperatore, Germaniae principibus et praelatis, aliis quoque statibus, per nuncios agendum sit, ut *pestiferae Luteranorum stirpes ab ecclesia Dei evellantur.* Ingruit auctor vehementius in Fridericum exiguum, *in extremo Saxoniae angulo delitescentem, fomentum huius incendii, tyrannum.*

Tractationes primam usque quartam habet codex Vaticanus 3317, de quo plura Mazzuchellius in *Scrittori d'Italia*, t. I, p. 422-424.

V. *Consilium cardinalium Casparis Contareni, Ioannis Petri Caraffa, Iacobi Sadoleti, Reginaldi Poli; ac praelatorum Friderici*

Fregoso, Hieronymi Aleandri, Ioannis Matthaei Giberti, Gregorii Cortes, Thomae Badia, da emendanda ecclesia romana, pontificis Pauti III iussu, anno 1583 *conscriptum.* « Tantum abest ut ver» bis explicare possimus quam magnas gratias respublica chri» stiana .... », f. 46-55.

Consilium istud saepius excusum ideo retuli, quod actis in concilio tridentino inscribatur. Cum de abusibus romanae curiae agatur, non defuerunt qui hac in re ecclesiam romanam calumniati sint, quasi ab omni reformatione abhorrens, libelli huius evulgationem prohibuerit, quem adeo, ut volunt, execrati sunt pontifices romani, ut inter vetitos libros recensendum indicarint: argumento esse quod in indice librorum prohibitorum, Pauli IV iussu, a. 1559 edito, hoc titulo enuntietur: *Liber inscriptus: Consilium de emendanda ecclesia.* At censura haec eam tantum huius *consilii* editionem ferit quam Ioannes Sturmius heterodoxus, adiecta sua epistola, Argentorati 1538 evulgavit.

VI. *Consilium, ut puto, cardinalium Paulo pp. III, quaedam de reformatione ecclesiae sciscitanti.* « Epistola: Vix dici potest » quam magna animi sollicitudine laboremus ... »; tractatio autem: « Compositiones quae expediuntur a datario, pater optime, quantum colligere .... », f. 56-65.

Argumentum excutitur: *num compositiones pecuniarum quae fiunt cum datariis sint licitae;* eo ut a simoniae labe ecclesia Christi vindicetur, contra Luteranorum incriminationes.

VII. Sixti IV summi pontificis, *ad Paulum III optimum pontificem maximum, compositionum defensio.* « Cum multa, Paule » opt., pro christianae reip. salute et ornamento a te fuerint co» gitata ..... », f. 66-80.

De eodem.

VIII. *Proposita et tractata in consultationibus sanctae expeditionis, quae ad Principes mittenda visa.* « Quia magis rebus » administrandis recta concepta antecedere .... », f. 82-90.

De bello in Turcas—num suscipiendum — si suscipiendum, defensivum ne aut offensivum—quae belli susceptionem impedire possent — an susceptum, per omnes christianos principes gerendum — de apparatu belli, scilicet Dei auxilio, pecuniis, copiis militaribus.

IX. *Responsiones quae iudicio meo* [Casparis card. Contareni ad conventum ratisbonensem oratoris] *videntur posse fieri ad interrogata, nomine s. d. n., in materia germanicae nationis et extinctionis haeresis luteranae, salvo semper prudentissimo iudicio s. d. n. et correctione romanorum dominorum meorum.* « In primis » videtur mihi rogandum et exhortandum esse Caesarem .... », f. 93-96.

Auctor instat decreta in conventu vormatiensi revocanda, spirensem impediendum. Sic in *Baronii annalium continuat.* ad a. 1541. « Contarenus, qui Caesari valde gratus erat, etiam » post pacem a Venetis cum Turcis sancitam, et qua ratione » cum Germanis agendum esset apprime callebat, amplissima » potestate a pontifice instructus est, ut haereticos ad fidem ca- » tholicam pelliceret. »

X. *Epistola Ratisbonae data die* 25 *maii,* 1541, *de justificatione, cum opella quoque de eadem.*: « Accepi litteras tuas quae » mihi fuerunt gratissimae quod docte et ingenue explicas- » sent .... ».

Ex rerum adiunctis, puto epistolam a Caspare Contareno legato exscriptam.

XI. Iacobi Sadoleti, *ad principes et populos Germaniae exhortatio gravissima, ut desertis et abiectis pestilentissimarum haeresium insaniis, in gremium catholicae et apostolicae Christi ecclesiae redeant.* « Maxime erat optandum, principes populique » Germaniae, ut nos cuncti .... », f. 111-141.

Oratio, edita pluries, anno, ut puto, 1537 data est, quod scribat: *propinquo* in conventu Vicetiae.

Cod. 31 chart., saec. XVI, a. 270, l. 200 [L. IX, V]. F.

Ioannis Petri Maffeii, *historiarum ab excessu Gregorii XIII pontificis maximi, libri tres.* Folia 102.

Opus publici juris fecit abb. Serassi Bergomi, a. 1747, p. 64, 4. inter opera ejus latina, hoc titulo: *Io. Petri Maffeii, bergomatis, societatis Iesu, historiarum, ab excessu Gregorii XIII, libri tres, Sixti quinti pontificatum complexi* (1585-1590) *ex interioribus romanis tabulariis deprompti, nunc primum prodeunt.*

Carolus Cocquelinus edidit itale Romae, a. 1742. Eam minime absolutam narrat *Ianus Nicius Eritraeus in Pinacothea* II, num. XIV, p. 52. « Accersitus (Maffeius) deinde est a Clemente VIII, » pont. max. in sedes Vaticanas, ut inchoatam historiam eccle- » siasticam, et usque ad Gregorii XIII mortem perductam prose- » queretur, et ad sua tempora protenderet: Manum ille operi » admovit, ac tres libros confecit; sed ne progredi longius pos- » set, mors, quae omnia nostra consilia, aeque conatus in medio » cursu saepe pervertit, causam sustinuit. »

Cod. 32 chart., saec. XVI, a. 270, l. 205 [L. IX, XXXVII]. O.

Anastasii, bibliothecarii summae ac apostolicae sedis, *chronographia tripartita ex Nicephoro, Georgio Syncello ac Theophane.* Prooemium inc: « Ecclesiasticam, carissime frater et digne levita » Christi Ioannes, auctore Deo, scripturus historiam : . . . »

Hoc, opinor, exemplar ab antiquissimo illo Cassinensi, a quo et Vaticanum in editione parisiensi anni 1649 expressum, manavit. Totum saeculo decimoseptimo doctus vir quidam recensuit, ac nedum multis in locis, quos Fabrotius restituit quum opus ederet, emendavit; verum etiam in multis, quos ille praeteriit, graecis historicis ab Anastasio contractis innixus, ex ingenio emaculavit. Emendationes nonnullas afferam, quas noster ad oram libri posuit, ac lectorum iudicio subiecit.

Pag.	linea.	Editio.	Codex ms.
1	13	*prius ex Graecorum fonte*	*purius ex Graecorum fonte*
2	34	*sed inter tua saltem secundum sensus virtutem*	*sed inter tuam saltem secundae mensae suavitatem*
13	7	*parata victoria*	*parta victoria*
—	22	*Et hoc electo*	*Et hoc ejecto*
14	1	*Sitio Alexandrinus*	*Socio Alexandrinus*
18	13	*Criseus Cynicus*	*Crescens Cynicus*
33	24	*Moysem non a Luciano Arriano consecrari*	*Moyses noluit a Luciano Arriano consecrari*

Pag.	linea.	Editio.	Codex ms.
39	32	*te dolose volunt*	*te dolose vocant*
48	10	*nomen miserit*	*non evaserit*
58	6	*Rex autem Helurorum*	*Rex autem Herulorum*
61	*ult.*	*tota Lybia percepta*	*tota Lybia recepta*
70	30	*celarentur dum videlicet*	*celarentur, videbuntur Persae superiores, dum videlicet*
—	43	*in phoeniceis litteris*	*in publicis litteris*
88	15	*caepis eis texere*	*caepit detegere*
92	46	*diligentiam tribuit*	*indulgentiam tribuit*
102	10	*fecit decoloratam hydram illam unitatem*	*fecit hydra decoloratam illam unitatem*
105	11	*et consilio facto*	*et conflictu facto*
113	49	*praelium construentibus*	*praelium conserentibus*
114	35	*et subtilissimam*	*et utilissimam*
116	29	*Exurgens autem*	*Excurrens autem*
117	4	*nimis insidiantem*	*nimis inhiantem*
121	32	*et hanc arte percipias*	*et hanc marte percipias*
122	33	*et ergasteria coquorum*	*et ergasticorum*

Codex foliorum 116 nitide exscriptus.

Cod. 33 chart., saec. XVI, a. 264, l. 200 [Z. L, CCCLVIII]. E.

I. *Aliqua gesta romanorum pontificum quae in chronicis communibus non habentur, quae quia digna sunt memoria, et sunt ad posterorum eruditionem recollecta, sunt modo infrascripto.*

1. *De Leone* IX. « Leo nonus natione germanicus . . . », f. 5-7.

2. — *Stephano* IX. « Stephanus, natione lothringus . . . », f. 7-9.

3. — *Nicolao II.* « Nicolaus papa secundus, natione burgundus . . . . », f. 9-13.

4. — *Alexandro II.* « Alexander II, natione lombardus . . . ». f. 13-17.

5. *De Gregorio VII.* « Gregorius septimus, nomine Tuscus, patria . . . », f. 17-35.

6. — *Paschale II.* « Paschalis secundus natione tuscus, ex comitatu Galliate . . . . », f. 35-57.

7. — *Gelasio II.* « Gelasius secundus, natione campanus, patria gaietanus . . . », f. 58-59.

8. — *Calixto II.* « Calixtus II, natione Burgundiae, ex patre Guglielmo . . . . », f. 59-63.

9. — *Honorio II* « Honorius II, natione aemiliensis, patria Borun . . . . », f. 63-64.

10 — *Innocentio II.* « Innocentius II, natione romanus, de regione transtiberina . . . . », f. 64-72.

11. — *Lucio II.* « Lucius secundus, natione de Aemilia bononiensi . . . . », f. 72-73.

12. — *Eugenio III.* « Eugenius tertius, natione tuscus, patria pisanus . . . . », f. 73-76.

13. — *Anastasio IV.* « Anastasius, natione romanus, de natione suburra . . . . », f. 76.

14. — *Hadriano III.* « Hadrianus tertius, natione anglicus, de Castro Sancti Albani . . . . », f. 76-92.

15. — *Alexandro III.* « Alexander tertius, natione tuscus, patria senensis . . . . », f. 92-194.

16. — *Gregorio IX.* « Venerabilium gesta pontificum archiviis sunt mandanda . . . . », f. 194-245.

Pontificum vitae cum eorum actis, statutis, litteris, exarata a Nicolao de Aragonia cardinali, exceptis Gregorii VII et Gelasii II, editae sunt a Ludov. Ant. Muratorio ex codice Estensi; tomi tertii parte I *Scriptt. rer. ital.*

II. *Acta quaedam pontificum Eugenii III, Clementis III, Innocentii III, Honorii III et Friderici II imperatoris.*

a. *Innocentii III donatio comitatus Melgorii sive Montisferrandi, sub annuo censu viginti marcarum argenti, f.* 245-246.

b. *Fridericus imp. concedit Innoc. III comitatum Fundanum et totam terram citra Galerianum, ut de ipsis post mortem comitis Fundani libere disponat, f.* 246-247.

c. *Concordia pacis inter Clementem III et senatorem populumque romanum, f.* 247-251.

d. *Privilegium, per quod, intuitu Innocentii, absolvit illum abusum quod praedecessores sui romani imperatores intromiserunt de electionibus praelatorum et possessionibus et spiritualibus ceteris*, f. 252-255.

e. *Privilegium Friderici, per quod spopondit et iuravit d. Honorio III se tueri et restituere; et iuvare ad recuperandas possessionees ecclesiae, et subvenire in guerris, et obedientiam et honorem romanae ecclesiae exhibere*, f. 255-257.

f.. *Litterae Friderici, per quas, sub poena excommunicationis latae sententiae, spopondit et iuravit domino papae se intra certum terminum cum cunctis militibus in subsidium terrae sanctae ire, et de modo transeundi et manendi ibidem*, f. 257-260.

g. *Concordia facta inter Eugenium et Fridericum*, f. 260-263.

h. *Cassatio statutorum editorum contra ecclesiam et virorum ecclesiasticorum libertatem, quam Fridericus imperator cassavit*, f. 263-264.

i. *De requisitis privilegiis in solemni curia pro resignandis privilegiis papae per imperatorem destinatis. Item de edicto in solemni curia super resignandis privilegiis in manu Friderici imperatoris secundi, in civitate Capuae nuper celebrato*, f. 264-265.

k. *Qualiter Galvanus et Fridericus Lance, nobiles milites, qui in favorem Friderici secundi imperatoris, ecclesiae persecutorumque plurimorum, ecclesiae sanctae Dei nocuerunt, fuerunt de mandato domini Clementis ad misericordiam et gratiam admissi, cum certis pactis et promissionibus per eos praestitis et iuratis*, f. 266-270.

l. *Qualiter praedictus Galvanus Lance in mala pristina relapsus, contra Deum et ecclesiam agens, fuit de parte domini Clementis citatus perentorie ad comparendum in certo termino coram dicto domino papa, ipsius mandatis super certis iniuriis pariturus*, f. 270-272.

III. *Ordinatio de ecclesiis vacantibus bis infra annum, facta tempore domini Ioannis papae XXII, super servitio camerae apostolicae persolvendo. Item declaratio super praedicta ordinatione facta tempore domini Ioannis papae praedicti anno Domini* 1332, f. 273-274.

IV. *Litterae mutuae Caroli I regis Siciliae et Petri III regis Aragoniae, anno* 1282, f. 275-284.

V. *Littera fr. Petri Marsilii, ordinis Praedicat. de conventu maioricensi, cuidam apostatae ordinis fratrum Minorum, qui prius vocabatur frater Andreas, post vero factus Saracenus vocabatur Hoballa*, f. 284-292.

VI. *Littera Eduardi III regis Angliae Clementi pp. VI* ». » Pensata sedis apostolicae clementia, quae de formato . ., mense novembri, 1343, f. 292-295.

Cod. 34 chart., saec. XV, a. 338, l. 230 [Z. L, CCLIX] B.

Vitae pontificum romanorum, a d. Petro ad Martinum V.

Vitae usque ad Hadrianum II fere omnibus conveniunt quae Anastasii Bibliothecarii nomine, non una vice, editae sunt, scilicet foliis 1-74. Reliquas a Ioanne VIII ad Martinum V, fol. 74-144 confer cum iis que Lud. Ant. Muratorius in praefationibus ad vitas pontificum romanorum, tom III *Scriptt. rer. italic.* disseruit.

Praeeunt index vitarum alphabeticus, ac epistolae s. Hieron. ad Damasum: « Gloriam sanctitatis tuae nostra humilitas deprecatur . . . », et Damasi ad Hieronym: « Gaudet ecclesia tuo fonte » iam satiata, et amplius sitit curiositas . . . . »

Cod. 35 membr., saec., X, a. 279, l. 186 [Z. L, CCCLVII]. B.

Vita s. Gregorii papae Magni, Joanne Diacono auctore, libris quatuor. Folia 131.

Praeit dedicatio *beatissimo ac felicissimo domno Ioanni, sanctae catholicae et apostolicae romanae ecclesiae praesuli, Joannes ultimus levitarum.* « Nuper ad vigilias beati Gregorii rom. pontif., » Anglorum scilicet gentis apostoli . . . . . ».

Unicuique libro praeit index, capitulorum numero vario ac in editionibus, non autem re. Desideratur ab initio carmen Joanni papae VIII [qui auctori praeceperat *ut vitam* Gregorii *de scrimnio sanctae sedis apostolicae tanto plenius, quanto et certius carpere studuisset*] : « Suscipe romuleos, pastor venerande, triumphos ».

Joannes ex monacho Cassinensi ecclesiae romanae diaconus, Gregorii gesta, post Paulum Warnefridum, elucubravit. Quanta autem huius operis auctoritas fuerit apud veteres docet Guitmundus, episcopus aversanus lib. 3. de eucharistia: « Eam vitam tot » sanctissimi doctissimique romani pontifices, nullo hactenus dis- » sonante, probaverunt, eorumque auctoritatem secutae tot ec- » clesiae, cuncto populo christiano consonante, nunc usque su- » sceperunt ».

Codicem, foliorum 131, litteris initialibus, romanis uncialibus pictis, maioribus vero argento illitis, cum figuris sub fine vetustate spectabilem, eo magis taedet a I. B. Galliciollio (1) missum, quod merci domesticae alienam praetulerit.

Volumini compingendo frusta membranarum adhibita, quarum primae ex eodem saeculo abbatissa monasterii s. Cyriaci subscripsit: alteram, qua decimotertio a Martino papa IV datam, non sincetam puto.

Cod. 36 chart., saec. XVII, a. 260, l. 193 [L. IX, XLIX]. Mg.

I. Fr. Nicolai cardinalis Aragoniae, *vita Alexandri papae III*. « Alexander tertius, natione tuscus, patria senensis, ex pa- » tre Rainutio ... », f. 1-131.

Publici iuris fecit Muratorius, tom. III *Scriptt. rer. ital.*, p. 448-475, ex codice Estensi collato cum mediolanensibus biblioth. Metropolitanae et Ambrosianae. His extremis accedit nota, qua noster quoque caret: « Praesentem librum ordinavit et scribi » fecit reverend. in Christo pater et dom. d. fr. Nicolaus cardina- » lis Aragoniae, quem compilavit ex diversis registris et ex li- » bris camerae apostolicae, et ex aliis etiam libris et chronicis » diversis cum magna diligentia et labore ... ». Plura tamen » habet passim Marcius ac textus impressus, unde suspicor Mu- » ratorium, uti solet, quaedam compendio tantum obtulisse, vel » praeteriisse prorsus.

(1) In eadem vita, praemissa operibus s. Gregorii, Venetiis ann. 1768-1775, Galliciollius usus est codicibus Regio, Colbertino, Bigotiano, Andegavensi, Turonensi.

Hanc vitam non ante Muratorium editam puto, etsi ad finem nostri codicis apposita legatur ab inquisitore generali senensi impressionis licentia diei 13 octobris anni 1639.

II. *De electione romani pontificis.* « Licet de vitanda discor» dia in electione romani pontificis, manifesta satis a praedeces» soribus nostris constituta manaverint, quia tamen ... f. 133» 157 ».

Cod. 37 chart., saec. XVI, a. 280, l. 213 [L. IX, XXIX]. Yc.

Francisci Mucantii, *diariorum sacrarum caeremoniarum capellae sanct. dom. nostri, divina providentia, papae Gregorii XIII magistri.* « Die 16 maii in vigilia s. Trinitatis, anno Domini » 1573, in sacristia capellae post vesperarum celebrationem... »

Auctor principio statim de se narrat, quomodo die 16 maii, 1573 officium magistri caeremoniarum pontificii ingressus sit, sine praeiudicio duorum magistrorum modernorum, videlicet » domini Ludovici et domini *Cornelii de Firmanis,* quoad emo» lomenta et fructus officii, sed cum futura successione in locum » alterutrius primo vacaturum, et interim cum praevisione *decem » scutorum auri quolibet mense et victu in palatio, pro me,* duobus » famulis et uno equo...» Narrat ulterius: « Iam fere erant tran» sacti decem anni, cum tempore felicis recordationis Pii papae » quartis nonnulli ill. ac rev. cardinales in huiusmodi officium » [magistri caeremoniarum] introducere me cupiebant, quod cre» derent me tanquam nepotem quondam d. Blasii Baroni de Ce» sena, olim magistri caeremoniarum, haeredemque scriptorum » illius, aut etiam tanquam me apte natura in id studii genus » proclivem ac deditum, in eo magisterio idoneum fore. Res ta» men tunc effectu caruit, quia officium venale fuit factum, quod » ego emere recusavi. Me inscio *nec* procurante, Gregorius XIII » *tale* mihi munus gratis contulit... Eram tunc constitutus *in* » anno aetatis meac 40, non completo ».

Codex, folior. 144, qui tomum tantum primum componit, finit die 1. aprilis, a. 1575.

Cod. 38 chart., saec. XVII, a. 286, l. 210 [L. IX, XXXII]. Yc.

I. *Summa conclavis Pauli pp. II, electi III kal. sept.* 1464, *octodecim cardinalibus praesentibus.* « Septima die post obitum » Pii II, ab Ancona reversi patres ad urbem . . ., f. 1-2.

Est perbreve compendium actorum in conclavi pro eligendo pontifice, ut et quae sequuntur.

II. *Conclave quo Pius II pontifex renuntiatus est* [14 kal. sept. 1458]. « Post obitum Calixti papae III, dum eius novendia» lia celebrarentur . . . », f. 3-15.

Narrationem ex libro primo *commentariorum* huius pontificis excerptam falso testatur amanuensis, dum quaedam tantum ex edita fragmenta occurrant. Eadem est ac codice proxime insequenti, nisi quod quaedam sub initio desiderantur.

III. *Capitula iurata ab omnibus et singulis cardinalibus, de religiose observandis in electione pontificis, ante creationem Sixti IV* [V idus aug., 1471]. « Nos omnes et singuli s. r. e. cardina» les infrascripti pro bono . . . », f. 17-24.

IV. *Conclave Hadriani VI* [V idus ian., 1522]. « Romae, » die dominica prima decembris, nocte sequenti, obiit Leo X, 1521 . . . », f. 25-30.

Praeit index cardinalium praesentium et absentium.

V. *Conclave Leonis* X *pont. max.* [el. V idus martii, 1513], f. 31-39.

Praeponuntur nomina cardinalium et conclavistarum, numero 100, additis tribus famulis. Finem excipit *obligatio aliquot conclavistarum solvendi singulatim ducatos mille quingentos auri de camera ceteris conclavistis.*

VI. *Conclave Clementis VII, pont. max.* [el. 13, kal. dec., 1523], « Scripturus si assumetur ad summum pontificatum . . . . » quae memoratu digna Romae et in Italia, ab excessu . . . », f. 40-96.

VII. *Conclave eiusdem pressius.* « Hadrianus pp. VI obiit » 14 septembris, 1523, quo tempore Franciscus . . . », f. 98-112.

VIII. *Julii pp. III* [el. VI idus febr., 1559], *conclave per Sebastianum Gualterium, episcopum viterbiensem, confectum, qui*

eo tempore fuerat conclavista. « Paulo III pont. max. quarto » idus novembris extincto... », f. 114-190.

IX. *Conclave nel qual fu creato papa Marcello secondo, l' anno MDLV* [9 aprilis]. « Nel medesimo dì [22 martii] alle 21 hora, » dai cardinali che si trovarono in Roma fu fatta congregatio» ne... », f. 194-201.

X. Gualterio Felice. *Il conclavista, a m. Cipriano Saracinello.* « Se gli huomini fussero sempre più riservati che ordina» riamente non sogliono essere... », f. 202-243.

Cod. 39 chart., saec. XVII, a. 266, l. 215 [L. IX, XXX]. Ye.

I. Aenae Sylvii Piccolominei senensis, Friderici Romanorum regis secretarii et oratoris, *de morte Eugenii IV creationeque et coronatione Nicolai V summorum pontificum, oratio coram rege habita.* « Cupere te, princeps seren., quae nostra in legatione sunt gesta referre tibi.... », f. 1-52.

Ediderunt Baluzius [*Miscellanea.* Lucae, 1761, t. I, p. 334-342] et Muratiorus [*Scriptt. rerum italic.*, t. III, p. II, 878-898.]

II. *Pauli IV pp. obitus* [XV kal. sept., 1559] *et Pii IV* [el. 26 dec., 1559] *conclave et creatio. Carolo Borromaeo Antonius Guidus.* « Collegi, quanta potui maxima diligentia, ea quae pro» ximo interregno.... », f. 53-108.

III. *Calixti III papae obitus* (VIII id. aug., 1458) *et Pii II creatio. Conclave quo Pius pp. II creatus est* (XIV kal. sept.) 1458. « Cum Alphonsus, Aragonum et Siciliae rex aegrotare ce» pisset.... », f. 109-131.

Narratio eadem est ac codice praecedenti.

IV. *Conclave Sixti quarti* (el. V idus aug., 1471), propter obitum Pauli II, pont. max. « Anno Dom. 1471, die 28 mensis » iulii, moritur obitu repentino.... », f. 132-134.

V. *Conclave Leonis pp. X,* (el. V idus martii, 1513), f. 136-153.

Idem ac codice praecedenti

VI. *Conclave Hadriani* VI, f. 154-160.

Idem ac codice praecedenti.

VII. *Conclave Clementis VII.* « Obiit Hadrianus 18 kal. o-

» ctobris, 1523.» Avarior et inertior iudicatus est ...», f. 163-178.

Convenit cum compendio codicis antecedentis, num. VII.

VIII. *Conclave Pauli III* (el. 13 oct., 1534).« Papa Clemente » VII visse circa undici anni, et morì alli 25 di settembre, 1534 . . . . », f. 185-188.

IX. *Conclave Iulii III.*, f. 190-260.

Est narratio Sebastiani Gualterii codicis praced. num. VIII, cui folio 261 quaedam de eodem pontifice adduntur.

X. *Conclave nel quale fu creato papa Marcello II,* f. 262-267.

Textus idem ac codice praecedenti, num. IX.

XI. *Conclave nel quale fu creato papa Paolo quarto* (X kal. iunii, 1555). «Il conclave di Papa Paolo III, per essere stata così breve la vita di Marcello secondo. . . . », f. 269-275. Exemplum alterum f. 316-325.

XII. *Elettione di Pio V papa* (el. VII idus ian., 1566). «Non » è meraviglia che di quanto si è operato nel conclave dai car- » dinali . . . . », f. 278-304.

XIII. *Nicolai V papae obitus et Calixti III papae creatio. Conclave quo Calixtus papa tertius creatus est a papa Pio secundo descriptum.* « Dum bella contra Turcas agerentur, ecce mors Nicolai V pont. max. . . . », f. 308-315.

Ex libro primo *Commentariorum*, quibusdam tamen immutatis.

XIV. *Conclave Alexandri VI pont. max.* (el. 3 idus aug., 1492), *Michaele Ferno mediolanensi auctore.* « Diuturne affectus » morbo in diesque ingravescente, Innocentius Cibo genuensis...», f. 327-343.

XV. *Conclave di papa Urbano VI* (el. 6. idus aprilis, 1378). «Alla morte di papa Gregorio XI erano in Roma sedici cardinali, » delli quali . . . . », f. 345-353.

XVI. *Conclave nel quale fu creato papa Gregorio XIII* (el. 2 idus maii, 1572). « Non è dubbio veruno che la creazione del » sommo pontefice non sia primieramente fatta . . . », f. 354-365.

XVII. *Conclave Pauli papae II: item capitula in conclavi eius a rev. s.r.e. cardinalibus iurata.*«Septima die post obitum...», f. 367-380.

Utrumque habet codex antecedens, num. II-III.

XVIII. *Conclave nel quale fu creato papa Innocenzo VIII* (el. 3 kal. sept., 1484) *tradotto in volgare da Alberto Macchiavelli.* « Papa Sisto IV morì alli 12 d'agosto, 1454 .... », f. 382-388.

XIX. *Conclave nel quale fu creato papa Alessandro V, tradotto in volgare da Alberto Macchiavelli.* « Papa Innocenzo VIII, » dopo una lunga infermità, morì finalmente adi 23 di luglio, » 1492 .... », f. 388-400.

XX. *Conclave nel quale fu creato papa Pio III* (el. 10 kal. oct., 1503), *tradotto in volgare da Alberto Macchiavelli.* « Alli 12 » d'agosto, 1503, un sabbato la mattina, papa Alessandro si » cominciò a sentire indispostó .... », f. 401-405.

XXI. *Conclave nel quale fu creato papa Clemente V* (el. nonis iunii, 1305). « In questo conclave furono quasi li medesimi » cardinali alla elettione del papa ... », f. 407-418.

XXII. *Relazione sommaria del successo della sede vacante, per morte del s. Gregorio papa XIII* (m. 4 idus apr., 1565), *et del successo del conclave nell' anno* 1585, *con la creatione del beatissimo Sisto pp. V* (el. 8 kal. maji, 1585). « Domenica alli 7 d'a» prile, 1585, papa Gregorio XIII celebrò messa ... », f. 419-430.

Cod. 40 chart., saec. XVII, a. 260, l. 202 [L. IX, XXXI].

I. *Acta eius interregni, quod fuit inter obitum Pauli pp. III et creationem Iulii III pont. max., anno Dom.* 1549, *in quibus infirmitas, obitus, exequiae Pauli III, conclave et creatio Iulii III continentur, Augustino Mussarello, episcopo telesino auctore.* « Paulus papa III, cognomine Farnesius, patria romanus, Ale» xander antea vocatus .... », f. 1-144.

Paucis de Paulo III praelatis, amplissimam conclavis, diebus duobus supra septuaginta absoluti, historiam excutit auctor.

II. *Conclave di papa Marcello II.* « Il cardinale di Ferrara da » prima che tornò di Francia per fermarsi a Roma .. : .... », f. 146-157.

Differt textus ab aliis codicibus praecedentibus.

III. *Conclave nel quale fu creato Paolo IV.* « Il conclave di » Paolo IV, per essere stato così breve la vita di papa Marcello » II .... », f. 159-171.

Textus idem ac codice 39.

IV. *Conclave di Papa Pio IV.* « Il conclave nel quale fu » creato Pio IV, per la lunghezza della sede vacante.... », f. 172-180.

V. *Obitus Pauli IV et conclave cum electione Pii IV. Carolo Borromaeo, cardinali amplissimo, Antonius Guidus*, f. 182-232.

Eadem prorsus quae codice 39.

VI. *Conclave di papa Pio V*, f. 234-255.

Idem textus ac codice 39.

VII. *Conclave di papa Gregorio XIII.* « Vi promisi l'altro » giorno di narrarvi con le prime mie lettere il modo con il » quale.... », f. 256-261.

VIII. *Conclave nel quale fu creato papa il cardinale Montalto che fu Sisto V.* « La elezione del sommo pontefice è senza » dubbio la maggiore et più sublime atione.... », f. 263-279.

IX. *Conclave di Gregorio XIV* (el. nonis dec., 1590). « Il » conclave di papa Urbano VII, nel quale il cardinale di Cremo- » na di famiglia Sfondrata.... », f. 280-321.

X. *Conclave di papa Gregorio XIV, nel quale si racconta distintamente ed ordinatamente tutte le ationi che in esso sono occorse nell' anno* 1591. « Giusto desiderio veramente et laudabile » autorità è quella che v. s. mostra d' avere particolar ragguaglio ... », f. 325-409.

XI. *Conclave della sede vacante di papa Innocenzo IX, nel quale fu creato papa Clemente VIII* (el. 3 kal. febr., 1592). « De- » siderando v. s. sapere le occorrenze del conclave, ho voluto » dargliene questo breve ragguaglio.... », f. 410-419.

XII. *Conclave nella morte del papa Clemente VIII, dove fu creato papa il cardinale Alessandro de Medici detto Leone XI* (el. kal. apr., 1605). « Era il cardinale Aldobrandino uscito di Roma negli ultimi di gennaro dell' anno 1605.... », f. 422-459.

XIII. *Conclave per l'elezione di papa Paolo V* (el. 17 kal. iun., 1605). « Dovendo, per l'obbligo che tengo da vostra eccellenza, darle un breve ragguaglio di quello ch'è seguito.... », f. 460-478.

XIV. Lottino Gio. Francesco. *Discorso sopra le azioni del conclave, nel quale oltre molti dottissimi avvertimenti dati al buon*

conclavista, si tratta et discorre anco quali parti debbia avere il cardinale papabile: aggiuntovi diversi altri particolari in questa materia, degni d'essere intesi. «Io posso testificare, come di cosa » veduta cogli occhi, che la elezione del papa procede da Dio so-» lamente .... », f. 480-508.

Cod. 41 chart., saec. XVI, a. 200, l. 148 [L. IX, LXXXIII]. N.

Onuphrii Panvinii, *romani pontifices et cardinales s. r. e., ab eisdem, a Leone IX ad Paulum papam IIII, per quingentos posteriores a Christi natali annos creati.* Venetiis, 1557, 4.°

Auctor veronensis, frater Eremita augustinianus, plures passim sua manu addidit emendationes.

Cod. 42 chart., saec., XVI, a. 277, l. 203 [Z. IX, LXXVII].

Antonii Caffarelli, *de cardinalibus.* « An ad solum papam, » etiam a rev. caetu cardinalium segregatum, an ad ipsos per-» tineat ... ». Folia 32.

Haec tractatus epitoma a principio: *Creatio cardinalium spectat ad eos solos — Quod solus papa creat eos — Quod nullo modo spectet ad cardinales — Quod ad papam cum cardinalibus — Cardinalatus est simplex dignitas — Maior episcopali — Eboracensis creatus cardinalis non praecedit cantuariensem.*

Auctor romanus fuit advocatus consistorialis.

Praeeunt insignia haud mihi nota, sub pileo cardinalitio.

Folium primum infrascriptum: « Est bibliothecae Anicia-» nae collegii Gregoriani domus s. Benedicti, dono Constantini » abbatis Caietani fundatoris ».

Cod. 43 chart., saec. XVIII, a. 440, l. 290 [L. IX, XLIII]. MI.

Ferdinandi Ughelli, *Italia sacra, sive de episcopis Italiae et insularum adiacentium tomus quintus*, cura et studio Nicolai Coleti ec. Venetiis, 1720, f.°

Additamenta, emendationes, notae passim accedunt manu Fr. Bern. Mariae de Rubeis et Apostoli Zeni, ex operibus plerumque editis.

cram correctiones et additiones, usque ad finem saeculi XVIII, una cum supplementis Jacobi Coleti. Volumina VII, omnia autographa.

Additiones et emendationes supplentur ad volumina Ughelli secundum usque quintum, quae in codicibus anterioribus desiderantur. Quaedam iam tractata largius excutiuntur.

Codd. 57-72 chart., saec. XVIII, a. 330, l. 230 [L. IX, CLIII-CLXVIII].

Italiae sacrae Ferdinandi Ughelli emendationes et additamenta ad Pium VI pont. max., opera et studio Jo. Dominici Coleti, Seb. f. Nic. n., ex pluribus scriptoribus, codicibus et monumentis ec. et praecipue ex schedis cl. viri p. mag. fr. Jo. Hyacinthi Sbaraleae, ord. min. conv., summo labore et diligentia collectis et ordinatis a p. Francisco Antonio Contareno, eiusd. ord., sac. theol. mag. Venetiis. Volumina sexdecim.

Correctiones et additiones, eadem ac in ceteris codicibus superioribus methodo, fusius datae sunt usque ad finem saeculi XVIII. Accedunt additiones usque ad Leonem pp. XII, cura et diligentia Jacobi Coleti, Venetiis a. 1827 demortui.

Qui codices numero 44-72 descripti sunt, absolutam ferme, certe ad finem saeculi decimi octavi, exhibent historiam episcopatuum Italiae, in duplici Ughelli editione ieiune admodum oblatam. Propterea laude efferendus est eruditissimus vir Joseph Cappelletti, qui pretiosam hanc collectionem diligenter excussit ac in proprios usus convertit, in opere *Le chiese d' Italia,* jam ad finem, plausu universo, perducto.

Cod. 73 chart., saec. XVIII, a. 315, l. 212 [L. IX, CXXXVI].

Studia ac documenta varia, quae ad episcopos et ecclesias Italiae referuntur.

1. Inscriptiones, excerpta ex chronicis, diagramma de episcopatu tergestino, cum nota: *già visto dall' ab. Giandomenico* (Coletti), f. 1-14.

2. *Notitia dioecesis cajetanae,* itale. « Se riguardar si vo- » glia la serie de' vescovi della città di Gaeta.... », f. 16-25.

3. *Documenta consecrationis ecclesiae abbatiae sanctae Mustiolae de Turri,* f. 26-29, 38-39.

4. *De ecclesia parmensi documenta varia,* f. 30-37.

5. *De ecclesia senensi plura,* f. 40-106.

Documenta plura et vitae b. Bernardi Ptolemaei, fundatoris Olivetanae congregationis s. Romuli, s. Herculani, b. Fridiani.

6. *Erectio collegiatae ecclesiae s. Venantii Fabriani in cathedralem.* Romae, 1728. Folia 2 impressa.

7. *De episcopatu fabrianensi a camerinensi seiuncto.* Romae, 1785, pag. 16, 4.

8. *De erectione ecclesiae camerinensis in archiepiscopatum.* Romae, 1788, pag. 8, 4.

9. *De creatione episcopatus carpensis,* anno 1779, f. 107-110.

10. *De creatione episcopatus pinaroliensis*, anno 1748, f. 111-158.

11. Treleani, canonici, *de capitulo s. Petri de Carnea,* itale. « In tutte le imprese che ad onore del suo capitolo ...... », f. 159-172.

Cod. 74 chart., saec. XVIII, a. 310, l. 222 [L. IX, CXXXV].

Notitiae variae de aliquibus dioecesibus Italiae.

I. Natalucci Durostante. *Notizie di Trevi.* « Trevi, oggi terra » non oscura dell'Umbria, è situata in un erto .... », f. 1-5.

II. *Di Bevagna.* « Mevagna, in latino *Mevania*, una delle » quattro città più antiche .... », f. 7-10.

III. *Niciensis dioecesis ecclesiastica monumenta.* « Prius » quam de niciensi, opus esset de cemelensi ecclesia agere .... », f. 11-43.

IV. *Succinta descrizione della città e chiesa di Vigevano.* « Vi- » gevano, da alcuni chiamato *Vicus Levorum*, da altri *Vicusvene-* » *ris, Vigliranum, Viglebanum, Vergeminum* .... », f. 45-67.

Exstant inscriptiones et documenta varia, latine.

V. Gentili Bernardo. *Relazione della città di s. Severino della marca d' Ancona.* « L'antica città di Settempeda è rino- » mata .... », f. 69-95.

Haec insunt: Fondazione della città. — Catalogo de'vescovi

— Compagnie laiche — Conventi religiosi con la serie della loro fondazione — Monasteri di monache, antichi e moderni — Luoghi pii, chiese, santi e beati, et imagini miracolose della città — Abbazie e priorati insigni, e commende di cavalieri — Notizie della cattedrale e suoi privilegj anco imperiali.

VI. Philippi a Turre, episcopi adriensis, ***relatio de adriensi dioecesi ad sacram congregationem, a.*** 1706. « Ecclesiae adriensis, » ad quam administrandam, munere sanctis. d. n. Clementis X, » anno salutis 1702 . . . . », f. 97-102.

VII. *Chronica episcopalis regiensis.* « Et quia termini ejus- » dem ecclesiae in confiniis mantuanis, bononiensibus, mutinen- » sibus . . . . . », f. 104-113.

Quidam addidit schedulam inscriptam: « Questa cronica » scritta dopo il 1595, se si eccettuino gli ultimi vescovi, può ser- » vire a poco, essendo piena di favole, proprie di que' tempi.

VIII. ***Additiones ad chronicam episcopalem regiensem.*** « N. » 78. Claudius ex nobilissima comitum Rangonum familia. . . . », f. 114-148.

Privilegiorum pars potior ex tabulario ecclesiae cathedralis et monialium s. Thomae Regii eruta, publici iuris facta est ab Ughello in *Italia sacra*.

IX. *Notizie di Cingoli.* « Cingoli, in latino *Cingulum*, è una » antica città dei Picenti, situata adesso nella marca d'An- » cona . . . . », f. 150-156.

Supplentur et emendantur quae Moreri in *Dizionario storico*, tom. III pag. 331 de Cingulo vel brevius vel errate retulit.

Cod. 75 chart., saec. XVIII, a. 270, l. 197 [L. IX, CXXXVII]

Additiones ad historiam episcoporum Italiae.

Foliorum ordine, toto volumine, turbato, agitur de episcopis florentinis, Burgi sancti sepulchri, collensibus, fesulanis, sanminiatensibus, pistoriensibus, pratensibus, pisanis, adiacensibus, alexiensibus, sagonensibus, senensibus, clusinis, grossetanis, Massae populoniensis, suanensibus, piscianis, mediolanensibus, albensibus, albintimiliensibus, alexandrinis, aquensibus, astensibus, bergomensibus, brixiensibus, cremonensibus, derthonensibus, lauden-

sibus, novariensibus, savoniensibus, vercellensibus, viglevanensibus, genuensibus, acciensibus, albingaunensibus, bobiensibus, brugnatensibus, marianensibus, naulensibus, nebiensibus, taurinensibus, eporediensibus, fossanensibus, Montis regalis, Augustae Praetorii, niciensibus, aquileiensibus, bellunensibus, cenetensibus, aemonensibus, comensibus, concordiensibus, feltrensibus, iustinopolitanis, parentinis, patavinis, petinensibus, polensibus, tarvisinis, tergestinis, tridentinis. Universa impressioni parata.

Cod. 76 membr., saec. XV, a. 244, l. 171. [L. IX, XXXVIII]. O.

Petri Mallii, *opusculum historiae sacrae, ad beatissimum patrem Alexandrum III, pont. max.* « Licet haec quae sequuntur » in sanctorum libro pontificum et in eorum quoque sepul» chris .... ». Folia 33.

Historiam hanc basilicae Vaticanae a Petro Mallio eiusdem canonico conscriptam primus, quantum video, Abraham Bzovius in *annalibus ecclesiasticis* (ad ann. 1216, num. XVI) ex Iacobi Grimoaldi notarii romani collectione quadam indicavit; idemque pauca protulit ex ipso libello, et alio itidem Mallii *super antiquitatibus et consuetudinibus basilicae sancti Petri,* in tabulario illius ecclesiae nunc asservato (1). Quum postea in antiquam basilicae Vaticanae descriptionem apud Antonium Amicum, historicum regium Paullus de Angelis siculus incidisset, atque ex opere ipso, quod nullum praeseferebat auctorem, eam canonico cuidam eiusdem ecclesiae adjudicandam cognovisset, sub romani canonici nomine, anno 1646 Romae, typis Bernardini Tari, emisit; monuitque in libri calce, ne quis Petri Mallii, quod edebat, opus esse contenderet, quum Mallius sub Alexandro papa III, cui eiusdem omnino argumenti opus ab eo dicatum iam noverat, floruisset: romanum autem canonicum sub Caelestino III vixisse, ex quodam operis loco innotesceret, atque adeo anni plures inter utriusque scriptoris aetatem intercederent. Est editori fides adhibita a nonnullis, et ab ipso quoque Mabillonio, qui in *itinere italico* (p. 52) romani canonici commentarium jam editum, Mallii

(1) Montfauc. *Biblioth. biblioth. ms. p.* 109.

vero ineditum affirmavit, parumque abfuit quin totum denuo proferret (1). Verum postea abstinuit, paucaque caeremonialia iuxta codicem Vaticanum, aliumque Regium parisiensem edere satius duxit. Alia omnino fuerat Felici Contelorio, viro et ipsi non leviter erudito, sententia: nam, reclamante licet Paullo de Angelis, editum ab eo libellum Petro Mallio canonico romano in privata annotatione adjudicare non dubitavit, ac praeterea ad Vaticanum exemplar emendavit. Accidit tandem ut Conradus Ianningus e societate Iesu in *actis sanctorum* Bollandianis, ad diem 29 iunii, ineditum aliquem libellum de basilica Vaticana in lucem proferre constituisset, quumque Labbaeum in tertio *novae bibliothecae manuscriptae* volumine Malliani operis editionem molitum intellexisset, ipsum Labbaeanum exemplar Parisiis ad se transferri eo consilio curavit. Collatione instituta textum inter a Paullo de Angelis editum et Mallianum, unum idemque opus esse deprehendit et, Fontaninio apud Contelorium adsentiente, id typis nuntiavit. Quod autem editio opus passim interpolatum referret, nec ex ea quid Mallius, quidve alter quispiam scripsisset, constaret; denuo in *actis Sanctorum* (2) edidit, et quidem emendatius, ac interdum locupletius; ea etiam servata ratione, ut primaevus textus ab interpolatione, annotationibus quibusdam positis, distingueretur. Illud inter cetera tunc innotuit, quod et ea verba, quibus Paullus de Angelis motus Mallio libellum abiudicaverat, inducta aliena manu fuere: nullus ut proinde relictus sit locus ambigendi, quin textui Malliano plura sint a recentiori basilicae Vaticanae canonico adjuncta: quod vel attente lectori patet; mirumque sit hoc ab auctore annotationum ad bullarium Vaticanum non fuisse animadversum; quippe qui unius verba alteri frequens attribuat (3).

Ad nostrum codicem quod attinet, textui Labbaeano a Ianningo vulgato ubique respondet. Auctoris praefationem ad Alexandrum III a Ianningo primum editam habet, itemque romanorum pontificum chronologiam, qualem ipse ad calcem dedit. Ra-

(1) Comment. in ord. roman. p. X.
(2) T. VII iunii, p. 37 et seq. ed. antuerp.
(3) T. I, p. 7, 43, et alibi.

rioribus illum esse accensendum ex eo colligitur, quod, praeterquam in bibliotheca Vaticana et Regia parisiensi, veteri manu descriptum nullibi superesse notum sit. Extremo folio haec de scriptione habentur: « Explicit opus Petri Mallii historiae » sacrae, scriptum per me Zenonem de Zenonibus de Pistorio, » anno Domini 1471, die vero 23 iulii, sedente Paulo II pont. » max., anno VII pontificatus sui. »

Illud autem de Mallio se se mihi observandum offert, eundem videri ac *Petrum basilicae s. Petri canonicum*, ad quem opusculum, cui titulus: *Suffraganeus bibliothecae* inscripsit Nicolaus Maniacorius, titulo s. Damasi cardinalis, ex saeculo dimidio decimo, vir litteris haebraicis doctus, ut libellus ipse, quem t. IV, p. 126, illustravit, declarat.

Cod. 77 chart., saec. XVIII, a. 200, l. 147, [L. IX, LXXXVII].

I. *Acta patriarcharum aquileiensium, a s. Hermachora ad Marcum Barbum venetum* (a 1470), *ex pervetusto manuscripto*, f. 1-102.

Patriarchae unicuique folia duo assignantur, eo certe ut enarratis nova ex aliis fontibus adderentur. Concordat usque ad Othobonum cum *Vitis patriarch. aquil.*, quas e codice Ambrosiano protulit Lud. Ant. Muratorius in *Scriptt. rer. ital.*, t. XVI, col. 5-16, variata lectione, praesertim quod textus impressus adeo gravibus scatet erroribus ut qui emendare curaverint, Augiae stabulum expurgare insumant. Duos exhibet codex vitas Bertrandi (f. 67-69) cum Ambrosiano et Vaticano (Ibi, col. 80-81) concordes. Quae subsequitur Nicolai (f. 71) neutri respondet. Nicolai et Ludovici della Turre (f. 73-77), utique Vaticano; nulli eorum vita Marquardi (f. 79). Cum Vaticano concordant vitae patriarcharum a Philippo de Alençonio usque Ludovicum de Tech. Chronico patriarcharum usque Marcum Barbum (f. 93-(97) carent codices Ambrosianus et Vaticanus.

Principio codicis Philippus Riceputus sua manu scripsit: « Acta haec patriarcharum aquileiensium nobis transmisit do. » Pacificus Bizza ex archivo domini Ernesti Motense foroiuliensis » ex Portu Naonis, anno domini 1725 ».

II. ***Dissertatio italica de originibus urbis Utini, Foroiulii metropolis, auctore anonymo.***

« Haverai benigno lettore, da me sopra di questi fogli la » vera e real origine della città d'Udine ....», f. 103-111.

Prooemium lectori datum est Utini, 24 sept., 1661. Dissertationis mutilae, ab anno a Roma aedificata 692, pars potior Forumiulii et Aquileiam attingit, ex rerum foroiuliensium scriptoribus Palladió, Candido, Sporeno, Bellono, Quintio Aemiliano Cimbriaco. Auctor, quem p. Philippum Comoreto puto, totus est ut evincat Utinum primitus *Attinum* appellatum, quod nomen a colonis romanis inditum in memoriam *Attinae* Latii : hoc idem asserit de *Monte Albano, Fregella* [vulgo *Feegellaco*] et *Flaibano* in commemorationem *Montis Albani* in Latio, *Fregellae ad Lyrim, Flaviani.*

Codicem dono obtulit Marciae anno 1825 Iacobus Coleti, sacerdos venetus.

Cod. 78 chart., saec. XVI, a. 210, l. 158 [L, IX, LXIII]. Z.

I. Antonii Belloni, *de vitis et gestis patriarcharum aquileiensium, magn. et excell. iuriconsulto Hieronymo Monteniano.* Dedicatio. « In pauca contuli quaecumque schedarum tabellionica» rum lectio......», historia: « Christus servator noster anno » Augusti quadragesimo primo natus ....», f. 5-58.

Auctor, scriba utinensis, historiàm sua manu exaratam deducit a d. Marco ad Grimanos tres [ann. 41-1628].

Opusculum edidit Ludovicus Antonius Muratorius in *Scriptt rer. ital.* t. XV, p. 21—col. 70, cum tetrasticho Portii, quod legitur fol. 5, et dedicatione, et quidem ex hoc codice de quo Muratorius in prooemio : « Debeo hoc munus Apostolo Zeno, qui pro » sua erga me benevolentia ms. exemplar opusculi sibi iamdiu » procuratum lubentissime dedit Gherardio meo ».

II. Eiusdem, *de feudis patriae.* « Absolutis utcunque vitis » patriarcharum aquileiensium, agam breviter de patriae feu» dis ....», f. 59-72.

Capitulis viginti concluditur, ex quorum nono: *Provisiones ne feuda alienentur*, liquet auctorem anno millesimo quingente-

simo decimo nono, operi adhuc insudasse. De veritate assertorum sic sub fine annotat Bellonus: « Ceterum ne videar alicui » suspectus, ut minus vera scripserim, ad scribas unumquem- » que remitto, a quibus passim retuli me decerpsisse. »

Si Muratorius operis principium advertisset, tractatulum hunc velut anonymum non edidisset in: *Antiquitates Italiae medii aevi*, t. I, col. 639-654.

Codicem, de quo Zeno in *Dissertazioni Vossiane*, t. I; « Co- » dice autentico .... di mano dello stesso Bellone, di cui pur vi » si legge un trattatello istorico *de feudis Patriae* », eundem esse ac Grimanium evincit nota Iusti Fontaninii apposita exemplo quod Marcia custodit [L. XIV, 49]. « Hoc opus Antonii Belloni » ego Iustus Fontaninius exscripsi ex ms. originali bibliothecae » Grimaniae, quod Venetiis ad me Romam transmisit v. c. A- » postolus Zenus prid. kal. novembres anni iubilaei 1700 ».

Codd. 79-84 chart., saec. XVIII, a. 310, l. 210 [L. IX, CXXV-CXXX]. R.

Bern. Mariae de Rubeis, *schedae et monumenta ad eius opus: Monumenta ecclesiae aquil. Venetiis impressum a.* 1740.

Sex voluminibus in folio, vel ab auctore, vel ab amicis, diligenti cura inscripta, exstant documenta plura, quorum minima pars in opus antea dictum illata. Argumenta tantum, ad quae per summa capita ea referuntur, enumerabo, a proposito enim aberrarem, si eorum syllabum texere instituerim.

Volumine primo comprehenduntur: Diplomata imperatorum — Legatio Wolcheri Senas — Placita varia — Proclamatio de gradensi insula — Pacta inter Venetos et patriarchas — Duces Carinthiae — Monasteria, abbatiae — Praepositurae — Hospitalia — Gordinus contra comites goricienses, et de iis plura — Duces Austriae — Gravamina ecclesiae aquileiensis — De censuris in Florentinos. His epistolae interseruntur itale Josephi Bini, Joannis Baptistae Florii, Joannis Dominici Guerra [1738-1749].

Altero: Exempla documentorum a saeculo undecimo ad de-

cimum quintum, ex tabulariis aquileiensi, civitatensi, utinensi, glemonensi, quoad electiones patriarcharum, erectiones ecclesiarum, extinctiones praepositurarum, legationes, confoederationes, parlamenta, placita, impositiones peditum et equitum, investituras, compositiones inter partes, procuratoria, compromissa et eorum prorogationes, jura praecedentiae, arenga, postulationes, datia. Insunt exempla brevium et epistolarum Urbani III, Caelestini III, Innocentii IV, Urbani V et VI, Bonifacii IX, Gregorii XII pontificum; imperatorum Caroli IV, Ruperti, Sigismundi; Friderici ducis Austriae, ducum venetorum et mediolanensium.

Tertio: Necrologium civitatense — Separatio Civitatis Austriae a Patria — Campus martius et consilium civitatis — Plura ex tabulario civitatensi — Donatio ecclesiae aquil. — Litigium inter Rosacium et Tricesimum — Gregorii de Montelongò versus provenzales — Guntherus, patr. aquil. — Varia — Ordo Humiliatorum Sacili — De familia Vergerii iustinopolitana — De plebe Venzoni — De conciliis et synodis, mantuana a. 826, aquileiensibus ann. 1282, 1310, 1335, 1357, 1437, 1649 — Reservationes, — Collationes — Beneficia — Solutiones — Regalia — Feuda — Investiturae — Manumissiones — Monasterium Trinitatis de Brundulo.

Quarto: De patriarchatu aquil., ex variis — Ludovicus de Tech — Capitula Vormatiae, Bononiae, Tridenti — Nicolaus V — Diploma Friderici III — Excerpta ex Marino Sanudo — Canonici laici — Paulus Burgensis episcopus — Marcus Barbus patriarcha — Joannes Grimani patriarcha — Bartholomaeus de Porcia — Epistolae ducum Austriae — Franciscus Barbarus patr. — Antonius Grimani patr. — Augustinus, Marcus et Hieronymus Gradenigo — Coadiutoria Danielis Delphini — Brevia et bullae Benedici XIV — Lipsana sacra — Episcopi aemonienses — Charta topogr. Aquilejae — Comites Cilleiae — Familia Bellone — Colloreti notae in historiam Candidi — Diploma officinae monetariae aquil. — Syllabus decanorum aquil. — Syllabus statutorum, numero 137, Sanctidanielis — Cesarinus de castro S. Viti. — Iustinopolis — Modium — Abbatia sumaquensis — Lipsana sacra Gemonae — Scarampi constitutiones

synodales — Illustres foroiulienses — Philippus de Alençonio — Raymundus patr. — Vacatio ecclesiae aemoniensis — Joannes de Moravia — Ecclesia s. Joannis et capitulum Civitatis Austriae.

Quinto: Exemplum narrationis patriarchatus aquil. sub Berctoldo de Moravia, ab Antonio Nicoletti civitatensi.

Extremo: Genealogicon comitum Goriciae — Ludovicus Scarampus — Syllabus operum Ratherii veronensis, et de eo plura — Diplomata — Epistolae pontificum Honorii III, Gregorii IX, Innocentii IV, Alexandri IV, Urbani IV, Clementis V, Gregorii IX, Nicolai IV — De transferendo capitulo aquileiensi — Schedae quamplures et excerpta, nullo ordine, ad apparatum historiae ecclesiae aquileiensis.

Auctor passim manu propria annotavit quae ediderat vel in *Monum. eccles. aquil.*, vel in *Dissertation. variae eruditionis;* quandoque etiam editorum emendationes proposuit.

Codd. 85-86 chart., saec. XVIII, a. 305, l. 210 [L. IX, LVI-LVII]. R.

Bernardi Mariae de Rubeis, *addenda ad monumenta ecclesiae aquilejensis.* Volumina duo autographa.

Auctor, post *monumenta ecclesiae aquileiensis* publicae luci commissa [Argentorati, 1746], diplomata plura, epistolas, chronicorum excerpta, aliaque id generis de re tam gravi congessit, eoque rerum aquileiensium materiem animadvertit adauctam, ut editionem alteram absolutiorem ac emendatiorem moliretur. Ne autem opus, quod et re et forma sarta tecta erat refectum, idem ac anterius recusum in vulgus crederetur, eodemque editio aleam subiret, titulum mutavit. Operi universo in quatuor partes tributo nomen dedit: *Dissertationes variae eruditionis*, ut codicibus sequentibus. Anno 1762 publici iuris fecit Venetiis volumen primum, cuius quinque priora capitula [p. 1-57] non ita presso vestigio aquileiensem historiam attingunt. De hoc uno edito haec auctor sub initio codicis... « Vedendo che la ri-
» stampa de' monumenti difficilmente avrebbesi potuto eseguire,
» s'è dato principio alla stampa de' capitoli sotto il titolo: *Dis-*
» *sertationes variae eruditionis*, e le aggiunte stampate arrivano

» a Massenzio patriarca inclusive [saec. IX] ». Ternum quod superest edendum volumen codices proxime insequentes concludunt.

Codd. 87-89 chart., saec. XVIII, a. 308, l. 214 [L. XIV, CXXXIII-CXXXV]. R.

Eiusdem, *dissertationes variae eruditionis sub una capitum serie collectae, queis argumenta sive pridem tractata, sive nunc primum proposita, diligentius illustrantur ac vindicantur.* Tomi tres autographi, impressioni parati.

Tribus hisce codicibus contenta ea sunt de quibus auctor Matthiae Ribererio, die 23 aug., 1766 scribebat : « Tomi reliqui » [praeter primum de quo in codicibus superioribus] nondum lu» cem viderunt, neque fortasse videbunt ; gravis enim est aetas » ac alia me studia detinent ». Hi profecto lucem mererentur suam, quod facta grandiori penicillo colorata, non Aquilejam tantum et Forumiulii, sed et ea omnia, quae vel ecclesiastica vel profana ex circumstantibus regionibus, ad hanc provinciam quoque modo referri possunt, fusiori calamo pertractentur. Quod asserit auctor, documentis vel integris vel per partes fulcit ; rem geographicam antiquam, politicam, feudalem, peritia prope singulari, examini subiicit, errores in opera plura irrepentes, praesertim in Ughelli *Italiam sacram*, emendat.

Codex primus, capitibus triginta quatuor historiam pertractat ab Erardo, marchione foroiuliensi, post mortem Maxentii [a. 835], ad Petrum Gerram patriarcham electum ; alter, capitibus viginti novem, ab Othobono de Razis patr. aquil. [a. 1302], ad Joannem de Moravia patriarcham; tertius, capitibus duobus supra viginti, ab Antonio I Caietano patr. [a. 1395] ad Bartholomaeum Gradonicum, ecclesiae aquil. administrum.

Cod. 90 chart., saec. XVIII, a. 310, l. 215 [L. XIV, CXXXVII]. R.

I. Eiusdem, *de rebus foroiuliensibus et patriarcharum aquileiensium, excerpta ex tabulariis ac libris diplomaticis impressis*, f. 1-74, 144-181, 242-285.

Studiis insunt monumenta quoque inedita et epistolae auto-

graphae fratrum Francisci Giusti et Dominici M. Berardelli, Francisci Florii, Rambaldi degli Azzoni Avogadro, F. B. Finetti.

II. Eiusdem, *discorso apologetico sopra il diploma della zecca aquileiese, da Corrado imperatore, detto il Salico, conceduto a Popone patriarca della città di Aquileja, contro il conte Gianrinaldo Carli, con abbozzo di risposta, quando occorresse.* « Nel» l'opera intitolata: *Monumenta ecclesiae aquileiensis,* da me » data in luce per la stampa... », f. 76-108.

III. —— *osservazioni contro all' opera del conte Gianrinaldo Carli,* DELLE MONETE E DELLA ISTITUZIONE DELLE ZECCHE. *All' Aja,* 1754, f. 109-117.

Auctor severioribus verbis insurgit in dissertationem tertiam.

IV. —— *abbozzo di risposta, quando occorresse, sopra la lettera del conte Gianrinaldo Carli al sig. Bini.* « È necessa» rio, che restiate in primo luogo informato di alcune date di » tempo... », f. 122-143.

V. *Inscriptiones sepulchrales in veteri Jesuatorum ecclesia Venetiis exstantes, manu Bern. Mariae de Rubeis exscriptae,* f. 182-188.

VI. *Inscriptiones sepulchrales in nova Dominicanorum observantium ecclesia exstantes, manu eiusdem,* f. 189-195.

VII. Bernardi Mariae de Rubeis, *de urbis Aquileiae primordiis, incrementis, excidio.* Capitula duodecim. « Urbis Aquileiae » natales, incrementa, opulentiam, amplitudinem, aliaque prae» clara ornamenta... », f. 191-227.

Dissertatio autographa, iam praelo parata, ut ex approbationis nota: F. p. Th. Mannelli, 14 apr., 1749. Ubi auctor Aquileiae situm, originem, nominis rationem, colonias militares, leges, magistratus, religionem, magnitudinem, opulentiam descripsit; disserit de Carnorum origine et situ, coloniis primum in Aquilejam deductis, oppidis in Foroiulii a Julio Caesare conditis, tribu cui Aquileja adscripta, imperatoribus eam invisentibus, excidio saeculo quinto.

VIII. —— *de Aquileja in membrana Peutingeriana, in bibliotheca Caesarea vindobonensi asservata,* f. 227-230.

IX. *Lezioni di mons.* [Filippo] *del Torre, in propaganda:* QUANDONAM PATRIARCHATUS AQUILEIENSIS HABUERIT ORIGI-

NEM ET AN A SCHISMATE. « Una e l'altra parte di questo » quesito è stata trattata dal card. Baronio ... », f. 233-240.

Auctor adversatur opinioni nomen patriarchae a metropolitanis aquileiensibus tempore schismatis usurpatum, quod *de tribus capitulis* appellatum, saeculis sexto et septimo Dei ecclesiam infecerat, sibique suadet illud nomen sensim sensimque enatum ex **a**) istius ecclesiae a Marco conditae praestantia, **b**) amplitudine, quod Austriae partem, Styriam, Carinthiam, Carniolam, Croatiam, partem Sclavoniae, Hungariam cis Danubium et provincias istriensem, venetam, rheticam sibi subdidisset; **c**) praesulum dignitate, qui in conciliis romanis primo loco post pontificem sedebant.

X. *Plura latine et itale de consiliis circa patriarchatum aquileiensem propositis, vel vicario apostolico in partibus imperii instituendo, vel, abrogata sede patriarhcali, archiepiscopatibus utinensi et goritiensi erigendis*, f. 287-372.

Insunt plures scripturae eo Bern. M. de Rubeis senatui veneto datae, ac opiniones Petri Ballerini veronensis, et card. Rezzonico.

XI. Bernardo Maria de Rubeis. *Abbozzo di scrittura sopra la giurisdizione del capitolo di Cividale.* « Il suo monumento più an» tico, dal quale raccogliere si possa qualche lieve notizia ... », f. 373-384.

Fere omnia in codice, manu Bern. Mariae de Rubeis exscripta sunt.

Cod. 91 membr., saec. XVIII, a. 387, l. 261 [L. IX, CLXXX]. Q.

Bullae summorum pontificum Clementis XI, Innocentii XIII, Benedicti XIII, Clementis XII, Benedicti XIV, annis 1716 - 1754 datae senatui veneto, presertim de suppressione patriarchatus aquileiensis et erectione archiepiscopatuum Utini et Goritiae. Folia 126.

Praeit senatusconsultum reipublicae venetae diei 31 martii, 1690, denuo 20 novembris, 1771; quo praeceptum brevia pontificum in librum titulo *Registro de'brevi* exscribenda; authentica vero loco tutiori reponenda. Unde coniicio codicem hunc egre-

gie scriptum, ex tabulario officii, quod dicebant *brevium*, ablatum.

Cod. 92 chart., saec. XVIII, a. 208, l. 153 [L. XI, LXXIV]. N.

Miscellanea varia ad clerum et patriarchatum Venetiarum spectantia, documentis pluribus insertis, annorum 1315-1590. Folia 173.

Volumen hoc [inscriptum *T. III. Ven. ap. collector. MDCCLXXX*] ex libris cancelleriae ducalis, cum aliis septemdecim sibi collegerat Joannes Antonius Pivotus, plebanus s. Thomae Venetiis: haec eadem mutuatus est Jo. Baptista Galliciolus in usum operis: *Delle memorie venete antiche profane ed ecclesiastiche*. Venezia, 1795, vol. VIII, 8.° Haec ille vol. I, p. 8: « Di simil natura furono 15 o 20 volumi manuscritti, che » mi furono eziandio prestati da P. Giannantonio Pivoto, fu par- » roco di s. Tomà. Da essi ho tratte molte notizie appartenenti » al clero e alle nove congregazioni, e soglio citare questi volu- » mi colle lettere S. T., cioè *San Tomà* ».

Cod. 93 chart., saec. XVIII, a. 276, l. 198 [L. IX, LXXXV]. N.

Descriptio ecclesiae sancti Sebastiani, eiusque ornamentorum, MDCCXXIIII. Venetiis. « Inter magnifica templa, quae huius » nostrae Venetiarum civitatis magnum ornamentum ... », folia 9.

Codice hoc usus est Joannes Antonius Moschini in ecclesia eadem illustranda (1), haec in operis annotationibus subdens: « Operetta ms. di autore ignoto, la quale ebbi a imprestito dalla » gentilezza del cons. ab. Jacopo Morelli. Comincia: *Inter ma-* » *gnifica templa.* Due tratti voglionsi notare di questo libretto, » l' uno ove dice, quasi nel principio: *aliquod nobis huius no-* » *bilissimae artis* [picturae] *studium est:* l' altro con cui termina: » *Si languido stylo confusoque ordine res perscripserim, quid*

(1) *Guida per la città di Venezia.* Venezia, 1815, 8.°, vol. II, p. 308-318.

Angeli de Parlatoribus veneti, comitis de Carraria patavi, Francisci Zabarella cardinalis patavi, Joannis de Inzegneratis patavi, Joannis de Garzonibus veneti, Bartholomaei de Astorellis veneti, Benedicti de Gallis della Galta, Bartholomaei Zabarella patavi, Augustini et Hieronymi Michaelis venetorum, Gabrielis Contareni veneti, Taddaei Quirini veneti, Petri et Agnelli Lipomani venetorum, Hieronymi Zachi patavini, Pauli et Josephi Gualdi vicetinorum, Alberti Barisonii patavi, Galeatii Mussati patavi, annis 1150-1647. Cuique diagrammati subest viri laudati vel familiae eius historiola, manu Hier. Gualdi. Initio data est *inscriptio in archipresbyteratu: Angelus Lipomanus — venetus — archipresbyter — patavinus — Leonis X pontificis maximi — a cubiculo intimus — has aedes suae et — successorum commo — ditati — a fundamentis erexit, — maiorum quoque — memoriam temporis — incuria pene — extinctam, haud minori — studio, quam pietate, — ut cernitis, excitavit — a Christi nativitate — MDXXXVII.*

Cod. 97 chart., saec. XVIII, a. 295. l. 205 [L. IX, CXXXVIII].

Documenta varia pro episcopatu senensi. Folia 253.

Brevia pontificum, diplomata imperialia, litterae principum, conventa aliaque eiusmodi ab anno 731 ad 1405 eruta sunt ex tabulariis senensibus ecclesiae maioris, archiepiscopatus, communis, canonicorum regularium, monasteriorum s. Dominici et s. Eugenii, abbatiae s. Laurentii de Cultubono, monialium vulgo *della Madonna*, hospitalis de Scala, principis Augusti Chisii, ab. Galgani Bichi, Pandi Bulgarini, familiae Malevoltorum, item ecclesiae aretinae et codice ms. Christinae Svecorum reginae.

Cod. 98 chart., saec. XV, a. 210, l. 155 [L. IX, LXXV]. N.

I. *Historia salonitanorum pontificum atque spalatinorum, ab origine ad annum* 1266. « Dalmatia, secundum Isidorum, est » prima pars Graeciae, et dicitur a Delmi . . . », f. 1-108.

Opus Thomae archidiaconi spalatensis, et a Schwandtnero in *Rerum dalmaticarum scriptorum.* editum.

Auctor anno 1200 natus [cap. 30], spalatensis capituli archidiaconus [cap. 32], potestati Anconae legatus [cap. 33-34], spalati archiepiscopatu sibi oblato refutato [cap. 45], regi Hungariae legatus missus [cap. 47, 51], obit a. 1268, sepellitur in ecclesia s. Francisci Spalati. De eius historia ita Bail in editione altera praefatur: « Quomodocumque existimaverimus de » Thomae historia, de rebus tamen croaticis atque dalmaticis » egregie meritum fateamur oportet, in primis si eruditae illi » aequanimitati ius permiserimus, quae in toto *archidiaconi* ge- » nere, mirum in modum, pro eius ingenio elucet ». Quidam serius addidit notas marginales, quas inter sic f. 53 auctoris nomen, saeculo XV minime notum, divinatur: « Hic Thomas ar- » chidiaconus forsitan compilator huius operis ».

Versionem italam [legendam, codice ms. 295 classis VI mss. italorum] nuncupat Georgius Capranica, die 10 nov. 1620, Caesari Dolfino.

II. *Historia edita per Micham Madii de Barbaçanis de Spalato, de gestis romanorum imperatorum et summ. pontif. pars secundae partis de anno Domini MCC nonagesimo* [usque ann. 1330]. « Nicolaus IIII papa, dictus frater Hieronymus episcopus » praenestinus, natus . . . », f. 109-125.

Publici iuris facta est a Joanne Lucio in opere: *De regno Dalmatiae et Croatiae.* Amstelod. 1666, p. 371-380, et a Schwandtnero in *Rerum dalmaticarum scriptorum* Pars autem secundae partis dicitur relate ad historiam antecedentem.

III. *Summa historiarum tabula a Chuteis, de gestis civium spalatinorum sub brevitate compilata ex diversis chirographis de temporibus retroactis; et primo de peste et clade epidemica, quae cepit vigere Spalati, anno Domini millesimo CCC. XLVIII, luce XXV mensis decembris* [ad ann. 1366]. « Heu proh dolor! Qui » animi vel quae lingua hominum posset exprimere et explica- » re . . . », f. 125-132.

Edita ibi a Jonne Lucio, p. 381-385, ac Schwandtero, quibusdam tamen in titulo immutatis. Sub fine est epistola Morbasani imperatoris Turcarum Gregorio pp. XI, p. 31-32.

IV. *Privilegium Alexandri Magni concessum Slavis et linguae eorum, extractum ex quodam libro graeco antiquissimo apud*

Constantinopolim reperto, et translatum in latino de verbo ad verbum. « Nos Alexander Philippi regis Macedonum, archon monar» chiae figuratus.... », f. 133.

Commentum, italo editum in *Regno degli Slavi di Mauro Orbini* [Pesaro, 1601, p. 168] ac in *Diversi pubblici decreti, terminationi ec. a favor della magnifica comunità della Brazza.* Udine, 1656, p. 1-2.

V. *Litterae finium villae Cariae, in favorem Thomae de Lucaris, communis et civitatis Rhagusii rectore Marino, q. Michaelis de Bona, die* 28 *febr. a.* 1403, f. 136-137.

Sub fine legitur: « Mutuatus Marco Costae corcyreo et » eius proprio domino restitutus die 8. ianuarii 1596, cui Deus » retribuat ».

Cod. 99 chart., saec. XVI, a. 210 l. 150 [L. X, CCXXVIII]. N.

Chronica Dalmatiae et Salonae per Andream Spalatinum. Folia 146. Idem est ac opus Thomae archidiaconi spalatensis, in codice praecedenti.

Codd. 100-107 chart., saec. XVIII, a. 383, l. 253 [L. IX, CLXIX-CLXXVI].

Danielis Farlati, *illyricum sacrum, cum continuatione Jacobi Coleti.* Venetiis, 1751-1819, vol. VIII, f.

Emendationes et additamenta, manu continuatoris, addita sunt, raro admodum volumine primo usque tertium, frequentius quarto usque sextum. Idem Coletus quaedam quoque annotavit continuationis voluminibus septimo et octavo, ab eo annis 1817-1819 editis.

Cod. 108 chart., saecc. XV-XVI, a. 302 l. 216 [L. IX, CLXXIX]. D.

Catasticum ecclesiarum et monasteriorum insulae Cretae.

Chartarum ad res ecclesiasticas cretenses, ab anno 1266 ad 1508 pertinentium, pretiosa collectio, qua nonnulli praesertim

episcopi, in *Creta sacra* Flaminii Cornelii desiderati, aperte dignoscuntur.

Cod. 109 chart., saec. XVIII, a. 310, l. 211 [L. XIV, CXLI]. R.

Bernardi Mariae de Rubeis, *collectanea plerumque autographa, rerum Graecorum cum Latinis, praesertim Venetiis*; pluribus impressis de eodem insertis. Folia 138.

Auctor a principio dedit pertractationum indicem sat promissum. Exstant excerpta ex scriptoribus, in eos animadversiones, notitiae episcoporum, librorum graecorum recensiones, narrationes de usibus et ritibus, epistolae, petitiones coloniae graecae, responsa a senatu. Plura de ecclesia s. Blasii; origine et historia ecclesiae s. Georgii, dictae *Graecorum*.

Cod. 110 chart., saec. XVI, a. 194, l. 137 [L. IX, XXXVI]. O.

Basilii, monachi Cisterciensis ordinis ac monasterii Septimi, *de aetatum computatione et dierum anticipatione, ad Leonem X, pont. max.* « Cum multa divinitus a maioribus nostris, beat. pa» ter, inventa atque instituta .... »! Folia 19.

Eo tendit auctor ut *calendarii* correctionem pontifici suadeat. « Itaque, ait, ne totius ecclesiae solemnia permutentur, » Caesarem Augustum imitemur, et eum in saeculi intercalatio» ne nostris viribus amplexemur; et sic non turbabitur orbis, » nec ullum ecclesiae ordinem intempestive corrumpere est. Cum » autem de hac temporis anticipatione inter omnes fere homines » disceptatio habeatur, ut omnes hos dies, in uno anno, sua in» tercapedine consumes, et huius temporis simul in ultimo men» sis observes, 28 die februarii vel, ut melius eloquar, in die » sancti Matthiae, videlicet 28 eiusdem mensis, quando bissex» tus habetur, septimum diem Martii nomines, et dies tunc sta» tos accipies, et aequinoctii tempus in 22 martii cum suis veniet » fractionibus ».

Basilius se florentinum esse, Vespuccio praeceptore usum fuisse, ac opus de varietate temporum vulgasse, hoc ipso in li-

bello, inquit. Bacellio teste (1), e Lapia familia natus est, artiumque mathematicarum peritia praestitit. Quae scripserit, Julius Niger in libro de scriptoribus florentinis enumerat, ac opellam in codice nostro exaratam apud Magliabecchium fuisse refert.

Cod. 111 membr., saec., XV, a. 184, l. 132 [L. IX, XCI].. Ml.

Martyrologium romanum. Haec insunt:

a. *Kalendarium cum indicationibus variis temporum lunae, litterarum dominicalium, et festorum rubricatis, ac solitis rhithmis,* f. 1-12.

b. *Ordo datarii sive martyrologii, secundum consuetudinem romanae curiae.*

Finit: » Te laudo, Christe, quia perficitur liber iste;
» Adiuctrixque pia laudetur virgo Maria » f. 13-165.

c. *Versus ad absolutionem capitulorum dominicarum, festorum mobilium, sanctorum,* f. 166-172.

d. *Officium in festo s. Joseph confessoris, sponsi virginis Mariae, cum novem lectionibus propriis ex divis Augustino et Bernardo,* f. 173-178.

Cod. 112 chart., saec. XVIII, a. 310, l. 220 [L. IX, LI]. Mt.

Andreae Gallandi, *apparatus pro bibliotheca martyrologica et kalendariorum.* Jacobus Morelli, tituli auctor, tres varios iam praeposuerat, nempe **a.** *Archiva antiquitatis ecclesiasticae, seu kalendariorum ac martyrologiorum amplissima collectio* — **b.** *Tabularium ecclesiasticum seu kalendariorum et martyrologiorum* — **c.** *Tabularium ecclesiae universae, seu kalendariorum et martyrologiorum.* Folia 407.

Praeit libellus per alphabeti litteras digestus, quo adversaria de re ordinatim distribuuntur. Codex universus continet ex integro variantes lectiones codicum Vaticani 4885, Alexandrini Vaticani 435, Palatinorum Vatican. 39, 238, 1341; Othoboniani; Veronensium Capitularis, Muselliani, Burri; duorum ex li-

(1) *Historia abbatiae septim.* p. 247.

bris choralibus tabularii capituli aquileiensis, et s. Justinae de Padua: praeterea calendaria edita, fragmenta martyrologiorum, specimina codicum ec. Exstant quoque epistolae latine et itale Gallando datae annis 1744-1749 a Josepho Blanchino, Hieronymo a Prato veronensi, Joanne Stiltingh antuerpiensi, Joanne Baptista Archetti ferrariensi, Laurentio de Turre, Athanasio Peristiani, Vincentio de S. Jacobo, Joanne Dominico Mansi. Additur: *Latinorum aeque ac graecorum codicum manu exaratorum, qui in bibliotheca s. Pauli Ferrariae, patrum Carmelitarum congregationis Mantuae sunt, elenchus.*

Cod. 113 chart., saec. XVI, a. 340, l. 240 [L. IX, LXXI]. N.

Martyrologium romanum ad novam kalendarii rationem et ecclesiasticae historiae veritatem restitutum, Gregorii XIII pont. max. iussu editum. Accesserunt notationes atque tractatio de martyrologio romano, auctore Caesare Baronio sorano, congregationis oratorii presbytero. Romae, ex typ. Dominici Rosae, 1586, f.

Operi edito accedunt notae plures, ab auctore passim appositae, maxima ex parte a Baronio in posterioribus editionibus datae. Quae pag. 49 de sancta Xynoride, non sunt manu Baronii.

Cod. 114 chart., saec. XVIII, a. 348, l. 230 [L. IX, LV]. Mt.

Antonii Gallandi, *annotationes ad martyrologium romanum a Caesare Baronio cardinali editum.*

Studia graviora coacervata, etsi per menses distributa, ita absolvenda auctor conceperat, ut *ordo editionis martyrologii Baroniani sic esset texendus.*

Volumen I. « Praefatio, ubi de martyrologio romano Baro-
» nii deque illius editionibus, item de nostro labore ».

» 1. Dissertatio de persecutoribus martyrum ».

» 2. De actis martyrum. Dissertatio Ruinart, cum notis.
» Ansaldi dissertationes duae iungendae ».

» 3. De cruciatibus martyrum. Gallonius illustrandus ex
» Sagittario ».

» Martyrologio praemittenda epistola Benedicti XIV ».

» Sex priores menses cum notis Baronii, Holstenii, de Aste.
» Galland ».

Volumen II. « Sex posteriores menses ».

» Praefatio ubi de collectione martyrologica.

» Index agiographus ex Castellano.

» Index topographicus. Topographia cuiusque loci repetenda ex Ferrario, Baudrand, Ortelio, Holstenio, Sebastiano a S. Paulo, Lubino, cui subiicienda nomina sanctorum ».

» Index rerum ».

» Kalendariorum martylogicorum, cum indice sanctorum ».

» Legendi indices ad historiam Eusebii eccl., Socratis ».

Codex autographus, foliorum 329.

Cod. 115 chart., saec. XVIII a. 270, l. 196 [L. IX, CLXXXIV].

I. *Compendium martyrologii hispani*. Folia 171.

Dominus Joannes Tamayo de Salazar, Hispaniarum inquisitor generalis, m. 1662, *parum feliciter compilavit* (1) *Martyrologium hispanum, sive anamnesim, hoc est commemorationem omnium Sanctorum hispanorum, per dies anni digestam et concinnatam, ac notis apodicticis illustratam, ad methodum martyrologii romani*. Lugduni, 1651-1659, t. VI, f.

Hieronymum Lombardi, societatis Jesu, auctorem crediderim, qui foliis septem praeviis indicem obtulit.

II. *Compendium martyrologii gallicani, quod ab Andrea de Saussay digestum, Parisiis editum est* a. 1637, vol. II, in folio. Folia 135, cum additionibus et indicis schemate, fol. 149-195.

Eundem auctorem putaverim.

Cod. 116 membr., saec. XII, a. 449, l. 312 [Z. L, CCCLVI].

Legendae Sanctorum, hinc inde sumptae.

1. V*ita s. Joannis evangelistae*, « Melitus servus Christi, » episcopus Lauditiae universis.... », f. 1-6.

(1) Ita Nicolaus Antonius in *Bibliotheca hispana nova*, t. I, p. 784.

De auctore Jacobus a Voragine in *Legenda aurea*, cap. IX: « Eius vitam Miletus Laodiceae episcopus scripsit, quam Isidorus » in libro de ortu et vita vel obitu sanctorum patrum abbre- » viavit ».

2. *Passio s. Columbae.* « Eodem tempore cum adhuc mun- » dus... », f. 6-9.

3. *Vita s. Silvestri.* Prologus: « Historiographus no- » ster...; vita: « Silvester igitur urbis Romae... », f. 9-36.

Est versio graecae narrationis ab Eusebio Caesareensi oblatae.

4. *Mirabilis vita b. Mariae aegiptiacae.* « Maria aegiptia- » ca quae peccatrix appellatur... », f. 36.

Jacobum de Voragine habet auctorem, cap. LVI.

5. *Vita sanctissimi patris Basilii.* « Postquam lucifer ille » procax... », f. 37-55.

Ursus sacerdos, Gregorio ciente, vertit a graeco vitam ab Amphilochio nicomediensi episcopo exaratam.

6. *Passio s. Juliani.* « Beatus Julianus nobili familia... », f. 55-71.

7. *Vita s. Pauli, primi heremitae.* [a b. Hieronymo]. « In- » ter multos saepe dubitatum est... », f. 71-75.

8. *Vita s. Hilarii* [a Fortunato scripta ad Pascentium]. Prologus. « Domino sancto et meritis beatissimo... »; vita: « Igitur beatus Hilarius... », f. 75-82.

9. *B. Hilarii, epistola ad filiam Afram.* « Accepi litteras » tuas... », f. 82-83.

10. *Sequitur narratio vitae et miraculorum b. Hilarii, ex Hieronymo, Gregorio, aliisque*, f. 84-94.

11. *Passio s. Felicis nolani.* « Factum est autem ut post » complexionem... », f. 93-94.

12. *Vita s. Mauri.* Prologus: « Postquam divinitas... », vita: « Béatissimus Maurus clarissimo senatorum genere... », f. 94-108.

13. *Passio s. Marcelli papae.* « Tempore quo Maximianus » Augustus rediit... », f. 108-113.

14. *Vita b. Antonii monachi.* Prologus: « Presbyter Eva- » grius Innocentio... »; vita: « Igitur Antonius nobilibus reli- » giosisque parentibus... », f. 113-124.

15. *Passio sanctorum Marii, Marthae, Audifax et Habacuc.* « Temporibus Claudii, venit quidam vir ... », f. 125-128.

16. *Passio s. Sebastiani.* « Sebastianus vir christianissimus, » mediolanensium ... », f. 128-146.

Passionem hanc paucis perstrinxit Jacobus a Voragine in *legenda aurea*, cap. XXIII.

17. *Passio s. Agnetis virginis.* « Diem festum sanctissimae » virginis celebremus. Hinc psalmi resonent ... », f. 146-150.

Est sermo d. Ambrosii, ex quo plura sumpsit Jacobus a Voragine, l. c., cap. XXIV.

18. *Passio s. Vincentii martyris.* « Probabile satis est ad » gloriam invictissimi Vincentii ... », f. 150-155.

19. *In conversiones s. Pauli.* « f. 155-158.

Constat scriptum **a.** narratione *actuum Apostolorum*, cap. IX, v. 1-31 ; **b.** huius narrationis expositione : « Beato igitur » Job sanctae ecclesiae typum tenenti dicitur ... » ; **c.** sermone s. Augustini episcopi : « Hodie lectio de actibus Apostolorum » pronuntiata est ».

20. *Vita s. Joannis Chrysostomi.* « Defuncto Theodosio, eius » imperium filii susceperunt ... », f. 159-164.

Ex *historia tripartita* narratio extracta est.

21. *Vita s. Geminiani, episcopi et confessoris.* « Nostri offi- » cii, fratres carissimi, est plebi Christi ... », f. 164-171.

22. *Translatio corporis beati Marci, apostoli et evangelistae.* » Post passionem beatissimi Marci evangelistae, transactis » autem ... », f. 172-177.

Narrator : « Primum Aquilegiam civitatem Italiae duxit » [d. Marcus] ad fidem, quae sita est in provincia illa quae ex » antiquo Venetia nuncupatur, *de qua nos orti sumus* ». Hanc translationis historiam Flaminius Cornelius in *Eccles. venetae* misit omnino.

23. *Vita s. Severi, archiep. et confessoris.* « Quotiescumque » virorum gesta fortium, eorumque laudabiles ... », f. 177-184.

24. S. Augustini, episcopi, *sermo in purificatione s. Mariae virginis.* « Hodierna dies, fratres carissimi, magnum nobis con- » tulit gaudium ... », f. 184-185.

25. S. Ambrosii, episcopi, *de eodem.* « Si subtiliter a fid

» libus quae sit huius diei festivitas perpendatur... », f. 184-186.

26. *Passio s. Blasii.* « Etenim in Sebastia Cappadociae tra-» didit quidam ... », f. 186-190.

27. *Passio s. Agathae virg. et mart.* « Diem festum sacratis-» simae Agathae martyris celebramus ... », f. 190-193.

Huius compendium dedit Jacobus de Voragine, l. c., cap. XXXIX.

28. *Passio s. Julianae mart.* « Martyrum perseverantia » comprobanda eo usque processit... », f. 193-197.

29. *Passio sanctarum Fuscae virg. et Maurae.* « In tempo-» ribus illis cum magnas martyrum victorias ... », f. 197-200.

30. *Passio sancti Valentini.* « Propheta loquitur ad Domi-» num secundum altitudinem suam ... », f. 200-202.

31. *Passio sanctorum martyrum Faustini et Jovitae.* « In » tempore illo quo beati martyres Faustinus et Jovita ... », f. 202-208.

32. S. Leonis papae, *sermo in cathedra s. Petri.* « Hodier-» nae festivitatis sacrosancta celebritas quantum ex dictis ... », f. 208-210.

33. *Sermo in laudem beati Matthiae apostoli, ex dictis sanctorum patrum.* « Inclytam et gloriosam festivitatem beati Mat-» thiae apostoli ... », f. 210-215.

Habet codex [L. IX, LXV, f. 28-37].

34. *Passio sanctorum quadraginta martyrum.* « Passio san-» ctorum quadraginta martyrum, qui in civitate Sebastia marty-» rio ... », f. 215-219.

35. *Vita s. Gregorii pp.* « Gregorius, genere romanus, arte » philosophus ... », f. 219-227.

Eius mors et miracula longo sermone excutiuntur. Sepulchri titulus exastico in *legenda aurea* expressus, hic habet versus sexdecim.

36. *Passio sanctorum martyrum Hilarii et Taciani.* « Au-» xiliante Domino nostro Jesu Christo, fratres dilectissimi ... », f. 227-230.

37. *Vita seu transitus sancti Joannis Panariensis.* « Fa-» ctum est autem in diebus illis cum beatus Joannes egredere-» tur ... », f. 230.

38. *Vita sancti Benedicti abbatis.* « Fuit vir vitae venera» bilis, gratia benedictus... », f. 230-232.

39. S. Petri Grisologi, *in annunciatione beatae Mariae virginis.* « Debetur quidem vobis natalicius sermo... », f. 232-235.

40. *Vita s. Ambrosii, episcopi.* Prologus. « Hortaris, venera» bilis pater Augustine, ut sicut beati viri... », vita : « Igitur » posito in administratione praefecturae Galliarum.... », f. 235-247.

Anonymus, divo Augustino hortante, vitam descripsit.

41. *Passio s. Georgii martyris.* « In illis diebus cum Geor» gius tribunus militaret... », f. 247-250.

42. *Passio b. Marci evangelistae et martyris.* « Post glo» riosam Domini nostri Jesu Christi in coelum... », f. 250-256.

Pars prima, i. e. *apostolatum aquileiensem*, usque ad verba : « cum quo sine fine, aeterna beatitudine regnat in caelo ... » edita est in *Actis Ss. a Bolland,* 25 apr., p. 346-347. In extrema plura sunt quae narrationem in eisdem *actis*, p. 347-349 suppleant.

43. *Passio s. Vitalis martyris.* « Sanctus Vitalis militans » consularianus... », f. 256.

44. *Vita s. Philippi apostoli.* « Philippus apostolus Domini » nostri Jesu Christi, post ascensionem... », f. 257.

45. *Passio sancti Jacobi apostoli.* « Jacobo apostolo praesi» dente, cathedram ecclesiae Jerosolimorum... », f. 257-258.

46. *Passio sanctorum martyrum Alexandri, Eventii et Theoduli.* « Quinto loco a beato Petro apostolo cathedra sedit Alexan» der... », f. 258-263.

47. *Inventio s. crucis.* « Anno ducentesimo tricesimo tertio » post passionem... », f. 263-268.

48. *Hic legitur in die s. Helenae reginae.* « Perrexit au» tem Helena ad Jerosolimam et requisivit locum.... », f. 268-269.

49. *In apparitione sancti angeli* [Michaelis] *homilia.* « An» gelorum quippe et hominum naturam ad cognoscendum... », f. 269-273.

50. *Passio s. Victoris mart.* « Regnante impio Maximiano » imperatore in civitate mediolanensi... », f. 273-275.

51. *Passio sanctorum Gordiani et Epimachi.* « Temporibus » Juliani impiissimi imperatoris... », f. 275-277.

52. *Passio sanctorum Nerei et Achillei, martyrum.* « Nisi stu- » dia Catholicorum securitatis... », f. 277-282.

Passionis finem excipit Marcelli epistola eisdem : « Lectis » litteris vestris, gaudio sum repletus... ».

53. *Passio s. Pancratii martyris.* « Temporibus illis imma- » nis persecutio fuit Christianis, ut thurificarent idolis... », f. 282-283.

54. *Passio sancti Barbari.* « Regnante imperatore Juliano, » anno primo imperii eius... », f. 283-286.

55. *In s. Petronillae virginis.* « Petronillam itaque bene » nostis, voluntate Petri apostoli... », f. 286-287.

56. *Passio sanctorum Felicis et Fortunati martyrum.* « In » diebus illis sub Diocletiano et Maximiano imperatoribus... », f. 287-288.

57. *Relatio s. Pastoris presbyteri de sancta Potenciana.* « Omnia quae a Sanctis gesta sunt, vel geruntur.... », f. 288-290.

58. *Vita et passio ss. Eustachii et filiorum eius.* « In diebus » Traiani imperatoris, daemonum praevalente fallacia.... », f. 290-293.

59. *Passio sanctorum Cantii, Catniani et Cantianillae.* « O- » mnia quae a Sanctis gesta sunt vel geruntur, si quis voluerit » studiose... », f. 297-299.

Primae tantum propositiones congruunt principio *relationis s. Pastoris*, n. 57.

60. *Passio sanctorum Marcellini et Petri.* « Benignitas Sal- » vatoris nostri, martyrum perseverantia comprobata... », f. 299-301.

61. *Passio sancti Herasmi martyris.* « Facta est persecutio » Christianorum a Diocletiano imperatore, ut si quis... », f. 301-305.

62. *Passio sanctorum martyrum Primi et Feliciani.* « Tem- » poribus Diocletiani et Maximiani imperatorum, saeva fue- » rat... », f. 305-308.

63. *In sancti Cethei martyris et episcopi Aternensium* [alio

nomine *Peregrini*]. « Temporibus beatissimi papae Gregorii, » cum apud Constantinopolim ... », f. 309-313.

64. *In sanctorum martyrum Viti et Modesti.* « In provin» tia Litia, sub tempore Diocletiani et Antonini imperatorum, » multas virtutes ... », f. 313-317.

65. *In sanctorum martyrum Gervasii et Protasii.* « Am» brosius servus Christi fratribus per omnem Italiam in Domino » aeternam salutem ... », f. 317-329.

66. *In sanctorum Ioannis et Pauli.* « Sub Constantino » Augusto, a Gallicano duce romani exercitus ..... », f. 319-322.

67. *In sanctorum Petri et Pauli.* « Cum venisset Paulus » Romam, convenerunt ad eum omnes Iudaei dicentes : Nostram » fidem in qua natus es ... », f. 322-339.

68. *In sancti Julii, papae et confessoris.* « Julius papa na» tione romanus, ex patre rustico ... », f. 330.

Quae sequuntur, aevo recentiori scripta sunt ab amanuensi characteres antiquos male simulante.

69. *De apparitione s. Marci apost. et evang.* Prologus : « Fi» dei christianae religio ante legem in antiquis patribus praesi» gnata ... » ; *acta atque miracula apparitionis s. Marci*: « Tran» slato igitur beatissimi Marci gloriosissimo corpore ab Alexan» dria ... », f. 330-338.

70. *Incipit passio sancti Jacobi intercisi.* « Temporibus His» degerni, principis Persarum, erat in regione Elura, in civita» te Alape ... », f. 339-343.

71. *In conceptione Virginis gloriosae.* « Crescente religione » christiana, Dei filius, via veritatis et vitae, qui revelat secre» ta ... », f. 343-347.

Accedit homilia s. Hieronymi in idem : « Quaerat diligen» ter lector et dicat : Cum Joseph non sit pater ... ».

72. *In sancti Joannis ante portam latinam, sermo s. Hieronymi, in libro illustrium virorum.* « Joannes apostolus, quem » Jesus amavit plurimum, filius Zebedei ... », f. 347-348.

Accedit Hieronymi homilia in idem : « Unde opinionem ha» bet ... ».

73. *Incipit vita beati Francisci.* « Apparuit gratia Dei, Sal-

» vatoris nostri, diebus istis novissimis, servo suo Francisco... », f. 348-353.

74. *Incipit vita beati Alexii.* « Fuit vir simplex in Roma, » cui nomen erat Eufumianus ... », f. 353-356.

Codicem, litteris initialibus pictis praestantem, fusiori excussi, quam par erat, sermone, quod ex saeculo decimo secundo procedat.

Cod. 117 membr., saec. XII, a. 525, l. 340 [L. IX, XXVIII]. Ya.

Passionale a die s. Nicomedis ad diem praesentationis b. Mariae virginis. Pars autumnalis.

Repeto nominum seriem in historiae liturgicae subsidium. Sancti *Nicomedes*, p. 1-4; *Lucia et Geminianus,* 4-10; *Euphemia v. et m.,* 10-15; *Matthaeus ap. et evang.,* 15-22; *Mauricius et socii,* 22-25; *Thecla virg. et mart.*, 25-27; *Cosma et Damianus,* 27-31; *Cyprianus et Justina virgo,* 31-36; *Michael archangelus,* 36-38, *Hieronymus presb.*, 38-43; *Remigius episc. et conf*, 43-45; *Germanus episc.,* 45-46; *Justina virgo,* 46-48; *Sergius et Bacchus,* 48-55; *Dedicatio ecclesiae s. Marci*, 55-57; *Dionisius, Rusticus et Eleutherius mart.*, 60-61; *Callixtus papa,* 61-64; *Gaudentius ep. et conf.*, 64-65; *Alexander ep.*, 66-67; *Gallus,* 67-72; *Lucas ev.* 72-75; *Hilarion monachus,* 75-76; *Severinus conf.,* 75-79; *Chrisantus et Daria,* 79-85; *Amandus conf.,* 85-91; *Simon et Juda ap.*, 91-98; *Omnes Sancti,* 98-103; *Caesarius m.,* 103-105; *Justus m.,* 105-107; *Vitalis et Agricola,* 107-108; *Leonardus conf.,* 108-114; *Quatuor coronati*, 114-119; *Theodorus m.*, 119-122; *Martinus ep.,* 122-128; *Menna mart.*, 128-131; *Bricius ep.,* 131-133; *Homobonus,* 133-137; *Joannes Chrisostomus,* 137-143; *Platho mart.,* 143-144; *Maurus disc. s. Ben*, 145-152; *Stephanus conf. et sac.,* 152-167; *Maurus m.*, 167-168; *Caecilia v. et m.,* 168-178; *Clemens m.*, 178-182; *Grisogonus.*, 182-185; *Petrus Alexandrinus ep.*, 185-189; *Catarina v. et m.*, 189-196; *Grisogonus m.,* 196-197; *Gerardus ep. et m.* (1); 197-

(1) In margine infer. f. 200 legitur: « Martirizatus est autem beatissimus Gerardus ep. currente anno dom. M. CLXVIII I, VII kal. marcii, praeter beatum Thomam martyrem cantuariensem episc., qui tempore illo fuit.

200; *Thomas m.*, 200-208; *Translatio s. Nicolai,* 208-220; *Prosdocimus conf.*, 221-225; *Andreas ap.*, 227-230; *Barbara v. et m.,* 230-232; *Bassus m.,* 233-236; *Nicolaus conf.*, 236-250; *Ambrosius ep.*, 250-261; *Zeno ep.*, 261-264; *Syrus ep.*, 264-266; *Lucia virgo,* 267-269; *Thomas ap.*, 269-276; *Veneranda v. et m.*, 277-279; *Lazarus m. et ep. Massiliae,* 279-280; *Praesentatio b. Mariae,* 280-283.

Sunt *legendae,* nomine: passionalia, passionaria, vitae, festivitates, miracula, historiae translationum ex homiliis et narrationibus ss. patrum, quae in choro ecclesiae s. Marci praelegi solebant a dominica prima septembris ad primam *Adventus.*

Folio extremo legitur: « L'anno 1675, li 11 novembre. » Ego Petrus Pazzetto vel Petrus Pacificus ». Litterae omnes initiales picturis conspicuae sunt, referentibus homines, aves, belluas, frondes, flores.

Codicem anno 1748 Antonius Maria Zanetti a cubiculo superiori sacristiae s. Marci, bibliothecae praesidis nutu, in Marciam transtulit.

Cod. 118 membr., saecc., XIV-XV, a. 540, l. 347 [L. IX, XXVII]. Ya.

Passionale, a die sanctorum apostolorum Petri et Pauli ad s. Thomae de Aquino. Pars aestiva.

Vitae, legenda, acta, gesta, nativitates, passiones, obitus, inventiones, commemorationes, translationes, homeliae ss. patrum.

Nomina Sanctorum haec sunt: *Petrus et Paulus,* 1-8; *Commemoratio s. Pauli,* 8-16; *Vita et transitus s. Marcialis,* 16-33; *Passio ss. mart. Processi et Martiniani,* 33-34; *Vita s. Heliodori ep.*, 34-49; *Passio ss. septem fratrum,* 3-40; *Vita s. Paterniani ep.*, 40-45; *Translatio s. Benedicti abbatis,* 45-47; *Passio ss. mart. Felicis et Naboris,* 47-49; *Passio ss. mart. Hermacorae et Fortunati,* 49-52; *Passio ss. mart. Quirici et Julitae,* 52-57; *Vita s. Marinae v.*, 57-59; *Gesta s. Rofilli ep. et conf.*, 59-62; *Passio s. Margaritae v.* 62-68; *Vita s. Praxedis v.*, 68-70; *Vita s. Mariae Magdalenae,* 70-78; *Adventus sacrati pignoris,* 78-81; *Passio s. Apollinaris mart.*, 81-87; *Passio s. Christinae,* 87-91; *Pas-*

sio s. Iacobi apostoli, 91-94; *Passio s. Christophori mart.* 94-97; *Passio s. Hermolai*, 97-100; *Passio ss. Nazarii et Celsi*, 100-104; *Pantaleo m.*, 104-109; *Passio ss. mm. Simplicii, Faustini et Beatricis*, 110; *Felix m. et pont.*, 110-111; *Passio b. Seraphiae v.*, 111-114; *Passio ss. mm. Abdon et Sennen*, 114-117; *Vita s. Germani ep.*, *f.*, 117-118; *Petrus in vincula*, 118-119; *Passio ss. Machabeorum cum matre eorum*, 119-120; *Passio s. Stephani papae*, 120-125; *Inventio bb. Stephani et Gamalielis*, 125-128; *Passio ss. septem dormientium*, 128-130; *Passio ss. Sixti, Felicissimi et Agapiti mm.*, 130-132; *Transfiguratio Domini*, 132-136; *Passio s. Donati ep. et m.*, 136-138; *Vita s. Donati ep.*, 138-141; *Passio s. Ciriaci m. et sociorum eius*, 141-143; *Passio s. Romani m.*, 143; *Passio s. Laurentii lev. et m.*, 143-146; *Passio s. Tiburcii m.*, 146-148; *Translatio s. Hermacorae*, 148-152; *Passio s. Hippolyti m.*, 152-154; *Passio s. Cassiani m.*, 154-155; *Vita s. Eusebii conf.*, 155-156; *Passio bb. mm. Felicis et Fortunati*, *f.* 156-157; *Passio sanctae Marinae m.*, 157-162; *Passio s. Agapiti m.*, 162-164; *Passio s. Magni*, 164-166; *Passio s. Simphoriani*, 166-173; *Passio s. Genesii*, 173-174; *Vita vel obitus s. Augustini ep.*, 174-187; *Passio s. Pelagii*, 187-189; *Passio s. Hermetis*, 189; *Decollatio s. Jo. Bapt.*, 190-192; *Passio s. Sabinae*, 192-193; *Passio ss. Felicis et Adaucti*, 193-196; *Transitus s. Aegidii ab. et conf.*, 196-200; *Passio s. Longini*, 200-202; *Passio virg. Euphemiae, Dorotheae, Theclae et Erasmae*, 202-206; *Nativitas b. Mariae v.*, 206-210; *Acta et passio s. Adriani*, 211-219; *Passio ss. Dorothei et Gorgonii*, 219; *Passio ss. Proti, Hyacinthi et Eugeniae v.*, 219-226; *Passio s. Ligorii m.*, 226-227; *Passio s. Cornelii*, 227-228; *Passio s. Cypriani ep.*, 228-229; *Exaltatio s. crucis*, 230-231; *Passio b. Isidori m.*, 232-234; *Huius translatio corporis*, 234-239; *Legenda visitationis Virginis*, 240-247; *Vita s. Mariae Magdalenae*, 248-255; *Vita s. Lazari ep. massiliensis*, 256-260; *Balbina m.*, 260; *Jeremias proph.*, 260-262; *Quiriacus ep. et m.*, 262-263; *Gothardus ep. et conf.*, 263; *Joannes Damascenus*, 263-265; *Ubaldus ep. et conf.*, 265-266; *Joannes pp. et m.*, 266-267; *Bonifacius m.*, 267-268; *Domnus m.*, 268-269; *Januarius ep. et socii mm.*, 269-270; *Demetrius m.* 270; *Martinus pp. et m.*,

270-271; *Marcus papa primus,* 271; *Columbanus abbas,* 271-273; *Damasus papa et conf.,* 273; *Petrus Grisologus,* 273-274; *Eufrosina v.,* 274-275; *Brigida,* 275; *Petrus abbas clarevallens.,* 275-276; *Leo ep. et conf.,* 276-277; *Athanasius ep., et conf.,* 277-278; *Simeon ap. et m.,* 278; *Gabinus m.,* 278; *Soterus pp. et m.,* 278-279; *Gaius pp. et m.,* 279; *Agapitus pp. et m.,* 279-280; *Marinus et Asterius,* 280; *Afrodisius ep. et conf.,* 280; *Pigmenius presb.,* 280; *Ugo Carthus. ep.,* 281; *Ugo abbas Bonaevallis,* 281-282; *Anicetus pp. et m.,* 282; *Eutropius ep. et m.,* 282-283; *Sigismundus rex et m.,* 283-284; *Amianus ep. et conf.,* 284-285; *Amandus ep.,* 285-286; *Petronius ep.,* 286-287; *Amelius et Amitas mm.,* 287-288; *Fortunatus ep.,* 288-289; *Malachias ep.* ,289-292; *Sisinius ep. et conf.,* 292; *Ivo conf.,* 292-294; *Leoncius et Carpophorus mm.* , 294-295; *Quirinus ep. et m.,* 295; *Marinus conf.,* 295-296; *Constancius conf.,* 296-297; *Martinus abbas,* 297-298; *Germanus ep.,* 298-299; *commemoratio s. Pauli ap.,* 299-301; *Amanus ep.,* 301; *Gregorius ep. turon.,* 301-302; *Romanus m. monachus,* 302; *Gelasius papa,* 302-303; *Leo pp. II,* 303; *Evaristus pp. et m.,* 303-304; *Germanus ep.,* 304-305; *Alexander ep., et m.,* 305; *Marcus pp. II,* 305-306; *Leo pp. I.,* 306; *Leo pp. IV,* 306-307; *Catalogus apostolorum,* 307-310; *Transfiguratio Domini,* 310-319; *Antoninus presb. et m.,* 319-323; *Florianus m.,* 323-325; *Mamortinus,* 325-326; *Disma conf.,* 326-327; *Cletus pp. et m.,* 327; *Passio s. Victoris m.,* 328-330.

Codex, qui iamdiu in choro ecclesiae d. Marci legi consueverat, quique ex cubiculo sacristiae eius ecclesiae anno 1748 in Marciam illatus est, bifariam dividitur: pars prima ad fol. 247 saeculo XIV exscripta dat seriem Sanctorum a die vigesima nona iunii ad dimidium septembris; pars altera a folio 248 ad finem saeculo XV exarata, offert historias septuaginta breviores Sanctorum et Sanctarum, nullo, ut puto,ordine exhibitas.

Cod. 119 membr. saec. XIII, a. 205, l. 117 [Z.. L, CCCLV].

I. Jacobi de Voragine, *legenda aurea.* « Universum tempus » praesentis vitae in quatuor dividitur, scilicet in tempus de-

» viationis, renovationis, reconciliationis et peregrinationis ... »,
Folia 496.

Legendae centum septuaginta, fere totidem ac ab auctore editae, eodem servato ordine. Praeit index.

Sub fine legitur: « Iste liber est monasterii d. Salvatoris, « habitus a presbytero Nicolao de Azalis, cum pacto quod nec » alienari, nec concedi, vel de loco isto transferri possit, alias » teneamur pretium eius pauperibus erogare ».

Opus, nominibus quoque *liber passionalis, historia longobardica* [lombardica] *Sanctorum, legenda Sanctorum per anni circulum venientium,* quod saeculo decimotertio ex antiquioribus legendariis collegit Jacobus de Voragine ordinis Praedicatorum, episcopus ianuensis, aevo medio maxime habitum, pluries et latino et exteris idiomatibus publici iuris factum est.

Cod. 120 membr., saec. XIV, a. 180, l. 130 [Z. L, CCCLII]. B.

I. Eiusdem, *legenda aurea.*

Sub fine legitur tetrasticon in impressionibus desideratum.

« Qui legis haec dicta Sanctorum sanguine picta,
» Fac ut sis ita, nec fallax actio vitam
» Alliciat vanis mendacibus et male sanis.
» Plorans exora, patiens sic esse labora.

Desunt nomina, quae in editionibus parent, *sanctorum Sophiae et trium filiorum eius, s. Timothei, virginis cuiusdam antiochenae, s. Fabiani, s. Apolloniae, s. Bonifacii, s. Petronellae, s. Petri exorcistae, ss. Primi et Feliciani, s. Praxedis, s. Joannis Chrisostomi, s. Elisabeth.*

II. *Quaedam legendae ab aliis superadditae.* « Apud Seleu» ciam natalis sanctae Theclae, virginis et martyris Christi, quae » a Paulo ... », f. 315-341.

Sunt legendae ss. Theclae, Fructuosi, Barbarae, Juliani et Basiliscae, Francisci, Annae matris b. Mariae virg., Felicis gerundensis. Unam supra sexaginta dat textus impressus, quibus tamen desunt ss. Theclae [f. 315-324], Fructuosi, Juliani et Basilissae, Felicis gerundensis. Harum lectio quandoque corrupta cum impressis minime confert, Partem hanc serius exscriptam

[*anno Domini M.CCC. nonagesimo*] revelant additiones indici factae a principio.

Folii 46 margine superiori legitur: ***circa annum Domini CCCXL.***

Cod. 121 membr., saec. XIV, a. 277, l. 200 [Z. L, CCCLIII]. B.

I. Eiusdem, ***legenda aurea,*** f. 8-319.

Index dat legendas centum septuaginta septem, numerum fere parem ac in editionibus, ordine tamen parum immutato. Praeit calendarium litteris rubris et nigris.

II. Passiones quaedam compendiose Sanctorum ex ***legenda aurea,*** que ex eodem fonte, in anteriori parte missa. f. 320-332.

Volumen absolvit sermo ***de modo assumptionis beatae Mariae*** [pars legendae de eodem festo] ab Jacobo numero 219 exhibitus.

Cod. 122 membr., saec. XIV, a. 250, l. 177 [L. IX, XLV]. Ma.

Jacobi de Voragine, ***legenda aurea.***

Legendae, eodem fere ordine ac in editis, concluduntur ***chronicis Langobardorum*** post vitam s. Grisogoni. Chronica autem haec incipiunt verbis. « Longobardi ergo romano imperio pluri- » mum molesti erant . . . » quae occurrunt num. 3 cap. 181 ***de sancto Pelagio papa.*** Desiderantur vitae iam editae ***Sophiae et filiarum, Timothei, Feliciani, Apolloniae, Bonifacii, Praxedis, Joannis Chrysostomi, Mauritii, Elisabeth, Barlaam et Josaphat, Pelagii :*** supersunt vitae sanctorum ***Geraldi et Manialis,*** nec in ***legendis a quibusdam, aliis superadditis,*** occurrentes.

Codex, folior. 161, litteris initialibus coloribus et auro obductis, scatet librarii mendis, quorum plura manus serior emendavit.

Cod. 123 chart., saec. XV, a. 317, l. 210 [Z. L, CCCLIV]. E.

Eiusdem, ***legenda aurea.*** Folia 295.

Legendae septuaginta quatuor tantum occurrunt ex centumoctoginta duabus auctoris, non eodem ordine. Prologus extremo loco legitur.

Cod. 124 chart., saec. XV, a. 226, l. 156 [L. IX, LXIV]. Z.

Legendae Sanctorum compendio exhibitae ex Jacobi de Voragine legenda aurea. Folia 148.

Sunt nonaginta ex centenis octoginta duabus, eodem fere ordine, cum additionibus marginalibus in principio. Extremo loco legitur vita s. Pelagii ut in editis, quibus potissima pars est breviarium historiae Langobardorum, quod auctor initio admonet: « Tempore igitur primi Pelagii, Longobardi in Italiam ve» nerunt, et quia multi huius historiam ignorare probantur, ideo » eam hic inferendam decrevi, prout in historia Longobardorum, » quam Paulus Longobardorum historiographus compilavit, et in » diversis chronicis explanata habetur ».

Folia a principio et in fine habent *librum omnium denariorum et bladorum repertorum,* a quodam animarum curatore anno 1300 exscriptum, cum inscribantur *denarii viginti de una sponsa — denarii novem in die omnium Sanctorum — solidi sex et denarii tres in die mortuorum — denarii octo pro uno mortuo.* Quae ei exsolvuntur sunt *frumentum, surgum, sigali, fasoli, millium, faba, ciceres, siligo in modiis et stariis ; piperum, cira ; librae, grossi, solidi, parvi, denarii ; vinum in congiis.* Nomina occurrunt : *Albertinus, Armanus, Paganinus, Spinus, Vedramus, Vivianus, Zillius, Zonus — Alda, Armelenda, Bonasia, Caesaria, Sarcus, Vida.*

Cod. 125 chart., saec. XV, a. 312, l. 207 [L, IX, IX]. F.

I. *Legendae Sanctorum* « De decollacione sancti Ioannis Ba» ptistae capitulum.» Decollacio sancti Ioannis Baptistae quatuor » de causis instituta . . . «, f. 1-88.

Pars altera *legendae aureae* Jacobi de Voragine a die *decollationis s. Joannis Baptistae* [cap. CXXV] ad *dedicationem ecclesiae* [cap. CLXXXII].

II. *Vita et passio sacratissimae virginis et martyris quondam victoriosae Eugeniae, ac beatorum Prothi et Hyacinthi eunucho-*

rum. « Septimo consulatu suo Commodus imperator direxit Phi- » lippum illustrem virum ad Aegyptum ... », f. 89-96.

Differt ab historia Simonis Metaphrastes, legenda in vitis editis sanctorum Lipomani et Surii, die 25 decembris.

III. *Prophetia sibyllae Erithreae ex libro octavo ethimologiarum Isidori, octavo capitulo.* « Exquiritis me, o illustrissima » turba Danaum, quatenus graios adventus frigiasque ruinas » in scriptis referam ... », f. 96-99.

S. Isidorus loco citato nomen tantum sibyllae Erithreae citat. Ceteroquin de prophetia non sincera, pluries edita, vide Fabricium in *Bibl. gr.*, I, p. 230.

IV. *Praedicatio fratris Gregorii, fratrum s. Augustini, de duodecim sibyllis et duodecim prophetis et duodecim dominis antiqui testamenti,* f. 99-100.

Sibyllae procedunt hoc ordine: Erithrea, Oritisa, Aegyptiaca, Mensithrona, Elamita, Syria, Caldea, Achademica, Carentina, Sicula, Europa, Agrippa; prophetae: Ioel, Amos, Abdias, Micheas, Naum, Habacuc, Jsaias, Jeremias, Baruch, Ezechiel, Daniel, Oseas; dominae: Sara, Rebecca, Rachel, Jacobet, Ruth, Anna, Ester, Abigail, Judith, Sunamitis, Assa, Nahel.

Cod. 126 chart., saec. XVIII, a. 200, l. 137 [L. III, CLXV]. N.

Joannis Marangonii, *Sanctorum lipsana, quae universo orbe adservantur, catalogus.*

Nomina Sanctorum incipientia a littera *A*, ordine subiecto alphabetico offeruntur [f. 1-506]. Unumquodque uno vel pluribus foliis inscribitur, quo adnotata, plerumque deficientia, inserantur. His addita appendix [f. 508-532] nominum Sanctorum a variis litteris incipientibus, nullo adhibito ordine.

Auctorem vicetinum, Romae plerumque saeculo proxime elapso morantem, illustrat comes Arnaldus Tornieri, pariter vicetinus, in opere *Memorie biografiche di Giovanni Marangoni* ec. *pubblicate per nozze Malmignati Sartori.* Vicenza, 1856, 8.° In elenco oblato operum tum impressorum tum manuscriptorum, desiderantur non tantum hoc, sed et duo alia Marangonii opera, quae asservamus: 1. *Inscriptiones profanae ac sacrae urbis Ro-*

mae — Aliquot urbis [Romae] *ecclesiarum* reliquiae. L. X, 251.— 2. *Memorie intorno ai ss. Apostoli Pietro e Paolo.* I. V, 69.

Cod. 127 chart., saec., XVIII, a. 271, l. 200 [L. IX CLXXXIII].

Catalogus corporum et lipsanorum Sanctorum, quae in Italiae aliorumque locorum ecclesiis asservantur, cum praevio indice locorum ordine alphabeti digesto. Folia 435.

Opus ex variis impressis operibus concinnatum.

Codd. 128-133 membr., saec. XIV, a. 424, l.290 [L. IX, XV-XX]. Mk.

Petri Calo, alias Calorii clodiensis, ord. Praedicat., *legendae de tempore et de Sanctis*, in duos libros, quorum primus continet duobus voluminibus [fol. 412] legendas de tempore; quaedam de ecclesia, coemeteriis, ordinibus sacris, episcopis, sacerdotibus, missis, monialibus, ec., ac legendas de Sanctis. Liber alter cum legendis de Sanctis [cumulatim mille biscentum] bifariam dividitur: pars unaquaeque [folior. 396, 365] duobus voluminus absolvitur.

Auctor qui Massiliae quoque fuit [vol. I, f. 60] sic praefatur: « Quoniam plerique sunt dies festi in sancta ecclesia cele» bres et solemnes, et plurimi sanctorum illustrium discipulo» rum Christi vel apostolorum, martyrum, confessorum ac vir» ginum, de quibus nihil omnino est in usitatis legendis; ideo » in praesenti opere intendo plenius ponere de praemissis, sicut in » libris monasteriorum, vel ecclesiarum, et diversis historiis po» tui perfectius invenire, nil de sententiis abbrevians vel detrun» cans, praeter prologos et superfluitatem verborum. Et ut ordo » ille qui est congruentior teneatur, qui in breviario et missali » nostri ordinis fratrum Praedicatorum habetur, sequar: primo » agam de diebus solemnibus qui ad officium *de tempore* perti» nent, secundo de Sanctis ponens singulorum passiones et vitas » diebus suis quibus habentur in laudem, sicut eos potui reperi-

» re. Alios in fine omnium ponam, quorum dies passionum vel » obitus non potui invenire... ».

Opus ineditum est, iam a Petro de Natalibus in praefatione ad *Vitas Sanctorum*, et a Dandulo ac Laurentio de Monacis in chronicis Venetorum allatum, postmodum vero ex scriptis ab Echardo [*Scriptt. ord. Praedicat.* t. I, p. 511], Tartarotto [*De auctoribus a Dandulo citatis*], Flaminio Cornelio [*Eccl. ven.* t. IV, pag. 169 et alibi], Fuscareno [*Della letteratura venez.* p. 356], Berardello [cod. DCII et segg.] satis notum; quorum posthumus cum indicem festorum, Sanctorumque, de quibus auctor hic disserit, sigillatim dederit, otium hac in re mihi fecit. Multa ex passionalibus ecclesiarum variorum ac ex Bartholomaei tridentini et Jacobi de Voragine operibus eiusdem generis in hoc translati sunt: satis multa quoque scriptorum veterum ac medii aevi testimonia ad litteram allata, et interdum quidem emendatiora, quam in editionibus sint. Neque inutile idem esse ad res venetas illustrandas indicio mihi sunt loca duo de monasterio s. Michaelis archangeli, quod Brondoli erat, quae allatis a Dandulo lib. VII, cap. XIII, part. 16 et cap. XV parte III, ac libro VIII, cap. I, part. 12 respondent: quae auctor hic in legenda de victoria s. Michaelis affert. Horum secundum ita se habet: « Post haec Veneti dicti regis [Pipini] iram incurrunt qui » collecta multitudine exercitus copiosi, fines illos aggressus: et » abbas dicti coenobii cum suis Venetias est ingressus. Obsedit » igitur in Matamaucensium portu, arbitratus se eos per famis » inediam vincere. Sed Veneti Deo fideles et providi confugiunt » ad Dei praesidia et Sanctorum qui quiescunt ibidem: et capto » per divinam providentiam hoc consilio, quod panum arefacto» rum, qui vulgo *terali*, graeco *passimates* vocantur, jacula ho» stibus iniicerent pro lapidibus, et sic se ostenderent bonis om» nibus abundare, et invincibiles esse; collectis innumerabilibus » panibus, turmatim hostes adeunt, panuumque ictibus, ceu » saxis obruunt, invadunt et cum ingenti fugant dedecore. Qui » confinia eorum aggressus, debachando, devastando, cremando, » invasit; et sic cremavit ecclesiam sancti Michaelis ». Sub fine voluminis sexti sequuntur extra ordinem legendae quinque, eodem Calo, uti videtur, auctore; nimirum de s. Donato episcopo

Evoreae, cuius summa apud Petrum de Natalibus est; de s. Donato episcopo aretino; de s. Hilarione abbate; de s. Eustachio m.; de s. Columbano abbate. S. Hilarionis legenda sic absolvitur: « Nunc autem in Cypro est corpus eius integrum in altis» simo castro Veneris a religiosis et presbyteris custoditum, et » honore debito celebratum: quod ego vidi 1342, de gratia spe» ciali, habita clavi et littera a domino rege Cypri; quam nulli » fecerat quatuor anni erant, propter quorundam malitiam, qui » de eo aliud sunt moliti ». Haec ad Calum referri possunt, qui in vita ss. Hermacorae et Fortunati scripserat: « Venerabilis » etiam vir Dominicus patriarcha gradensis multas Sanctorum » reliquias invenit, ut mihi dixit 1330, inter quas putabat esse » horum corpora ». Ex annalibus quoque coenobii patavini a Berardello allatis, Calus ultra annum 1342 vivus cognoscitur. Qui ceterum de auctore plura scire desiderat, adeat *Nuova raccolta d' opuscoli*. Ven. tom. XXXIX, p. 84-144.

Cod. 134 membr., saec. XV, a. 190, l. 126 [L. IX, III].

I. *Historia Barlaami et Josaphat*. « Cum caepissent mona» steria construi ac monachorum congregari multitudines... ». In fine; « Explicit liber historiae sanctorum Barlaam et Josa» phat », f. 1-27.

Antiquam hanc, ex graeco textu Joannis Sinaitae, versionem, non una tantum vice editam, sunt qui Georgio Trapezuntino tribuant; quam sententiam, pluribus nixi argumentis, refutarunt Alaccius, Billius, Rosweidus, Cave. Congruit ex ungue cum translatione itala notae melioris, data Romae anno 1734, typis Joannis Mariae Salvioni.

II. *Explanatio orationis:* Pater noster qui es in caelis, f. 27-28.

Cod. 135 chart., saec. XVI, a. 410, l. 279 [Z. L, CCCLX]. E.

I. *Vita s. Eustachii, patriarchae constantinopolitani, per dominum Fabianum Cretensem, monachum congregationis Cassinensis, alias sanctae Justinae, ex graeco in latinum traducta*. Pro-

logus: « Omnium quidem praeclara gesta Sanctorum, fratres, » nihil aliud esse probantur ... »; vita: « Sanctus itaque pater » magnusque Eustachius, cuius hodie festa celebramus ..... », f. 1-2.

Flaminius Cornelius, qui hanc vitam *ex antiquo autographo pergameno in archivo s. Georgii,* protulit (1), putat Fabianum monachum *Eustachium* loco *Eutychii legisse, fortasse vel propter nominis apud Venetos corruptionem, vel quia minus recte nomen graecum sancti patriarchae deduxerit.*

II. *Martyrium gloriosi militis Georgii.* Prologus; « Historiam divi Georgii licet inter apocryphas, patrum decreto, sancta romana ecclesia ... »; martyrium: « Georgius Melitina » Cappadociae urbe exortus, ex eo pugnatorum illustrium nu» mero ... », f. 3-8.

III. *Translatio capitis d. Georgii ab Aegina insula Venetias* [1462], *ab Hilarione monacho edita.* « Cogis me, pater Theo» phile, idipsum quod datur otii tecum impartiri, eiusque quasi » alter Cato ... », f. 8-10.

Hilarion, monachus s. Georgii Venetiarum, dicat Theophilo Beaqui mediolanensi, iuris utriusque doctori, eiusdemque coenobii abbati.

IV. *Unde et a quo hominum, quove ordine, quibus auspiciis, prodigiisque translatum sit brachium invictissimi martyris Georgii huc Venetias, hinc accipe.* « In ea enim ora Italiae, quae » Calabria nuncupatur ... », f. 10-11.

Flaminii Cornelii dissertatiuncula ex tabulario s. Georgii edita (2) a nostra differt prorsus.

V. *De translatione sancti protomartyris Stephani, de Constantinopoli Venetias.* « Cum de Sanctorum dictis vel gestis ali» quid scribimus, aut utcumque aliter agimus ... », f. 11-17.

Celeberrimae translationis [a. 1110], de qua paucis Dandulus in *chronico,* l. IX, c. XI, part. XI; historiam hanc, ex codice monasterii s. Georgii Venetiarum antiquiori, protulit Flaminius Cornelius (3).

(1) *Ecclesiae venetae* dec. und. parte post. p. 151-156.
(2) Ibidem, p. 161-163.
(3) Ibidem, p. 96-110.

VI. *Martyrium et confessio sancti Pauli novi, qui passus est sub Constantino Copronymo imperio imperante.* « Jam quidem » malignae haeresis multitudo dissipata erat, et ratio pietatis ... », f. 17-21.

VII. *Translatio corporis sancti Pauli martyris de Constantinopoli Venetias, anno Domini MCCCXXII, in monasterio s. Georgii maioris, quo tempore Veneti ac Franciae proceres Constantinopoli imperabant.* « Gloriosus martyr Paulus, fratres mei » dilectissimi, iustum esse credidi, qualiter e Constantinopoli... », f. 21-23.

Edidit ex tabulario s. Georgii idem Cornelius [1].

VIII. *Vita sancti Cosmae eremitae et confessoris.* « Dilectis- » simi, creator et amator noster nobis providit, qui sui diadema- » tis . . . », f. 24-25.

Item hanc vitam lege in *Eccl. ven. Cornelii* [2].

IX. *Corporis beatae virginis ac martyris Luciae Venetias ex Constantinopoli urbe translatio.* « Cum sanctarum Christi virgi- » num Agathae et Luciae ab earum . . . », f. 25-26.

X. *Miraculum quod Dominus per beatum Paulum facere dignatus est, quem passum fuisse sub Constantino Copronymo ante diximus.* « Clemens ac misericors Dominus, cum non tam mu- » lieri, de qua locutori sumus . . . », f. 26-27.

XI. *De venerando beati apostoli Jacobi, iam olim in hoc nostro coenobio, ut etiam nunc, existente capite.* « Ex sacris constat » historiis, fratres carissimi, beatam Annam tres peperisse fi- » lias . . », f. 27.

Additur gentis Jacobi stemma.

Codex, procul dubio in coenobio s. Georgii maioris Venetiarum exaratus et custoditus, antequam in familiam Contarenam inveheretur, ad coelitum praecipue lipsana in eo monasterio adservata se refert.

(1) Ibidem, p. 138-146.
(2) Ibidem, p. 88-92.

Cod. 136 chart., saec. XV, a. 206, l. 140 [L. IX, LXV]. Z.

I Passio beatissimae Justinae, virginis et martiris, edita a protopraesule Paduae, sancto Prosdocimo, ac discipulo beati Petri apostoli. Prooemium: « Quoniam sanctus Raphael nos adhorta» ri dignatur ut opera Dei... »; passio: « In diebus illis beata » igitur Iustina, ex christianis parentibus oriunda... », f. 1-4.

II. *Sermo s. Maximi episcopi paduani ac successoris beati Prosdocimi, in honore beatissimae Justinae virginis et martyris.* « Solemnitatem, fratres dilectissimi, beatae Justinae virginis ce» lebrantes... », f. 4-7.

III. *Sermo in honore beatae Justinae virginis et martyris.* « Omnis gloria eius ec. Diem festum sacratissimae virginis Ju» stinae devotissime celebrantes... », f. 7-10.

IV. *Vita sancti Prosdocimi episcopi, edita a beato Maximo episcopo, successore eius.* Prooemium: « Religiosorum virorum, » electorumque Christi athletarum merita... »; vita: « Igi» tur beatissimus athleta Dei Prosdocimus, nobilissimus siqui» dem... », f. 10-21.

V. *Sermo in laudem sancti Lucae evangelistae.* « Cum in » divinis atque sacris voluminibus studiose lectitando perquire» rem... », f. 21-26.

VI. *Historia de translatione beatorum Lucae evangelistae ac Matthiae apostoli de Constantinopoli ad urbem Patavium.* « Lucas » hebraice, latine ipse consurgens, sive ipse elevans, qui dicitur » Lucius... », f. 26-28.

VII. *In festivitate sancti Matthiae apostoli. Sermo venerabilis Bedae presbyteri.* « Inclitam et gloriosam festivitatem beati Mat» thiae apostoli... », f. 28-37.

Cod. 137 chart., saec. XVII, a. 153, l. 100 [L. IX, LXXIX]. N.

I. *Basilii magni vita, e graeco in latinum conversa per rever. dom. Petrum Barocium episcopum patavinum.* « Apud Cappado» ciam, provinciam nobilem, et non magis equorum quam homi» num... », f. 1-81.

Opellam, certe ineditam, nullus est, nec diligentissimus Mazzuchelli (1), qui memoret. Auctor, pluribus operibus clarus, a bellunensi ad patavinum episcopatum a. 1488 translatus, obiit a. 1507.

II. Sermo perbrevis ac simplex de moribus, virtutibus et miraculis beati Petri Acotanti, nobilis veneti. « Tempore illo, vi- » delicet circa annum Domini millesimum centesimum octua- » gesimum ... », f. 81-87.

Idem sermo occurrit quoque codice sexagesimo quinto classis undecimae mss. italorum, cum documento notarii Joannis Garzoni Paulini, 25 sept. 1716. « Attestor ego notarius publicus » subscriptus, hoc exemplum hisce tribus paginis contentum fide- » liter sumptum fuisse ex quodam libro chartis membranis con- » structo et caracteribus perantiquis conscripto, existente penes » dominum plebanum parochialis et collegiatae ecclesiae sancti » Basilii huius civitatis, inter scripturas eiusdem ecclesiae et » plebis, mihi ad exemplandum tradito, ac per me restituto, in » quo prius descripta exstat et contenta vita s. Basilii ec.... ». Unde infero ex eodem membranaceo codice nostrum quoque sumptum. Sermonem ex archivo s. Basilii edidit Flaminius Cornelius [2).

Cod. 138 membr., saec. XV, a. 142, l. 87 [L. II, XXXIX]. Mk.

1. *Vita Malchi monachi, a beato Hieronymo conscripta*, f. 1-20.

Edidit Vallarsius tom. II, c. 41-48, sub titulo *Malchi monachi captivi*.

2. *Vita beati Pauli primi eremitae, ab eodem Hieronymo presbytero conscripta*, f. 20-44.

Edita in *Actis Sanctor.* a Boll., 10. ian, vol. I, p. 604-607; et in Hieron. operib. a Vallarsio t. II, col. 1-12. Exstat quoque in codicc. [L. II, 35, f. 244-247; III, 153, f. 37-39].

Elegantem codicillum litteris aureis et argenteis membrana

(1) *Scrittori d' Italia.*
(2) Ibidem, dec. pr, p. 97-100.

purpurea exscriptum, dicat anonymus Ludovico Scarampo seu Mediarotae, patriarchae aquileiensi [1439-1465].

« Haec ne sperne, precor, mea munera, magne sacerdos,
» Fortunae fuerit quantulacunque meae.
» Nomine digna tuo non sunt: et parva fatemur,
» Sed parvas reddit parvus agellus opes.
» Ipse equidem maiora libens tibi dona tulissem,
» Si maiora daret faenora noster ager.
» At tamen hunc sumas tota cum messe libellum,
» Nam domini mentem dedicat ipsa sui.
» Non minus accepta est immenso parva tonanti
» Victima, quam centum colla sacrata bovum ».

Cod. 139 chart., saec. XVIII, a. 303, l. 204 [L. IX, LX]. Z.

Benedicti Bacchinii, abbatis sanctae Mariae de Lacroma, ordinis sancti Benedicti, congregationis Cassinensis, *hypercrises ad crises p. m. Gerhardi Capassii et anticrises tyronis Laderchiani super actis ss. Crescii et sociorum* [martyrum in agro mugellano in Tuscia], editis a P. Jacobo Laderchio. Accedunt parergon de tollenda scriptorum, maxime theologorum, hybrizomachia, et in fine acta ipsa cum notulis. MDCCIX.

Celebris est controversia de huiusmodi actis, quae licet in *Acta sanctorum* die 24 oct. [t. X, p. 589-597], bis edita, a severioribus logicae legibus abhorrent. Eapropter plures Odoacrem Ilbachium [Jacobum Laderchium] aggressi sunt, quos refellere editor conatus est (1). Acrioribus adnumerandi scriptores *actorum eruditorum lipsiensium* [Mart. 1709, p. 97], qui editionem florentinam anni 1707 proprio subiecerunt iudicio. Sylvam ac de re scripta varia legas in *Giornale de' letterati d' Italia* [Venezia, 1710, p. 194-287], qua occasione praesens Bacchinii opus, p. 222-252, diligenter excussum est. Cosmus Medices III, dux Etruriae, obstitit quominus auctor opus ederet, quod Aposto-

(1) *Lettera de' santi mm. Cresci e compagni, in risposta ad alcune difficoltà contro gli atti de' medesimi santi.* Firenze, 1711, in 4.°

lus Zenus ex hoc suo codice in ius publicum proferendum sibi proposuerat (1).

Cod. 140 chart., saec. XV, a. 200, l. 155 [L. IX, LXI]. Z.

I. *Acta s. Dominici, ordinis Praedicatorum.*

a. *Vita s. Dominici.* « Huius [Didaci] in temporibus fuit » quidam adolescens, nomine Dominicus ... », f. 1-19.

Opus magistri Jordani, Dominici, in ordinis directione, successoris vulgavit Echardus, cum notis, p. 2-23 tomi primi *Scriptt. ord. Praedicat.*

b. *De quibusdam gestis s. Dominici, post eius mortem.* « Iam » exactis his quae de temporibus magistri Dominici commemo- » randa fuerunt ... », f. 19-20.

c. *De annis ante translationem* [corporis s. Dominici]. « Solet divina bonitas sua inindagabali sapientia plerumque bo- » num differre ... », f. 21-23.

Agitur de miraculis post mortem et de festis solemnioribus pro inventione et translatione corporis (1233).

d. *Testimonia recepta super vita, conversatione et transitu beati Dominici, plantatoris et fundatoris ordinis fratrum Praedicatorum.* « F. Ventura Veronensis, presbyter et prior conventus » ordinis fr. Praedicatorum de Bononia ... », f. 23-40.

Sunt testimonia novem ab Echardo ex *codice ms. f. Bernardi. Guidonis, in archivio conventus carcassonensis asservato* prolata (2).

e. *Exemplum epistolae quam miserunt quidam abbas et duo archidiacones de Tolosa iudicibus a sede apostolica delegatis super examinatione vitae beati Dominici, de his quae invenerunt et audierunt ab his qui conversati sunt cum praedicto viro Dei, sicut inferius continetur.* « Sicut per vestras litteras nobis, auctoritate » apostolica, mandavistis ... », f. 41-44.

(1) » L'opera del Bacchini ipercrtiica si sarebbe forse stampata sinora, » se l'autore non me n'avesse fatta espressa proibizione ». Lettere d'Apostolo Zeno. Venezia, 1785, vol. II, p. 110.

(2) *Scriptt. ord. Praedic.* I, p. 44-56.

Haec quoque, testimonia de d. Dominici miraculis complectens, ab Echardo l. c., p. 56-57, publici iuris facta est.

II. Petri de Ranzano, *vita b. Vincentii de Valentia.* Libri tres in capitula divisi. « Vincentius a vincendo, quodam divino » praesagio, nomen sortitus est... », f. 49-95.

Praeit epistola auctoris ad magistrum Martialem Auribelli avenionensem, eiusdem ordinis generalem [29^{mum}]. « Si maiorum » nostrorum qui post nostrum inclitam ducem Dominicum.... » Ex Panormo, a. 1455 ».

Jo. Franciscus Bern. Maria de Rubeis, haec in hanc codicis ms. partem egregie annotavit: « Hanc Ranzani vitam, pro more » suo innovatam stylo, et interpolatam, suis menoeis inseruit » Surius. At Henschenius et Papebrochius ad diem V aprilis, » qualem Ranzanus confecit, adnotante Echardo, servato primi» genio stylo, repraesentant ex codice ms. ultraiectino. Immo » vulgata a Bollandi continuatoribus acta, cum codice nostro » diligenter collata, plurimis passim scatent interpolationibus. » Praeterea laudati Bollandiani *librum quartum* distinguunt, cu» ius cap. I. in codice nostro numeratur caput XXVI libri tertii. » Aliquot etiam capite II recensent iidem auctores miracula, ve» luti a Ranzano scripta, quae eodem in codice non leguntur. » Adduntur alia denique capite III collecta a Francisco Casti» lionaeo. Utilis quam maxime foret codex noster, si nova vitae » sancti Vincentii Ferrerii alicubi editio curanda esset » (1).

Auctor, vernacule *Razzano,* siculus, patria panormitanus, in Panormi coenobio ordinem Praedicatorum professus, theologiae doctor renuntiatus, fuit quoque orator, poeta, historicus, obiit a. 1492.

III. *Incipiunt reformationes, quae factae fuerunt tempore magistri Raymundi.* « Notum sit omnibus haec infrascri» pta legentibus sive audientibus, qualiter circa annum Dom. 1389... », f. 99-118.

Hanc codicis partem perite admodum illustrat Jo. Franc. Bern. M. de Rubeis: « A codice Thomae Senensis [*Tractatus*

(1) *De rebus congregationis sub titulo b. Jacobi Salomonii.* Venet., 1751. p. 332-333.

» *de origine ec. fratrum et sororum ordinis de poenitentia s.* » *Dominici*] differt plurimum. In isto miscentur plura quae » ad ordinem fratrum et sororum de poenitentia beati Domi- » nici in civitate Venetiarum propagatum attinent: in illo ea » tantum quae reformationis opus illustrant, enarrantur ad an- » num usque 1395. Num ergo huiusce operis auctor fuerit » Raimundus de Capua, quod ipse Thomas exscripserit? Ani- » madversione dignissima sunt Hieronymi Albertucci de Bor- » sellis, patria et professione dominicana bononiensis, verba. » Ex codice ms. desumpta accepi ab humanissimo Alexandro » Origono, congregationis s. Sabinae, tum provinciae utriusque » Lombardiae alumno, fideique nunc quaesitore; nempe: *No-* » *tandum est hic quod quia loquuturus sum de reformatione ordi-* » *nis, secundum quod inveni scriptum a Fr. Thoma de Senis,* » *ideo ponam totum illum tractatum, qui continet plures annos.* » Mortem obiit vir illustris anno 1497, eaque verba descripta » puto ex eius *annalibus coenobii bononiensis, ab instauratione* » *vitae regularis ad suam usque aetatem*. Colligendum primo, » *historiam de reformatione ordinis* dubio nullo concinnasse » Thomam Senensem: deinde Hieronymi Albertucci studio prae- » dictam historiam, ceteris praetermissis, quae minime ad rem » attinebant, compendio collectam, suoque *annalium coenobii bo-* » *noniensis* operi insertam: tum vero ex eodem opere partem » hanc historiae desumptam, ex eaque opusculum quodam con- » fectum: ac istud demum esse quod olim Apostolus Zenus pos- » sidebat. Coniecturam confirmat nota marginalis in eodem co- » dice, qui fuisse dicitur *Librariae sancti Dominici de Bono-* » *nia* (1) », non una vice.

IV. Sulpicii Severii, *plura de vita s. Martini.*

a. *Epistola Desiderio fratri carissimo* [de libro vitae s. Martini]. « Ego quidem frater unanimis, libellum, quem de vita sancti Martini scripseram . . . », f. 119.

b. *Vita s. Martini.* Prologus. « Plerique mortalium studio » et gloriae saeculari inaniter dediti . . . »; vita: « Igitur Mar-

(1) *De rebus congregationis sub titulo b. Jacobi Salomonii.* Ven. 1751, f. 16.

» tinus Sobariae Pannoniorum oppido oriundus fuit ... », f. 119-123.

c. *Epistola ad Eusebium presbyterum, postea episcopum* [contra aemulos virtutum b. Martini]. « Hesterna die cum ad me » plerique monachi venissent, inter fabulas iuges longumque ser» monem ... », f. 133-134.

d. *Epistola ad Aurelium diaconum* [de obitu et apparitione b. Martini]. « Postea quam a me mane digressus est, eram resi» dens solus in cellula ... », f. 134-136.

e. *Epistola ad socrum suam Bassulam, qualiter sanctus Martinus de hoc mundo recesserit vel qualiter obitum suum longe ante praescivit.* « Si parentes in ius vocari liceret, te plane expi» lationis furtique ream ... », f. 136-138.

f. *Severi Sulpitii, Postumiani et Galli dialogi tres.* « Cum » in unum locum ego et Gallus noster convenissemus ... », f. 138-171.

Scripta **a-b** nomine libri primi vitae s. Martini veniunt in codice, ut et in editione parisina anni 1511; **c-f** autem voluti libri secundus usque quartum. Omnia **a-e** pluries edita sunt.

V. *Confessio* [tractatus] *sancti Martini de sancta trinitate.* « Clemens trinitas est una divinitas. Ut autem per sacramentum » cognoscatur ... », f. 171.

Edita legitur in editione parisiensi a. 1511, fol. XL.

VI. *De transitu sancti Martini episcopi.* « Arcadio vero et » Honorio imperantibus, sanctus Martinus Turonorum episco» pus ... », f. 172.

VII. *De transitu eiusdem.* « Beatus autem Severinus, colo» niensis civitatis episcopus, vir honestae vitae ...... », f. 172-173.

VIII. *Versiculus sancti Ambrosii de transitu sancti Martini episcopi.* « Eo namque tempore beatus Ambrosius, cuius hodie » flores eloqui ... », f. 173.

IX. *De translatione corporis sancti Martini episcopi.* « Ope» rae pretium est enim etiam illud inserere lectioni ... », f. 173-174.

X. Collectio epigrammatum quae in basilica Martiniana

Turonis olim picta legebantur. « Venimus en isthuc: hic nemo » personat ehu . . . », f. 174-177.

Epigrammata, cellulis monasterii maioris inscripta ut et versus ac titulos vel ex eius basilica, vel alibi extantes [f. 174-177] primus edidit Hieronymus da Prato, ex codice veronensi Bivilaquio (1).

Notae marginales pluries inscriptae: *Conventus s. Dominici de Bononia — Librariae s. Dominici de Bononia*, evincunt codicem ei coenobio pertinuisse.

Cod. 141 membr., saec. XIV, a. 233, l. 165 [L. II, CXII]. D.

1. S. Bonaventurae, *vita b. Francisci assisiensis*, f. 1-42.

2. Eiusdem, *incipiunt quaedam de miraculis ipsius post mortem ostensis, et primo de virtutibus sacrorum stigmatum*, f. 42-57.

Utrumque editum est in *Acta Sanctor. a Bolland,* 4 octobr., p. 742-798.

3. *Legenda beatae Clarae virginis.* « Venerabilis Christi » sponsae Deoque dicatae virginis Clarae natalicium diem, fra- » tres carissimi, honorificentia debita celebrantes . . . », f. 57-61. Hanc quoque d. Bonaventurae tribuunt.

Codicem duplici columna, mendis scatentem, ornat in fronte libri imago s. Francisci genuflexi, stigmata recipientis.

Cod. 142 chart., saec. XVI, a. 195, l. 134 [L. IX, XXXVI]. F.

I. Joannis Tortellii aretini, *vita s. Zenobii episcopi florentini.* « Claram Zenobii extitisse progeniem, sive paternam, seu » maternam intuearis . . . », f. 1-48.

Opusculum, saeculo XV exaratum, publici iuris factum est tomo III operis Lippomani: *Vitae Sanctorum,* cum additamentis Surii.

II. *Vita di s. Bruno.* « Nelli tempi di Gregorio VII, ponte- » fice romano, e di Henrico IV imperatore . . . », f. 50-73.

(1) Sulpicii Severi *opera* Veronae, 1741, t. I, p. 387-391.

Bruno, Cartusensium fundator, obiit a. 1101.
Codicilli partem primam exscripsit Vincentius Borsi.

Cod. 143 chart., 1464, a. 210, l. 154 [L. IX, CLXXXII].

I. Sicconis Polentoni, *vita s. Antonii de Padua, confessoris, ad Modestum filium*. Littera dedicationis: « Desideranti mihi » perdiu ac saepenumero perquirenti aliquid scribere ad te... »; vita: « Antonio igitur venerabili confessori et sancto patri no- » stro parentes clari ... », f. 1-52.

Sub fine: *Incontratus*, scilicet cum autographo collatus. « Explicit liber vitae s. Antonii de Padua, compilatus per illu- » strem oratorem dominum Sicconem Polentono, scriptus per me » Franciscum Polentono, fratrem eiusdem domini Sicconis.... » 1464, die mercurii XIIII novembris, circa horam noctis ex- » pletus ».

Edidit Bartholomaeus de Valdezocco Patavii, 1476, die undecima iunii, in 4.°, quibusdam additis in fine.

II. —— *Beatorum Antonii Peregrini ac Helenae monialis vitae, ad Lazarum filium*. Dedicatio: « Sollicitare me » soles precibus, Lazare fili, quod vitas simul ac miracula beati » Antonii Peregrini ... ».

a. —— *B. Antonii Peregrini vita*. Mançiorum familia, quae Paduae honesta cum opibus tum vetustate fuit ... », f. 62-71.

Sub fine: « Explicit per me Franciscum Polentono scriptus » hic liber 1464, die XVII novembris Paduae in stupa mei studii » in contrata sancti Leonardi ».

b. —— *Beatae Helenae monialis vita*. « Helena virgo beata » Paduae oriunda civis fuit... », f. 73-82.

Finis: « Explicit per me Franciscum Polentono scripta » haec vita beatae Helenae 1464, die martis XX novembris, hora » circa secunda noctis Paduae, in stupa studii mei, ex libro au- » thentico scripto manu domini dom. Sicconis, confratris mei, » compilatoris ipsius vitae. Incontratus ».

Utramque anecdotam censeo.

III. —— *Clarissimo vetustatis cultori Nicolao floren-*

tino epistola. « Egregia et singularis tui nominis fama saepius » cogitanti mihii . . . », f. 85-90.

In epistola data Patavii, quinto kal. novembris anni 1414, disserit auctor [cancellarius patavinus] de ossibus, quae Titi Livii putabant, repertis, ac de solemniis eapropter celebratis. In fine legitur: « Sicconis Polentoni epistola de repertione Titi » Livii ad clarum vetustatis cultorem Nicolaum Nicoli, florenti- » num civem, explicit. Exemplum per me Franciscum Polentono, » eiusdem Sicconis fratrem, die iovis XX decembris 1464 Pa- » duae, in stupa habitationis meae in contrata sancti Leonardi, » silentibus rebus, quo die Benedictus Furlanus suspensus fuit » ad portas Turiselarum, sub regimine secundo domini Andreae » Bernardo; eius vicario d. Guidone de Alano, iudice maleficio- » rum; d. Francisco Scrovato, iudice aquilae; domino Vincentio » de Scledo, et iudice vicetino d. Francisco Anzolelo, et eius » cancellario ser Gregorio Saraceno — Incontrata cum au- » thentico ».

Epistolam publici fecit iuris Laurentius Pignoria in opere: *Le origini di Padova* [Padova, 1625, p. 124].

Codex cum insigniis F. R. [Rizzo], referentibus erinaceos duos prope iaculum, pertinuit serius Joanni Baptistae Ficcheti.

Cod. 144 chart., saec. XVIII, a. 210, l. 151 [L. XIV, CCXLI]. R.

I. *De obitu Caroli cardinalis s. Praxedis, archiepiscopi Mediolani, ad p. f. Ludovicum Granatensem.* « Significasti mihi » saepius litteris tuis, optime pater, nihil me tibi gratius . . . . » Mediolani, 6 idus novembris 1584 », f. 2-11.

II. Laurentii a Turre, *epistola Bernardo Mar. de Rubeis, qua mittit officium ac vitam ss. Donati et sociorum martyrum ex breviario ms. anni* 1539. Epistola itale inc: « Ho differito per » molto tempo a riverire v. s. ill. con mie lettere . . . . Albona, » 12 ottobre 1729 ». Cetera latine . . . », f. 13-22.

III. Giuseppe Antonio Sassi. *Lettera a Benedetto pp. XIII, colla quale conferma e prova l'esistenza del sacro corpo di s. Bartolomeo in Benevento.* « A pura forza del comando ricevuto a viva

» voce dalla santità vostra, vinco il rossore . . . Milano, 1. marzo » 1727 . . . », f. 23-45.

IV. *Epistola anonymi scriptoris adversus auctorem operis de vita claustrali, ad amicum intempestive scripta, opportunis scholiis tempestive illustrata.* « Diligentia qua usus es, cum in significando mihi iudicio F. Th. Gundisalvi Carattini . . . Veronae, » XI kal. ian. 1743 ». Impressio sine nota urbis, anni, impressoris, habet paginas XII.

Auctor, idem Gundisalvus Carattinus, qui et operis: *De vita claustrali*, agit de monachatu b. Nicolai Justiniani. Marginibus accedunt annotationes manu Bernardi M. de Rubeis, qui auctorem in pluribus refutat, hoc in prooemio scribens: « pro urbanitate respondi, me pagellam accepisse; simulque » adieci, me non probare summam operis, quae votum paupertatis vitamque communem spectat ».

Cod. 145 chart., saec. XVII, a. 150, l. 104 [L. IX, LXXX]. N.

I. Joannis Baptistae Mongilardi, *vita Friderici cardinalis Borromaei archiepiscopi mediolanensis.* « Quinquagesimum octa» vum annum agebat excelsus ille Federicus, quando ab Aro» na . . . », p. 2-84.

Praeit auctoris prooemium et epistola d. d. primicerio Friderici cardinalis avunculo, cuius nutu vitam [puto ineditam] exaravit [post annum 1631].

Auctor, per septennium medicus et familiaris Friderici cardinalis extitit. Folio 84 adduntur epigrammata duo itala in idem.

II. *Ristretto della vita e virtù prodigiose della ven. madre Anna di Gesù, di Gio. Batt. Mongilardi, medico di camera della seren. infante Maria di Savoja.* Dedicatio [23 dec. 1642]: « Si » compiacque v. a. d' imprestarmi il libro della vita e virtù pro» digiose della ven. madre Anna di Gesù . . . »; vita: « Ancor» chè io m' accorga sull' orlo del mio dire e sul principio del » mio discorso . . . », f. 87-116.

Cod. 146 chart., saec. XVII, a. 294, l. 203 [L. IX, LVIIII]. Z.

Antilogia, seu nucleus enucleatus historici nuclei Bucelini, celeberrimorum hystoricorum stylis compactus, contra fabulationes, vanitates, et insanias falsas in eo intrusi deliri anonymi, qui involutis praestigiis, machinationibus, quarta eius parte, folio XXXIX, translationem s. Marci evang. ex urbe Venetorum ad monasterium augiense in Germania deblaterat, ventilatus per Andream de Episcopis, presbyterum, patriae civem ac propugnatorem, tutelaris divi clientulum, Deo duce, comite leone, potestate divini solis, in occidentali plaga surgente, ac in deliquiis occidua in oriente luna, aureo seren. venetarum palmarum saeculo, 1691.

Scriptor antiquissimus exaravit opellam: *Historia de translatione s. Marci evangelistae ex urbe Venetorum ad monasterium augiense. Visiones item revelationesqque, atque aliquot eiusdem sancti miracula, ad probandum eius in Augiam praesentiam,* quam legimus insertam in *Nucleo historico* Gabrielis Bucelini, ascetae theologi ordinis s. Benedicti, imper. monasterii Weingartensis [Francofurti et Ulmae, 1664-1669, vol. IV, 8], partis quartae fol. 39-41. Errorem vulgarunt: **a.** Martyrologium manuscriptum ecclesiae cathedralis pragensis; **b.** Chronicon b. Hermanni contracti; **c.** Fragmentum incerti ex Unstitio; **d.** Sebastianus Monsterus in sua *Cosmographia universali.*

Auctor, presbyter venetus, aliis manuscriptis operibus, non item hoc, notissimus, in eo totus est ut translationis fabulam, quam anno 830 factam effutiunt, *veriloquii viduatam candore* evincat. Propterea non tantum ea reiicit quae insigni favent fallaciae, sed auctores quoque domesticos et exteros, qui de re silent prorsus, excutit.

Narratio saeculum redolet; vocabula enim sesquipedalia, verba obsoleta, insolentes dicendi modi, grammatica structura obvoluta, loca ex bibliis sacris, proverbia, anagrammata plus aequo redundant.

Cod. 147 chart., saec. XVII, a. 293, l. 208 [L. IX, LVIII]. Z.

Hospitis ac sospitalis veneti, in aurea ducali basilica propugnati lares, seu pro Evangelista divo et christianissima republica veriloquium. 1691.

Idem opus ac superius, hoc titulo. Auctor de Episcopis belle manu propria textum universum in ordinem redegit, sine lituris, ac in tres libros distribuit.

Cod. 148 chart., saec. XVIII, a. 300, l. 210 [L. IX, CXXXII]. MI.

I. P. Hyacinthi Michieletti, ex ordine Praedicatorum, *de sancta Helena matre Constantini imperatoris dissertatio sectionibus quinque conclusa.* « Nihil ad institutae dissertationis propositum scopum referre forte quis iudicaverit, ubinam locorum sancta Helena de vita migraverit... », f. 1-20, 31, 47.

Exemplar duplex sectionis primae non absolutae, plerumque manu Bernardi Mariae de Rubeis.

II. — *Continuatio eiusdem operis usque ad principium sectionis quintae.* « Detecta vanitate atque inverisimilitudine narrationis, quam Bosius et Arrighius commendaverunt... », f. 49-107.

Titulus sectionis quintae et ultimae hic est: « Sectio V in qua Venetorum de s. Helenae corpore Constantinopoli ad se translato firmatur traditio, et a nonnullis p. Joannis Pinii cavillationibus vindicatur ».

Ubi Flaminus Cornelius in *Ecclesiae venetae* decade duodecima [Ven. 1749, p. 173-179] de corpore b. Helenae Byzantio Venetias translato disserit, haec de auctore et operis scopo ingerit: « Rem fusiori calamo, firmoque criterio discutiendam exhibebit cl. v. Hyacinthus Michieletti, ordinis Praedicatorum, ut ex ipsius eruditione, praesto sint Bollandiani operis continuatoribus latiora argumenta Venetis faventia, quibus ex nostrorum hominum inertia non opportune oblatis, eruditissimi viri adversariorum partibus adhaerere visi sunt ». Nihilotamensecius ne verbum quidem in actis a Bolland, ubi de eius festo die decima octava augusti plura vulgantur.

Cod. 149 membr., saec. XIV, a. 172, l. 114 [Z. L, LVI]. P.

1. *Epistola b. Eusebii cremonensis, ad sanctum Damasium* [sic] *portuensem episcopum et ad Theodosium Romanorum senatorem de morte gloriosissimi confessoris Hieronymi, doctoris eximii.* « Multifarie multisque modis olim Deus loquutus est .... », f. 1-35.

2. *Epistola b. Augustini doctoris eximii ad beatum Cyrillum secundum, hierosolymitanorum episcopum, de magnificentiis eximii doctoris, beati Hieronymi.* « Gloriosissime, christianae fidei » athleta, sanctae matris ecclesiae lapis singularis .... », f. 35-42.

3. *Epistola sancti Cyrilli secundi, hierosolymitani episcopi, ad beatum Augustinum doctorem eximium, de miraculis beati Hieronymi, doctoris magnifici.* Prologus : « Illius cupiens sequi » vestigia, cuius in terris sanctitas radiare non cessat ... » ; vita : « Post obitum gloriosi Hieronymi, quaedam haeresis inter » Graecos secta surrexit ... », f. 42-74.

Ternam epistolam, omnino adulterinam, pluries editam, frequentius sine auctoris nomine, retulerunt fratres Vallarsi inter supposititia d. Hieronymi opera, Veronae, tom. XI, col. 288-336.

Cod. 150 membr., saec. XV, a. 147, l. 97 [L. II, CXIII]. Q.

Epistola beati Eusebii, ut supra. Folia 34.

Codicilli foliis 33-34 inest oratio qua ecclesiae Protestantium, ieiunio coniunctae, in Germania hac tempestate [a. 1546] utuntur.

Cod. 151 membr., saec. XV, a. 134, l. 96 [L. II, XXIX]. F.

1. *Epistola beati Eusebii*, ut supra, f. 1-80.
2. *Epistola beati Augustini*, ut supra, f. 81-96.
3. *Epistola beati Cyrilli*, ut supra, f. 97-169.

Cod. 152 membr., saec. XV, a. 192, l. 137 [L. IX, XCII]. MI.

I. B. Eusebii, *epistola,* ut supra, f. 1-53.

II. S. Augustini, *epistola,* ut supra, f. 54-64.

III. S. Cyrilli, *epistola,* ut supra, f. 64-108.

Codicem, cum litteris epistolarum initialibus pictis, possederat iamdiu Hieronymus Justinianus.

Cod. 153 chart., saec. XV, a. 278, l. 200 [Z. L, LV]. B.

1. *Epistola beati Eusebii,* ut supra, f. 1-24.
2. *Epistola s. Augustini, de laudibus,* ut supra, f. 24-28.
3. *Epistola Cyrilli,* ut supra, f. 29-49.

Cod. 154 membr., saec. XV, a. 255, l. 182 [Z. L, LIV]. P.

1. *Beati Hieronymi transitus* f. 1-11.

Tractatus, perperam inscriptus: *de interiori domo seu conscientia aedificanda,* Hugoni a Sancto Victore [apud quem constituit *tertium de anima*] vel monacho cuidam cisterciensi tributus, Bernardo aequali, editus est in *opper. s. Bern.* Venet. 1750, tom. V, c. 379-414.

2. *Epistola beati Eusebii, de morte d. Hieronymi,* ut supra, f. 11-23.

3. *Epistola beati Augustini, de magnificentiis d. Hieronymi,* ut supra, f. 23-26.

4. *Epistola sancti Cyrilli, de miraculis d. Hieronymi,* ut supra, f. 26-30.

5. *Dialogus s. Hieronymi presbyteri rectae fidei contra Pelagium monachum, haeretici dogmatis repertorem, quem sub nominibus Actici et Crithoboli voluit annotari* [f. 30-51].

Dialogus, eodem titulo ac in codice Regio Vaticano 286, communiter appellatur *Dialogus s. Hieron. presb. contra Pelagianos.* Libri tres editi in operibus. Veronae, t. II, col. 683-792.

Codicem duplici columna amanuensis sub fine inscripsit: « Presbyter Faustinus de Osema Valliscamonice, die 27 iulii 1450, anno Jubilei scripsit ».

Cod. 155 chart., saec. XV, a. 343 l. 240 [L. IX, XXIV].

I. Plura de santo Hieronymo, locis propriis frequentius edita.

a. *Vita sanctissimi et gloriosissimi Hieronymi, cardinalis, doctoris, magnifici ecclesiae parentis et rutilantis lampadis.* Prooemium de nomine: « Hieronymus a *Ieran*, quod est san» ctum et *nemus*, quasi *sanctum nemus* ... »; vita: « Hierony» mus Eusebii viri nobilis filius, ab oppido Stridonis... », f. 1-4.

Huius vitae compendium dedit in *legenda aurea* Jacobus de Voragine, una cum nominis ethymo, quod suspicor auctori huic proprium.

b. *Epistola beati Eusebii*, ut supra, f. 5-23.

c. *Visio mirabilis in morte Hieronymi, gloriosissimi doctoris eximii et confessoris praeclarissimi, cardinalis maximi.* « Hora » namque, charissimi patres et domini, huius transitus gloriosi » diei erat ultima ... », f. 23-26.

Quaedam post Hieronymi mortem miracula describuntur, et Eusebii planctus ac in gaudium conversio enunciatur.

d. B. Augustini, *epistola*, ut supra, f. 26-30.

e. S. Cyrilli, *epistola*, ut supra, f. 30-49.

f. *Quaedam de miraculis per beatissimum Hieronymum factis in Troia, civitate Apuliae, et primo de ecclesia ordinata.* « Sciendum est quod moderno tempore in Apulia, in provincia » Capitanatae ... », f. 49-51.

g. *Officium eiusdem celeberrimi eximiique doctoris Hieronymi super utroque vespere decantandum, suis psalmis atque antiphonis*, f. 51-53.

Sub fine amanuensis: » Hieronyme beate
» Mihi qui librum scripsit
» Nicolao accurate
» Assistit gratus tibi
» Et verbis ordinate,
» Divinis nec alibi
» Praestudet nempe grate
» Suscipe eum ibi
» Ubi rate stant angeli ».

» In quo Hieronymi vitam : facta : dicta : atque prodigia : ultra » huius vite mortalis perscrutatus est. Consummatus anno Dom. » MCCCCLXXXII, nono die Augusti ». Serius, anno 1514, Ba» sileae impressum, titulo : Hieronymianus, d. Hieronymi vitae, » mortis, prodigiorum, dictorum ac scriptorum exflorationes » perstringens ».

Codicem, fol. 76, sic inscripsit qui volumen cum propriis insigniis dono dedit a. 1467 coenobio s. Jo. in Viridario Paduae: « 1440. Joannes Marchanova, artium et medicinae doctor, p. s. » pec. fac. curavit ex exemplari compositoris Patavii ».

Cod. 157 chart. saec. XVII, a. 250, l. 178 [L. IX, LXII].

I. *Vita d. Hieronymi Stridoniensis, falso antea ab Erasmo relata, nunc per Marianum Victorium reatinum ex eius scriptis vere edita, et amplissimo cardinali Carolo Borromaeo dicata.* » Hieronymus, quae vox sacrum nomen (1) significat, Stridonis » oppido natus est . . . », f. 1-43.

Exemplum sumptum ex editionis romanae volum. I, cui menda addidit qui folio primo scripsit : « A me Hierouimo Theu» tonico, feltrensi presbytero, et ecclesiae sancti Iacobi de Luprio » Venetiarum alumno, ex primo tomo operum eiusdem sancti » Hieronymi collecta et compilata, ad laudem Dei sanctissimae» que Deiparae, nec non sancti Hieronymi, a. Domini MDCLXI, » Venetiis, a mense iulio ».

II. *Exemplum casuum reservatorum* [8] *ill. ac rev. d. d. Joanni Francisco Mauroceno, patr. Venetiarum, Dalmatiaeque primati* [1654-1678]. « Poenitentiae sacramentum relapsis in peccatorum » voraginem esse omnino necessarium . . . », f. 46-47.

Cod. 158 chart., saec. XVI, a. 277, l. 203 [L. IX, XL]. 0.

I. Hermolai Barbari, *vita s. Athanasii, alexandrini episcopi, et eius corporis ad inclytam Venetiarum civitatem translatio, ad venerabiles sanctimoniales sanctae Crucis de Judaica.* Prooemium:

(1) In edit. romana, a. 1565 *sacram legem.*

« Petistis a me, sorores, ac filiae in Christo dilectissimae, ut Athanasii . . . »; vita: « Athanasius alexandrinus episcopus, cum » parentes ex ea civitate . . . », f. 1-10.

Exemplum puto codicis membranacei, iamdiu apud easdem moniales, cum principium una cum prooemio idem sit prorsus, quod ex Ioanne degli Agostini deprehendo, qui prooemium edidit (1). Auctor, *Dei patientia*, episcopus veronensis, latine vertit vitam ab Eusebio graece conscriptam.

II. Eiusdem, *translatio corporis s. Athanasii de constantinopolitana civitate ad inclytam urbem Venetiarum* [1354]: « Verum » cum post exactam longam aetatem, Alexandria, invalescentibus » haereticis . . . », f. 10-18.

Barbarus videtur historiam sumpsisse ex ea quam Flaminius Cornelius italicam et latinam dedit in *Eccles. Ven.* decade prima, p. 13-40.

III. *Officium b. Athanasii, alexandrini episcopi, per devotum sacerdotem et doctum dominum Aegidium de Sarzana, secundum ritum monasticum,* f. 18-31.

Lectiones constant Athanasii vita, quam Eusebio Barbarus interpretatus est, et homilia, a Barbaro eodem scripta. Ex hymnis:

1. « Ecce defensor fidei supernae
2. » Adsis aeternum decus Angelorum
3. » Gaude fidelis concio ».

non unum habet Mone in *Lateinische Hymnen des Mittelalters.*

Eadem habebat codex membranaceus, de quo supra. Sumptum ex hoc est sancti Athanasii officium a. 1543 Venetiis, typis haeredum Lucae Antonii Iuntae editum, cum aliis ad usum monialium sanctae Crucis de Iudaica.

Cod. 159 chart., saec. XVII, a. 298, l. 217 [L. IX, CXXXI]. MI.

Andreae de Episcopis, *niceterium seu victorialis palma propugnati apud Venetos corporis s. Nicolai Magni, quippe Nicolaus Graecis sonat victor populi, quare Nicolaus anagramma Nico Laus idest Victor Laudis Venetorum stans in littoralibus oris,*

(1) *Scrittori veneziani*, t. I, p. 252-253.

cunctorum oris nunc celebrandus proponitur. Libelli duo. Titulum uterque habet communem, non autem rem.

Primus inscribitur: *Historiae translationis corporis s. Nicolai Magni, a Myra Lyciae Venetias factae, auctore Fortunato Ulmo veneto, monacho Cassinensi, ex typographia Deuchiniana.* 1626. *Auctarioli pensum velitatim adijcitur postrema ut eiusdem translationis factae anno* 1634 *recolatur memoria, levi adumbrata calamo presbyteri veneti, Andreae de Episcopis, anno MDCLXXXXVII.* « Additamenti appendicem, ubi desiit Ulmus, mihi » nunc liceat attexere . . . ». Paginae 110.

Opus anecdotum puto, etsi eius imprimendi facultas a fratre Raymundo Aspecti, inquisitore generali Venetiarum, die 19 maii 1699, codici adhaerens legatur.

Libellus alter infrascriptus : « *Divi Nicolai Magni, archiepiscopi Myrae, ab utero ad urnam perennis et mira sanctitas : qui sol in Oriente consurgens, perque viam lacteam gyros revolvens, in adriaco littore, sacri sui corporis Occidentem invenit, serenissimo coelo amplior ut maiestas accederet : crassae Minervae ad fumidum lychnum in occiduo aevo frigescentis Hesperi, Andreae de Episcopis, presbyteri veneti, adumbrata locutio, derivans lucem a splendore argumenti.* « Admirabilis divi archiepiscopi myrensis » nunc in adriacis littoralibus oris hospitis . . . ». Folia 227.

Auctor, presbyter venetus qui, in prooemio *officioso anagnostae* septuagesimum quintum annum se attigisse narrat, capitulis nonaginta, momenta historica s. Nicolai, eiusque corporis translationem ex pluribus auctoribus, longiorum epigrammatum modo, exhibet.

Cod. 160 membr., saec. XV, a. 182, l. 102 [L. IX, XXV]. Ma.

I. *Vita s. Augustini episcopi.* « Administrante rempublicam » Theodosio gloriosissimo ac victoriosissimo imperatore, patre Ar» cadii atque Honorii imperatorum, qui ob egregiam animi stre» nuitatem a Gratiano imperator creatus, maximas illas scythi» cas gentes, hoc est Alanos, Hunos et Gothos, magnis multisque » praeliis vicit, quique quadragesimus secundus a Iulio primo

» Caesare imperium romanum tenuit, natus Augustinus est ... »,
f. 1-80.

Differt opella ab iis, que hoc eodem de argumento Philippus ab Eelemosyna, Iordanus Quedlimburgensis, anonymus Cartusiensis a Bollandistis allatus, et Ambrosius Coriolanus scripsere; itidemque ab ea, quam cum officio s. doctoris, Maphaeo Vegio auctore, codex habet, olim Altempsianus, modo Vaticanus, a Papebrochio allatus (1). Auctor, quicumque is fuerit, Augustini gesta, ab eius ortu ad baptismum usque susceptum, ex ipsiusmet *confessionibus* [ex quibus etiam de sancta Monica non pauca] syllabatim sumpsit; cetera usque ad mortem a Possidio. De suo admodum pauca tum initio, tum aliis in locis adiecit. In his index quoque est operum Augustini, qui cum Possidio saepe convenit; alia tamen atque alia opera, etiam suppposititia, habet, a Vincentio Bellovacensi, Trithemio, aliisque sancto doctori adscripta.

II. *Officium in festo s. Augustini episc. et confess.* Antiph.: « Laetare mater nostra Ierusalem, quia rex tuus dispensatorem » . . . », f. 81-88.

Hymnus: « Magne pater Augustine, preces nostras suscipe
» Per eas conditori nos placere satage . . . ».

Codicillum, gentis Marchanovae insigniis et littera initiali venuste pictis conspicuum, Io. Marchanova, *a.* 1448, *p. s. pec. fac. curavit Patavii,* donavit autem coenobio s. Ioannis in Viridario.

Cod. 161 membr.-chart., saec. XV, a. 200, l. 144 [L. III, CXXI].

1. *Miracula patrata, meritis et intercessione d. Thomae aquinatis.* Praeit epistola fratris Eliae Raymundi Tolosani magistri generalis ordinis Praedicatorum, *prioribus, provincialibus et conventualibus ceterisque fratribus universis ordinis fratrum Praedicatorum,* quae inc.: « Quoniam maiorum suorum gentiles quon» dam acta conscribebant et erigebant imagines . . . », f. 1-13.

Miracula sunt quadragintanovem, a Raymundo Hugone pleraque conscripta, extracta cura Eliae ex codicibus tolosanis,

(1) Tom. I, Ss. maij, p. 491, edit. ven.

quorum partem retulerunt *Acta Sanctorum,* 7 martii, tom. I, p. 717-724, 735-738. Narrationi tertii miraculi haec praeeunt: « Sequens miraculum vidit frater G. magister in theologia, de or- » dine Praedicatorum, regens in scholis canonicorum sancti Ste- » phani, civitatis Tholosae, et ipsum, ut potuit, compilavit ». Ante alteram miraculorum partem legitur: « Ista vigintiquinque mi- » racula dictavit et compilavit magister Ben. Tholosani ».

2. *De vita et scriptis b. Thomae Aquinatis.* « Thomas bea- » tissimus de Aquino, ortus nobilibus parentibus, Landulpho sci- » licet comite de Aquino eius patre et Theodora eius matre ... », f. 15-21.

Est compendium vitae d. Thomae a Guillelmo de Thoco exarata ac in *Actis Sanctorum,* 7 martii, tomo I vulgata, p. 659-685.

3. *Quaestio de conceptione b. Mariae virginis, qua eam minime sine labe conceptam enuntiat auctor anonimus.* « Quaestio » est utrum beata virgo fuerit concepta in peccato originali... », f. 23-32.

Cod. 162 chart., saec. XVI, a. 204, l. 146 [L. III, CXXIII]. Mk.

1. Vincentii Baraterii, placentini, ordinis Praedicatorum. *Defensorium pro stigmatibus b. Catharinae Senensis ;* latiori titulo in aliquibus codicibus: *Volumen defensorium d. Catharinae Senensis, quo enodantur nodi plurimi theologicales curiosi, et refelluntur obiectae rationes seu nugae et allucinationes veluti figmenta et inania verba, sicuti quadam ira et odio praecipitatae.*

Defensionem duplicem, autographam, auctor *probis ac eruditis omnibus* dicat *Placentiae, in monasterio sancti Joannis in canalibus,* 1521, *decimo calendas decembris.* Cum eam praelegendam dedisset Hieronymo Plegafecta [Pigafetta] vicentino, eiusdem ordinis, hic primam partem laudaverat epistola data Cremonae, tertio idus septembris a 1510, quae in fronte eius partis [f. 1-54] legitur; ad huius finem scripsit auctor: « Placentiae, in » solemnitate divi Benedicti, 1509 ». Altera in quinque libros quorum quisque in dialogos, distributa [f. 59-234], per modum dialogi procedit, interlocutoribus Animulo, Theonomasto, Vincentio, Nicophoro, et Samuele: ea incipit: « Eo tempore quo de

» legitima filii portione, patre ingresso monasterium, scripsi, erat » mecum Animulus, cui opus ipsum dedicavi . . . ». Huic quoque praecedit epistola Plegaphetae [f. 59], data *Comi,* 11 *cal. novembris a.* 1512, *perquam raptim.*

2. Cyni Adelphi, *adversus Samuelem dialogus, interlocutoribus cane et asino.* « Legi opusculum tuum, imo dicam, quod certe » mereris, tametsi grammatica adversetur, tuum opus . . . », f. 235-242.

Samuel unus est ex interlocutoribus operis praecedentis, quem Baraterius principio defensionis secundae sic pingit: « Ho» mo mordentis lanae atque subnigri coloris vestem indutus, » praecinctus funiculum, qui in ipso domus ingressu ait: Est ne » in monasterio Vincentius placentinus, qui [ut fertur] adversus » stigmata pii patris mei Francisci pro stigmatibus Catherinae » Senensis multa conscripsit, copiosissime delirans . . . » ? Huius in opellam Baraterio contrariam auctor anonymus conviciis insurgit, quod divum *Franciscum alterum sibi Christum constituerit,* quod asseruerit *mulieri licet sanctissimae non posse datum iri stigmata.* Opusculi oeconomiam vero sic aggreditur, f. 237: « Complexio dictionum modo incongrua, modo inconcina, modo » imperfecta. Si verba inspicimus, nullus orationis splendor ni» torve; sin vero sensum considerare libet, nulla penitus eruditio, » ut legentibus stomachum moveat, generet fastidium audien» tibus ».

Operculis antiquis ex ligno avulsae sunt fibulae.

Cod. 163 membr., saec. XV, a. 400, l. 285 [L. IX, XIV]. Mk.

Processus quorundam dictorum et attestationum super celebritate memoriae ac virtutibus, vita et doctrina beatae Catherinae de Sènis, publice productarum in curia episcopali castellana de Venetiis, in diversis infrascriptis temporibus, atque depositarum per quosdam infrascriptos venerabiles diversorum ordinum, graduum et locorum religiosos patres, existentes commendabilis vitae, scientiae atque famae. Qui utique processus abstractus est de originali processu existente in cancelleria curiae supradictae, qui originalis processus, de mandato domini episcopi castellani de Venetiis, publi-

catus, scriptus et positus est in dicta cancellaria per quendam ser Franciscum de Viviano, dictae episcopalis curiae notarium, qui etiam istum hic infrascriptum processum, partim per quendam Gerardum de Francia, et partim per quendam fratrem Ioannem de Placentia, ordinis Praedicatorum, fideliter transcriptum et per ipsum ser Franciscum diligenter examinatum, ac concordare per omnia cum originali repertum, manu propria autenticavit et publicavit, ac suis signo et nomine solitis roboravit, ut patet per totum huiusmodi processus decursum, et signanter in fine. « In Christi nomine » amen. Anno nativitatis eiusdem 1411, indictione quarta, die » vigesimo quarto mensis maii, ad perpetuam rei memoriam, pa» teat omnibus infrascripta legentibus . . . ». Paginae 152.

Cum in coenobiis ss. Io. et Pauli ac corporis Christi Venetiarum, celebraretur *a magno tempore* memoria *cuiusdam virginis* Catherinae de Senis, in dominica post festum b. Petri martyris. ord. Praedic.; contigit ut anno 1411, die eius virginis festo, concionator fr. Bartholomaeus de Ferraria, inquisitor ferrariensis, in ecclesia ss. Io. et Pauli, eximias eius virtutes ultra modum laudasset, unde murmur in ecclesia obortum, opere eorum *qui virgini aliqualiter detrahebant.* Quidam discreti viri querelam coram episcopo castellano Bernardo Bembo deferunt, ut, *habitis informationibus*, animos *quietare valeret,* et *quodlibet scandalum sedare.* Episcopus proborum virorum sententiae iusistens, *post multa concludit quod bonum erat inquirere veritatem et informationem habere de veritate super celebratione dictae commemorationis supradictae virginis Catherinae de Senis, ut sic cunctis patere posset quod decenter fieret dicta commemoratio et praedicatio de virtutibus ipsius virginis, licet nondum canonizata foret.* Exinde processus. Hunc eundem, in fine mutilum [quod quaedam contestationes et attestationes sub fine missae sint], ex codice maioris Cartusiae ediderunt Martene et Durand tomo sexto amplissimae collectionis veterum scriptorum et monumentorum, col. 1238-1386.

Qua anecdotam, in codice enim Cartusiano desideratur, do annotationem libri nostri fronti appositam, eoque opportunius quod historiae singularis huius processus exornandae conferat: « Hic liber publici processus contestationum de sanctitate vitae » et doctrinae beatae Catherinae de Senis, ordinis de poenitentia

» sancti Dominici, ad instanciam venerabilis patris fratris Thomae etiam de Senis, ordinis Praedicatorum, pro libraria conventus ss. Io. et Pauli de Venetiis, eiusdem ordinis, scriptus et compactus fuit anno Domini MCCCCXVI de mense decembris, de pecunia venerabilium virorum dictae virginis singulariter devotorum, videlicet nobilis viri domini Bernardi Bembo de Venetiis et nobilis viri domini Ianotti de Florentia, item ser Antonii Ravaguino et ser Danielis Cyono de Venetiis, ac ser Guidonis et Ioannini Leopardi de Luca, de quibus viris fit mentio circa principium dictarum contestationum, utpote hic in sequenti facie; et quia venerabiles viri, licet prius essent devoti praecipui praefatae virginis, attamen post dictarum contestationum publicationem, longe amplius eidem virgini remanserunt affecti. Unde qui in isto libro legerint, aliquam orationem apud Deum pro supradictis facere dignentur, ac etiam eandem virginem, eius attentis virtutibus eximiis, decenter venerari et honorare conentur; quatenus ipsius virginis patrociniis atque suffragiis, per omnes in praesenti amplior gratia, et in futuro felicitas aeternae gloriae ulterius reportetur. Amen, amen, amen ».

Cod. 164 membr., saec. XV, a. 248, l. 170 [L. IX, XXXIX]. O.

Pieridum sacri cultoris Philippi Villanii, *de vita, moribus et miraculis gloriosissimi confessoris sancti Andreae Scoti, ad Leonardum Iacobi Bonafedis, devotum suum*. Prologus: « Sanctorum quorum memoria in benedictione est natalitia solemniter celebrari . . . » ; historia : « Andreas vir Dei ex insula fuit Hiberniae, quae alio nomine vulgatiori Scotia . . . ». Folia 30.

Opellam inter *Acta Sanctorum Bollandiana* ad diem XXII augusti Guillelmus Cuperus edidit, vitiatis codicibus usus. Emendatur passim editio exemplari nostro, quod, ut elegantissimum est, auro nitens, picturis, ipsisque Bonafidiae gentis insigniis ornatum ; ita manu Cauti Bonagii, canonici fesulani, Antonio Bonafidio postulante, accurate descriptum est ex antiquo codice, eodemque probatissimo, cuius in fine legebatur: « Explicit historia » sive legenda gloriosissimi confessoris sancti Andreae Scoti ad

» me Leonardum Iacobi Bonafedis devotum suum transmissa a » celeberrimo sacroque cultore, Pieridum domino Philippo Villano ». Vulgaribus litteris a Villanio editum libellum, deinde latinis ab ignoto homine donatum, ex codicis romani et scriptorum quorundam auctoritate, Cuperus pronuntiavit, quod non ego ei abnuam. Illud potius aperiam, quod Cuperus non vidit, Philippum Villanium eundem omnino esse, qui Matthaei patris historiam prosequutus est, multisque litteris claruit; Leonardum vero Bonafidium, cui est opella inscripta, non eum fuisse, ut ille putavit, qui cortonensem episcopatum ab anno 1528 ad 1545, sed alium, qui saeculo XIV exeunte, ac sequentis initio, atque adeo ipsis Villanii temporibus vixit. Id ut pateat, proferre iuvat quae in extremis codicis foliis adscripta sunt [fol. 29-30]: ***Indulgentiae vero peccatorumque remissiones, quas habent visitantes eandem cappellam sive idem altare beati Andreae de Scotia, sunt haec.***

« Urbanus papa VI omnibus eleemosynam facientibus u- » num annum concessit et quadragesimam, ut in eius patet pri- » vilegio per antedictum Leonardum Bonafedis Ianuae suppli- » cato ».

« Bonifacius papa VIII primo ad instantiam dicti Leonardi, » tunc eiusdem papae scutiferi honoris, tres annos et totidem » quadragenas simili modo concessit ».

« Item idem papa, ad instantiam domini A. [Angeli Actiajo- » lii] cardinalis florentini, unum annum dedit et quadragenam ».

« Item idem papa ad preces supradicti Leonardi, tunc fra- » tris hierosolymitani, et sui militis et ambasciatoris ad partes » longinquas, concessit omnibus visitantibus dictum altare et » cappellam, et pro ipsius perfectione eleemosinam facientibus » omnes indulgentias et peccatorum remissiones, quas consecun- » tur visitantes omnes ecclesias et oratoria fesula [fesulana] ».

« Item episcopus fesulanus die 26 septemb. MCCCLXXXIX » consecravit altare dictae cappellae; et facta tunc fuit solemni- » ter sanctarum reliquiarum dicti b. Andreae translatio, et in » perpetuum omni ultimo die dominico septembris eiusdem con- » secrationis fieri commemorationem mandavit, elargiens omni- » bus tali die visitantibus dictum altare, quantumcumque potuit, » indulgentiam ».

Supradictus Bonifacius papa VIII donat insignia seu arma nobilitatis suae dicto Leonardo Bonafedis.

« Bonifacius episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio » Leonardo Bonafedis de Florentia, praeceptori domus sancti Io» annis Ierosolymitani de Albaresio, familiari nostro, salutem et » apostolicam benedictionem ».

« Ob famosae tuae probitatis excellentiam, quam duximus » decorandam, tibi posterisque tuis omni sub aevo insignia, seu » arma nostra et nobilium de progenie nostra Thomacellorum de » Neapoli, de qua quidem paterna linea originem traximus, motu » proprio donamus tibi posterisque tuis; ut tu dictique posteri » huiusmodi insignia sive arma in perpetuum in quibusvis acti» bus publice et privatim deferre, illisque uti pro vestris licite et » libere valeatis ».

Cod. 165 membr., saec. XVI, a. 143, l. 92 [L. IX, XLVI]. Mr.

Bernardi Iustiniani, s. Marci Venetiarum procuratoris, oratoris, *in beati Laurentii Justiniani patrui sui, primi patriarchae Venetiarum vita, ad monacos Cartusienses.* Capitula duodecim. Prooem.: « Etsi non dubito, venerandi patres, quin patriarcha » Laurentius sicut vivens solebat... »; vita: « Natus est igitur » Laurentius Venetiis, Bernardo Iustiniano patre... ». Folia 68.

Opella publici iuris saepius facta est ab anno usque 1475, itale quoque versa.

Codicem habuerunt Marinus Sanutus L. filius [n. 785] et Bernardus Maurocenus q. Benedicti iuris doctoris, s. Lucae evangelistae plebanus.

Codd. 166-167 chart., saec. XVIII, a. 300, l. 202 [L. IX, CXXIII-CXXIV]. Ml.

Acta in causa canonizationis b. Benvenutae Boianae, monialis utinensis, ordinis Praedicatorum. Codice centesimo sexagesimo sexo excussa sequuntur:

1. *Animadversiones promotoris fidei Caietani Fortis, super*

dubio an sit signanda commissio introductionis causae ec., Romae typis datae a. 1765, pag. 6.

2. Io. Franc. Bern. Mar. de Rubeis, *responsum autographum animadversionibus promotoris fidei, quo usus est advocatus romanus in prima responsione typis data a.* 1763. fol. 8.

3. Caietani Fortis, *novae animadversiones, Romae anno eodem typis datae, ut et manuscriptae*, pag. 3, fol. 2.

4. Io. Franc. ec. de Rubeis, *responsio autographa ad novas animadversiones, cum revisione Joannis Prunetti subpromotoris fidei*, fol. 25. Occurrunt quoque typis editae ibidem, anno 1763, pag. 35.

5. Dominici Claverini, advocati, *memoriale posthumum ad responsiones datas novis animadversionibus, typis editum ibidem, anno eodem*, pag. 8.

6. Io. Franc. ec. de Rubeis, *alia responsio, item autographa qua editores romani usi sunt in edita responsione tertiis animadversionibus*, fol. 18.

7. —— *observata, ut evincatur fratrem Conradum fuisse a confessionibus b. Benvenutae Boianae*, fol. 2.

8. —— *de instituto sororum de poenitentia s. Dominici, quod beata Benvenuta Boiana de Civitate Foriiulii professa est, Joanni Thomae de Boxadors, magistro generali ordinis Praedicatorum*, fol. 20.

Commentariolum autographum, quod auctor, anno 1765, eodem de Boxadors petente exaraverat, publicam lucem meretur. Exemplari alteri aliena manu exscripto auctor subscripsit.

9. Vincentii M. Lupinacci, *epistolae decem, italae Romae datae Io. Franc. de Rubeis, ann.* 1762-1768.

10. Ios M. Feroni, cardinalis, *acta varia, mss. et impressa, ann.* 1765, 1767.

11. *Supplicationes de officio et missa b. Benvenutae recitandis, cum concessionis decretis et tribus lectionibus propriis, omnia typis Romae data annis* 1765-1766.

12. Anastasii Comi, *epistola itale data Civit. Foriiulii*, 28 *aug.* 1761 *Jo. Franc. De Rubeis.*

13. Io. Fr. ec. de Rubeis, *ristretto della vita della b. Benvenuta Boiana, monaca del terz' ordine di s. Domenico, publici iuris*

factus [Venetiis, a. 1765, pag. 30, 8.°] *cum icone aere sculpta b. Benvenutae.*

14. *Exemplum epistolae datae a provinciali et capitulo parmensi, ordinis s. Dominici, Francisco Boiano civitatensi,* 22 *april.* 1507.

15. *Monumenta historica b. Benvenutae, ab anno* 1446 *collecta et in sessione vigesima prima processus pro eiusdem canonizatione agitata die* 7 *iulii* 1759.

16. *Vetera necrologia excussa, cum specimine characterum ad dissertationem num.* 8 *datam.*

Codex ventesimus sexagesimus septimus continet:

a. Dominici Claverini, *instructionem breviorem, itale, de processu adparando pro canonizatione b. Benvenutae Boianae,* fol. 6.

b. —— *de eodem instructionem promissiorem,* itale. Additur responsio trina data obiectis ab curia archiep. utinensi; item dubia proposita a Fr. Io. de Rubeis, p. 157.

c. *Risposte fatte dal sig. Chiaverini, avv. romano, alle riflessioni del promotore fiscale della curia arcivesc. di Udine,* fol. 8.

d. *Particula provisionum et ordinationum in visitatione ecclesiarum Civitatis Foriiulii, a.* 1585, *quae spectat ad altare b. Benvenutae, in ecclesia s. Dominici.*

e. Francisci Iusti, *epistolae tres,* a. 1759.

Cod. 168 chart., saec. XVIII, a. 240, l. 186 [L. IX, CLXXXV]. R.

Fr. Io. Franc. ec. de Rubeis, *vita b. Benvenutae Boianae de Civitate Austriae, in provincia Foriiuli.* Venet., 1754, 4.°

Adduntur emendationes et additamenta manu eiusdem auctoris.

Cod. 169 membr. saec. XVI, a. 248, l. 183 [L. IX, VII]. Mb.

Ex libro qui dicitur **epilogus chronicarum**, *edito a Jo. de Nigravalle, bibliothecario romanae ecclesiae, ordinis Praemonstratensis, in libro eiusdem epilogi decimitertii, cap.* 18, *ubi loquitur de ordinibus sive variis religionibus sanctae ac catholicae matris*

ecclesiae benedictae. « Ordo canonicus in veteri testamento a le-
» vitis, quorum erat cum ephot lineo in tabernaculo . . . ».

Insunt autem :

a. Opella verbis conclusa : « Haec omnia de verbo ad ver-
» bum ex chronica Io. de Nigravalle ordinis Praemonstratensiis,
» quae dicitur epilogus chronicarum epil. 13, cap. 18, per vene-
» rabilem p. d. Zachariam vincentinum monachum fideliter extra-
» cta . . . », f. 1-28.

b. Loca Rosetti, Roberti Holchot, Raphaelis Volaterrani, Iacobi Philippi Bergomensis, in idem argumentum, quibus accedit bulla Alexandri papae IV, f. 28-32, 34-38.

c. *Hymni saphyci tres in die festo divi Augustini, regularium Clericorum instauratoris, ad vesperas, in nocturnis, ad laudes*, f. 32-34.

1. « Laudibus caeli resonet canoris . . . ».
2. « Noctis successus medio soporem . . . ».
3. « Lucifer claro redimitus ore . . . ».

Non unum ex tribus dedit Mone in *Lateinische Hymnen*.

Fere omnia, exceptis hymnis, publici iuris facta sunt Brixiae, per Damianum et Iacobum Philippum fratres, a. 1536, denuo Venetiis a. 1621.

Hunc ipsum Ioannem de Nigravalle passim in medium adducunt Ioannes Philippus Novariensis, Gabriel Pennotus, ac Io. Baptista Signius, dum historiam ordinis Canonici pertractant; nemo tamen de auctore iudicium ullum prodit. Haec in *sylloge scriptorum ordinis Praemonstratensis* [Aug. Vindelic., 1771, 4.° p. 436] Georgius, abbas roggenburgensis: « De Nigravalle Ioannes,
» qui ex canonico regulari Norbertino . . . ordinis Praemonstra-
» tensis in Hispania definitor, s. r. e. bibliothecarius et postea
» cardinalis renuntiatus est. Laudes huius praestantissimi viri
» alieno ex calamo, nempe ex Constantini Ghini senensis, cano-
» nici s. Salvatoris, quam meo exscribere malo ». Auctoris praeconiis ex Ghino recitatis sequitur : « Huic tanquam genuino pa-
» renti debemus epitomen chronicorum et catalogum summorum
» pontificum, cardinalium, Sanctorum ordinis Canonicorum regu-
» larium . . . ». Ceterum scriptor satis est ineptus et nugax, qui sanctos homines multos, pontifices romanos, scriptores ecclesia-

sticos, reges ac principes ordini Canonico perperam accenset, ac putidis fabulis persaepe indulget : neque vero ultra saeculum decimum quartum procedit.

Consulto deleta epigraphe : « Iste liber est Canonicorum re» gularium s. Salvatoris . . . ».

Cod. 170 chart., saec. XVIII, a. 237, l. 173 [L, IX, L]. Mg.

I. Beati Ambrosii, abbatis generalis Camaldulensis, *hodaeporicon a Nicolao Bartholini bargensi, c. r. congregationis matris Dei, publicae luci assertum ex bibliotheca Medicaea* ec. Florentiae ac Lucae, sine a., pag. 12, non num. 72, 4°

Chronotaxim annotavit in marginibus Io. Benedictus Mittarellus.

II. Accedit *index personarum alphabeticus*, fol. 1-5.

III. *Variorum notae ad hodaeporicon*, manu laudati Mittarelli, fol. 6-9.

IV. *Acta visitatoria sub generali regimine rev. p. d. Petri Canneti e Cremona, abbatis apostolici classensis, et totius ordinis Camaldulensis generalis, electi anno MDCCXXIX, in capitulo Faventiae.* « Completis generalibus comitiis et publicatis capitu» laribus actis die 21 maii . . . », f. 12-13.

V. *Acta interregni Camaldulensis.* « Postquam placuit Deo » kal. oct. anno 1730, reverendum patrem generalem nostrum d. » Petrum Cannetum ad se vocare . . . », f. 13-14.

VI. *Acta sub neo-generali Camaldulensi.* « D. Floriano Maria » Arrigono meldulensi, 9 dec., reverend. neo-generalis Faventiam » ingressus est . . . », f. 14-20.

Brevioribus visitationis itineribus non tantum loca describuntur sed et lapides referuntur.

Sub fine amanuensis Io. Ben. Mittarellus notavit : « Hacte» nus autographum rev. p. visitatoris n. Guidonis Grandi [cre» monensis], ex quo hoc ipsum exemplar est erutum ».

Cod. 171 chart., saec. XVII, a. 450, l. 291 [L. IX, CLXXVII].

Fortunati Ulmi, *historiarum insulae s. Georgii maioris prope*

Venetias positae, libri tres. Liber primus incip.: « Cultus erga » Deum, apud Venetos semper viguit. Hinc urbis fundatores » quamprimum erigendis basilicis se dedere ... » ; finit : « quae » haud prorsus iniucunde, ut arbitror, audientur », p. 1-116.

Auctor, venetus, abbas Cassinensis in monasterio s. Georgii, sua manu exscripsit ac emendationibus notisque ditavit hanc historiam, cuius tres tantum libri in codice occurrunt, dum in exemplaribus posterioribus [itale quoque ab eodem exaratis] quinque numerantur.

Liber alter titulum de quo tantum actum, praefert. Historia translationis corporis sancti Stephani protomartyris Constantinopoli Venetias anno MCX ad suburbanam insulam s. Georgii cognomento maioris, auctore ec. « Docuit christiana pietas Venetos » Sanctorum reliquias ex veteri quocumque solo novam in urbem » deducere ... » ; finit: « Michael Alabardus, piisimae Georgia- » nae huius insulae abbas, postea devotissime argentea theca re- » conditum [capitis fragmentum], integri capitis imagine, anno » 1592, posteritati venerandum exposuit », p. 119-249.

Adduntur fragmentum ex libri octavi capitulo quadragesimo primo chronici Andreae Dandoli; nec non hymni tres, die festo s. Stephani in sancti Georgii insula, recitari soliti :

1. « Martyr illustri pietate Christum ... ».
2. « Lux orbe toto fulgida ... ».
3. « Sacra solemnis colimus diei ... ».

quorum non unum profert Mone in *Lateinische Hymnen* ec.

Liber tertius inc.: « Tribuno abbati qui quatuor et triginta » annis rerum potitus est, prospera omnia cessere ... » ; finit anno 1173 : « urbemque ac rempublicam faustissime regeret » ; his ab eodem Ulmo notatis : « Sino a qui ho scritto per dover » stampare : sebbene vi sono molte cose da emendare, nè è per- » fetta l' opera », p. 253-385.

Codex, cum titulis aliena quoque manu appositis, scatet lacunis: paginae etiam 332-377 resectae sunt. Unde autem et quomodo in Marciam delatus sit, narrat Emanuel Cicogna, cuius verba hic repeto : « Questo autografo, legato in vitello, spettava già » alla biblioteca di s. Giorgio maggiore, e l'abate Morelli vi avea » fatto incollare sull' interno della sopracoperta lo stemma della

» repubblica e della biblioteca Marciana, indizio che dovea essere » conservato e tenuto in istima. Ora, soppressa la congregazione, » questo codice restò nelle stanze di don Lio Bembo monaco, pa- » trizio veneto, che sel portò nella sua casa privata, e poscia pas- » sato nel monastero de' Benedettini di Modena, seco il recò per » lasciarlo a quello. Io però che bramava che questo codice tor- » nasse in seno de' Veneziani, lo pregai per lettera di farne ge- » nerosa offerta alla Marciana; e così fu. Il Bembo, poco prima » di morire nel 1836, ordinò che mi fosse consegnato; ed essen- » domi pervenuto col mezzo del chiar. sig. abate don Angelo » Grillo monaco Cassinense, ora [1838] abitante in Napoli, e del » nob. consigliere di appello Giulio Bembo, fratello del defunto, » io il recai nel dì 13 agosto 1836 alla Marciana; della qual co- » sa il cav. ab. bibliotecario Bettio fece memoria negli atti » (1). Quam grati animi tesseram sua manu Bettio operi praeposuit.

« Eruditissimi Emmanuelis Ciconiae — sollicita cura — » hoc opus autographum — Fortunati Ulmi — pater Leo Bem- » bus — monachus Cassinensis — sub regula s. Benedicti — » monasterii mutinensis abbas — r. bibliothecae — dono misit — » A. MDCCCXXXVI ».

Cod. 172 chart., saec. XVII, a. 195, l. 133 [L. IX, LXXII]. N.

Alexandri Rodulphi, *compendium historiae sacri monasterii Cavensis, quo inter cetera, eius origo sive fundatio; sacra dedicatio; abbatum et praelatorum omnium et virorum aliquot illustrium nomina et gesta quaedam; cunctorumque series monachorum qui in eo professionis votum emiserunt; ecclesiarumque et castrorum numerus quae eius ditioni subiecta mensaeque unita fuerunt; aliaque notatu digna, ex authenticis scripturarum monumentis, fidelique maiorum traditione breviter et ordinate digesta sunt.*

Auctor, eius *monasterii alumnus et praepositus monasterii Sublacensis, ordinis sanctiss. patris Benedicti de observantia, congregationis Cassinensis narrationem ad principium saeculi XVII deducit.* Libri titulum prosequitur: *His accesserunt hymni cum*

(1) *Iscrizioni veneziane*, vol. IV, p. 281-282

antiphonis ad **Magnificat** *et* **Benedictus**, ac orationibus in honorem sanctorum patrum Alferii, Leonis, Petri atque Constabilis; auctore r. p. d. Angelo Sangrino, abbate Cassinensi, viro eruditissimo atque piissimo, cui, pro sui reverentia, principem locum in hoc compendio ipsemet compendii auctor attribuit, adiecitque, coronidis vice, seriem sacrarum reliquiarum in cavensi ecclesia et sacrario reconditarum.

Codex, folior. 68, ad monasterium cavense pertinuerat.

Cod. 173 chart., saec., XVI, a. 190, l. 141 [L. IX, 11].

Exordium historiae Cisterciensis. « Aeternus Deus, aeterni » Dei filius, Dominus noster Iesus Christus, creator omnium re- » rum . . . ». Libri sex in capitula distributi.

Praeit index foliis I-XII.

Opus ideo historiae exordium appellatum puto, quod miracula a fratribus ordinis perpetrata enarrentur, ac praecepta offerrantur sancte et pie in coenobio vivendi, nulla annorum ratione habita. Quae fusius auctor in libro folior. 448 tractavit sic in fine per anacephaleosim recolligit: « Explicatis hiis quae de initio » Cisterciensis ordinis nec non et de reverendis atque in omni re- » ligione conspicuis viris qui in Cistertio et in Claravalle clarue- » runt scribere necessarium duximus, simul etiam de exem- » plis quae pro rei similitudine non incongrue, ut arbitror, iuxta » finem locis opportunis inseruimus, hanc a lectore nostro vicis- » situdinis gratiam postulamus ut si aliquis in hoc opuscolo in- » venerit unde ad amorem virtutum, odium vitiorum, sanctaeque » devotionis fervorem inflammari se sentiat, Deo, sine quo nihil » boni fit, et patribus quorum industria haec ad nostram noti- » tiam pervenerunt, gratias agat, nobis vero quorum non parvo » labore compilata et in unum corpus compacta sunt, piae ora- » tionis suffragium impendere dignetur ».

Eius auctorem monachum anonymum Clarevallensem, ad episcopatum assumptum asserit Manrique (1), qui frequenter loca ex *Exordio magno* utpote et *parvo* recitat. Folia 450.

(1) *Annales Cistercienses*. Lugduni, 1642, t. I, p. 54.

Cod. 174 membr., saec. XV, a. 165, l. 118 [L. IX, LXXXII]. N.

I. *Chronica priorum maioris domus Cartusiae.* Prologus inc.: « Quoniam, attestante scriptura, Eccl. XXXIX, sapientiam anti- » quorum sapiens exquiret, ideo Spiritus sancti adiutorio . . . » ; operis textus: « Anno domin. incarnationis MLXXXII, dum so- » lemne studium floreret Parisiis . . . », f. 1-27.

Historiam originis domus maioris Cartusiae [f. 1-6] excipiunt gesta viginti quatuor priorum eius ordinis, quotquot numerantur ab anno 1083 ad 1379.

II. *Primi priores a principio ordinis Cartusiensis usque ad sextum* [exclusive] *in domo Cartusiae.* « Primus. Magister Bruno, » natione theutonicus, ex praeclara urbe Colonia, parentibus non » obscuris . . . », f. 28-29.

Sunt hi Bruno, Landuinus Franciscus, Ioannes Tuscus, Ioannes Guigo, de quorum gestis, vario ac in opella antecedenti sermone narratis, notitiae *in pluribus chronicis reperiuntur*, dum successores eorum *tali fuerunt oblivioni demandati, quod nulla ex eis memoria per aliquam scripturam habeatur.*

III. *Consuetudines Cartusiae veteres, sub domino Guigone, priore.* Prologus inc.: « Amicis et fratribus in Christo dilectissi- » mis, Bernardo Portarum, Huberto Sancti Sulpicii, Miloni Maio- » revo prioribus et universis . . . . fratribus Cartusiae, prior voca- » tus Guigo . . . » ; consuetudines vero: « A kalendis itaque no- » vembris usque ad octavam Pentecostes . . . », f. 29-59.

Praeit index novem supra septuaginta capitulorum, inscriptus: « Ista capitula sunt falsa propter exemplar corruptum ».

Guigo, prior quintus, *carissimi ac reverendissimi nobis patris Hugonis gratianopolitani episcopi . . . . iussis et monitis obtemperantis, dat consuetudines domus nostrae scriptas, memoriae mandandas.*

IV. *Cartusiae eiusdem consuetudines recentiores, numero decem.* « Commemorationem de sancto Ioanne Baptista et de omni- » bus Sanctis . . . », f. 60-63.

Vide Valent., *biblioth. ms.*, t. II, p. 349-351.

Codicem possederat saeculo decimo octavo domus Montelli ordinis Cartusiani, in ditione tarvisina.

Cod. 175 chart., saec. XVIII, a. 258, l. 192 [L. IX, CXXXIII]. Ml.

I. *Apparatus ad annales ordinis Excalceatorum sanct. Trinitatis, redemptionis captivorum.* « Quantum a protoparentis nostri » lapsu humana sit vitiata natura, et eius infirma constitutio- » ne . . . », f. 1-30.

Auctor anonymus agit de origine reformationis ordinis ss. Trinitatis in Hispania [a. 1594]: quid egerit pater Ioannes Baptista Rico ad sedem vallisrupensem ei familiae asserendam; quo modo Romae a pontifice erectionem Discalceatorum ordinis ss. Trinitatis obtinuerit. Signa et vaticinia praevia. Pontifices et principes eum ordinem laudibus prosequuntur.

II. *Annales ordinis Excalceatorum ss. Trinitatis redemptionis captivorum, quidquid in eo memoria dignum gestum est referentes, et sub adiunctis corollariis illustres eius viros memorantes. Tomus primus, omnia complectens quae desiderari possunt ab anno* 1599 *usque* 1639, *auctore* . . . . . . « Postquam Deus tanquam » aurum in fornace persecutionum, aviditatum et laborum n. v. » p. Ioannem Baptista Rico . . . », f. 32-163.

Partem hanc, paragraphis 487 absolutam, sic auctor concludit: « Sed iam haec pro primo tomo *annalium* nostri ordinis » Excalceatorum ss. Trinitatis sufficiant, dum secundum tomum, » ab anno 1640 usque 1680 paramus, et postmodum tertium ab » illo usque 1720 . . . . Haec scribebam 26 maii, feria sexta » ante vigiliam Pentecostes anni 1719 ».

III. *Continuatio praecedentis historiae ordinis ss. Trinitatis redemptionis captivorum* [annis 1640-1658]. « Quotidie in n. or- » dine Excalceatorum ss. Trinitatis redemptionis captivorum, » zelus n. sacri instituti succrescebat . . . », f. 166-326.

Capitulis centum gesta enarrantur Francisci a s. Ioseph antiquioris; Ioannis Evangelistae; Petri a Resurrectione; Hieronymi a s. Trinitate; Hilarionis a Matre Dei; Michaelis a Conceptione; Alphonsi a s. Ioanne Baptista; Iusti a Iesu; Michaelis a s. Hieronymo; Petri a Spiritu sancto; Ioannis a Virgine; Francisci a s. Trinitate; Macarii a s. Bartholomaeo; Philippi a s. Iacobo; Michaelis a Sancta Maria; Ioannis ab Annuntiatione; Io-

annis a Conceptione; Annae a s. Paulo, monialis; Andreae a Resurrectione; Ioannis a Matre Dei; Petri a Conceptione; Martini a sanctiss. Trinitate; Francisci a s. Sacramento; Ioannis Baptistae a Conceptione [fundatore ordinis, de quo supra]; Petri a Iesu Maria; Thomae a Virgine, seu de Villanova; Hermenegildi a s. Ioanne; Francisci a Virgine; Sebastiani a Regibus; Ioannis a Pace; Didaci et Ambrosii a Iesu; Ioannis a Cruce; Bartholomaei a Iesu; Iosephi a Virgine; Franciscae a s. Sacramento, monialis; Thomae a Sancto Gregorio; Ioannis ab Incarnatione; Ludovici a sancta Trinitate; Martini a Resurrectione; Isidori a s. Martino; Hieronymi a Nativitate; Angeli a s. Christophoro; Francisci a sancto Petro; Petri a Matre Dei; Casparis a Iesu; Martini ab Assumptione; Iosephi a Matre Dei; Emmanuelis ab Annuntiatione; Francisci a Cruce; Melchioris a Matre Dei; Didaci a Matre Dei; Michaelis a sancto Ioseph; Lucae a Conceptione; Ioannis a sancto Bonaventura; Ioseph a Iesu Maria. Agitur praeterea de erectione coenobiorum, capitulis generalibus, redemptionibus captivorum; reliquiis ss. martyrum, in Hispania.

Cod. 176 chart., saec. XVI, a. 310, l. 211 [L. IX, LXXXIV]. N.

Valerii Muschettae, *historia coenobii s. Augustini de Padua.* « Celeberrimi templi d. Augustino sacri aedificium longe insigne » patres nostri . . . ».

Auctor patavinus eius monasterii, siti *prope flumen, non longe ab oratorio sancti Joannis a navibus*, prior annis 1587-1588, historiam universam sibi tractandam proposuerat: « Primum de » templo, de sacellis, aris, sepulchris verba faciam, deinde mox » de coenobio, praeclarisque viris qui in eo sub instituto ratio- » neque vivendi a sanctiss. patriarcha Dominico excogitata atque » tradita Domino servientes mirifice ecclesiae Christi profuerunt » ec. » Horum omnium, seu quod auctor opus interceperit, seu quod reliqua desiderentur, codici inest tantum pars prima, f. 1-30, verbis conclusa: « Hactenus de templo et de aris deque re- » ligiosis hominibus qui templum condiderunt; atque de ceteris, » qui id ipsum sacellis, aris donariisque coluerunt et auxerunt »; de reliquiis [sacris lipsanis] actum f. 14-22; altera habet in prin-

cipio titulum: « Inter cetera commemorandi sunt dies, quibus » maiori religione et frequentia populus patavinus ad basilicam » nostram accedit. Et cur ceteris nobis sint solemniores et ce» lebriores; et id pro mensium serie exequentes, paucis, ut omnis » absit orationis prolixitas, dicetur a nobis, f. 30-48. Privilegia » quoque et indulgentiae recitantur. Folio extremo exstat initium » partis *de sepulchris templi sancti Augustini et eorum inscri» ptionibus*, quo epitaphium non absolutum Ubertini de Carraria, » iam a Salomonio relatum (1) ». Praetereo nomina eorum qui in templum et monasterium extruendum, vel dono, vel testamento, symbolam contulerunt, non item artificum, quod artium historiae exornandae prosint. Fol. 10: « Picta est resurrectio » Christi cum dd. Augustini, Dominici, Andreae apostoli, Magda» lenae et sodalium simulacris, opus Dominici Campagnolae pa» tavini. . . . »; fol. 14: « Franciscus Vicoaggeris huius operis » conditor »; fol. 23: « Chorus caeptus est aedificari anno 1566, » cum vetus pene collapsus et carie confectus esset. Opus est » Bartholomaei Fabri lignarii veneti haud vulgaris . . . . »; fol. 25: « Pinxit Federicus Germanus pictor venetus, anno 1424. » multas in ea divorum imagines sed praecipue d. patris nostri » Dominici »; fol. 26: Opus est Marci Antonii Gordi, patavini » sculptoris eximii . . . » — « labore et ingenio Guglielmi scul» ptoris seu lapicidae veronensis opus factum est . . . . ». Addo vocabulum hodiernum in usu Venetiis *Cecendelo* saeculo decimosexto Patavii quoque adhibitum. Reapse folio 22 lego: « Cicendulum accensum dominicis ceterisque diebus feriatis cu» stos sacrarii olio fovet.

Cod. 177 chart., saec. XVIII, a. 306, l. 220 [L. IX, LXXXIX]. R.

Monumenta varia ad historiam spectantia ordinis Praedicatorum s. Dominici. Ceteris praestant:

a. Thomae Antonii senensis, ***historia disciplinae regularis instauratae in coenobiis venetis ordinis Praedicatorum, nec non***

(1) *Urbis patav. inscript.* Patavii, 1701, p. 43.

tertii ordinis de poenitentia s. Dominici, in civitate Venetiarum propagati, f. 26-67.

b. Io. Franc. ec. de Rubeis, *notae et emendationes ad indicem codicum mss. graecorum bibliothecae ss. Joannis et Pauli, Venetiis*, f. 81-82.

c. *Notae in codicem manuscriptum in quo agitur de origine ac incrementis ordinis et statu fratrum et sororum de poenitentia s. Dominici*, f. 83-93.

Rite miror in *Ecclesiae venetae Flaminii Cornelii* tom. VI opellam desiderari, dum auctor sua manu notat: « Typis editae » tomo VI inter *ecclesias venetas*, ubi aliquae alio modo a me » expositae sunt: paucissimas alias addidit Cornelius ».

d. *Breve racconto delle croniche del venerando monasterio del Corpo di Cristo di Venezia, descritto dal r. p. Gio. Dominici, allora frate in ss. Gio. e Paolo di Venezia, dappoi vescovo e cardinale di santa chiesa.* « Richiedi da mi instantemente fiol dilecto » chio te descrivi lo principio . . . », f. 106-135.

Auctor ex ordine Praedicatorum s. Dominici in coenobio ss. Ioannis et Pauli Venetiar., episcopus demum et cardinalis, instituit Venetiis monasterium sororum de poenitentia s. Dominici, *Corporis Christi* appellatum.

e. *Lettere spirituali, copiate dalle originali di detto Beato, esistenti nel monastero del Corpus Domini di Venezia*, f. 136-151.

Edidit Biscionius in collectione: *Lettere di Santi e Beati fiorentini.* Firenze, 1736, 8.°

f. Io. Franc. ec. de Rubeis, *syllabus codicum mss. monasterii Corporis Christi*, cum aliis de eo monasterio, f. 152-167.

g. *Fragmenta duo epistolarum Ioannis Dominici sororibus Corporis Christi Venetiarum.*

Principium epistolae datae Florentiae, 12 apr. 1402 [a Biscionio num. 15] diagrammate communicavit conlega meus Ioannes Veludo professori Donato Salvi florentino, qui illud saxo expressit folio CLXXII operis: *Regola del governo di cura famigliare, compilata dal b. Giovanni Dominici.* Firenze, 1860, 8.°

h. *Monumenta coenobii Praedicatorum s. Dominici, Civitatis Austriae*, f. 174-190.

i. Io. Franc. ec. de Rubeis, *osservazioni sopra alcuni luoghi*

de' tre primi libri della vita del glorioso patriarca s. Domenico, i quali si stimano degni o di correzione o di più diligente esame, f. 191-194.

Auctor annotat opellam ei datam Florentia a p. Seraphino Lodi a. 1724, quam restitutam hic emendavit et edidit.

k. Iacobi Facciolati, *notitia autographa fr. Bartholomaei Spina, pisani, sacri palatii magistri a pontifice dicti a.* 1545, pluribus de eodem adiectis, f. 218-225.

l. *Catalogus inquisitorum adversus haereticam pravitatem in inclyta civitate totoque serenissimo Venetiarum dominio*, annis 1301-1763, f. 237-240.

m. *Catalogus inquisitorum Bononiae, ab anno* 1273 *ad* 1762, f. 243-250.

n. Matthaei Veyer, soc. Iesu, *epistolae binae Coloniae datae a.* 1726 *Benedicto pp. XIII et inquisitoribus contra haereticam pravitatem Romae*, f. 255-258.

Fere omnia autographa sunt Io. Franc. Bern. Mar. de Rubeis.

Cod. 178 chart., saec. XVIII, a. 316, l. 215 [L. IX, XC]. R.

Jo. Franc. ec. de Rubeis, *monumenta autographa varia ad historiam spectantia ordinis fratrum Praedicatorum, et ad eius monasteria*, latine et itale. Potiora refero.

a. *Origine della congregazione Osservante, nell' ordine di s. Domenico.* « La religione di s. Domenico fino dal suo princi- » pio . . . », f. 12-28.

b. *Sommario d'arringa della provincia di s. Domenico, colle risposte della congregazione Osservante del b. Giacomo, nell' eccellent. consulta, l' anno* 1731 18 *marzo.* « Si dice di non voler » trattar causa, ma solo . . . », f. 29-36.

c. *Institutio monasterii ordinis s. Dominici, congregationis Observantiae s. Mariae a cella.* « Mulieres religiosae, sorores We- » rempurch, Helisabeth, Blaseta et Adaleita . . . », f. 58-60.

d. *Varia de monasterio monialium eiusdem congregationis Observantiae, ss. Erasmi et Secundi*, f. 64-76.

e. *De fundatione monasterii conservatorii tituli s. Catharinae senensis, positi in pertinentiis et villa Farrae*, f. 77-79.

f. *Regola delle verginelle secolari, che vivono in Farra di Gradisca, sotto la protetione di s. Caterina da Siena,* f. 80-89, 165-166.

g. *Monumenta varia historica coenobii fratrum Praedicatorum s. Dominici de Iustinopoli,* f. 90-108.

h. *Eadem coenobii s. Dominici de Aemona,* f. 109-116

i. *Eadem coenobii fratrum servorum s. Mariae, ordinis s. Augustini, de Valvasono,* f. 117-120.

k. *De institutione coenobii monialium s. Dominici, Sacili,* f. 123-124.

l. *Epistolae encyclicae vel manu vel typis descriptae, in obitum fratrum collegii ordinis Praedicatorum s. Dominici de Observantia, Venetiarum, ab anno* 1652 *ad* 1762, f. 187-230.

m. *Compendio di tutto ciò che fu operato da' Veneziani per riguadagnare dagli Austriaci Aquileia, a vantaggio di que' patriarchi,* f. 259-268.

n. *Epistolae encyclicae vel manu vel typis descriptae, in obitum fratrum exterorum ex Praedicatorum ordine,* f. 271-315.

Insunt passim epistolae autographae, plerumque itale, Ioannis Brunacci, Angeli Calogerà, Benedicti Tagliapietra, Casparis episcopi aemonensis, Riccardi Zambertani, Friderici Fabricii de Cordovado, Prosperi Piccoli, Alexandri Origni, Bartholom. Giacomazzi, Ioann. Franc. Mar. Contarini, Thomae Ripolli, Ioannis Pauli Oliva.

Codd. 179-183 chart., saec. XVIII, a. 212, l. 150 [L. IX, CXIV-CXVIII]. MI.

Iacobi Antonii Tagliapietra, *monumenta ad monasteria fratrum ordinis Praedicatorum spectantia.*

Quae codice superiori breviter excussa sunt, his fusius retractantur; exhibentur enim excerpta per capitula, bullae, diplomata, inscriptiones, partes testamentorum, epistolae fratrum ordinis, opuscula quoque impressa. Volumen quintum dat operi universo supplementum.

Cod. 184 chart., saec. XVIII, a. 310, l. 217 [L. IX, CXXXIV]. MI.

Eiusdem, *origo et series monasteriorum tum fratrum, tum monialium ordinis Praedicatorum s. Dominici.* Opus partibus octo distributum.

1. *De monasteriis provinciarum Hispaniae, Aragoniae et Boeticae,* f. 1-126.
2. —— *Tolosae et Franciae,* f. 127-205.
3. —— *Italiae et insularum adiacentium,* f. 206-401.
4. —— *Hungariae, Teutoniae, Bohemiae,* f. 402-504.
5. —— *Angliae, Scotiae et Hiberniae,* f. 505-535.
6. —— *Poloniae, Russiae, Lituaniae,* f. 536-583.
7. —— *Daciae, Graeciae, Terrae Sanctae, Dalmatiae, Portugallie et Nesciovanensis,* f. 584-641.
8. —— *monialium universis,* f. 642-742.

Auctor ex ordine Praedicatorum, in domo Iesuatorum Venetiis degens, annotat patienter loca singula ex bullario eius ordinis, actis capitulorum, constitutionibus, diplomatibus, litteris episcoporum et praelatorum, historiis ecclesiasticis et profanis, quas inter extrema est: *De rebus congregation is sub titulo b. Jacobi Salomonii.* Venetiis, 1751, 4.° Insunt quoque documenta ex anno 1755.

Codd. 185-202 chart., saec. XVIII, a. 214, l. 150 [L. IX, XCIII-CX]. MI.

Eiusdem, *documenta ex libris impressis et manuscriptis quae historiam summorum pontificum, cardinalium, patriarcharum, archiepiscoporum, episcoporum, aliarumque ecclesiae dignitatum ex ordine Praedicatorum s. Dominici attingunt.*

Insunt diplomata, testamenta, vitae, elogia, epistolae, opellae ex codicibus manuscriptis et libris impressis exscriptae. Codices C et CV [a. 300, l. 102] offerunt indices rerum in anterioribus pertractatarum; extremus [a. 300, l. 210] habet operis universi appendicem.

Codd. 203-205 chart., saec. XVIII, a. 220, l. 150 [L. IX, CXI-CXIII]. MI.

Eiusdem, *appendix exhibens ordinis fratrum Praedicatorum cardinales, patriarchas, archiepiscopos et legatos.*

Terno volumine loca varia auctorum excutiuntur, eorumque operum vel citata vel fragmenta afferuntur quae ad illustrandam virorum in titulo renunciatorum historiam faciunt. Quod haec nullo ordine exhibita sint, rite collector *miscellanea* appellavit. Voluminis primi initio exemplum occurrit documenti quo probatum quare diligens auctor in sui ordinis historiam studia contulerit. Id est encyclica epistola Antonini Cloche, ordinis Praedicatorum magistri generalis, data Romae die 30 maii an. 1714, hortatoria *ad ea colligenda quae digerendis annalibus nostris opportuna et necessaria* videntur. Volumini altero insunt epistolae datae Romae ann. 1753-1757, bullae pontificum, notitiae hinc inde collectae: tertio necrologium virorum minime ex ordine Praedicatorum. Omnia sunt varia manu exscripta, additis quibusdam impressis.

Cod. 206 chart., saec. XVIII, a. 296, l. 120 [L. IX, CIX]. MI.

Eiusdem, *series virorum qui ex ordine Praedicatorum claruerunt, una cum locis auctorum, apud quos de illis est mentio.*

Sunt autem summi pontifices, cardinales, patriarchae, capellani pontificii legati sedis apostolicae, poenitentiarii papales, bibliothecarii apostolici, oratores, confessarii, cappellani, praedicatores, eleemosinarii, consiliarii, legati regum et principum, inquisitores, legati ad curiam romanam missi.

Cod. 207 chart., saecc. XVII-XVIII, a. 300, l. 205 [L. IX, XXXIV].

Acta varia tum manuscripta tum impressa, quae ad ordinem Lateranensem Canonicorum regularium, saeculis XVII-XVIII se referunt.

Insunt a. bullae pontificum Pii V, Gregorii XIII, Pauli V,

Urbani VIII, Innocentii X et XII; **b.** acta congregationum et abbatiarum bononiensium s. Salvatoris, s. Ioannis in Monte, s. Mariae de Monteveglio, s. Mariae caritatis Venetiarum, s. Mariae in portu ravennatensi, s. Andreae vercellensis, s. Mariae gratiarum de Regio, s. Georgii de Monteclaro, s. Mariae insulae Diomedeae [Tremiti]; urbium Diessen, Griess, Creülingen; **c.** relata ab abbatibus, vicariis, procuratoribus, provincialibus, commissariis, oratoribus, custodibus, praepositis, visitatoribus; annorum 1557, 1566, 1581, 1606, 1612, 1615, 1629, 1634-1635, 1641, 1644-1645, 1648, 1652, 1654-1656, 1661-1662, 1665, 1667-1668, 1672, 1678-1679, 1681-1682, 1686, 1693-1694, 1696, 1699-1702, 1705-1706, 1722-1724, 1727, 1729-1732.

Cod. 208 chart., saec. XVI, a. 295, l. 195 [L. IX, IV].

Historia Canonicorum regularium sanctae Mariae Renanae et sancti Salvatoris Bononiae. « Clericorum sive Canonicorum » regularium ordinem, si primam eius originem spectes, in ve- » teris legis um . . . ». Folia 219.

Ab anonymo quodam eiusdem congregationis Canonico, qui tempore Pii papae IV, cum de praecedentia inter Canonicos illos et Benedictinos Cassinenses agebatur, opus conscriptum est, cuius partem priorem codex hic habet, auctoris manu emendatam. Bullae pontificum aliaque privilegia insunt quae Trombellius in historia coenobiorum eorundem, maxima ex parte, vulgavit.

Cod. 209 chart., saec. XVI, a. 210, l. 153 [L. IX, VIII].

Ioannis Philippi Novariensis, Canonici regularis lateranensis, *chronica Canonici ordinis.* « Cogitante ac diu tacite solliciteque » considerante quid in domo Dei commodius . . . ».

Exscripta, ex editione cremonensi anni 1535, annotatiunculis nonnullis adiectis.

Cod. 210 membr., saec. XV, a. 205, l. 143 [L. IX, XLVII]. Mr.

Modus erectionis et confirmationis Canonicorum congrega-

tionis sancti Georgii in Alga Venetiis; item gratiae, immunitates, exemptiones iisdem concessae a summo pontifice Bonifacio IX usque ad Innocentium VIII, nec non legatis pontificiis aut ad id deputatis, ab anno 1404 ad annum 1495. Praestant numero bullae Eugenii papae IV.

Documentum confirmationis erectionis Canonicorum eorundem, f. 3-5, legere est in *s. Justiniani opp.* Ven., 1751, p. XXVI-XXVII.

Codicem nitidissimum, folior. 62, ornat elegans pictura auro illita, cum figuris et insigniis familiae Condulmeriae ex qua Gabriel eius congregationis extitit fundator.

Cod. 211 membr., saec. XV, a. 210, l. 153 [L. X, CCXXXII]. N.

Andreae Angeli Comneni, *constitutio historica ordinis equestris Constantiniani.*

Auctor bulla quae incip.: « Andreas Angelus . . . . . . Cum » decens et conveniens sit testimonium veritati perhibere . . . », Romae data die 1 martii 1569, proponit *summarium rubricarum genealogiae filii Dei nec non respective progeniei Andreae Philippi cognominati Angeli, alias Silvii, moxque Aemilii atque Aemiliani, deinde Flavii, postmodum Comneni, atque Angeli; et omnium eiusdem cognationis*, f. 1-14. Folio 15 exstant insignia aquilae bicipitis aureae, seu *flavae* in campo purpureo, nigrae in campo aureo seu *fulvo*, superpositis tiara pontificia et duabus coronis regiis. Eiusdem Andreae Angeli declarationem *quod milites alias equites nostri aureati . . . . . . originem habuerunt a serenissimis regibus . . . . . post diluvium Noe patriarchae* ec. datam Romae, 14 sept. 1551, excipiunt partes historicae eiusdem ordinis, f. 16-19.

I.

INDEX PERSONARUM.

II.

INDEX RERUM.

IIII.

INDEX LOCORUM.

BIBLIOTHECA MANUSCRIPTA

AD

S. MARCI VENETIARUM

DIGESSIT ET COMMENTARIUM ADDIDIT

JOSEPH VALENTINELLI PRAEFECTUS

CODICES MSS. LATINI
TOM. VI.

VENETIIS
EX TYPOGRAPHIA COMMERCII
MDCCCLXXIII.

CLASSIS XXII.

HISTORIA PROFANA.

Cod. 1 membr., 1426, a. 205, l. 147 [L. X, XXXVII]. Mk.

Dictys Cretensis, *ephemeridum de bello trojano libri sex.* « Cuncti reges qui Mynois Iove geniti pronepotes Graeciae im- » peritabant . . . ».

Praeit notitia auctoris et operis, hoc titulo: « Quomodo » tempore Neronis hic liber inventus est et translatus ex phoe- » niciis litteris in graecam linguam, exinde traductus in hoc » latino textu. Hic fuit socius Ydomenei Deucalionis filii . . . ». Prooemium hoc, quibusdam a principio immutatis, habent aliquot editiones, nempe *vita Dictys Cretensis per Septimium Romanum* [Septiminum quoque] quem ferunt graecum in latinum convertisse textum. Hunc ceterum non ex graeco sermone vulgatum opinantur melioris notae philologi, sed latine exaratum; auctorem vero, quicumque sit, minime confundendum cun Dicty cretensi, cuius opus iamdiu deperditum dolemus.

Codex, folior. 61, cum litteris librorum initialibus belle pictis, scriptus est mense decembri anni 1426.

Cod. 2 membr., saec. XV, a. 220, l. 160 [L. X, CV]. O.

I. Daretis Phrygii, *de excidio Troiae historia.* « Pelas rex » in Peloponneso Aesonem fratrem habuit . . . », f. 1-22.

Praeit epistola dedicationis Cornelii Nepotis [quem graeci textus interpretem falso referunt] Sallustio Crispo. « Dum mul-

» ta Athenis curiosa agerem, inveni historiam Daretis Phrygii » ipsius manu scriptam... ». De opere sic Fabricius in *Biblioth. gr.*, I, p. 22: « Quanquam nec Nepotis est ista translatio, ne- » que liber ipse Daretem auctorem agnoscit......... tamen » non modo longe excedit aetatem Vincentii Bellovacensis, et » Florentiae in bibliotheca Laurentiana occurrit in codice an- » te annos octingentos exarato, ut notat Io. Mabillonius, t. I, » *Musaei italici*, p. 169 ». Si quod asseritur verum est, commentum puta sententiam, historiam hanc latini poematis materiam complecti, quod saeculo XII Iosephus Iscanus Devonius composuit. Ceterum opportune ad rem Iacobus Morellius: « Pseu- » do-Dares iste licet a doctis viris neglectus omnino non sit, » paucos tamen invenit, qui in eo ad exemplarium manuscri- » ptorum fidem emendando operam suam collocarint. Hinc facta » mihi comparatione huius codicis, et praesertim alterius sae- » culo XII scripti, quem ipse habeo, cum probatis editionibus, » scriptor ceteroquin ineptus, in his ineptior apparuit ».

II. Dictys Cretensis, ***historia belli troiani***, f. 23-94.

Praeit ***prologus Lutii Septimii in historiam*** ec. « Ditis Cre- » tensis ... ».

Cod. 3 chart., saec. XV, a. 320, l. 227 [L. X, LII]. Mk.

Herodoti Halicarnassaei, ***historiarum libri novem, interprete Laurentio Valla***. « Herodoti Halicarnassaei historiae expli- » catio haec, ut neque ea quae gesta sunt ex rebus humanis » obliterentur ... ».

Foliis 244-245 finem excipiunt tabulae librorum primi usque septimum, manu seriori exaratae.

Codicem, foliorum 245, ornant litterae librorum initiales vario linearum pictarum auroque illitarum plexu. Tituli ora inferior inscribitur: ***Ex dono Aloysii Trivisani.***

Cod. 4 chart., saec. XV, a. 290 l. 165 [L. X, CXLVII*]. Z.

Thucydidis, ***historiarum*** [de bello peloponnesiaco] ***libri octo, Laurentio Valla interprete***. Epistola dedicatoria Nicolao pp. V:

« Quod Aeneas apud Virgilium, Nicolae quinte, summe ponti- » fex, ideo ego nunc possum dicere ... »; textus: « Thucy- » dides atheniensis bellum Peloponnensium Atheniensiumque, » quod inter se gesserunt ... ».

Etsi versio eadem sit generatim ac in editionibus, plura tamen in iis sunt quae aliena manu recognita a codice nostro differunt. Sub fine occurrit index concionum, Thucydidis historiae insertarum, numero tantum quadraginta, non alphabetico ordine ut in impressionibus, sed foliorum.

Codex, emendate satis et belle exscriptus, fol. 227, habet litteras librorum initiales ex indole aetatis pictas.

Cod. 5 chart., saec. XVI, a. 300, l. 210 [L. XIII, CXVIII]. N.

Dionysii Halicarnassaei, *de Thucydidis historia iudicium, Andrea Duditio pannonio interprete.* « In iis libris, Q. Aeli Tu- » bero, quos iam antea de imitatione conscriptos emisimus ... ». Folia 67.

Auctor, praepositus thermarum superiorum budensium et canonicus strigoniensis, versionem inscribit Q. Aelio Tuberoni. Codicem autographum cum lituris et emendationibus eundem, collatione diligentiori instituta, censeo ex quo Aldus Manutius Venetiis, a. 1560 publici fecit iuris, quemadmodum et exemplar impressum Marcianum idem est quod Duditius passim annotavit. Idem nuncupat editionem Patavio, III nonas martii, 1560: *ill. ac rev. D. D. Nicolao Olaho, archiepiscopo ecclesiae metropolitanae strigoniensis, legato nato, primati Hungariae, ac sacratiss. caesareae regiaeque maiestatis summo secretario, cancellario ac consiliario etc. principi optimo atque amplissimo,* his, ad normam typographi, in margine annotatis: *Questo titolo tutto come sta, senza levare pur un ponto, è tanto necessario al paese nostro che non si può lasciarlo senza offendere grandemente l' animo dell' arcivescovo, sicchè devoranda est haec barbaries.* Loca graeca promissiora sub fine voluminis leguntur.

Cod. 6 membr., saec. XV, a. 273, l. 189, [Z. L., CCCLXI]. E.

Polybii, *historiarum libri quinque priores, Nicolao Perotto interprete.*

Perotti prooemium Nicolao V pontifici praeit, f. 2-4. Notae marginales per plures, ad anacephalaeosim tantum se referunt. Habes quod amanuensis diligentiam laudes et scribendi peritiam, etsi passim voces repetitas serior manus expunxerit. Finem excipiunt verba: Θεῷ χάρις καὶ τῇ μητρί. Folio extremo vacuo lego *PH. K.*

Codicem, foliorum 230, ornant principio librorum litterae auropictae, ac in titulo locus insigniis pingendis paratus.

Cod. 7 chart., saec. XV, a. 288, l. 216 [L. X, XXXVIII]. Ma.

Diodori Siculi, *historiarum priscarum a Poggio in latinum traducti liber primus incipit in quo hec continentur totius operis prohemium,* praeeunte indice sex librorum, f. 1-2.

Titulum universum et indici et epistolae dedicationis Nicolao pp. V communem eo profero quod idem ac in editionibus antiquioribus occurrat.

Codicem, accurate et emendate foliis 188 exaratum, cum litteris librorum initialibus auro pictis, possederat Ioannes Marchanova, cuius insignia folio III emicant. Margini inferiori folii primi inter lauream coronam appictum est monogramma.

Cod. 8 membr., saec. XV, a. 340, l. 238 [L. X, LXXXVII]. Mk.

Strabonis, *de situ orbis libri XVII, Guarino Veronensi interprete.*

Guarinus Nicolao pp. V versionem pluries editam dicat: « Tuarum plerumque rerum contemplatione adductus, beat. pa-» ter, in eam venire soleo contentionem . . . ».

Operae pretium puto ea quae Maphaeius libro X operis *Verona illustrata,* de versione et codice nostro scribit: « È ormai » tempo che si sappia tutto da capo a piede aver Guarino quel-

» l'autore [Strabonem] tradotto, ed a lui averne data la commissione il sommo pontefice Nicolò quinto, benchè per esser » questi morto, quando dieci soli libri n'erano condotti a ter- » mine, l'opera s'interrompesse ed uscissero quei soli prima, e » andasser per le mani da se. Nella libreria de' ss. Gio. e Paolo » in Venezia conservasi tal versione con queste parole a pie' di » essa » : quam epigraphem, a Maphaeio contractam, do omnino. « Liber decimus septimus et ultimus a clarissimo viro prae- » stantissimoque omnium praeceptore in latinam e graeca con- » versus linguam absolutus est per me Ioannem Carpensem » civem ferrariensem, anno a nativitate Christi dei optimi ma- » ximique millesimo quadringentesimo, Ferrariae, decimo ka- » lendas februarias hora autem vigesima prima ad punctum . . . » Bene vale qui legeris. Io. Ioannes Lu. Bo. Ve. in aeternum » deditus dicatusque ». Modo, cum in omnibus Strabonis editionibus, Guarini versionem referentibus, libri undecimus usque decimumseptimum sint ex versione Tiphernatis, facile arguitur quodnam codici nostro pretium sit tribuendum. Dolet Guarini opus autographum quod, eodem Maphaeio teste, Iacobus Superantius saeculo superiori dimidio custodiebat, desiderari.

Codicem, belle et emendate foliis 282 scriptum, cui desunt loca graeca [iis spatio assignato], exornant picturae in titulo ac litteris librorum initialibus. Insigniis viri alicuius paratus locus. Manu recentiori inscripta verba: *Ex dono Aloysii Trivisani.*

Cod. 9 chart., 1445, a. 330, l. 230 [L. X, XXV]. Mk.

Claudii Ptolemaei, *cosmographiae libri octo.* « In quo differt » cosmographia a corographia. Cosmographia designatrix, imi- » tatio est totius cogniti orbis . . . ».

Versio est Iacobi Angeli, pluries typis impressa. Deest interpretis epistola dedicatoria ad Alexandrum V pontificem data a. 1470, ex qua discimus Manuelem Chrysoloram Ptolemaei versionem incepisse quidem, non tamen absolvisse.

Etsi folio 132 *recto* nuntietur: *Finis geographiae Ptoluemaei XXIII Decembris, M. CCCC. XL V. Iacobus Angeli florentinus traduxit;* tamen folio 133 *recto* legitur particula capituli alte-

Cod. 20 membr., saec. XV, a. 248, l. 163 [L. X, CCVI]. N.

I. Eiusdem, *bellum Catilinarium,* f. 1-18.
II. —— *Iugurtha,* f. 18-54.

Folio extremo legitur: « 1484, die vigesimo septimo men- » sis, ego Bartholomaeus a Spata, filius magistri Gratiadei, » physici, habitantis in contrata sancti Marcialis emi pro du- » cato uno ..... »; superius: « Ego Bernardus Viturius ad III » idus maias istud libellum mihi datum fuit ».

Cod. 21 chart., saec. XV, a. 197, l. 133 [L. X, CCLXXXIII].

I. Eiusdem, *Catilinarium,* f. 1-28.
II. —— *Iugurthinum,* f. 29-81.

Codex belle exscriptus litteris duabus initialibus coloribus et auro obductis, habet folio extremo, manu paulo recentiori, *Venetiis MCCCII.*

Cod. 22 chart., saec., XV, a. 215, l. 147 [L. X, XXVI]. F.

I. Eiusdem, *coniuratio Catilinae,* f. 1-131.
II. *Carmen de septem Graeciae sapientibus:*

« Hii septem existunt, quos inclita Graecia cantat,
» Praedicat et laudes ipsorum ad sidera tollit.
» In primis clarum Prienemsem laude Biantem
» Post quem Thaletem hunc tellus Milesia gignit
» Atticus insequitur Solon, qui ut patria musas,
» Dum fuit imperium, coluit, sic iste regebat
» Mortales animos, vires et pectora saeva
» Mulcebat, famaque suam Mitilenam ad astra
» Pithacus eduxit, se se Lacaedemone cretum
» Laetatur Chion, in qua Mars nempe vigebat
» Reddebat validam bellis armisque superbam.
» Succedit Piriander laude corinthius istis
» Lindius extremus deinde Cleobulus illis ».

Carmen ideo protuli quod Guarino Veronensi Iac. Morellius iniuria tribuerit (1) putans idem esse ac a Pez relatum (2):

« Nomina septenum sapientum Graecia cantat,
» Partibus et natos diversis orbis honorat.
» Inclyta natura genuit celebrem Bianta Prienne.
» Inde Solone suo clarae laetantur Athenae.
» Miletus generat perdoctum antiqua Thaletem.
» Ac Mitylena praeclarum Pictacem edit.
» Se genitum rigida gaudet Lacaedemone Chilon.
» Te Periander creat laudabilis aere Corinthus.
» Lindon at in caelum cum laude Cleobole tollis ».

quod Guarinus Leonello Estensi miserat: « Cum igitur per varios priscorum codices septem sapientum celebrata legas nomina, eos carmine collectos atque colligatos ad te mittere constitui, ut, cum inter legendum occurrerint, hinc omnis tibi scrupulus adimatur ».

III. Caii Fabricii et Aemilii, *consulum romanorum, epistola ad Pyrrhum regem.* « Nos pro tuis iniuriis continuo animo commoti, inimiciter bellare tecum studemus . . . », f. 32.

IV. Caii Sallustii Crispi, *Iugurtha,* f. 33-87.

Deest folium quo pars extrema capituli 94 ac prima 95 desideratur. Textus uterque tum *de coniuratione Catilinae,* tum *de Iugurtha* fere in omnibus, editionibus congruit.

V. *Pars historiae romanae, Valentiniano Augusto.* « Ter » Africa rebellavit, ad extremum deleta per Africanum Scipionem, Carthago provincia est facta . . . », f. 89-94.

Cod. 23 chart., saec. XV, a. 248, l. 170 [L. X, CCCXLVII].

I. Caii Sallustii Crispi, *de coniuratione Catilinae,* f. 6-29.

II. —— *Iugurtha,* f. 29-72.

Litterae utriusque libri initiales pictae.

III. Aelii Donati, *ars, sive de litteris syllabisque, pedibus*

(1) *Bibliotheca manuscripta Farsetti.* Ven., 1777, I, p. 36.

(2) *Thesaurus anecdotorum,* Tom. VI, P. III, p. 163.

et tonis tractatus. « Omnis dictio sive composita sive non, cuius » penultima syllaba . . . », f. 75-77.

Folio sexto infra, idem amanuensis scripsit: *Iste liber est magistri Ioannis Montolini de abbatia, vel suorum haeredum*: extremo alia manu: *Ego Matheus Palierus*.

Folium primum, voluminis custos, quo inest index operis *de ordine sacro*, saeculo duodecimo exscriptum est.

Volumen, tabulis ligneis iampridem compactum, habet bullas cupreas inscriptas *relio S*.

Cod. 24 membr., saec. XV, a. 373, l. 262 [Z. L., CCCLXII]. B.

T. Livii Patavini, *historiarum decadis primae liber primus usque decimum*.

Statim a principio insunt notitiae auctoris, quas libens profero quod anecdotas putem: « Titus Livius auctor praesentis operis historiographus, ut refert beatus Hieronymus in libro quem scripsit de temporibus, Patavii ortus est, anno ab urbe condita DCLXXXXIIII, anno tertio olimpiadis centesimae septuagesimae nonae, eo quo anno natus est M. Messala Corvinus orator eximius, qui divo Octaviano Augusto primum, deinde Tiberio Caesari adhaerens, anno urbis MCCLXXI olimpiadis centesimae nonagesimae octavae anno ultimo, imperii vero Tiberii Caesaris anno tertio, obiit Patavii anno tertio, aetatis eius septuagesimo septimo, quo anno obiit Ovidius Naso, poeta egregius in Scithia, apud Tomos oppidum relegatus. Et hodie Patavii cernitur eius saxeus tumulus in monasterio sanctae Iustinae cum his saxo incisis litteris: V . F . T . LIVIVS LIVIAE . T . F QVARTAE I HALIS CONCORDIALIS PATAVI SIBI . ET SVIS OMNIBVS ». Constat revera a. 1413 apud aedes s. Iustinae Patavii, terra altius effossa, apparuisse vetustissimum pavimentum, eoque fracto capsam plumbeam ossibus plenam, ibique iam antea veterem effossam lapidem cum hac inscriptione [certe emendatiori ac in codice] V . F — T . LIVIVS — LIVIAE . T . F — QVARTAE . L — HALYS — CONCORDIALIS — PATAVI — SIBI . ET . SVIS — OMNIBVS. Inscriptionem hanc, modo in aula maiori [quam

dicunt *Salone*] Patavii asservatam, nullo modo ad T. Livium historicum referendam docuit Marquardus Gudius, teste Orsato in *Marmi eruditi*. Vide Furlanetto. *Le antiche lapidi patavine.* Padova, 1847, p. 161-163.

Praeest compendiolum vitae: « Titus Livius auctor prae» sentis operis historiographus . . . . ». Prooemium: « Facturus » ne sim operae pretium si a primordio urbis . . . ».

Codicem, selectiori membrana, foliis 281 diligentissime exscriptum, ornant litterae librorum initiales, praesertim vero titulus affabre pictus, cum puerulis, avibus, floribus ac insigniis Bessarionis: utinam lectio esset emendatior. Amanuensem, scriptura collata, liquet esse eundem Ioannem Caldarificem alamannum, presbyterum de Monthabur, qui codd. 25, 27, 28 exscripsit.

Cod. 25 membr., saec. XV, a. 370, l. 260 [Z. L., CCCLXIII]. B.

Eiusdem, *historiarum decadis primae liber primus usque decimum.*

Codicem, foliis 340, a Caldarifici exscriptum, ornant, aeque ac in codice superiori, litterae initiales librorum auro pictae, nec non titulus praestans Bessarionis insigniis et littera maiori F, quam homo brachio laevo et dextero crure extenso constituit.

Cod. 26 membr., 1389, a. 370, l. 250 [Z. L., CCCLXIV]. P.

Lutii Quintii curialis, *in secundo bello punico.*

Sunt decadis tertiae liber primus usque decimum, seu operis universi vigesimus usque trigesimum. Textus duplici columna finit fol. 76: *MCCCLXXXVIIII. XV.° februarii, inceptus fuit iste liber scribere et ipsum complevit XV.° marcii sequentis Foscharinus de Phariçeis de Parma, in Veneciis.*

Emptor leteris, corepto me potieris.

Quod defuit adest, quod superabit abest.

Titii Livii patavini historiographi omnium longa doctissimi, nec non rectoris et oratoris facundissimi de secundo bello punico liber decimus et ultimus, ab urbe condita XXX explicit.

Amanuensis errorem, in auctoris nomine enunciando, initio quoque librorum IV-IX repetitum, nemo est qui non stupeat; eum inde exortum crediderim quod in nota inscriptione et T. Livii historiographi honori falso tributa, legerit *curialis* loco *concordialis*.

Nota confusionem in foliorum collocatione, ab undecimo ad quadragesimum usque.

Codex, folior. 80, corruptae prorsus lectionis, offert capitulorum argumenta rubro colore, pericoparum initia rubro et coccineo, litteras librorum initiales, praesertim in titulo, floribus ac virorum studentium figuris depictas. Folium 77 inscribitur: « Decadis tertiae libri decem. Codex Zachariae Barbari, ut » colligitur ex adnotatione ab eius manu exarata in pagina anteriori ad historiae initium. Ioannes Baptista Recanatus, patr. » ven. adnotavit anno 1721 ». Quae nominis notâ in citato folio primo desideratur, quod forsan abscissum sit, ea apparet in septuagesimo nono: *Iste liber Livii,* una manu, *est Zachariae* altera.

In suos usus vertit codicem Arn. Drakenborch, qui in *T. Livii, historiarum* [1746], vol. VII, p. 326, haec habet: « Recanatianus est codex, quem servat Io. Bapt. Recanati patritii » veneti bibliotheca. Eius excerpta vir clarissimus atque amicissimus Iac. Philippus d'Orvillius, quum in itinere italico » Venetias adiens ibidem moraretur, impetravit et postea patriis laribus restitutus officiose ad me transmisit. Utrum codex » ille in membranis, an in charta exaratus sit, nihil habeo quod » dicam, nec certiora de eius aetate adferre possum. Ex usu tamen mihi constitit non inter integerrimos ac primae auctoritatis referendum esse. In multis consentiebat codici bibliothecae Bodleianae inter Laudinos, quem Hearnius consuluit, » et hac nota L. I. indicare solitus est. Praesertim vero solus » ex omnibus meis exhibuit illam periodum, quam Hearnius ad » libr. XXII, cap. XVIII, § 5 ex Laudino primo protulit, et » Dodwellus dissertatione, huic tomo pag. 182 inserta, illustravit. Quum autem in notis ad eum locum uno verbo monuerim, Recanatianum in paucis a Laudino primo dissentire, integram nostri codicis lectionem hic adscribere in rem fore

» visum est ». Ita igitur praefert: *Et reparando subgressus haud magis Alifae moenia quum palans perveniens ex oppido bellua constā a Romanis erupit, quam consul vi captam, trucidatis qui in ea constiterant, reservat ad pugnam. Sed oppidani, sicut queis curae pusillum inerat in diem altum umbonibus belluatis paucos fugaces invadunt, elephantemque meliorem receptant. Et Alifas Rufrium quondam vocitatas ab dextro sequente sinisteriorum augurio nomen imponunt accolae.*

Cod. 27 membr., 1453, a. 385, l. 262 [Z. L., CCCLXV]. B.

T. Livii, *historiarum decadis tertiae liber primus usque decimum.*

Folium primum abscissum est, eo, puto, quod ornamentis pictis litterae initialis et insignium Bessarionis praecelleret. Lectionis castigatae exemplo sit locus, initio libri secundi: *Iam ver apparebat,* dum recentiores quoque melioris notae editiones dant: *Iam ver,* vel *vero appetebat.*

Folio extremo 298 *verso* haec leguntur:

« Imposuit decimus liber hic Livii ordine finem
» Historiis, siet gratia multa deo.
» Quas augusti idibus complevi nempe Iohannes
» Caldarifex presbiter de Monthabur et Alamanus
» Que famuli princeps sint monumenta tui.
» Annis millenis quadragenisque peractis
» Et quinquaginta cum tribus appositis ».

Codex, cum signaturis foliorum, litteras librorum initiales splendidius auro pictas, cum ornamentis in margines digredientibus, praestat admirandas.

Cod. 28 membr., 1454, a. 378, l. 265 [Z. L., CCCLXVI]. B.

Eiusdem, *historiarum decadis quartae liber primus usque decimum.*

Liber decimus non absolutus finit verbis: « Decemviri supplicationem in biduum, valetudinis causa, et per omnia fora » conciliabulaque edixerunt »; i. e. usque ad caput inceptum

trigesimum septimum. Quaenam causae capitulum hoc usque ad quinquagesimum nonum interceperint, sum nescius. Folio extremo 236 legitur: « Titi Livii patavini, excellentissimi hi- » storiographi, *de bello macedonico* liber decimus et ultimus ex- » plicit feliciter. Scriptum et finitum per presbiterum Ioannem » Caldarificem alamanum, sub anno Domini M . CCCC . LIIII . » kal. VII marcii: Deo gratias ».

Litteras librorum initiales habes in codice ditissime pictas, maxime vero titulum, cum puerulis, avibus, quadrupedibus, Bessarionis insigniis, margine universo effusis.

Cod. 29 membr., saec. XV, a. 240, l. 151 [Z. L., CCCLXIX]. B.

I. Titi Livii patavini, *historiarum suarum epitoma secundum libros et decades incipit foeliciter,* f. 4-105.

Idem breviarium quod codice [L. X, XLI*], eadem in libro primo partitionis negligentia. Decades quatuordecim annotantur, cum numero librorum a primo usque ad centesimum quadragesimum.

II. C. Iulii Caesaris, *epistolae quatuor, duae quae in codice praecedenti Oppio Cornelio, totidem Ciceroni.* **a.** *Recte augurari de me, unde et tibi cognitus sum* — **b.** *Esti te nihil temere, nihil imprudenter facturum,* f. 105-107.

Codicem, non sine mendis, membrana selectiori exscriptum, splendidiorem reddunt picturae auro contextae in litteris maioribus, insignia Bessarionis in titulo.

Cod. 30 membr., saecc. XII-XIV, a. 362, l. 224 [Z. L., CCCLXVIII]. P.

I. Sexti Rufi, *breviarium historiae romanae.* « Brevem fieri » clemencia tua precepit. parebo libens . . . », f. 1-5.

Auctor, vir consularis, dictator, magister militum, Valentiniano augusto obtulit *breviarium,* nomine quoque, *rerum gestarum populi romani,* non una vice editum.

Amanuensis, post laudes *trino numini* et *b. Mariae virgin.* scripsit:

« Complevi totum: pro christo da mihi potum ».

II. Lucii Annaei Flori, *de tota hystoria Titi Livii ephitoma*, f. 6-22.

Sub fine: *Anacephaleosis Lucii Annaei Flori librorum quatuor factorum memorabilium ab urbe condita usque ad tempora Cesaris Augusti secundi imperatoris explicit.*

Capitum ratio diversimode habetur ac in editis. Laudes Caesaris et Pompei, ex Plinio decerptae, amanuensis arbitrio, Floro insertae fuerunt [vide fol. 33-34], quonam iure, non alio plane quam suo factum existimo.

Pars haec codicis, lectionis prorsus corruptae, saeculum circiter decimumsecundum attingit: pretiosiorem reddunt imagunculae septem supra septuaginta, capitulorum spatio litterarum initialium obclusae.

III. *Breviarium romanae historiae, secundum Titum Livium, per libros.* « Adventus Aeneae in Italiam et res gestae. » Ascanius regnum Albae ... », f. 44-63.

Brevia singulorum librorum Titi Livii argumenta, sive a Livio, sive a Floro [qui in aliquibus Livium oppugnavit], sive ab aliquo alio, ad res romanas illustrandas accomodata, praesertim ubi Liviana historia excidit. Hae epitomae ex libris centum quadraginta saepe cum Floro et Livio quoque editae sunt.

IV. C. Iulii Caesaris, *epistola triplex, binae Oppio et Cornelio Balbo; tertia Ciceroni*, f. 63.

Extremam hanc codicis partem ex saeculo decimoquarto facile repeto.

Cod. 31 chart., saec. XV, a. 310, l. 210 [L. X, XLI[a]]. Ma.

I. Sexti Rufi, *breviarium romanae historiae, secundum Titum Livium, per libros et decadas ordinarie*, f. 1-33.

Textus, neglectae prorsus lectionis, habet partitionum numerum modo per decades, modo per libros oblatam. Finit: *Romanae historiae breviarium secundum T. Livii ordinem explicit feliciter.*

II. *Nonnullae C. Iulii Caesaris epistolae incipiunt feliciter*, f. 33.

Cod. 35 chart., saec. XV, a. 291, l. 200 [Z. L., CCCLXXXV]. B.

Iustini, *nobilis oratoris, in abbreviationem librorum Trogi Pompeii quadraginta et quatuor historiarum.* Prooem.: « Quum » multi ex Romanis etiam consularis dignitatis... »; liber primus: « Principio rerum, gentium nationumque imperium... ».

Codex, foliorum 116, sat bona lectione est commendandus.

Cod. 36 membr., saec. XV, a. 252, l. 186 [L. X, CCXXI]. N.

Eiusdem, *historiarum epitome ex Trogo Pompeio libri quadraginta quatuor.*

Codici, foliorum 93, titulum apposuit belle scriptum ac diagrammate ornatum Iacobus Morellius, haec addens: *Olim Angeli Laurentii, plebani d. Lucae a. MCCCCXLVI, ac d. Geminiani a. MDCCLXXIIII Iacobi Morellii eiusdem ecclesiae d. Geminiani alumni et bibliothecae venetae custodis.*

Cod. 37 chart., saec. XV, a. 290, l. 208 [L. X, CXXXIII]. M.

Eiusdem, *historiarum libri quadraginta quatuor.*

Desunt a principio et sub fine folia quaedam, nempe quae prooemium, libri primi partem, partem extremam quadragesimi tertii, ultimum complectebantur.

Codex foliis 123 belle et emendate exscriptus est.

Cod. 38 chart., saec. XV, a. 37, l. 212 [Z. L., CCCXCI]. B.

Leonardi Aretini, *compendium primi belli punici. Libri tres.* Prooemium: « Vereor ne qui me putent antiqua nimium con» sectari ... »; compendium: « Origo primi punici belli quod » populus romanus adversus Chartaginenses ... ». Folia 51.

Quae causa fuerit auctori haec commentaria scribendi sic in prooemio nuntiatum: « Cuius [Livii patavini] libri si exsta» rent, nihil opus erat novo labore. Cum vero haec pars operis » eius interierit, nullaque fere eius belli notitia nostros apud

» homines haberetur; commotus ipse ob maiorum nostrorum » gloriam, ne rerum tam preclare tamque magnifice gestarum » memoria deperiret, quantum solerti lectione Polybii, cetero- » rumque Graecorum consequi potui, commentaria eius belli pro » communi utilitate suffeci ... ». Eapropter Polybio puto saeculo decimo quinto tributum, ut in editione brixiensi anni 1498 hoc titulo: *Polybius historicus de primo punico bello ex graeco in latinum traductus per Leonardum Aretinum virum elegantissimum.*

Cod. 39 chart., saec. XV, a. 215, l. 150 [L. X, LXVII]. Ma.

I. Eiusdem, *de bello punico libri tres,* f. 1-98.

II. Leonardi Iustiniani *veneti, viri patricii ad Henricum Lusignanum illustrem Galileae principem in Cimonis et Luculli vitas prooemium incipit feliciter.* « Cum permulta sint littera- » rum studia, Henrice princeps, quae summum et decus et or- » namentum ... », f. 109-203.

Vitam utramque ex Plutarcho vertit Iustinianus: iuris vero publici fecit primum Nicolaus Ienson in Plutarchi operibus a. 1478. Prooemium anecdotum in eo emendandum est quod *Henricus Lusignanus* non *Galileae,* nec *Galliae,* ut alii codices, sed Cypri fuerit princeps. Splendidiorem scribendi formam ita iure meritoque laudat Bernardus filius in eius vita [Venetiis, 1552, p. 7]: « Vertit etiam in latinum, e Plutarcho, Cimonis » Luculli et Phocionis clarorum heroum vitas longe omnium » elegantissime et latini sermonis puritate, quae diu aut negle- » cta ab aliis, aut parum accurate quaesita videbantur ... ».

Cod. 40 membr., saec. XV, a. 284, l. 196 [Z. L., CCCLXXXI]. B.

C. Cornelii Taciti, *ab excessu divi Augusti libri undecimus usque decimumsextum, ac libri quinque historiarum.* « Nam Va- » lerium Asiaticum bis consulem fuisse, quondam adulterum » eius credidit ... ».

Codicem, qui possederat, Bessario sua manu a principio descripsit: *Huius libri Cornelii Taciti nihil plus reperitur. Caret*

principio et fine, ut apparet. In medio quoque nonnulla defuerunt. Idem folio extremo 213: *Iste liber est mei b. cardinalis tusculani, Bononiae legati, scriptus Bononiae; constitit ducatis quatuordecim, mense octobris,* 1453.

Cod. 41 membr., saec. XIV, a. 257, l. 191 [L. X, XC]. Mk.

Valerii Maximi, *dictorum et factorum memorabilium urbis romanae exterarumque gentium libri novem.* « Urbis romanae ex» terarumque gentium facta simul ac dicta memoria digna... ».

Idem capitulorum in primo libro defectus, qui et in aliis codicibus. Marginibus obviae sunt rerum pertractatarum anacephalaeoses.

Codex, folior. 138, inscriptus est a principio: *Istum librum dimisit conventui ss. Ioannis et Pauli de Veneciis dominus Nicolaus Augustus de Veneciis, qui fuit prior venetus et provincialis provinciae s. Dominici, postea* [a. 1438] *episcopus tricaricensis.*

Cod. 42 chart., saec. XV, a. 288, l. 206 [Z. L., CCCLXXV]. E.

Eiusdem, *factorum dictorumque memorabilium, ad Tiberium Caesarem libri novem.* Folia 130.

Libris quinque prioribus frequentiores additae sunt notae philologicae ac historicae tum marginales, tum interlineares. Indicium fere nullum partitionum vel librorum, vel capitulorum: tituli tamen et litterae initiales rubro colore additae sunt.

Membranis extremis 133-134 sunt fragmenta officiorum communium de confessoribus et virginibus, notis musicis appositis.

Codicem possederat Ioannes Perletti.

Cod. 43 membr., saec. XV, a. 239. l. 170 [Z. L., CCCLXXVI]. B.

I. Eiusdem, *dictorum et factorum memorabilium* ec. *libri novem,* f. 1-215.

Libro primo aliquot desunt capitula, ut in aliis quoque codicibus.

II. Eiusdem, *dictorum ac factorum memorabilium urbis Romae et exterarum gentium liber decimus et ultimus.* « Varro sim» plicia in Italia nomina fuisse ait, existimationisque suae ar» gumentum . . », f. 216-217.

Titulum universum ex codice repeto, ut quae opinio de opellae *[De nominibus Romanorum]* auctore saeculo XV obtinuerit, pateat.

III. *Index amplissimus, alphabeti ordine digestus, rerum quae in Valerii opere notatu digniora occurrunt*, f. 219-276.

Praeeunt de eius usu animadvertenda: « Ut haec tabula » Valerii cuilibet prosit, oportet summitati librorum Valerii in» scribere numerum libri et capituli, et in lateribus numerum » exemplorum . . . ».

Litteram quamque initialem, tum maiorem librorum, tum minorem capitulorum ac ornamenta tituli cum insigniis Bessarionis, perite admodum pinxit qui litterulis inscripsit ornamentum libri decimi: FR . IO . F . Bessario sua manu fini apposuit: *Iste liber est mei b. Cardinalis Tusculani constitit ducatis decem et octo.* 1453.

Cod. 44 chart., saec. XV, a. 282, l. 210 [Z. L., CCCLXXVII]. B.

Valerii Maximi, *dictorum et factorum memorabilium* ec. *libri novem.*

Tituli librorum et capitulorum ac pericopae rubrica notantur.

Codex, foliorum 120, principio inscriptus: *Questo libro si è di ser Andrea Quirini fo di messer Marcho Quirini, del febraro.* 1479; inferius autem: *Francesco Quirini de messer Beneto.* Nota anni 1479 dubium ingerit num Bessario donaverit, quod asserit Zanetti in *Latina et italica d. Marci bibliotheca*, p. 155. Putarim ceterum Bessarioni abiudicandum, quod in donationis indice authentico unus Valerii Maximi codex recenseatur.

Cod. 45 membr., saec. XV, a. 262, l. 173 [Z. L., CCCLXXVIII].

Eiusdem, *dictorum ac gestorum memorabilium libri novem.*

Nullum appositum est discriminis indicium inter exempla

romana et externa, quod praestitum in editionibus. Eadem fere ac in iis librorum et capitulorum partitio, nisi quod, ut in aliis, quaedam libri primi capitula desunt, quod superius annotavi.

Quod desiderium hoc omnibus nostris codicibus commune sit adnotavit Lamaire in parisina Valerii editione [1822, vol. I, p. 25]: « Quae nunc usque ad exemplum de Deiotaro rege cap. V » sequuntur, Aldus primus apposuit: in plerisque codd. mss. » desunt. Haec concisiora videntur ex epitome quadam Valerii » restituta ». Reapse Aldus editioni, quam anno 1502 sine iis capitulis dederat, folium primum avulsit, alterumque inseruit inscriptum: *Exempla quatuor et viginti nuper inventa ante caput de ominibus*. Exemplum utrumque habet bibliotheca nostra.

Liber alter in bina, non septem capitula distribuitur, septimus in duo capit octavum. Ceterum errorum cuiusque generis colluvies ita redundat ut pluries sensum exserere minime valeamus.

Codicem, foliorum 160, commendant membranarum nitor ac picturae auro immixtae.

Cod. 46 membr., saec. XV, a. 319. l. 232 [Z. L., CCCLXXIX]. P.

I. Eiusdem, *factorum dictorumque memorabilium libri novem*, f. 1-121.

Libri primi initio desunt verba: *Urbis Romae, exterarumque gentium facta simul ac dicta,* quae puto spatio dato pingenda instituerat librarius. Deest capitis primi eiusdem libri pars extrema ac capitula secundum usque quartum, ut in aliis codicibus; praeterea pars extrema capituli septimi libri octavi, usque primum libri noni: item libro nono pars undecimi usque duodecimum absolutum. Aliquot librorum tituli abhorrent ab editis, ut libro secundo: *De institutis antiquis;* sexto: *De pudicitia libere dicta aut facta;* octavo: *De causis quibus infames reipublicae absoluti vel damnati sunt.*

II. *De nominibus praenominibusque, cognominibus atque agnominibus* [Romanorum]. « Varro simplicia in Italia nomi- » na fuisse ait, existimationisque suae argumentum refert... ». f. 121-122.

Haec praeeunt historiae opellae illustrandae: « Decimus » atque ultimus huius operis liber seu studiosorum incuria, seu » scriptorum segnitie, seu alio quovis casu, aetati nostrae per- » ditus est. Verum Iulius Paris abbreviator Valerii, post novem » libros explicitos, hunc decimum sub infrascripto compendio » complexus est. Per quod de nominibus praenominibusque, co- » gnominibus atque agnominibus fuisse eundem a Valerio com- » positum coniectari licet. Verba quidem Iulii Paridis haec » sunt ». Hoc eodem titulo in editis prodiit. Notandum fragmentum hoc prorsus remotum et alienum ab argumento scopoque librorum Valerii.

Notae historicae marginales ut et interlineares frequentiores occurrunt libro primo usque quartum absolutum. Librorum singulorum initium exornant picturae, rudiori quidem penicillo expressae sed quae tempus, quo exaratae sunt, significant.

Cod. 47 membr., saec. XV, a. 360, l. 258 [L. X, XCII].

I. Valerii Maximi, *dictorum et factorum memorabilium libri novem,* f. 1-120.

Desunt capitula libri primi. Inest sub fine, titulo libri decimi, opella, *de nominibus Romanorum.*

II. Aur. Theod. Macrobii, *viri doctissimi, operis Saturnaliorum. Libri septem.* « Multas variasque res in hac vita nobis, » Eustachi fili, natura conciliavit . . . », f. 121-245.

Codex eleganter exscriptus.

Cod. 48 chart., saec. XV, a. 290, l. 205 [L. X, XCI]. Md.

I. Valerii Maximi, *de factis et dictis memorabilibus libri novem,* f. 5-152.

Eadem in libro primo, quae codice anteriori, desiderantur. Librorum et capitulorum fere nulla divisio. Notae marginales plures obviae sunt; interlinearium copia, grammaticarum plerumque, maior. Lectio corrupta prorsus.

II. *Nomina officiorum et dignitatum urbis Romae.* « Primo

» fuerunt reges, quorum primus fuit Romulus, quod officium seu » dignitas duravit usque ad consules ... », f. 152-153.

Opusculum in codicibus mss., maxime versionum italarum, eidem Valerio tributum, non tamen confundendum cum eo *de nominum romanorum ratione*, quod in aliquibus editionibus, qua decimi libri compendium, exhibitum est. Huius versionem anecdotam ab Andrea Lancia ediderunt Hector Manucci in ephemeridibus *Etruria* [Firenze, 1851, anno primo, p. 421-427], ac Robertus De Visiani: *Degli ufficiali e degli uffici di Roma* [Padova, 1863, p. 16, 8.°].

Folio secundo oblatum schema gentis Publii et Gnei Scipionis, fratrum, *qui in Hispania adversus Penos multa prospera proelia gesserunt et optinuerunt Hispanias, mox infeliciter cum exercitibus occiderunt.*

Ad extremum legitur: *Iste liber est Canonicorum regularium sancti Augustini, commorantium in monasterio s. Bartholomei in burgo Pusterle civitatis Vincentie.*

Cod. 49 chart., saec. XV, a. 330, l. 233 [L. X, CLXXXIII]. Mf.

Valerii Maximi, *dictorum et factorum memorabilium. Libri novem.*

Indicem novem librorum, f. 2-3, excipit prooemium quo laudes Romae operis eiusque auctoris redundant: « Historiae » antiquorum utiles sunt ad danda bona consilia civitati ... ». Sequuntur specialioria de auctore, scribendi intentione, operis materia et utilitate: « Praemissa commendatione multiplici ma» teriae, quam exponendam assumpsi maximo cum labore... ». Desunt capitula primi libri, quae in aliis codicibus notavi.

Accedunt commentaria Benvenuti Rambaldis de Imola in primum librum ac partem alterius; item glossae interlineares in universo volumine.

Foliis extremis 164-165, nomine libri decimi: *et non habet nisi unum capitulum de binominis,* occurrit tractatiuncula *de nominibus romanis,* ut codicibus praecedentibus: « Varro in Ita» lia ... ».

Codex a principio inscribitur: 1483. *Iste Valerius Maxi-*

mus est meus Hieronimi Fenicii ac fratrum suorum, filiorum spectabilis domini Valerii. Eum pretiosiorem reddunt commentaria anecdota Benvenuti de Rambaldis, ac picturae auro illitae litterarum initialium, virorum, bestiarum, florum, imaginibus conspicuae.

Cod. 50 membr., 1465, a. 248, l. 193 [L. X, LIII]. Ma.

I. *Summaria Valerii Maximi, edita per excellentissimum decretorum doctorem dominum Ioannem Andreae.*

a. *Summarium librorum a primo usque nonum,* f. 1.

b. *Summaria capitulorum cuiusque libri,* f. 1-35.

c. *Tabula Valerii Maxim,* f. 36-66.

Tabulae usum sic auctor excutit: « Ut tabula Valerii Ma- » ximi cuilibet prosit, oportet summitati librorum Valerii in- » scribere numerum libri et capituli, et in lateribus numerum » exemplorum, nam hoc ordine sunt hominum et locorum exem- » pla, nec non et moralia ipsius, exceptis contentis in prooe- » miis, secundum litteras alphabeti tam primarias quam secun- » darias. Circa quam est considerandum de quo quis quaerere » intendat, an de religione vel paupertate, an de ludo, labore » vel pace, an de patria vel fortuna, an de ingratitudine vel su- » perbia, an de Alexandro vel Hannibale cuius nomen perscri- » bitur, an de Socrate vel Platone, et est recurrendum ad litte- » ras dictionum huiusmodi, res aut personas significantium... ».

d. *Tabula rerum nec ad libros, nec ad capitula, nec ad exempla relatorum.* « Absolutio — Abstinentia — Addere — » Addiscere... », f. 66-69.

e. *Tabula personalis, quae ad exemplorum numerum refertur.* « Acron rex — Accius poeta — Acterius Ruffus... », f. 71-76.

De auctore episcopo aleriensi utique, de opere nihil mihi constat.

II. Caii Plinii Secundi, *oratoris veronensis, de viris illustribus.* « Proca rex Albanorum Amulium et Numitorem... », f. 77-90.

Folio 91 obviae sunt vitae Tiberii Gracchi, quae in serie

numero sexagesima quarta, et C. Gracchi, in eadem serie desiderata.

Foliis 69 et 89 scripsit librarius: *Opus absolutum ad petitionem Ioannis Marchanovae, artium et medicinae doctoris patavini, anno gratiae* 1465 *Bononiae.* Titulus praefert picta insignia eiusdem Marchanovae qui codicem, anno 1467, s. Ioanni in Viridario legavit.

Cod. 51 chart., 1396, a. 395, l. 223 [Z. L., DXXVI]. Ya.

Expositiones librorum Valerii Maximi, fratris Dyonisii de Burgo sancti Sepulchri, ordinis fratrum eremitarum santi Augustini. Urbis Rome. « Valerius huic operi suo primo prooe» mium ponit, in quo suum propositum . . . ».

Auctor ubi in prooemio cardinali Ioanni de Columna opus nuncupat: « Moralium philosophorum attestante sententia, ad » vitae humanae praecavendas insidias et hominum versutias » discernendas . . . », sic de eius oeconomia: « Librum Valerii » Maximi pro sua brevitate modernis obscurum temporibus no» stris, in quo relucent exempla et quodammodo singulari pru» dentia ipsa refulgent, declarandum assumpsi, ut legentibus » clarum fiat quod difficile primitus apparebat. Hoc autem fa» cere nullatenus potuissem, nisi gesta Romanorum et alieni» genarum, per antiquos auctores diversis in locis narrata, se» dulo perlegissem, qui quod ipse Valerius breviter, diffuse nar» rant ac prolixe, quos ideo hic annotare curavi, ut operi certior » fides detur . . . . . Sunt autem praedicti auctores . . . » serie sat promissa oblati. Opus anecdotum putarunt Fabricius et Tiraboschius; editum tamen, sine anno et loco, exstat in bibliotheca publica erlangensi: convenit cum codice a Gudio apud Fabricium p. 6 descripto, teste Harlesio l. c., p. 5: num cum nostro sum nescius. Ceterum in his commentariis, libri Valerii docte quidem et copiose, ut saepe etiam nugaciter explicantur.

Codex, foliorum 140, sic sub fine inscriptus: *Hoc opus completum fuit per me Paulum quondam Lelli de Cosciariis de urbe Roma, sub anno Domini millesimo CCC . LXXXXVI, pontificatus domini Bonifacii papae noni, mense iunii.*

Cod. 52 chart., 1399, a. 297, l. 219 [L. X, XIX]. F.

Benvenuti de Rambaldis de Imola, *commentarium in Valerium Maximum*. « Urbis Romae exterarumque . . . ». Commentum: « Historiae antiquorum utiles sunt ad danda bona con» silia . . . ».

Etsi auctoris nomen a codice absit, tamen ex aliorum collatione liquet Benvenuto de Imola esse tribuendum. Quoad scio, commentum hoc anecdotum est, quin edendo stylus prorsus pedestris quenquam deterret. Nihilotamensecius auctorem laudo quod summa diligentia facta a Valerio relata excutiat, ideoque antiquorum dicta, quandoque etiam virorum sui temporis illustrium opiniones ob oculos ponat; quod praesertim obtinuit, cum Ioannem Ravennatensem, eundem puto quem Petrarcha in litteris instituit, allegat: « Nota de caeremoniis, *stata* esse vo» cabulum speciale Iovi; caeremonia vero nomen generale est, » ad sacrificium cuiuscumque dei. Sed ego intellexi a reverendo » viro magistro Ioanne de Ravenna, quod debebat dicere *statas* » pro *statutas*, cui puto fore credendum magis ». Ineptos scriptores saepius respuit Benvenutus, sicuti expositionem in Valerium, fratris Dionysii Roberti, ordinis s. Augustini, ex Burgo s. Sepulchri [V. cod. 51]. Codex exstat quoque in bibliotheca cathedralis patavinae.

Codicem, foliorum 150, duplici columna, scripsit Venetiis Bartholomaeus de . . . . . . celis anno 1399 et absolvit die 21 novembris; possedit vero Bernardinus e Scroffa q. domini Antonii, civis vicetinus.

Cod. 53 membr., 1406, a. 240, l. 185 [Z. L., CCCLXXX].

Eiusdem, *commentarium in Valerium Maximum*. « Est igi» tur sciendum quod, ut verbis ipsius Valerii utar, sicut Roma » omni genere . . . ».

Codicem hunc alteram Benvenuti promissiorem editionem appellare ausim, quod materies ampliori forma, pluribus additis, pertractetur.

Codex, folior. 109, duplici columna, habet in fine: « Expli» cit expositio super Valerium Maximum per magistrum Ben» vegniutum de Imola eximium historiographum, quam scripsi » ego Guillelmus Cappellus de Aulecta, per me finita die sabati » XVIII decembris 1406 ».

Cod. 54 chart., saec. XV, a. 405, l. 280 [L. X, XX]. Ma.

Eiusdem, *cummentarius in Valerium Maximum*.

Textus folio 135 *recto* finit: « Explicit commentum Valerii » Maximi secundum magistrum Benvenutum de Imola. Deo » gratias. Amen ». Hoc annoto quod in littera A verbi *Amen* elegans diagramma episcopi cuiusdam pictor effinxerit.

Codicem quiquagesimo secundo congruentem, folior. 140, exornant litterae initiales pictae, item sectionum signa, praesertim vero initialis in titulo, quam tamen manus impia abscidit: legavit vero s. Ioanni in Viridario, anno 1478, sacerdos Petrus de Montagnana.

Cod. 55 chart., saec. XV, a. 290, l. 200 [Z. L., CCCLXXXVIII]. B.

Ammiani Marcellini, *rerum gestarum libri a decimoquarto ad trigesimum primum*. « Post emensos insuperabilis expeditio» nis eventus . . . ». Folia 274.

Libri tredecim priores interciderunt, quod molestum minus, cum stilus graeci hominis et militis latine scribentis, etsi veritatis studiosissimi, barbariem sapiat, quod ceteroquin auctor idem sub fine operis honeste testatur. Libri qui supersunt continent res gestas ab anno ante Christum natum 352 ad 378.

Cod. 56 membr., saec. XIV, a. 498, l. 320 [L. X, LXI]. Ma.

Flavii Iosephi, *historiarum iudaicae antiquitatis pars prima, continens libros quindecim, a Rufino Aquileiensi latine redditos*. « Historiarum gesta scribere disponentibus non unam nec » eandem video... »; interpretatio: « In principio creavit Deus » caelum et terram, sed dum terra ad aspectum non veniret... ».

Cuique libro non tantum rerum in quovis capitulo pertractarum, sed et annorum series praeit.

Codicem universam foliis 123 per columnas digestum, folia rescripta componunt, ornant vero litterae initiales librorum, pictura auroque conspicuae. Anterior voluminis *custos* inscribitur: *Liber iste est Canonicorum regularium, commorantium in hoc coenobio sancti Ioannis* [de Viridario Patavii], *emptus per venerabilem patrem d. Albertum ivonensem, tunc priorem. MDXVII.*

Cod. 57 membr., 1468, a. 353, l. 218 [L. X, LX]. Mk.

I. Eiusdem, *antiquitatum iudaicarum libri XX a Rufino Aquileiensi latine redditi,* f. 1-379.

Praeeunt libris singulis capitulorum argumenta, ab eodem Iosepho.

II. —— *in Manethonem et Chermonem, de Iudaeorum genere* [eodem Rufino interprete]. « Sufficienter, ut arbitror, » et per libros antiquitatum opulentissime virorum, Epaphro- » dite . . . », f. 380-394.

III. —— *contra Apionem grammaticum* [eodem interprete]. « Priori quidem volumine, carissime mihi Epaphrodite, de antiquitate nostra monstravi . . . », f. 394-408.

Libelli II et III in editionibus potioribus veniunt nomine *de antiquitate Iudaeorum contra Apionem Alexandrinum.*

Codicem, politiori membrana, spatio litteris librorum initialibus assignato, belle exscripsit Ioannes Nydenna, anno 1468.

Cod. 58 membr., 1466, a. 352, l. 220 [L. X, LXII]. Mk.

Eiusdem, *de bello iudaico libri septem, Rufino Aquileiensi interprete.* Prooemium: « Quoniam bellum quod adversus popu- » lum romanum gessere Iudaei . . . »; liber primus: « Cum po- » tentes Iudaeorum inter se dissiderent, eo tempore quo et to- » tam Syriam . . . ».

Codicem, foliis 152, eleganter tereti membrana exscriptum, exornant diagrammata opere tenuiori, lapides pretiosores insculptos imitantia. Ad extremum haec lego: « Paulo secundo

» pont. max. sanctis. imperante rei p. christianae. Christophoro » Mauro, reip. venetae optimo principe. Anno Christi Dei optimi maximi MCCCCLXVI, apud urbem Bergomum Galliae ci-» salpinae agenti mihi exscripsi ego Ioannes Nydenna codicem » hunc belli iudaici Flavii Iosippi, Christophoro mediolanensi, » bergomensis ecclesiae canonico meritissimo. Io. Ny. 1466, » XXV iunii. Laus deo ».

Cod. 59 membr., saec. XV, a. 350, l. 251 [L. X, LXIII]. Ma.

I. Eiusdem, *de bello iudaico libri septem, Rufino Aquileiensi interprete*, f. 1-190.

II. —— *libri duo de antiquitate Iudaeorum, contra Apionem Alexandrinum*, f. 191-220.

Codicem, cum litteris initialibus pictis et auratis, dono dedit s. Ioanni in Viridario Baptista de Lignamine, episcopus concordiensis, anno 1455.

Cod. 60 membr., saec. XV, a. 288, l. 193 [Z. L., CCCXC]. B.

Eiusdem, *de bello iudaico libri quinque*. « Quatuor libros » regnorum quos scriptura complexa est sacra etiam ipse stilo » persecutus sum usque ad captivitatem ... ».

Liberiorem hanc septem librorum Iosephi versionem sunt qui et in aliis codicibus Ambrosio Camaldulensi tribuant, opus vero Hegesippo, ex iudaeo christiano, apostolicorum temporum vicino, qui [teste Hieronymo, c. 22 de scriptoribus ecclesiasticis] « omnes a passione Domini usque ad suam aetatem ecclesiasti-» corum actuum texens historias, multaque ad utilitatem legen-» tium pertinentia hinc inde congregans, *quinque libros* compo-» suit, ut quorum vitam sectabatur, dicendi quoque exprimeret » characterem ». Verum Hegesippi libros nomine quoque *commentariorum*, ex quibus fragmenta tantum supersunt, a Galland in *Bibl. pp.*, t. II, p 59-67 edita, deperditos conquerimur, etsi pluries in Iosephi operum editorum titulis legatur: *Hegesippus, de excidio hierosolymitano — Hegesippi, de bello similiter iudaico elegantissima narratio — De iudaico bello libri septem* ..... *ad*

Hegesippi christiani de hierosolymitano excidio quinque libros collati atque concordati. Adde quod cum opere ab Hieronymo citato neque quoad argumentum, neque quoad linguam, neque quoad auctorem quidquam est commune. Nomen Hegesippi ex Iosipi Iosephi corruptum nomine, potius auctorem librorum qui latine versi exhibentur, quam interpretem et auctorem versionis designat. Refutanda igitur quae Bessario manu propria folio primo inscripsit: « Egesippi viri sanctissimi et egregii historiographi, » apostolorum quoque temporibus proximi, romanorum bellorum » adversus Iudeos et ierosolymitani excidii sive captivitatis iu» daice liber primus incipit. — Translatum est hoc opus de gre» co in latinum per beatum Ambrosium, ut in quodam antiquo » codice inventum est ».

Elegans scriptura et castigata lectio codicem folior. 204 commendat, ornant vero litterae librorum initiales auro diligenter depictae, capitulorum colore rubro et caeruleo alterno notatae, insignia Bessarionis in titulo.

Cod. 61 chart., saec. XV, a. 210, l. 125 [L. X, CCXXXI]. N.

I. *Descriptio originis mundi et urbis Romae.* « Mundi opi» nio duplex est, scilicet ientilium et fidelium, ientilium ab » eterno fuisse mundum, fidelium quod deus, qui cuncta crea» vit tenet et gubernat, ipsum creavit . . . », f. 1-50.

Opellam anonimam, fabellis et traditionum commentis refertam haec evincant: « Ozias rex rexit annis LII, Neapolim » condidit pro partenope reina, destructam per Goctos, restau» ratam per Tibrum Iulium Tarsium domini Velliani filium », f. 8 — « Noe cum aliquibus de suis, postquam exivit de archa, » venit in Italiam non longe a loco multum ubi nunc est Roma » et civitatem construxit nominis sui in quo laboris sue vite » terminum dedit et hic mortuus fuit » — « Ianus filius Iafet » filii dicti Noe cum Camasse sotio suo digneam civitatem in » Ianiculum construxit et ibi regnum accepit . . . », f. 14. Eo tamen puto aestimandam quod tempus scriptionis assignet et aedificiorum ac viarum tum statum, tum nomina, tum cum recentioribus comparationem oculis obiiciat. Sic fol. 21: *Castrum*

Sancti Angeli predictum quod Ioannes XXIII restauravit et reformavit dat terminum annorum 1410-1415; fol. 24: *Strata francescha vel rura francescha, quam Bonifacius nonus destruxit* dat annos ab 1389 ad 1404. Summatim excutiuntur quae de moeniis, portis, arcubus, columnis, obeliscis [aguliis], campis, foris, basilicis, thermis, aquis, theatris, amphitheatris, equis metallicis, deauratis et eburneis sunt animadvertenda. Notatu dignoribus tribuo quae f. 38 de Coliseo narrat auctor; item folio 40: « Tarabintus Neronis, in quo Tarabinto, postquam destru» ctum fuit, reaedificatum fuit templum Dianae » — item f. 44: « In Capitolio ubi stabant patres et consules ad gubernandum » monarchiam mundi, facies murorum erat alta ex vivo auro et » argento, vitro et ebore miris operibus liqueata [laqueata], de » qua nihil aliud quam vestigia vilissimorum civium in diffor» mis, cum magna diffamia reprobatur in opprobrio fame eorum » predecessorum quorum post obitum . . . » — f. 47: « Ad san» ctam Crucem in Ierusalem fuit templum veneris et cupidi, de » quibus templis non licet me aliter dicere, nec largius exten» dere, quia non esset dominis presbyteris grata extensio; sed » legentes Ovidium de fastis possent me habere excusatum, in » suo volumine tractat ad plenum . . . » — f. 49: « Ex alio la» tere ubi nunc est turris Cenci de Origo . . . ».

Foliis 29-35 inserta verbotenus opella sequens.

II. P. Victoris, *epitome de regionibus urbis*. « Regio prima » Porta Capena continet aedem honoris et virtutis... », f. 29-35.

Ex codice antiquiss. bibliothecae Vaticanae prolata opella in *Bernardi Oricellarii de urbe Roma commentarius*, qui exstat in *Scriptorr. rerum ital.* Florent., 1770, t. II, col. 1165-1180.

III. M. Valerii Probi, *significatio litterarum antiquarum et abbreviaturae antiquae feliciter incipit*. « Est etiam circa per» scribendas vel paucioribus litteris notandas studium necessa» rium . . . », f. 54-69.

Sunt quaedam tantum ex libro Probi pluries edito *de notis Romanorum interpretandis*. Adduntur nomina civium romanorum, et numerorum.

IV. *Ponderum notae Prisciani grammatici*. « Semis alicuius » rei notatur per S. . . . », f. 70-71.

V. *Antiquissimum opusculum in quo omnia urbis Romae memoria digna inscribuntur et praesertim ea tempestate qua magis florebat,* f. 71-84.

Eadem est epitome Victoris quae supra.

VI. *I. O. M.* Messalae Corvini, *disertissimi oratoris, ad Octavianum Caes. Aug., de progenie sua et urbis Romae regiminibus breve compendium.* « Cum frequenter me moveat digna » postulatio tua, gentium . . . », f. 85-98.

Opus, eruditorum sententia, plane supposititium, rudioris latinitatis aevo conscriptum, pluries editum, castigatius in *Historiae romanae scriptt. minn.* Biponti, 1789, 8.°

VII. L. Aretini, *epistola in qua respondet Nicolao* [Nicoli] *qui scire desiderabat si quid in illa civitate antiquum et mirabile foret cum Arimini esset.* « Egisti mecum pro cetera tua di» ligentia et vetustarum rerum eximia cura . . . », f. 100-108.

Codicem belle scriptum, valide compactum cum tabulis ac indiciis bullarum et fibularum, exornant diagrammata in litteris quadratis ac insignia in titulo a tritonibus recta.

Cod. 62 chart., saec. XV, a. 293, l. 202 [Z. L., CCCCIX]. E.

I. Ioannis de Crivellis, *scriptoris apostolici, compendium historie de romana republica, imperatoribus; bellorum civilium inter Cesarem et Pompeium, Augustum Cesarem et Antonium; Ianue civitatis. Libri tres.* Dedicatio Martino pp. V incip.: « Etsi mea devotio quae dignitati tuae exigitur ab omnibus » maxima . . . ».

a. Liber primus *a regibus Albanis et generatione Romuli* historiam reipublicae et gesta imperatorum usque ad Sigismundum Caroli filium excurrit: « Troia decenni Grecorum praelio » consumpta, princeps Enaeas inde profugus ad Italiam mi» grans . . . », f. 1-29.

Sub fine nota librarii: *Gaspar quondam d. Thomei de Nicola scripsit die XXIIII febr. MCCCCLXVII.*

b. Liber alter continet *historiam belli civilis acti inter Cesarem et Pompeum, nec non et Augustum Cesarem et Anthonium, sumptam ex libris Svetonii . . . . et ex aliis libris au-*

thenticis et cronicis, seu diversis historiographis in hoc opusculo defloratam. « Iam quidem satis constat, capta Troia a Grecis » et flammis tradita . . . », f. 29-40.

c. Liber tertius habet *de edificatione civitatis Ianue partes duodecim.* « Evangelica eruditione instruimur naturalem intel» ligentiam nobis a Deo creditam . . . », f. 44-77.

Auctoris nomen Argelatus in *Bibliotheca mediolanensi* omisit, nec iniuria, cum eius scripta nec rerum enarratarum nec styli pretio excelleant. Ceterum eum dimidio saeculo decimoquinto floruisse sat indicant et Sigismundi imperatoris historia et pestis, de qua in prooemio: « Cunctantique mihi inter hec » otia, que furens iam in urbe pestis . . . ».

II. D. Bernardi, *epistola ad Raimundum dominum Castri Sancti Ambrosii.* « Doceri petis a nobis de cura et modo rei fa» miliaris utilius [utiliter] gubernande, et quales patres fami» lias . . . », f. 78-79.

Epistola pluries, itale quoque impressa.

Extremo loco occurrit instrumentum membranaceum locationis unius domus *prope curiam pauperum, in guccita s. Euphemie* Veronae, de anno 1384.

Cod. 63 membr., 1466, a. 340, l. 338 [L. X, XXIII].

Blondi Flavii, *foroliviensis, Romae triumphantis libri X.*

Primus et secundus de veterum Romanorum religione: tertius usque quintum de republica: sextus et septimus de militia: octavus usque decimum de triumphis, moribus et institutis.

Folia decem priora rescissa sunt; aeque quinquagesimum secundum, nonum supra septuagesimum, centesimum quintum, centesimum vigesimum quartum, centesimum sexagesimum quartum, centesimum octogesimum tertium. Quae reliquae sunt initiales litterae librorum secundi, septimi, extremi, ita picturae excellentia atque auri superpositi fulgore praestant ut iniquas rapinae causas aperte revelent.

Codex, foliorum 223, eiusdem Marchanovae iussu, a. 1466 Bononiae politioribus iisdemque candidioribus membranis exaratus est.

Cod. 64 membr., 1462, a. 259, l. 144 [L. X, CIV]. O.

Q. Curtii, *de gestis Alexandri Magni liber tertius incipit.* « Inter haec Alexander ad conducendum ex Peloponneso mili- » tem . . . ».

In ora summa codicis haec sunt: « Miserabiliter genuensi » republica fluctuante: cum sine ullo rectore armis obsiderentur » omnia, caedibus ac rapinis ubique grassaretur; civibus omni- » bus, omnisque generis varia et miseranda fuga dispersis; non » mari, non agro, non parte ulla civitatis pacata; magisque in- » deterius quotidie recasuram rem esse quam tantorum finem » malorum sperare possemus; hunc librum Q. Curtii Rufi ante » annum iam inceptum, Antonius Gallus Christopheri filius » perfeci, anno a Yesu Dei nostri nativitate M.CCCC sexagesi- » mo secundo. Tertio Nonas Iunias ». Non itaque liber adnumerandus iis, quos indocti homines et mercede plerumque conducti scripsere: Antonius namque Gallus genuensis, magistratui s. Georgii a secretis, ex Uberti Folietae, Augustini et Michaelis Iustiniani, Raphaelis Sopranii, Augustini Oldoinii aliorumque fide, litteris claruit. De rebus gestis populi genuensis opuscula historica duo, et alterum de navigatione Columbi accurate scripsit; quae inter *Scriptores rerum italicarum* Muratorius vulgavit. Ipse Curtii textus doctum scriptorem ostendit, bonus enim et emendatus ut plurimum est, ac praestantissimae editioni, quam ex Frehinsemio Henricus Snakenburgius Delphis anno 1724 dedit, in locis maxime observatione dignis respondet. Nec praetereundum aliam quandoque in eo lectionem afferri, quae probabilior edita sit, Frehinsemium vero latuerit. Sic pag. 140, lin. 4 in editione est: *libertatis quoque in admonendo eo non alius ius habebat,* at in codice: *libertatis quoque in admonendo eo non alius plus habebat.* Pag. 150, lin. 2 in editione: *Ceterum Dii tantae fortunae proditorem sepulturae celeriter debita poena persecuta est;* in codice: *Ceterum tantae fortunae proditorem celeriter debita poena persecuta est.* Alia dubito quin alii sint reperturi, si totum codicem diligenter expendant, et cum editione conferant.

Codicem, foliorum 109, non tantum bene sed et belle exscriptum, exornant litterae initiales minio notatae, ac praecipue littera tituli prima floribus et avibus pictis conspicua, ac insignia aquilae nigrae in campo aureo cum litteris S-A, nec non litterulis minutis inscripta corona laurea: *Petrus F. Latini F.*

Cod. 65 membr., saec. XV, a. 268, l. 190 [L. X, LXXXVI]. X.

Eiusdem, *de rebus gestis Alexandri Magni libri qui supersunt, tertius usque decimum.*

Codicem, foliis 173 belle exscriptum, elegantiorem reddunt litterae initiales pictae, titulus maxime quo imagines binae et locus insigniis delineandis paratus insunt.

Cod. 66 membr., saec. XV, a. 284, l. 192 [Z. L., CCCLXXXVI]. B.

Eiusdem, *de gestis Alexandri Macedonis libri III-X.*

Codicem, ad normam foliis 233 exscriptum membrana optima, ornant picturae elegantiores in librorum initialibus litteris, praesertim vero in titulo qui insignia gerit Bessarionis.

Cod. 67 membr., saec. XV, a. 200, l. 130 [L. X, CCXLIX]. N.

Aemilii Probi, seu Cornelii Nepotis, *de excellentibus ducibus exterarum gentium ad Titum Pomponium Atticum.* « Non dubito fore plerosque, Attice, qui hoc genus scripturae . . . ».

Ordo vitarum *excellentium imperatorum* idem est ac in editionibus, nisi quod *Timoleonis* ita vitae *de Regibus* cohaeret, ut obiter invisenti nulla haec appareat. Titi Pomponii Attici vitam excipit Catonis, sub cuius fine ulterius de Catone se dixisse testatur: « Huius de vita et moribus plura in eo libro » persecuti sumus, quem separatim de eo fecimus, rogatu Ti. » Pomponii Attici: quare studiosos Catonis ad illud volumen » delegamus ». Librarius addidit, foliis extremis 74-75, Corneliae matris Gracchorum epistolam: *Dices pulchrum esse inimicos ulcisci,* quam inter Cornelii fragmenta relatam leges quoque

in *Cornelii Nepotis quae exstant.* Parisiis, 1820, p. 305-307. Fini subest verbum mihi incompertum CALOS PI.

Plures ex initialibus vitarum litteris eleganter pictae apparent. Quidam serius marginales annotationes inscripsit.

Cod. 68 membr., saec. XVI, a. 220, l. 193 [L. X, I]. Ye.

I. Eiusdem, *vitae excellentium imperatorum,* f. 1-52.

Vitae ordine, qui in editionibus, minime immutato procedunt usque ad Hannibalis absolutam, quae extrema est. Quod superius annotavimus, vitae *Timoleonis* et *de Regibus* in unum coaluerunt.

II. Francisci Philelphi, *ad Thomam Thebaldum mediolanensem convivium secundum.* « Tua quadam optima illustrique » fortuna video contigisse . . . », f. 53-130.

Colloquentes de re philosophica, seu convivio assistentes inducuntur Triulcius, Thomas Thebaldus, Aloysius Crottus, Corradinus, Guido Torellus, Guarnerius Castellio, Nicolaus Tercius, Axaretus, Maphaeus Muzanus, Lancellotus, Franchinus Castellio. Mentio identidem facta viventium Arasmi, Blasii, Ioannis Antonii Rambaldi, Andreae Biragi, Francisci Barbavara, Simonini Gilini, Ioannis Ferusini, Christophori Velatini, Nicolai Arcimbaldi, Leonardi Iustiniani, Francisci Barbari, Antonii Bernaregii, Poggii Rombolionis. Convivium utrumque saeculo XV Mediolani et Venetiis prodiit.

Operum titulus tum Cornelii tum Philelphi gerit insignia familiae comitum Zabarella, aquilam bicipitem. Operculo interiori legitur: *Ex dono comitis Iacobi Zabarellae Oct. Ferrario bibliothecae praefecto.*

Cod. 69 membr., saec. XV, a. 282, l. 194 [Z. L., CCCLXXXII]. B.

I. C. Svetonii Tranquilli, *de vitis XII Caesarum.* « Iulius » Caesar annum agens sextumdecimum patrem amisit . . . », f. 5-227.

II. Sidonii *versus,* nempe **a.** *In XII Caesares* — **b.** *Nomina Caesarum* — **c.** *Longitudo regni Caesarum* — **d.** *Mortes Caesarum,* f. 227-228.

et castigata ad mss. codices Ambrosianae bibliothecae, additis notis et variis lectionibus Henrici Canisii. In nostro codice impar librorum Eutropii partitio; abest continuatio Landulphi Sagacis; fere omnia desiderantur charactere italico, vulgo *corsivo* a Muratorio impressa, quae scilicet *Miscellae* serius accesserunt. Librum extremum, ut in codicibus, haec concludunt: « Quia vero restant » adhuc quae de Iustiniani Augusti felicitati dicantur, in sequen- » ti libello, Deo praesule, promenda sunt ». Quem tamen libellum vel auctor non exaravit, vel in *Langobardorum gesta* intulit.

VII. *Commentaria imperatorum romanorum a Iulio Caesare, per Franciscum Petrarcham edita, usque ad tempora sua.* « Optas, » clarissime marchio heroicarum cultor virtutum, posse facili- » ter . . . », f. 157-166.

Est *liber augustalis* Benvenuti de Rambaldis de Imola, pluries editus, quo vitae Augustorum centumtredecim a Iulio Caesare ad Venceslaum nondum vita defunctum enarrantur. Finit epigraphe: *Francisci Petrarchae commentum de temporibus romanorum imperatorum explicit.* Quo super annoto *libellum augustalem* Petrarchae tributum, quod viri huius illustrissimi aevo sit exaratus et per eum editus.

VIII. Domitii Calderini, *viri clarissimi, de vita Caii Svetonii Tranquilli.* « Caius Svetonius Tranquillus Svetonii Lenis » filius, unde etiam cognomen accepit . . . », f. 167.

IX. *Ex libro septimo Sicconis Polentoni de illustribus scriptoribus.* « Hoc quoque in ordine adest memorandus C. Sveto- » nius Tranquillus . . . », f. 167.

Quae ex Domitio Calderino et Siccone Polentono vitae exhibentur ton tantum horum operibus insunt, sed Svetonii quoque editionibus, praesertim antiquis sunt communes.

Codex eleganter exscriptus, praestat picturis egregia arte expressis, tum in litteris librorum initialibus, tum praesertim in tituli marginibus, cum insigniis gentis alicuius.

Cod. 72 chart., saec. XV, a. 300, l. 212 [L. X, XXX]. Mk.

C. Svetonii Tranquilli, *de vitis XII Caesarum.*

Notae occurrunt marginales in codice duabus columnis di-

stributo; potiores rubrica signatae. Loca graeca litteris latinis expressa sunt.

Cod. 73 membr., saec. XV, a. 334, l. 238 [L. X, LXXXIV]. Ma.

Plutarchi, *vitae quorundam virorum illustrium, saeculo XV ab interpretibus variis latinae redditae.*

Folia plura vel ex integro exsecta sunt, vel per partes, eo ut litterae initiales egregiae pictae evellerentur, unde fit ut vitarum pars maior per fragmenta offeratur, hoc ordine: 1. *Timoleon et Paulus Aemilius* — 2. *Cimon* — 3. *Lucullus* — 4. *M. Antonius* — 5. *Paulus Aemilius* — 6. *Q. Sertorius* — 7. *M. Tullius Cicero* — 8. *Demosthenes* — 9. *Galba Sulpitius* — 10. *Otho Caesar* — 11. *Pyrrhus* — 12. *Tiberius et Caius* — 13. *Cato Uticensis* — 14. *Plato* — 15. *Aristoteles* — 16. *Aristides* — 17. *Cato censor* — 18. *Artaxerses rex* — 19. *Aratus* — 20. *Alexander* — 21. *Caesar* — 22. *Marius* — 23. *Agis et Cleomenes* — 24. *Eumenes*. Ex iis una tantum integra superest, nempe Othonis Caesaris ex versione Francisci Philelphi. Vita Platonis habet interpretem Guarinum Veronensem [re auctorem]; Aristotelis, Aristidis, C. Marii, Leonardum Aretinum; Artaxersis Lapum Castelliunculum seu Florentinum.

Extremo: « Opus absolutum ad petitionem Ioannis Mar» chanovae, artium et medicinae doctoris MCCCCLXVI ». Anno proxime insequenti memoria ingesta donationis Marchanovae congregationi canonicorum regul. s. Ioannis in Viridario.

Codex folia universim 366 continet, si quae abscissa quoque connumeros.

Cod. 74 membr., saec. XV, a. 252, l. 170 [L. X, LXXX]. Mk.

Publii [Petri] Candidi Decembrii, *ex illustrium comparationibus in Plutarchum Cheronensem epitomatum libri tres.*

Praeeunt argumenta comparationum octodecim hoc ordine: 1. *Theseus* = *Romulus* — 2. *Lycurgus* = *Numa Pompilius* — 3. *Solon* = *Publicola* — 4. *Alcibiades* = *M. Coriolanus* — 5. *Themistocles* = *Camillus* — 6. *Fabius Maximus* = *Pericles* —

7. *Aristides* = *Cato Censorius* — 8. *Pyrrhus* = *C. Marius* — 9. *Lysander* = *L. Sylla* — 10. *Phocion* = *Cato Uticensis* — 11. *Dion* = *M. Brutus* — 12. *Ti. et C. Caii Gracchi* = *Agis et Cleomedes* — 13. *Timoleon* = *Paulus Aemilius* — 14. *Eumenes* = *Q. Sertorius* — 15. *Philopemenes* = *T. Flaminius* — 16. *Pelopidas* = *M. Marcellus* — 17. *Cymon* = *Lucullus* — 18. *M. Antonius* = *Demetrius*, f. 1-4.

De operis proposito haec sub fine prologi interpres: « Illustrium virorum vitas a Plutarcho editas graecis litteris latinas fecimus, nisi si quas aut splendor gestarum rerum illis addere, aut obscuritas potius delere suadebat; easque libellis quatuor absolvimus. In quibus potissimum hunc ordinem sequuti sumus ut historiae studeremus, servaremus modum, nihilque omnino demeremus nisi quod prolixitatem gigneret aut errorem. A principio itaque scribere adorsi quinque et viginti parallelas addidimus, ita ut a Theseo primam auspicantes in Alexandro tandem finem poneremus ». Verum Decembrius octodecim tantum, ut supra diximus, vitas exhibuit parallelas libro primo usque tertium contentas, fine in Antonio et Demetrio dato.

Operis inediti ex hoc ipso codice mentionem innuit Apostolus Zenus in *Dissertazioni Vossiane*, t. I, p. 206, hoc annotans *epitomata haec* ab eiusdem *historiae romanae epitome* plurimum differre.

Codicem, folior. 274, reddunt pretiosiorem nunquam edita materies, perrari codices, textus sat castigatus et polite exscriptus, teres ac candida membrana.

Cod. 75 membr., saec. XV, a. 268, l. 170 [Z. L., CCCLXXXIII].

I. Alexandri et Caesaris, *vita, e graeco* [Plutarchi] *in latinum conversa.* « Regis Alexandri Caesarisque qui Pompeium profligavit vitam in hoc volumine scribere . . . », f. 1-47.

Titulus, ab interprete Guarino Veronensi etiam in editionibus antiquioribus datus, respicit vitam utramque, quam tamen seorsim scripsit.

II. Caesaris, *vita.* « Cinnae dictatoris filiam Corneliam ab Caesare distrahere potitus rerum Sylla voluit . . . », f. 48-88.

Sunt qui Guarino, qui aliis tribuant versionem. Certe in editione veneta Ascensiana a. 1520 inscribitur: *C. Caesaris viri illustris vita ex Plutarcho, per Iacobum Angelum de Scarparia in latinum versa, vel per Guarinum Veronensem, ut aliae impressiones habent.* Desideratorum in textu pars fere extrema folii 87-88 suppleta.

Codex diligenter, non sine mendis, exscriptus.

Cod. 76 chart., saec. XV, a. 295, l. 206 [L. X, LXXXII^a]. Ma.

I. Guarini Veronensis, *in Alexandri Caesarisque vitam prooemium.*

II. Eiusdem, *Caesaris imperatoris vita,* quae supra, f. 42-74.

Codicis folio primo schedula adhaeret impressa: *Colligebat Ascanius Varese patavinus, abbas generalis congreg. lateranensis canonicis suis et sibi,* nescio quare, cum folio extremo legatur: *Librum hunc Canonicis regularibus lateranensibus in monasterio divi Io. Bapt. de Virid. Paduae agentibus vir venerabilis ac devotus Christi sacerdos et bonarum artium cultor, graece, latine, hebraice aeque peritissimus d. Petrus Montagnana, optima fide, pietatis studio, proque salute adscripsit atque donavit, quem quisque legens proficiat primum, deinde sit gratus. MCCCCLXXVIII.*

Cod. 77 membr., saec. XV, a. 209, l. 148 [L. X, LXXXIII]. X.

I. Quinti [Cnei] Pompeii Magni, *per Iacobum Angelum, ex Plutarcho vita incipit.* « Erga Pompeium mox ex ipso inicio vi» detur populus romanus affectus . . . », f. 1-63.

Eadem est quae nomine Antonii Tudertini interpretis, in antiquioribus Plutarchi editionibus vulgata est, quaeque codicibus bibliothecarum Laurentianae florentinae, ecclesiae cathedralis patavinae, athenaei taurinensis inest. Auctor ex oppido Scarpariae, ditionis bononiensis aliquot alias Plutarchi vitas est interpretatus.

II. Leonardi Iustiniani, *veneti, v. p. ad Marcum fratrem, in Phocionis Atheniensis vitam.* Prooemium: « Meminisse te ar» bitror, Marce frater, cum domi adessem, aliquando me . . . »;

vita autem: « Demadem oratorem tradunt plurimum Athenis » potentia et opibus valuisse... », f. 63-99.

Interpretationem prisci Plutarchi vitarum editores Lapo Florentino falso tribuunt, quod a saeculo usque decimosexto asserit Antonius Stella in vita b. Bernardi Iustiniani [Venetiis, Io. Gryph., 1552, 8, p. 7]. Locum integrum repeto quod rei lucem affundat: « Vertit etiam [Leonardus] in latinum e Plutarcho, » Cimonis, Luculli et Phocionis clarorum heroum vitas longe » omnium elegantissime et latini sermonis puritate, quae diu » aut neglecta ab aliis, aut parum accurate quaesita videban» tur, etsi nonnulli [ut in vulgatis codibus reperio] Lapo Flo» rentino hanc Phocionis vitam falso adscribunt. Nam vidi ego» met codicem manuscriptum certissimum tanti viri eruditionis » testimonium apud Iustinianum hierosolymitanum equitem, » Bernardi nepotem meritissimum, in quo eam, quam dicimus, » Phocionis vitam, ab eo prius in gratiam Marci fratris versam » perlegi, cum huiusce translationis praefatione ad Marcum » fratrem qui cum primum bergomensem praeturam ageret, in » eo magistratu adeo vigil ac diligens semper fuit, ut..... ». Auctor, Bernardi filius, Laurentio protopatriarchae frater, praetor Foriiulii, *post septennium, quo terra marique adversus Philippum Mediolani ducem duo maxime bella gessimus pro Italiae sociorumque libertate,* epistolam scripsit ante annum 1438, quo Marcus occubuit. Venetias reversus, procurator s. Marci renuntiatus, eques auratus Stephanum Contarenum anno 1443 suffecit. Obiit a. 1446. Eius gesta narrat Ioannes degli Agostini in *Notizie degli scrittori veneziani,* t. I, p. 135-176.

III. *Oratio de d. Basilio magno, ecclesiae doctore.* « Cum » multas nobis dicendi causas magnus Basilius semper propo» neret, meaque oratione tantum afficeretur... », f. 101-146.

IV. *Oratio de d. Athanasio, episcopo alexandrino.* « Cum » laudandi Athanasii munus susceperim, virtutem ipsam mihi » opus est laudare... ».

Initium tantum orationis exhibitum.

Rite suspicor orationem utramque stylo eodem ac superiori Phocionis vita exaratam, Leonardum Iustinianum habere auctorem, quod praecipue constet eum Nicolai Magni myrensis

antistitis vitam iam impressam ex graeco transtulisse. Huc accedit quod coniiciendum ex allatis putem codicem hunc eundem esse quem Antonius Stella Iustiniano pertinuisse asserit.

Cod. 78 membr., saec. XV, a. 248, l. 166 [Z. L., CCCLXXXIV]. B.

Gesta romanorum principum seu imperatorum et rei publicae invasorum a divo Adriano usque ad Numerianum Augustum ab historiographis scripta diversis.

Gesta haec Augustorum ab Hadriano ad Carinum pluries edita auctores habent Aelium Spartianum, Iulium Capitolinum, Aelium Lampridium, Vulcatium Gallicanum, Trebellium Pollionem, Flavium Vopiscum; ideo nomen inditum: *Historiae augustae scriptores sex.* Qui corruptam codicis lectionem expurgare aggredietur, Augiae stabulum everrere tentabit: ab opere certe deterritus est qui marginibus paucula quaedam emendavit.

Codex, foliorum 250, refert litteras initiales auro pictas et in titulo insignia cardinalis Columnae.

Cod. 79 membr., saec. XV, a. 170, l. 130 [L. X, CCXXXV]. N.

Benvenuti de Rambaldis de Imola, *libellus augustalis, seu imperatorum omnium a Iulio Caesare ad Venceslaum abbreviata descriptio.* « Primus igitur qui Romanorum arripuit imperium » fuit Iulius Caesar Lucii C. filius . . . ».

Praeeunt dedicationis epistola de qua infra; index alphabeticus centumtredecim vitarum, prooemium ad Nicolaum Marchionem Estensem: « Optas . . . . heroicarum vir- » tutum cultor posse faciliter . . . ». Venceslai vita, prae aliis codicibus ac editionibus dat vitam Venceslai absolutam: « sed » coronam imperii, animi segnicie, minime obtinuit: omnem » suam pueriçiam libidine et luxu faedavit: obiit cum tricesi- » mum ageret annum. τέλος ». Vide cod. 71.

Quod notatu singulare accidit, id est Ant. Th. [Antonium Thebaldaeum] codicem hunc nuncupasse *Divo Matthiae regi invicto Pannoniae Boemiaeque,* epistola, quam anecdotam puto: « Mandavit mihi maiestas tua ut libellum de vitis imperatorum

» emendarem, quem, etsi propter barbarorum colluvionem, pertinacis mendae omni ex parte depravatum reperi, conatus sum » reddere emendatiorem ac proprio scribere χειρογράφῳ. Sed cum » sciam splendorem tuum plurima lectione oblectari, et velle ad » unguem optima quaeque noscere, non videor propter summam » auctoris brevitatem illi aut mihi satisfecisse; quod si gratum » erit, expectabis a me novam editionem quae singulorum imperatorum vitas non ita ieiunas, sed floridiores et uberiores » enarrabit summo cum studio, nam nihil esset tam arduum » atque laboriosum quod illius nutu avidissime non exsequerer. » Vale ». Novum *augustalem libellum* serius Thebaldeum exarasse minime constat. Quod volumen hoc, non aliud, regi obtulerit, vel offerrendum sibi proposuerit, ex eo liquet quod titulum paulo immutaverit, erasis enim verbis *Clarissime marchio* [Nicolaus Estensis] intulit *Serenissime rex,* ac margines picturis ornavit, inferiori duobus puerulis appositis insignia eius regis tenentibus.

Cod. 80 chart., saec. XVI, a. 284, l. 205 [L. X, CCLIII]. N.

Ioannis Michaelis Nagonii, *vitae imperatorum quorundam et tyrannorum romanorum.* « Solet quaeri ab studiosis viris, » utilis ne sit historia . . . ».

Auctor sic in prooemio [quo caret codex 81]: « Nihil iis » commentariis falsi, quantum perspeximus, ausi sumus. Exorsi ab interitu iunioris Gordiani usque ad exilium Iustini » Heracliorum, multa dispersa in unum corpus collegimus; ab » Philippis vero usque ad caedem Aemiliani; quia Trebellii Pollionis labor sine capite est, et monimenta illorum temporum » desiderantur, nimis circumcise narravimus utcumque. Certi » sumus procul dubio libellos tibi, Borgia, placituros . . . ».

Quae a folio 37 usque ad extremum insunt, eadem sunt quae codex subsequens complectitur: quae antecedunt, ad Caesarum quorundam vitas, nempe a Maximino I ad Licinium [ann. 235-323] se referunt. Heraclii vita fusius codice hoc excussa.

Quas sibi impudenter Nagonius Caes. vitas tribuit, Pomponium Laetum habent auctorem, quo nomine pluries editae sunt.

Cod. 81 membr., saec. XVI, a. 210, l. 142 [Z. L., CCCCVII]. P.

Eiusdem, *vitae Caesarum,* ab auctore *cive romano et poeta laureato* dictae *magnifico ac generoso d. Andrea Gritti p. veneto.* « Maiores nostri, magnifice ac splendide Andrea, ex Grittorum » familia ... ».

Quid doni offerat sic nuntiat Nagonius: « Nuper Constan- » tinopolim, quam novam Romam vocamus, profecturus, quid » tibi offerre non habui praeter vitam Flavii Valentinis Con- » stantini magni, fundatoris urbis pacisque, et liberatoris. Ha- » bes et vitam Magnentii, Britannionis [Vetranionis], Silvani » Bonitii filii, Galli Constantii, Iulii Iuliani, Varroniani, Ioviani, » Fl. Val. Valentiniani et Valentis Augusti, Theodosii Augusti » et Fl. Val. Macrini [Marciani], Fl. Val. Leonis [I], Fl. Val. » Zenonis [Leonis II], Fl. Val. Anastasii, Fl. Val. Iustini, Fl. » Val. Iustiniani, Fl. Val. Iustini [iunioris], Tiberii [II], Mau- » ritii, Phocae, Heraclii et noni Constantini, Caesarum ... ».

Folio quarto *recto,* titulo egregie cum insigniis familiae Grittorum picto, denuo *Splendido ac praeclaro domino Andreae Gritti in Constantinopoli mercatori, celeberrimo patritio veneto vita Fl. Val. Constantini, ob eius animi magnitudinem dicata* inc.: « Flavius Val. Constantinus natus est in Britanniis patre » Constantio ... ». Sub fine fol. 64: « Praefuerunt omnes ann. » LXXXVII ». Folio proxime insequenti: *E. V Magnificentiae totus deditus Iohannes Michael Nagonius, civis romanus et poeta laureatus.*

Idem Nagonius auctor est *septem librorum poematum ad Wladislaum II Boemiae et Hungariae regem,* quos edidit Leopoldus Ioannes Scherschnick. Pragae, 1777, 8.°

Codex nitore conspicuus, foliorum 65, rubro caractere exscriptus est.

Cod. 82 chart., saec. XVII, a. 212, l. 150 [L. X, CLXVII]. Z.

Ioannis Huttichii, *imperatorum romanorum libellus.*

a. *Imperatorum et Caesarum vitae,* f. 6-32.

b. *Tyranni triginta qui imperium partim vi, partim dolo invaserunt,* f. 33-42.

c. *Imperatores occidentales post divisionem romani imperii,* f. 43-49.

d. *Imperatores orientales vel constantinopolitani,* f. 49-57.

e. *Series imperatorum occidentalium a Carolo Magno usque ad Carolum quintum,* f. 58-71.

f. *Index alphabeticus imperatorum* ec., f. 72-78.

g. *Series nummorum qui in libro delineandi forent,* f. 79-83.

Quae in opere pluries edito desiderantur, sunt: prooemium [f. 1-2] quo auctor *de consulibus et illustribus viris* libellum se editurum promittit; operis nuncupatio iurisconsulto et equiti germano, d. Othoni a Pack, ducis Saxoniae Georgii a consiliis [f. 3-5]; nummorum syllabus. Quae vero editiones exornant sunt imagines virorum laudatorum, ac de iis carmina Ausonii, Ursini Velii, Micylli.

Cod. 83 chart., saec. XV, a. 293, l. 219 [L. X, CXIV].

Ioannis Boccaccii, *opus in quo virorum illustrium tractentur casus et ut plurimum infoelices exitus. Libri novem.*

Textus [cum notis marginalibus manu seriori additis] idem est ac in editionibus, nisi quod libro sexto quaedam praepostera occurrant; nono vero, caput extremum amplificatum sic finit: *Tu autem parve liber longum vive felixque insignis militis Maynardi meique tenax nominis atque fame. Amen.* Inferius: *Manu mei Federici de Mercatellis.*

Folia codicis extrema [124-127] dant indicem personarum alphabeticum usque ad litteram N. Qui versus folio 124 *recto* adduntur, hi congruunt ultimis textus verbis:

Epitaphium Maynardi.

Quisquis marmoreum vides sepulchrum
Extincti eulogium leges precemur.
Dives, nobilis et decens modestus
Et doctus teneris cadens sub annis
Sub saxo Maynardus hoc quiescit.

Cod. 84 chart., saec. XV, a. 280, l. 200 [L. X, CCLIV]. N.

I. *Celebris viri Ioannis Boccaccii de Certaldo, de mulieribus claris, ad Andream de Acciarolis Alteville comitissam liber incipit feliciter.* Dedicationis littera: « Pridie, mulierum egregia, » paululum ab inerti vulgo semotus . . . »; prooemium: « Scripsere iamdudum nonnulli veterum sub compendio de viris » illustribus libros . . . », f. 2-82.

Vita Brunechildis reginae Francorum omissa in hoc et sequentibus codicibus 85-86. Operi praeest index.

II. *De Maria Puteolana, ex epistolis celeberrimi viri Francisci Petrarche poete florentini libro quinto rerum familiarium epistola quarta ad Ioannem de Columna.* « Cum multa sane mi» racula Deus ille fecerit, qui mirabilia magna solus... », f. 83.

III. *Oratio funebris anniversaria in laudem Catherinae de Vicecomitibus, ducissae Mediolani.* « Non multis antea diebus » elapsis, patres in Christo reverendi . . . . hoc in eodem loco » constitutus . . . », f. 84-85.

Codicem probabilius possederat qui folio primo scripsit: *Guillelmus Landrianus manu propria.*

Cod. 85 chart., saec. XV, a. 330, l. 210 [L. X, LVI]. Ye.

Iohannes Bucacius [sic] de Certaldo, *de mulieribus claris liber.*

Praeit duplex prooemium: *mulierum clarissime Andree de Acciarolis de Florentia Alteville Comitisse;* et *ad Andream de Acciarolis de Florentia Alteville Comitissam* [sic]. Sub fine index serie nominum alphabetica oblatus.

Codicem, folior. 58, dono obtulerat comes Iacobus Zabarella Octavio Ferrario, bibliothecae archigymnasii patavini praefecto.

Cod. 86 membr.-chart., saec. XV, a. 513, l. 222 [L. X, LVII]. Ma.

Eiusdem, *de mulieribus claris.*

Codex, foliorum 56, quorum primo adhaeret schedula im-

pressa: *Colligebat Ascanius Varese Patavinus Abbas Generalis Congr. Lateranensis Canonicis suis et sibi.*

Cod. 87 membr.-chart., saec. XV, a. 353, l. 262 [L. X, LVIII]. Mk.

Fratris Ioannis de Columna romani, ordinis Praedicatorum, de viris illustribus libri duo. « De vita et moribus virorum » illustrium, tam sanctorum quam aliorum philosophorum tra» ctaturus, quae in diversis libris de eisdem . . . ».

Operis inediti conspectum, ex hoc ipso codice, dedit vir clarissimus Io. Franciscus Bernardus M. de Rubeis in *admonitione praevia* n. 6 ad tomum primum operum s. Thomae Aquinatis (1), recusa inter dissertationes de huius sancti Doctoris gestis et scriptis; virorum illustrium, de quibus in eo agitur, indice exhibito, ac vitis etiam nonnullis prolatis. Sententiam de eo suam vir acris iudicii adiecit, nimirum a Ioanne Columna ord. Praedic., archiepiscopo messanensi, qui saeculo XIII floruit, idem primum prodiisse; deinde vero a scriptore alio, qui anno 1332 vitam adhuc agebat, in codice saltem hoc fuisse interpolatum. Addam ego, de rebus quoque saeculi decimi quinti nonnihil intermixtum esse. Namque de T. Livio ubi agitur, post historiarum eius iudicium huiuscemodi verbis editum: ***Huius historiarum volumen centum quinquaginta libros continet, sed omnes minime reperiuntur, exceptis dumtaxat triginta libris, licet raro quadraginta reperiantur. Vidi ego tamen quartam decadam in archivis ecclesiae carnotensis, sed littera adeo erat antiqua, quod vix ab aliquo legi poterat ec.;*** haec accedunt: ***Paduae decessit, unde originem traxerat: cuius sepulchrum nostra aetate apud eandem urbem repertum est.*** Quae postrema verba, ni quidem fallor, eam inventionem respiciunt quae anno 1413 Patavii contigit, quando Livii tumulum detectum fuisse plerique omnes putavere; quemadmodum ex epistola Sicconis Polentoni ea de re, a Pignoria: *Origin. patav.*, p. 124 et aliis allata constat. Eiusdem vero interpolationes in alio exemplari bibliothecae Barberinae [n. 1007], quod saeculo XV scriptum

(1) Venetiis, 1745-1760, vol. XXVIII, 4.°

esse puto, a viro cl. Caspare Garattonio, bibliothecae illius praefecto traditum est.

Ceterum haud tanti opus est ut eius editionem fieri rei litterariae intersit; secus atque Eckardus in *Historia scriptorum ordinis Praedicat.*, et alii putaverint. Si enim excipias quae de viris illius ordinis illustribus nonnullis insunt, et ab annalium ordinis ipsius scriptoribus ac Bernardo M. De Rubeis aliisque edita sunt; fere omnia ex Hieronymo, Gennadio, Augustino, Lactantio, Cicerone, Seneca, Valerio Maximo, Helinardo, Vincentio Bellovacensi, Ioanne Sarisberiensi, auctore *de vita et moribus philosophorum* [qui Gualterus Burleus haberi consuevit, fortasse tamen Guillelmus Ramseye est], aliisque sumpta sunt, et quidem ad litteram saepe. Alia de hoc ipso codice Berardellus attulit in *Nuova raccolta d'opuscoli*, t. XXXIX. De auctore fuse disserunt Eckardus, Turonus, aliique.

Codex, foliorum 81, duplici columna nitide exscriptus est.

Cod. 88 chart., saec. XVIII, a. 256, l. 185 [L. X, CLX]. Z.

I. *Dialogus de hominibus doctis, auctore Paulo Cortesio.* « *Paul.* Insula quidem haec ex omni aspectu eximiam . . . », f. 7-57.

Praeeunt fol. 1 epistolia duo quibus L. Phosphorus pontifex signinus et Angelus Politianus *dialogum elegantissimum et plane latinum* commendant. Foliis 2-6 legitur prooemium auctoris Laurentio Medici.

Colloquium institutum fingitur inter Paulum Cortesium et Alexandrum Farnesium adolescentes ac Antonium, quo colloquio quid actum fuerit auctor in prooemio Laurentio Medici nuntiat: « Quumque quaereretur quinam essent hi, quorum in» geniis sunt sopita studia excitata, rogavimus omnes Anto» nium quondam maiorem natu, doctissimum quidem illum ho» minem, et ingenii acerrimi ut, si ei placeret, quid de iis viris » sentiret, explicaret . . . ».

Opus, quod rhetorici exercitii specimen quam severioris historiae documentum appellare ausim, scripsit auctor a. circiter 1490, edidit Florentiae a. 1734 Bernardus Paperinius; qui

vitam Cortesii [oppido Sancti Geminiani Etruriae a. 1465 orti a. vero 1510 defuncti], et adnotationes addidit.

II. Alexandri Cortesii, *ad christianiss. Ludovicum Francorum regem opusculum* [Poematia]. « Suscipe non tristi, rex chri- » stianissime, vultu . . . », f. 58-66.

Auctorem Pauli fratrem sic in huius vita Paperinius laudat. « Alexander latinis musis clarus, cuius carmina non semel for- » mis ante excusa, novissime illustrium poetarum italorum poe- » matibus inserta Florentiae prodiere ».

Cod. 89 chart., saec. XVII, a. 189, l. 176 [L. XIII, LXXXII]. N.

Octavii Ferrarii, *elogia doctorum virorum. Centuria prima.* « Tit. Liv. Patav. Aurea litterarum sub Augusto aetas uberrimo » proventu clarissima ingenia profudit . . . ».

Auctor [n. 1607, m. 1682] opere inedito ac autographo egit de omnis aevi viris doctrina illustribus. Elogia ss. *Athanasii, Basilii, Ioannis Chrysostomi, Gregorii Magni* et *Nazianzeni* ediderunt parochi congregationis s. Stephani de Martelaco. Io. Bapt. Bernardi canonico tarvisino bene ominantes [Venetiis, 1842, p. XV, 8 °]; septem ecclesiae patrum d. *Dionysii Areopagitae, Clementis Alexandrini, Origenis, Tertulliani,* d. *Cyrilli Alexandrini, Theodoreti,* d. *Thomae Aquinatis,* ibidem a. 1843 publici iuris facta sunt, qua occasione Aloysius Zentilli ecclesiae s. Mariae gloriosae curio inter canonicos honorarios metropolitanae basilicae s. Marci Venetiarum est cooptatus.

Edenda supersunt *Ammiani Marcellini, Anacarsis, Anacreontis, Anagorae, Archimedis, Bacchilidis, Carneadis, Chilonis, Chrysippi, Cleantis, Epicuri, Heracliti, Herodoti, Hippocratis, Homeri, Pindari, Pittaci, Platonis, Ptolemaei, Pythagorae, Sapho, Simonidis, Socratis, Solonis, Stesicori, Strabonis, Thaletis, Theophrasti, Thucydidis, Zonarae* — item *Apuleii, Catonis, Horatii, Iustini, Lucani, Martialis, Ovidii, Petronii, Plauti, Porcii Latronis, Quintiliani, Senecae triplicis, Svetonii, Taciti, Virgilii* — ulterius *Alciati, Aretini, Avicennae, Beroaldi Phil., Boccaccii, Brissonii Barn., Canteri Willelmi, Chrysolorae, Dantis, Enogleri Quir., Guicciardini Franc., Lipsii, Lombardi Petri,*

Lulli Raim., Manutii Pauli, Metaphrastes Sim., Mori Th., Mosellani Petri, Nonnesii Io. Petr., Ortelii Abr., Perronii card., Petrarchae, Pii pp II, Politiani, Roffensis card., Sannazarii Iac., Savonarola Hier., Scoti Io., Tassi Torq., Trithemii, Urbani pp. VIII, Victorii Petri, Vives Ludovici.

Cod. 90 chart., saec. XVIII, a. 203, l. 164 [L. XIV, CLXII]. Z.

Gerardi Ioannis Vossii, *de historicis latinis libri III.* Lugduni Batavorum, ex officina Ioannis Maire, 1651, p. 830, 4.°

Editioni additamenta ditiora, ea rei amplitudine, eruditione, copia, apposuit Apostolus Zeno manu propria, ut, quanquam vetustioris philologiae supellex in hoc usque tempus mire excreverit, tamen materei inde hauriendae sat remaneat. Idem foliis praeviis varia auctorum loca allegat quae Vossii vitae illustrandae conferant; quin et prooemii operi auctiori denuo imprimendo sibi propositiones enumerat.

Cod. 91 membr., saec. XIV, a. 180, l. 128 [L. X, XLIX]. F.

I. *Liber de vita et moribus philosophorum.* « De vita et mo- » ribus philosophorum veterum tractaturi . . . », f. 1-40.

Anonimae, ut in editionibus plerisque, hae vitae a Talete ad Priscianum grammaticum auctorem habent Gualterum Burlaeum, e discipulo Scoti Scotistarum adversarium saeculo XIV, magistrum quoque oxoniensem appellatum. Idem opus, aliquibus ex proprio insertis, Anastasius dalla Sala iurisconsultus, qua suum Cassellae a. 1603 protulit, unde illi turpis plagii notam inussit Placcius in *Teatro degli anonimi e dei pseudonimi,* p. 550.

II. *Liber quem composuit frater Iacobus de Cessulis, ordinis fratrum Praedicatorum, qui intitulatur de moribus et officiis nobilium super ludo scachorum.* « Multorum fratrum ordi- » nis nostri et diversorum secularium precibus inclinatus . . . », f. 41-72.

Operi pluries, a fine saeculi decimiquinti latine, gallice, itale vulgato, quantum fortuna faverit ostendunt codices mss.

in bibliothecis, quorum nostra quinque praeter hunc asservat [L. XIV, 13, 121, 131, 173, 174]. Auctorem illustrarunt Eckardus, Quetifus, Fabricius, Oudinus.

Cod. 92 chart., saec. XVIII, a. 330, l. 220 [L. XIV, CCLXXX].

Bartholomaei Herbelotii, *bibliotheca orientalis, seu lexicon universale, quaecumque ad notitiam orientalium populorum spectantia complectens; eorum scilicet historias atque traditiones germanas aut fabulares, religionem, sectas, politicam, regimen, leges, usus, mores, bella atque imperium, fata, scientias et artes, theologiam, mythologiam, magiam, physicam, moralem, medicinam, mathesim, historiam naturalem, chronologiam, geographiam, observationes astronomicas, grammaticam atque rhetoricam: vitas et gesta praecipue eorum divorum, doctorum, philorum, historicorum, poetarum, imperatorum, ceterorumque omnium, qui apud eos virtute et scientia magis claruerunt. Accedunt synopsis et criterium eorum tractatuum, versionum, commentariorum, synopseon, collectionum, fabularum, sententiarum, placitorum, adagiorum, narrationum, argute dictorum, omniumque librorum arabico, persico, turcico sermone in omnes scientias atque artes, omnisque generis instituta conscriptorum. Nunc primum e gallico latine vertit, notisque adauxit Caietanus de Pouthez venetus, sacrae theologiae doctor. Venetiis, ex typographia Pitteriana,* 1738. « Arabes et Barbari numerant menses anni » duodecim. Arabum quidem menses hi sunt . . . ».

Interpres statim a principio addidit foliis 1-29 *quae pro faciliori bibliothecae lectione atque intelligentia eidem praemittenda duxit,* ex Muhammede Alfergano, Choaia Nassir Ettusaeo, Vlug Beigo, Uscano episcopo Uscavanch et Vardapiet. Versionem anecdotam, a praefatione et principio lexici usque ad verbum *Bagdad Khatun,* ut in editionibus, dedit translator, cuius nomen mihi plane ignotum.

Cod. 93 membr., 1409, a. 770, l. 198 [L. XIV, XXXIV]. Ve.

I. Lucii Apuleii, *mudaurensis, metamorphoseon sive lusus*

asini libri undecim. « Et ego tibi sermone isto milesio varias » fabulas conseram, auresque tuas benivolas . . . », f. 1'-62.

Finem excipit: *Laudes deo glorioso* 1409, 6.° *madii.*

II. Eiusdem, *florida. Libri quatuor.* « Ut ferme religiosis » viantium moris est, cum aliquis lucus aut aliquis locus san- » ctus in via . . . », f. 63-72.

Libri quatuor quandoque in capitula viginti quatuor distributi sunt. Etsi desit capitulum extremum, quaedam sunt sub fine vigesimi tertii quae in editionibus desiderantur.

Opus utrumque corruptam sane habet lectionem.

Codicem, cum insigniis gentis Zabarellae, sub initio sic Ferrarius inscripsit: *Codex optimus. Donum comitis Iacobi Zabarellae Oct. Ferrario biblioth. praefecto. Anno MDCXLVI.*

Cod. 94 chart., saec. XV, a. 200, l. 146 [L. X, CCXCVIII]. D.

I. Fabii Placiadis Fulgentii, *mythologiarum libri tres.* « Res » quae caret effectu et ubi emolumentum deest . . . », f. 2-43.

Praeeunt vaticinia sybillarum Persicae, Libicae, Delphicae, Chimeriae, Erithreae, Samiae, Cumanae, Hellesponticae, Phrigiae, Tyburtinae, Europeae, Egnippae; ut et index fabularum terno libello distributarum.

Lectio quandoque corrupta, ex singulari, ut puto, auctoris locutione. Speciminis gratia, do variantes quasdam, collatione instituta cum editione, quam Thomas Munsterus et Augustinus Van Steveren dederunt Lugduni Batavorum anno 1742, in *mytographis latinis.*

Editio.	Codex ms.
Pag. 604 lin. 5 *et egredientes studio*	*et gradiendi studio*
— 607 — 6 *merulentas Pierides*	*mergulentas Pierides*
— 607 — 7 *lucidae*	*translucidae*
— 614 — 9 *saeculis intacta*	*in scholis intacta*
— 618 — 8 *languore somni lepido*	*languore somni lippido*
— 628 — 4 *in se se vergat*	*in se revergat.*

Nihilotamensecius occurrunt quae editionibus emendandis prosint.

II. Publii Ovidii Nasonis, *fabulae*. « Gygantum sanguine » natus Lycaon quam sacrilega mente versatus sit, ipsius te» statur exemplum . . . », f. 44-101.

Narrationis finem excipit: ***Publii Ovidii Nasonis Sulmonensis poetae clarissimi fabulae expliciunt.*** Adduntur nominatim: *Incipiunt locorum dearum nomina* — ***Dearum parcarum nomina*** — ***Furiarum nomina*** — ***Thebanarum portarum nomina*** — ***Ora Nili*** — ***Nomina septem montium;*** tum ***onomasticon.***

Pleraeque ex fabulis respondent ad litteram operi Lactantii Placidi: ***Narrationes fabularum quae in P. Ovidii Nasonis libris XV metamorphoseon occurrunt,*** edito in cit. ***mythographis,*** p. 786. Principium congruit fabulae sextae quarti libri. Etsi in codice, mythologiae quaedam quae occurrunt in editis desiderentur, tamen annoto haec ad verbum sumpta esse ex Lactantii Placidi commento in Servium, vel ex Servii in Virgilium. Exempli gratia, transcripta omnino legimus in codice quae Servius de Pane, Tantalo, Potitio et Pinario in ***eclogam.*** II, v. 31; in libr. tertium ***Georgicorum,*** v. 7; in octavum ***Aeneidos,*** v. 269, ait. Quo super, minime praetereundum censeo Iosephum Scaligerum in opere: ***Ad Eusebii chronicon,*** p. 19. animadvertisse Lactantium plura ex Servio usurpasse.

Etsi codex magis abundet fabulis quam Ovidii ***metamorphosi*** insint, tamen asserendum lectiones variantes excellentiores esse obvias quae a textu communi differunt, quin interdum quoque manifesto emendant. Speciminis loco, libri II fabula 5.ª et 6.ª habent editiones: ***Neque ideo immerenti delictum remissum est;*** codex vero: ***Neque id a Dea Iunone, quasi negligente, delictum remissum est:*** sic libri VII, fol. 27, editio ***remissus Cephalus,*** codex ms. ***remissus caelo.***

Accedit eodem editionem anni 1742 non tantum usu codicis nostri, sed etiam duarum quas Munsterus et Steveren minime noverant ex saeculo XV, titulo: ***Donati grammatici peritissimi fabularum breviatio Ovidii Nasonis elegans et succincta,*** emendari posse. Earum una caret notis typographicis, altera prodiit Patavii per Petrum Maufer rothomagensem; utraque castigatiori praestat lectione.

Cod. 95 chart., saec. XV, a. 210, l. 132 [L. X, CXIX]. Mr.

Mythologiae antiquioris tum graecae, tum romanae. « Dii » vel dei quos pagani deos asserunt, olim homines fuisse pro- » duntur... »: Folia 78.

Praeest foliis quatuor index nominum ad loca quo excutiuntur relatorum. Plura sunt ex auctoribus mythographis latinis sumpta. Scriptor tamen anonymus plura addidit quae christianam tractationis originem revelant.

Cod. 96 chart., 1481, a. 172, l. 130 [L. X, CCLXXXIX]. D.

I. Marini Sanuti, *filii quondam domini Leonardi, patricii veneti, Deorum memorabilia priscorum, ad Leonem Michaelem omnibus virtutibus ornatissimum.* Littera dedicationis: « His ego » te deis [si tamen dii vere appellari possunt]... »; tractatio: « Ianus primus deus et pater Saturni... », f. 1-38.

II. —— *Dearum memorabilia priscarum, ad dominum Franciscum Sanutum, senatorem clarissimum ac patruum suum amantissimum.* Littera dedicationis: « Composueram die- » bus superioribus, vir magnifice, opusculum... »; tractatio: « Cybeles dea terrae et mater Deorum... », f. 42-70.

Opus iuvenile ex mytographis tum antiquis tum recentioribus collatum, cuius mentionem innuit idem Sanutus epistola lectoribus, *historiae belli ferrariensis* praeposita. Vide quae Iacobus Morelli annotavit in epistolam Petri Bembi [*Monumenti veneziani*, p. XLIII], ut et prooemium Petri Bettio historiae eius belli ex nostris codicibus editae. Opella ceterum, minime autographa, latuit Philippum de Boni, quod ex articulo: *Sanudo Marino figlio di Leonardo* in *Dizionazio bassanese degli uomini illustri*, infero; quemadmodum etiam Rawdon Brown qui praetermisit in *Ragguagli sulla vita e sulle opere di Marin Sanudo, detto il iuniore.*

Primo interiori operculo auctor sua manu scripsit: *Est Marini Sanuti auctoris*, extremo: « *Expliciunt Deorum dearumque memorabilia edita per me Marinum Sanutum, filium quondam*

domini Leonardi patricii veneti millesimo CCCCLXXXI, kalendis novembris, regnante serenissimo Venetorum principe Iohanne Mocenico ad laudem et gloriam omnipotentis dei sit. τέλος. Titulus praefert insignia gentis Sanutae.

Cod. 97 membr., 1365, a. 278, l. 202 [L. X, L]. Ve.

I. Guidonis de Columna, *de casu Troiae.* « Licet cotidie ve-» tera recentibus obruantur, nonnulla tamen dudum iam vetera » processerunt . . . », f. 1-132.

Auctor, iudex messanensis, siculus, in gratiam Matthaei de Portu archiepiscopi salernitani, ex Darete et Dicti cretensi, ut in prooemio innuit, historiam troianam elucubravit, quin potius, fabulis commixtis, ampliavit ac, Salerni archiepiscopo defuncto, anno 1287 absolvit. Auctor de se ultimo scribit capitulo sic in aliis codicibus inscripto: *De eo qui fecit et compilavit hunc librum.*

Pluribus codicibus obvia, quod aevo medio cupide legeretur, impressa est frequenter sine ulla nota; cum nota anni et loci, primum Coloniae a. 1477; hispanice quoque et itale, nomine *historia troiana, historia destructionis Troiae, historia Iasonis et Medeae, historia Iasonis et Troiae, de excidio Troiae.*

II. *Liber de bello civili C. Caesaris et Cnei Pompeii. Capitula XXXI.* « Iam quidem satis constat capta Troia a Graecis et flammis tradita . . . », f. 133-147.

Sub fine: *Hoc scriptum fuit civile bellum Caesaris contra Pompeium millesimo III LXV.*

Codicem, litteris initialibus eleganter pictis, compingunt tabulae cum fibularum inditiis.

Cod. 98 chart., saec. XIV, a. 209, l. 208 [L. X, CXLVII[b]]. Z.

I. Guidonis de Columna, *de casu Troiae,* f. 4-93.

Praeeunt f. 1-3: **a.** *divi Bernardi epistola de cura rei familiaris,* eadem quae cod. 52; **b.** *signa eventuum praenuntia in anno, ex die hebdomadae, quo ianuarii calendae incidunt.*

II. Morbasani Hemberi Iessi, *magni Teucri, responsum magno sacerdoti Romanorum* [Clementi VI]. « Dilecte. Nuper auri-

» bus nostris intonuit quod in partibus Italiae, ad preces et po- » stulationes populi Venetiarum... », f. 94 in fine: « Data anno » Machometi orient. VIIXLII [742] in introitu mensis kardunì ».

III. *Epitaphium reverendissimi patris et excelsi domini domini Ottonis Vicecomitis, primi domini huius almae civitatis Mediolani.* « Inclitus ille pater, patriae lux, gloria patrum... », fol. 94.

IV. *Fragmentum historiae troianae Guidonis de Columna.* « Qui si non per nos, forte per alios, qui praesentem iniuriam » nobis illatam audierint... », f. 95.

V. D. Cabris de Zamoreis, *de Parma, legum doctoris, carmina.* « Quam fastus, quam pompa levis, quam gloria mun- » di... », f. 95.

Gabrius vel Gabriel de Zamoreis seu Zamoreus, parmensis, iudex supremus *[exgravator]* Mediolani a. 1350, qua poeta pro tempore conspicuus, scripsit hoc epitaphium sepulchro Ioannis Vicecomitis archiepiscopi mediolanensis, die 5 octobris a. 1354 insculptum. Idem anno 1360 a Carolo IV Caesare comes palátinus creatus, obiit anno 1386 vel 1388.

Codicem tabulis corio impresso antiquitus obductis ornabat fibula argentea quadruplex.

Cod. 99 chart., saec. XIV, a. 215, l. 145 [Z. L., CCCCIV]. B.

Guidonis de Columna, *historia Iasonis et Troiae fabulosa.* Folia 152.

Sic inscripsit sua manu Bessarion, varia lectione a principio. Idem textus ac in aliis.

Cod. 100 membr., saec. XV, a. 340, l. 256 [Z. L., CCCCV].

Incipit liber sive prologus super hystoria troiana, composita per iudicem dominum Guidonem de Columna a Messana, et inceptus et scriptus per Andriolum de Medicis de Novate, ad peticionem . . . . MCCCLXXX.

Folium extremum inscriptum: *Versus qui scripti sunt padue super archam anthenoris inferius denotantur.*

Hic iacet Anthenor patavine conditor urbis.
Proditor ille fuit et qui secuntur eum.

Codex, foliorum 85, habet titulum pictum oppidum munitum in littera initiali referentem, pictas quoque initiales passim.

Cod. 101 membr., saec. XII, a. 223, l. 153 [L. X, CXCVIII]. N.

I. *Historia Alexandri Magni.* « Semper memoravi etiam... » dubia, bellorumque nostrorum pericula. Kiric preceptor ... », f. 1-5.

Fingitur epistola ad Alexandro Aristoteli data de itineribus et prodigiis ab eo in India factis.

II. *Historia eiusdem.* « Aegiptii sapientes facti genere di- » vino fuisse primi feruntur, terramque pro ingenii pervicacia » et ambitum caeli, stellarum numero adsecuti ... », f. 5-13.

Praeponitur fabula Nectanebi, quem referunt Aegypto pulsum et in Macedoniam vectum, Philippi praesidium adversus vim persicam impetraturum, magicis praestigiis illusisse Olympiadi, torumque hospitis temeravisse. Desinit: « Et quem orbis » omnis ferro superare non potuit vino et veneno superatus at- » que extinctus occubuit ».

Textus diligenter conferendus cum codice [L. X, 68, 130].

III. *De urbium conditoribus, ex Isidori Hispalensis originum libro XV.* « De auctoribus conditarum urbium plerumque » dissensio invenitur ... », f. 14-15.

IV. *Declaratio abbreviationum* [nomine *siglarum*] *in antiquioribus monumentis occurrentium,* f. 16.

V. Daretis Phrygii, *de bello Troiano,* seu *de excidio Troiae.* « Pelias rex fuit in Peloponneso et Iasonem fratrem habebat... » f. 17-24.

Historiam fere universam, cum epistola praevia Cornelii Nepotis, quem dicunt interpretem, Crispo Sallustio, habes.

Codicem, *ex musaeo Marci Antonii Ferro veneti,* Iacobus Morelli, qua proprium, titulo belle exscripto et diagrammate ornavit.

Cod. 102 membr., saec. XII, a. 155, l. 113 [L. X, CCXVI]. N.

Incipit historia gestorum Alexandri pueri magni. « Sapien-
» tissimi namque Egyptii sub omni natione que sub celo est,
» scientes mensuram terrae, undasque maris, et celestium or-
» dines agnoscentes . . . ». Folia 40.

Historia haec septem supra septuaginta capitulis distributa, mutila in fine, sic desinit: « *Hic moritur bucifalas*. Dein-
» de amoto exercitu venit ad quemdam campum et castrame-
» tatus est, stetitque in campo aliquot dies eo quod caballus
» suus bucifalas infirmatus erat. Ex qua cuius infirmitate mor-
» tuus fuit. Cumque vidisset eum Alexander mortuum, dolore
» ductus angustiabatur plurimum et plorabat eum. Quia ipse
» caballus habebat plurima documenta in preliis . . . ».

Opus, commentitiis figmentis saepius inquinatum, in codicibus manuscriptis vario modo est appellatum: *Ortus, vita et obitus Alexandri Magni Macedonum regis* — *Rerum ab Alexandro Magno gestarum libri tres, qui sub Aesopi graeci vel Callistenis nomine circum feruntur, Iulio Valerio interprete* — *Res gestae Alexandri Magni translatae ex Aesopo graeco* — *Iulius Valerius, de vita et obitu Alexandri.* Auctorem habet Aesopum, patria alexandrinum, ethnicum sub Romanorum ditione, tertio fortasse post Christum saeculo natum: interpretem vero Iulium Valerium. Sine auctoris nomine, itale versa narratio edita est Venetiis a. 1477; latine sub Iulii Valerii, ab. N. E. Lemaire in *Bibl. class. lat.* [Parisiis], ubi quintus Curcius excussus, vol. III.

Cod. 103 membr., saec. XIV, a. 218, l. 168 [L. X, LXVIII]. Ve.

Liber historiarum Alexandri Macedonis. Prooem.: « Quo-
» niam tam philosophorum quam poetarum dogma pronuntiat
» antiquorum vitam . . . »; textus historiae: « Sapientissimi
» quippe Egyptii . . . ».

Sub fine: *Explicit liber hystoriarum Alexandri Macedonis.*

Codex, foliorum 68, *nationis polonae* bibliothecam Paduae spectabat, antequam eius gymnasii bibliothecae triberetur.

Cod. 104 chart., 1403, a. 288, l. 214 [L. X, CXXX]. Mm.

I. *Liber Alexandri a nativitate ipsius usque ad mortem, et est expositio supra textum.* « Sapientissime quippe Egyptii... », f. 3-46.

Carmina de eodem passim occurrunt in textu; f. 44 legitur: *Explicit liber nativitatis Alesandri usque ad mortem eius mei Chabrieli De Monte, quem ego scripsi mense decembris milesimo quadringentesimo tercio.* Foliis 45-46 duplex occurrit elegia, quarum prima titulum praefert: *Complecta Istoria Alesandri, dictator huius hoperis inducit, chur Deus fecit omnia mutabilia et inchonstancia, chun ipse sit chonstans et inmutabilis, et inter cetera epistola que ponit inducit esenplum de Alesandro qui chum fuerit potentissimus non potuit stare in firmo statu, nec potuit se defendere a modicha guta vini a suo pincerna;* altera: *Responsio creatoris ad creaturan:* haec quemadmodum scripta sunt ideo obtuli, ne sit qui *Chabrielem de Monte* auctorem putet.

II. *Chronica Cesaris Pompeii a nativitate usque ad mortem ipsius, atque etiam de Cesare Augusto usque ad mortem ipsius.* » Iam quidem satis constant . . . », f. 47-58.

Vide codicem 97.

Cod. 105 chart., 1407, a. 215, l. 145 [Z. L., CCCCVI]. B.

Incipit liber imperatoris Alexandri dominantis totum mundum.

Bessario sua manu inscripsit: *Historia fabulosa Alexandri Magni,* nec iniuria, quod in aliis codicibus adnotavimus.

Codicem, foliorum 59, *complevit die penultimo mensis decembris anni* 1407 *Antonellus notarii Matthaei de Nola.*

Cod. 106 membr., saec. XV, a. 170, l. 121 [L. X, CLXXXII]. X.

I. *Gesta Apollonii, regis Tyri.* « Fuit quidam rex Antio» chus nomine . . . », f. 1-34.

De auctore et opere, non una vice edito, egregie scripsit

I. Lapaume lingonensis in *Biblioth. scriptorum graecorum* [Parisiis, 1856], quem presso sequor vestigio in *praefatiuncula ad eroticam de Apollonio Tyro fabulam*. Huius protagonista est Apollonius, ideo appellatus quod ei *Apollo vate et augur egregiam impartierit sagacitatem illam quae proxime ad divinationem accedit et solvendis Antiochi regis aenigmatibus adhibetur*. Christiano viro, qua auctori, fabulam tribuendam, e graeco in latinum versam sermonem saeculo decimoquarto, censent.

Ceterum codicem nostrum valde commendant variantes lectiones prae parisino quo I. Lapaume usus est. Exemplo sit capitulum primum ex

editione.

« Fuit quidam rex in civitate Antiochia, nomine Antiochus. Habuit ex amissa coniuge filiam speciosissimam, in qua natura nihil erravit. Quae cum ad nubilem pervenisset aetatem, et species pulchritudinis ei cresceret, multi eam in matrimonium postulabant; et cum magnitudine pollicitationis currebant. Sed cum pater deliberaret cuidam potentissimo filiam suam in matrimonium dare, cogente iniqua libidinis flamma, incidit filiae suae amorem; caepitque eam amplius diligere quam patrem oportebat. Qui cum luctaretur cum furore, pugnabat cum dolore: pudor vincit amorem . . . ».

codice ms. Marciano.

« Fuit quidam rex Antiochus nomine, a quo ipsa civitas scilicet Antiochia nomen accepit. Hic habuit ex amissa coniuge filiam speciosissimam virginem, nomine Creusam, in qua nihil rerum natura erraverat nisi quod mortalem statuerat. Quae cum ad nubilem pervenisset aetatem, et species pulchritudinis excresceret, multi eam in matrimonium postulabant. Verum cum pater deliberaret cui potentissimo filiam suam daret, cogente iniqua libidinis flamma, filiae suae incidit in amorem, caepitque eam plus diligere quam a patre oportebat. Qui eum lustraretur cum furore, pugnaret cum dolore; pudor vincitur ab amore . . . ».

Quae sequuntur lectionem extremam impressam falsam omnino evincunt.

II. M. Tullii Ciceronis, *somnium Scipionis*. « Cum in Africam venissem, a Manlio consule... », f. 34-35.

Codex in titulo egregie pictus, cum insigniis familiae cuiusdam, Parisios praeterito saeculo delatus est, cuius rei testimonium praebent et bibliothecae nationalis signum, et eius clarissimi praefecti manus: *C. B. Hase, Germanus*. Anno 1816 antiquos lares revisit.

Cod. 107 membr., 1494, a. 151, l. 105 [L. XIV, CXIV]. Mr.

Leonis Baptistae Alberti, *apologi centum*. « Aegre ferebat pila » caedi alapis pervolvique luto et nullo posse loco consistere... ».

Praecunt dedicatio auctoris Francisco Mariscalco. « Si quis » tibi dono dederit poma centum praecoqua... », ut et episto- » lae simulatae eiusdem Aesopo *scriptori vetustissimo:* « Cum » Latinos tuum ingenium in conscribendis fabulis maiorem in » modum admirari... », ac Aesopi eidem: « Qui dixerit apud » Italos non esse ingenia, quantum videre licet, fallitur... ».

Breviusculi apologi imaginandi vi, ex Iovii sententia, Aesopi fabulas praetergrediuntur. Opellam anecdotam, in bibliotheca Vaticana quoque exstantem, itale versam lege in libro: *Opuscoli morali di Leon Battista Alberti..... tradotti et parte corretti da M. Cosimo Bartoli*. Venetia, 1568, 4.°, p. 383-394.

Codex, foliorum 26, sic inscriptus in fine: « Hos apologos » scripsi eisque finem imposui ego Gilei q. d. Anastasii de Mil- » liario, civis incolaque in praesentiarum urbis Belluni, ut illos » elargiturus .... [nomen deletum est] » civi vincentino bene merito, cui plurimum debeo debebuntque » cineres nostri. Centum apologos igitur complevi hora XXII » die Mercurii XII aug., currente a. D. M.CCCCLXXXXIIII ». Volumen belle exscriptum cum litteris initialibus venuste adpictis, egregie, uti decet, compactum est.

Cod. 108 chart., saec. XV, a. 310, l. 212 [L. X, CLXXXVII].

I. Pomponii Melae, *cosmographiae libri tres*. « Orbis situs » dicere aggredior impeditum opus... », f. 1-18.

Opus appellatum quoque: *De geographia* — *De corographia* — *De situ orbis.*

Differunt tituli ab editis, non re, sed forma.

II. Ioannis Boccaccii, *de montibus, sylvis ac nemoribus, fluminibus, fontibus, lacubus, stagnis, paludibus et sinibus maris.* « Surrexeram equidem fessus a labore quodam egregio et ali» quali ocio . . . », f. 21-112.

Plura insunt editionum collatione emendanda.

Cod. 109 membr., saec. XV, a. 270, l. 190 [Z. L., CCCXXXIX]. B.

I. Pomponii Melae, *de situ orbis libri tres*, f. 1-48.

Folio primo abscisso, incipit alterum: *sus sed modice admodum laxat: rursusque etiam.*

Capitulorum divisio editionibus minime congruit, quin potius amanuensis materiam ex arbitrio partitur.

II. Iulii Solini, *grammatici, de mirabilibus mundi.* « Cum » et aurium clementia et optimarum artium studiis praestare » te ceteris sentiam . . . », f. 48-157.

Opus venit quoque nominibus *Polyhistor* — *De situ orbis terrarum* — *Rerum toto orbe memorabilium thesaurus* — *Collectanea rerum memorabilium* — *De singulis mirabilibus in mundo.*

Librarius primam praeteriit Advento epistolam in editionibus obviam: « Quoniam quidam impatientius potius quam » studiosius . . . ». Capitulorum partitio aeque ac in Pomponio Mela ex arbitrio facta. Finem operis Solini excipit capitulum *de Italia.* « Omnis Italia, quae versus meridiem vel potius in » Eoum extenditur, tyrrheni aut adriaci maris fluctibus . . . », f. 157-160.

III. *Cosmographia cum itinerariis suis.* « Lectionum cura » pervigili comperimus senatum populumque romanum . . . », f. 163-182.

Opellam *Aethico,* seu *Ethico* philosopho, qui est *Ister* quoque dictus, communiter tribuunt. Divus Hieronymus, qui compendium obtulit, sic de eo: « Primos codices suos *cosmographiam* nuncupavit, aliosque non minores sed maiores edidisse » cognovimus quos *sophogrammios* appellavit ». Huc referen-

dum quod editiones finiunt verbis quae in codice nostro desiderantur: « Et quoniam universa terrarum orbis spatia vel » insularum descripsimus, nunc ad maiorem demonstrationis » structionem, in quantum vigilantia nostra investigare potuit, demonstrabo, ex aeterna urbe Roma initium sumens, » quae caput est orbis, et domina senatus ». Qui de auctore et opere erudiri desiderat, adeat Caroli Mülleri narrationem in opere: *Nouvelle biographie générale*. Paris, 1856, tom. VI, col. 600-605.

Quae XII codicis laudes sunt praecipue membrana, venustior scribendi forma, picturae auro immixtae in litteris initialibus non item lectio frequentius corrupta.

Cod. 110 membr., saec. XII, a. 224, l. 147 [L. X, CXV].

C. Iulii Solini, *sive grammatici polyhistor, ab ipso editus et recognitus, de situ orbis terrarum et de singulis mirabilibus quae in mundo habentur. Capitula septem supra quinquaginta.*

Codex eo modo quo in editionibus procedit. Textum emendatum satis lectiones variantes commendant.

Folio extremo 84 *verso* exscripta sunt *Virgilii epitaphia a duodecim sapientibus posita: Virgilius ipse — Asclepiades — Eustenius — Pompeianus — Palladius — Maximus — Vitalis — Basilius — Asmenius — Vomanius — Hieronymus — Iulianus — Hylasius.*

Codicem possederat Faustinus Butarinus veronensis.

Cod. 111 membr., saec. XIV, a. 243, l. 194 [L. X, XXIX]. Ma.

I. Eiusdem, *polyhistor*, f. 1-54.

Sub fine: *Explicit Solinus de mirabilibus mundi et situ terrarum et aquarum.*

Qualis in antiquis editionibus, in hoc quoque codice talis pleromque textus est; atque adeo saepe integris commatibus abundat, quae ex prima operis scriptione in secundam a librariis perperam translata fuisse Salmasius in *Exercitationibus Plinianis* annotavit [pag. 4, col. 2].

II. *Fragmentum de Hibernia*. « Hibernia, colatitudine sui » status et salubritate ac serenitate aerum.... », f. 54.

Librarius satis ineptus adiecit, absque ulla inscriptione, fragmentum ex *Historiae anglicanae* Bedae lib. I, cap. I, sumptum.

Codicem donavit a. 1467 Ioannes Marchanova s. Ioanni de Viridario Patavii.

Cod. 112 chart., saec. XV, a. 307, l. 207 [L. X. CII]. Ye.

C. Iulii Solini, *collectaneorum liber de mirabilibus mundi*.

Index, inter utramque Solini epistolam Advento poni solitus, exstat folio extremo 89, per titulos singulares non per capita.

Codicem anno 1646 comes Iacobus Zabarella dono obtulit Octavio Ferrario, bibliothecae gymnasii patavini praefecto. Folio primo exstant insignia septem stellarum, ea quae domui Sueviae communia Fridericus I. imperator dono dedit Colonio de Sabbadinis, ex quo familia Zabarella originem trahit.

Cod. 113 membr., saec. XV, a. 309, l. 295 [L. X. LXXXVIII]. F.

I. *Situs et descriptio orbis terrarum*. « Lectionum pervigili » cura comperimus senatum populumque romanum ... »; finit descriptio insulae Corsicae: « Tenet in longo millia passuum » numero CLX, in lato mill. XCVI », f. 2-18.

Vide codicem 109.

II. Antonini Augusti, *itinerarium*. Opus a principio mutilum incipit: « rationem quod Mercurius dicitur tingi usque mil. » plus minus CLXXIIII, ... », f. 18-37.

Emendatiorem lectionem praebent recentiores editiones, ab amstelodamensi cura Petri Wesselingii, a. 1735.

III. *Liber de mensura orbis terrae*, f. 37-50.

De opere et auctore doceri cupidus adeat procemium: « Post » congregatam epistolam de quaestionibus decem artis gram- » maticae, cogitavi ut liber de mensura provinciarum orbis ter- » rae sequeretur, secundum illorum auctoritatem quos sanctus

» Theodosius imperator ad provincias praedictas mensurandas » miserat. Et iuxta Plinii secundi praeclaram auctoritatem, » ipsarum [ipsorum] dimissionem volo supplens ostendere. Sed » duabus causis contra temporum racionem, scripturam missorum Theodosii verbis Plinii secundi ordine scribendi praepono, eo quod illi in duodenis novissime versibus diligentius antiquis fecisse affirmant, et quod exemplaria codicum naturalis » historiae Plinii secundi, quae scrutatus fui, nimis a scriptoribus ultimorum temporum dissipata pervidi. Sermones quidem » praedictorum missorum, quia minus vitiose scripti sunt, quantum potuero, corrigere curabo. At ubi in libris Plinii Secundi » corruptos absque dubio numeros fieri cognovero, loca eorum vacua interim fore faciam, ut si non invenero certa exemplaria, » quicumque repererit emendet. Nam ubi dubitavero utrum certi » necne sint numeri, sicut certos crassabo; ut praedictus quisquis veros viderit, veraciter corrigat. Nulli stuporem praebere » debet, quando numerus millium inter Plinium Secundum et missos imperatoris dissensit; quoniam illi, sicut praedixi, quod intencius vere hoc opus perfecerunt quam veteres, testantur ».

Auctor citatis *Sedulio nostro,* Prisciano ex Caesarea, Isidoro hispalensi, aliisque addit cosmographiam, consulibus Iulio Caesare et Marco Antonio elaboratam. Opus a Fabricio in Bibliotheca latina [t. I, p. 899, *edit. hamburg.*] anecdotum dictum citat Arduinus in commentariis Plinii: "*Liber de mensura orbis terrae ms. ex bibliotheca regia n.* 990 *sub nomine missorum Theodosii a nobis saepe laudatur.* Codex tamen Marcius textum prae regio exhibet copiosiorem.

IV. *Annunciaciones provinciarum, urbium graecarum et prinnarum? vel gallicanarum, cum privilegiis suis.* « Civitas » Centronensis Tarrentasia — Civitas Valensium Octodurum... », f. 50-52.

Idem ac *libellus provinciarum romanarum,* quem publici iuris fecit Ioannes Fridericus Gronovius in *Varia geographica* [Lugduni Batavorum, 1739, 8.°].

Antiquus possessor folio primo *verso* scripsit: *Iste liber sive cosmographia est Ambrosii Contareno, quondam domini Frederici procuratoris.*

Cod. 114 chart., saec. XVI, a. 335, l. 234 [L. X, XLV]. Mk.

Index geographicus. « Absorus et Crepsa, vulgo Ossero et » Cherso in Illyrici ora iuxta Istrorum agrum . . . ».

Quae operis sit oeconomia auctor anonymus pandit in prooemio: « Index hic alphabeticus mundi partium, provinciarum, » regionum, urbium, locorum, qui iam in lucem exit, idem est » fere cum altero, qui ab initio primi tomi librorum IX. *Pacto-» rum* a nobis positus est. At ille nudis tantum exstat nomini-» bus, detractaque [ut aiunt] veste sese exhibet. Hic vero induta » quidem. Ecce tibi igitur elenchus, lector optime, eum tibi ha-» beto tenetove; idque, quod ratio ita postulabat, dedita opera » factum esse credito. Is etenim rerum varietate et sane pluri-» marum, perpolitus est atque compositus. Nam et unde plera-» que dicta sint nomina, et quibus in terris loca sita cognosces, » et quantum deinde illustrium veterum apud scriptorum gre-» gem, tum diversitatis tum consensus appellationum reperi-» mus, intueri licet . . . . Ea diligentia, studio, cura, » labore duobus in elenchis, per triennii prope curriculum lu-» cubrandis, usi sumus, quemadmodum, quam propediem edi-» turi sumus, epistola plenius ostendetur . . . . Quare » lector quisquis es humanissime, cum fasces hosce laborum » nostrorum, tum vero quos volumine superiori connexuimus, » quibus acta senatus comitiorumve, quibus reipublicae facinora » quamplurima pergrandiaque maiorum et praeclarissima in-» sunt [et quidem certe utroque nobis excogitato indice, eoque, » uti est, ordine discreto repertove] ne tam facile aspernator, » sed hilare amplectitor. Iurabunt autem haec ipsa senatorem » et nobilitate insignem, excitatioreve ingenio menteque perle-» gentem, tum publicis in rebus capessendis, tum haec eadem » pro historia meditantem intuentemve dubio procul delecta-» bunt apprime; ac in primis non parum rerum usus, utilitatis, » dignitatisque, venetae reipublicae senatorique [ita enim pol-» liceor recipioque] esse allatura valde confidimus atque spe-» ramus ». Notitias haurit auctor ex Ptolemaeo, Strabone, Pli-

nio, Pomponio Mela, Eustathio grammatico, maxime vero ex Blondo Flavio et Raphaele Volaterrano.

Humanitati Riccardi Predelli acceptum refero indicem, de quo auctor in prooemio, eodem stylo, eadem manu, iisdem coloribus in litteris appingendis in tabulario veneto asservari hoc titulo: « Elenchus sive index eorum quae IX hisce pactorum » continentur libris, quae quidem olim altissimis obsita tene- » bris, situque diuturno sepulta, longis post saeculis, nunc pri- » mum in lucem edita sunt, in usum reipubl. senatusque vene- » ti, Andreae Gritti principis sapientissimi authoritate et auspi- » ciis, Andreae Francisci magni cancellarii ope, et Petri Brixiani » a secretis opera anno MDXXXVIII ». Cuius operis codicem nostrum esse partem aperte evincunt quae de methodo ab auctore adhibita, in prooemio excussa, cum superius allato omnino conveniunt: « Tertia denique pars, quae postrema relinquitur. » quae in epitomen compendiumque nobis relata est, tota plane » in topographiae ratione, et nominum et locorum expositione » versatur. Hic tu, et unde origo eorum, ubi locorum situs, et » quot quibusque appellationibus vocitata sint intelliges, et » quanta sit tum varietas, tum consensio scriptorum percipies. » et quibus quotve auctoribus. [magna est enim praestantissi- » morum cohors......] et quibus demum titulis nominibusque » nunc vulgo nominentur, scies. Ad quae sane nos elucubranda » ac describenda omni cura omnique studio, incubuimus ».

Volumen, foliorum 41, tabulis corioque aurato antiquitus compactum, caret folio primo [certe ob diagrammatum elegantiam abscisso] et quatuor fibulis.

Cod. 115 chart., saec. XVI, a. 310, l. 212 [L. X, CXLVI]. Z.

Petri Coppi, *summarium totius orbis*. Prooemium: « Cum » de toto urbe multa, quae hac nostra tempestate sciri atque » cognosci possunt... »; textus vero: « Mundus sive caelum » vel primum mobile, cuius novem sunt spherae... ».

Praeest index fol. I-VII, quo operis distributio occurrit. *Succincta huius operis descriptio in quatuor libellis colligitur. Primus in se continet descriptionem primi mobilis cum spheris*

et elementis et totam terrae geographiam cum mensuris partium ex auctoritate excellentissimorum scriptorum, ut omnia ex alphabeti ordine facillime reperiantur — Secundus continet Europam, in qua sunt Hispania, Gallia, Germania, Britannia, Scotia, Ibernia et circumiacentes insulae: praeterea Italiam, Illyricum, Hungariam, Epirum, Graeciam, mare et omnes alias insulas circumiacentes Europam — Tertius habet Aphricam cum insulis ei appositis, et oram septentrionalem et australem a Lusitanis perquisitam, et Christophori Columbi et aliorum navigationem in occasum — Quartus habet Asiam totam, in qua Aegyptus, Arabia, Syria, Iudaea, Asia minor, Persia, Asia maior, Scythia, et India, cum insulis ipsius Asiae adiacentibus. Sub fine: *Hactenus summaria descriptio totius orbis.*

Narratio tempus, quo data, sapit, prodigia enim et fabellae frequentius occurrunt.

Codicem, folior. VII, 39, possederat ante Zenum Laurentius Squadroni, artium et medicinae doctor.

Cod. 116 chart., 1422, a. 286, l. 210 [L. X, LV]. Ma.

I. *De montibus, sylvis, fontibus, lacubus et stagnis seu paludibus et mari, secundum Iohann. de Certaldo, florentinum,* f. 1-61.

II. Vibii Sequestri, *de fluminibus, fontibus, nemoribus, lacubus, paludibus, montibus, gentibus* [quorum apud poetas mentio fit], *per litteras alphabeti liber.* « Quanto ingenio ac studio, » fili carissime, apud pleroseque poetas . . . », f. 61-65.

Libellum Virgiliano filio inscriptum, non una vice editum, Ioannes Rhodius in suos usus insumpsit, cum in bibliotheca s. Ioannis in Viridario delitesceret, de quo scripsit in *Scribonii Largi compositiones medicae* [Patavii, 1655, 4.° p. 233]: « Ita » Vibius Sequester de montibus: *Coryceos Ciliciae, ubi optimum » crocum nascitur,* etsi liber scriptus non temnendus Canonico» rum regularium s. Io. in Viridario Patavii corrupte habeat » *Siciliae* ». Rhodium puto qui fol. 62 litterae *A* absolutae subdidit: *In Vibio Sequestri edito ab Aldo* 1518, *sub litt. A. sequuntur: Aminone Lyciae non longe a Thebis — Abscyrtus flu. Cholcorum — Alis Asiae flu. — Absus Palestinae.*

III. *Incipit pars quinta Riccobaldi* [Gervasii] *Ferrariensis in pomerio ecclesie ravennatis de provinciarum orbisque descriptione.* « Cum ergo regionum situm scientiam habere ad intel-» ligendas historias . . . », f. 65-71.

Riccobaldus, ubi Africam, Asiam, Europam, *secundum quod Paulus Orosius ab aliis annotatis accepit,* excussit; notitiam *de partibus Italiae* singularem ingerit, his praemissis. « Hucusque » Paulus Orosius de situ regionum orbis exposuit: verum quia » de Italiae partibus quam colimus, nihil dividendo descripsit, » de ipsa Italia, secundum quod in libro Papie annotatum in-» veni exponam; aliqua tamen interseram secundum quod ce-» lebres autores scribendo historias de eius Italiae partibus con-» scripserunt ». Descriptionem hanc unicam ex codice ms. bibliothecae Estensis edidit Muratorius in *Scriptt. rerum italic.,* IX, c. 187-192.

Sub fine: *Explicit pars quinta totius de provinciarum orbis descriptione scripta per me Balthasarem de Praga, de anno MCCCCXXII, in vigilia natalis Christi, ante meridiem.* Ceteroquin idem librarius codicem universum exscripsit, quem sacerdos Petrus Montagnana bibliothecae s. Ioannis in Viridario anno 1478 adscripsit.

Cod. 117 chart., saec. XV, a. 210, l. 147 [L. X, CCCXLVI]. D.

Ioannis Boccaccii, *de montibus, sylvis, fontibus, fluminibus, stagnis, seu paludibus, et de nominibus maris.* Folia 138.

Editionibus potioribus par codex.

Cod. 118 chart., saec. XV, a. 302, l. 212 [L. X, LIV]. F.

Eiusdem, *de montibus, sylvis, fontibus, lacubus, fluminibus, stagnis, paludibus, et ultimo de nominibus maris.*

Nihil speciale inest quod lectioni impressae emendandae conferat.

Codex, foliorum 57, duplici columna.

Cod. 119 chart., saec. XV, a. 238, l. 167 [L. X, CXCIV]. N.

Pauli Orosii, *presbyteri hispani, historiarum ad Aurelium Augustinum, libri septem.* « Preceptis tuis parui, beatissime pa» ter Augustine, atque utinam tam efficaciter ... ».

Codicem foliorum biscentum novendecim lectio sat purgata commendat: tantum annoto sub fine, loco *per annos quinque mille sexcentos et septemdecim,* legi: *per annos quinqe millia sexcentos decem et octo.*

Cod. 120 chart., saec. XV, a. 213, l. 147 [Z. L., CCCCII].

I. *Chronicon mundi ab huius initio ad dimidium saeculum decimum quintum et ultra,* f. 1-9.

Textus aetatibus sex distribuitur, quarum sexta complectitur imperatores romanos, scriptores, persecutiones ecclesiae, institutiones ordinum ecclesiasticorum, pontifices romanos et ravennatenses, reges Latinorum et Albanorum, consules romanos, imperatores romanos iterum, usque ad Albertum regem [a. 1300], reges Franciae usque ad Philippum quartum [a. 1301].

II. *De duodecim sybillis,* f. 9-10.

« Quae cecinere Deum de virgine matre futurum
» Hic sunt diversae non una aetate sybille ».

Earum nomina in codice: *Ellespontica, Phrigia, Tiburtina, Europa, Aegyptia, Delphica, Samia, Persica, Libica, Erithrea, Chimeria, Cumana.*

III. *Quaedam chronica,* f. 11-19.

Varia cuiusque generis, regionis, temporis, usque ad annum 1309. Plura de Ferraria ingesta auctorem certe ferrariensem revelant.

IV. *In nomine domini amen. Incipit quedam Cronica extracta et abreviata ex antiquis cronicis de factis civitatis Parme cum aliquibus adiunctis aliarum civitatum lombardie, et etiam de his que tempore mei Ioannis infrascripti vidi vel audivi facta fuisse in civitatibus lombardie, et scripta per me Ioannem quondam domini Çilioli quondam domini Bertoli.* « Anno a nativitate domi-

» ni nostri Iesu Christi MCCCLX, tempore triumphantium ma-
» gnorum dominorum, videlicet domini Bernabos et domini Ga-
» leaç vicecomitum de Mediolano, quorum primus scilicet do-
» minus Bernabo erat dominator Mediolani, Pergami, Brisie,
» Laude, Cremone, Parme ... », f. 22-36.

Chronicon ab anno 1038 ad 1377 excurrit; quae ab anno 1038 ad annum usque 1309 occurrunt, excerpta videntur ex chronico maiori parmensi edito a Muratori in *Scriptt. rer. ital.*, IX, 760. Reliqua ab anno 1310 ad 1337 [f. 29-35] Angelo Pezzana a bibliotheca parmensi data anno 1856, volumine altero *Chronicorum parmensium a saeculo XI ad exitum saeculi XIV* edita sunt.

V. *Verba Hermetis Trimegisti aegyptii ex XXIII capitulo octavi libri Augustini de civitate Dei excerpta.* « Et quoniam de » cognatione et consortio hominum deorumque nobis indicitur » sermo ... », f. 38-40.

VI. *Ex chronica Matthaei Palmerii florentini de temporibus.* « A principio mundi sive ab Adam primo hominum usque ad » diluvium ... », f. 41-63.

Editores florentini *rerum italicarum scriptorum* (1) ea tantum, ex ms. codice biblioth. s. Mariae Carmeli Florentiae, huius operis obtulerunt excerpta quae ad annos 1294-1448 referuntur. Nec iniuria, quod quae ab initio mundi ad Iesum Christum enarrat Palmerius summa brevitate complectatur; quae vero a Christo nato ad annum 1294, fere ex ungue respondeant excerptis ex historia Sozomeni pistoriensis, eodem volumine publici iuris factis [V. Codd. L. V, LXXIV, LXXV].

VII. *Quaedam vaticinia X sybillarum de Christi incarnatione*, f. 63-64.

Differunt ab allatis num. II. Sybillarum nomina sunt *Persica, Libica, Delphica, Cyrmica, Samnia, Cumana, Elespontina. Frigia, Tiburtina, Eritrea.*

VIII. *Reges Lombardorum qui fuerunt* 31, *et de origine eorum.* « Imperante Leone primo imperatore Augusto, qui incepit » imperare anno Domini CCCCLIX ... », f. 67-90.

(1) Florentiae, 1748, I, 209-234.

Historiam a Pauli Diaconi narratione orsus auctor, eam non ad Luitprandum tantum sed ad Desiderium usque perducit, eius regis capitulum sic inscribens: « De Desiderio rege 31 » Lombardorum et ultimo quem Deus cum alio predecessore » maledicat in secula seculorum ». Opellam excipit *descriptio Ytalie et quas provincias olim obtinebat* [f. 88-90] sic finiens: » Et hoc ad presens de descriptione Italie sufficiat quantum ad » cognitionem suprascriptorum regum Lombardie, licet omnia » civitatum nomina recitata non sint ».

IX. *De pontificatu Ioannis Damasceni Constantinopoli et de vita eius.* « Apud Constantinopolim, eiecto Cyro heretico, Ioan- » nes Damascenus qui et Mansur dicebatur . . . », f. 90-92.

X. Sylloge notitiarum ex ecclesiastica historia: *Ecclesiae romano pontifici subditae — Tituli cardinalium — Assignationes regionum Christianorum — Poteneiores domini Christianorum — Imperator constantinopolitanus — Nomina regum christianorum — Feudatarii ecclesiae romanae — De Herode — De incarnatione Iesu Christi — De sancto Petro apostolo — Ea quae detinet soldanus Babiloniae,* f. 93-103.

Cod. 121 membr.-chart., saecc. XV-XVI, a. 150, l. 108 [L. X, CLXXI]. Z.

I. *Series chronologica pontificum romanorum, hierosolymitanorum, antiochenorum, alexandrinorum, ravennatium,* f. 1-11.

Prima descriptio pontificum romanorum desinit in Ioanne vigesimo tertio, cui serio additi sunt Martinus quintus ad Innocentium VIII. Additamenta manum venetam revelant, *Paulo* enim *II* subiungitur: *da cha barbo*.

II. *Series principum hebraeorum, latinorum, romanorum, consulum et magistratuum ab exactis regibus, imperatorum, regum Francorum,* f. 11-13.

III. *Genealogia regum longobardorum, regum Franciae, principum normannorum, romanorum principum in Apulia,* f. 14-17.

IV. *De sex sanctis synodis,* f. 17-18.

V. *Brevis historia Machabaeorum cum brevi hystoria Herodis regis et filiorum.* « Asamoneus ex tribu Iuda genuit Si-

» meonem: hic genuit Ioannem qui genuit Mathathiam... », f. 18-22.

VI. *El modo che se tene quando el se de elezer uno duce in la nobele cita de Venexia.* « Prima se comenza la ellection per » cinque zentilhomeni.... », f. 24.

VII. *Descriptio illustrissimorum principum et excellentissimorum dominorum ducum inclyte civitatis Venetiarum, et eorum nobilissimarum prosapiarum, a quibus ipsi illustrissimi principes originem traxerunt, et gestorum nobilium suo tempore factorum, et temporis quo quilibet illustrissimus dux stetit in ducatu.* « Dominus Beatus Beato primus dux inclite civitatis Venetia» rum.... », f. 25-68.

Auctor a *Beato* Obelerii ducis fratre, qua duce primo [801] orsus ad Thomam Mocenicum [1478] excurrit: qui supersunt ab anno 1485 ad 1523 addidit serior amanuensis folio extremo. Unicuique in margine apposita sunt penicillo insignia gentis, cornu ducali superposito, vel absoluta, vel per lineas parata. Thomam Mocenicum [f. 50-51] excipit historia rebellionum iadertinarum octona vice occurrentium [f. 51-53]. Francisci Foscari potius quam vitam historiam principatus [f. 53-61] oculis tenes obiectam.

Cod. 122 chart., saec. XVIII, a. 200, l. 144 [L. X, CLXVI]. Z.

Compendium chronologicum ex historia universali trium saeculorum a Christo nato ad annum tercentesimum sextum. « Anno » mundi 4052, olympiadis 194 tertio, u. c. 752, imperii Augu» sti 4 oritur Christus... ». Folia 50.

Saeculum unumquodque quatuor partitionibus constat: **a.** *Saeculum in epitomen coactum,* **b.** *Saeculi summarium,* **c.** *Viri virtute praestantes,* **d.** *Haeresiarchae.* Nota apposita *finis libri primi,* reliquorum desiderium satis indicat.

Cod. 123 chart., saec. XVIII, a. 240, l. 180 [L. X, CCLXXVI]. R.

Michaelis Le Quien, *excerpta autographa ex dissertationibus de variis epochis Ludovici de Four de Longuerue, editis Lipsiae*

anno 1750, *dono missa ab eodem Le Quien Bernardo Mariae de Rubeis.*

Codex habet folia 56.

Cod. 124 membr., saec. XIV, a. 468, I. 433 [Z. L., CCCXCIX].

Chronologia magna, ab origine mundi ad annum millesimum tercentesimum quadragesimum sextum.

Prooemium do quod operis rationi illustrandae conferat: « Quemadmodum organici corporis, puta hominis, pulchritudi- » nem, ita et totius universi decursus, una parte conspecta, non » capit obtutus, percipitur autem si partium singularum in se » connexionem in toto ac proportionem ad invicem comprehen- » dat. Nunc universi decorem monstrare aggrediar brevi com- » pendio gestarum rerum, regnorumque originem connexionem » et ordinem per sex mundi etates usque ad tempora que nunc » aut verius manant grata pictura ducens cum glossarum seu » explicacionum brevi adiectione ec. . . . ».

Omnia, digesta per partes, inscripta sunt columellis in foliis delineatis, cum diagrammatibus variis, imaginibus praesertim Sanctorum, pontificum, virorum principum, ut quae descripta habentur simul conferri possint. Quae animadversione digniora occurrunt notabo.

1. Prophetarum et antiquiorum regum imaginibus ac notitiis oblatis, actum de origine et progressu idololatriae, fusiusque de numinibus, f. 4-5.

2. *Ichnographia Venetiarum*, summi facienda exhibetur, quam clarissimus vir Thomas Temanza aere delineatam, diligentioribus curis illustratam protulit opere: *Antica pianta della città di Venezia delineata circa la metà del XII secolo, ed ora per la prima volta pubblicata, ed illustrata. Dissertazione topografico-storico-critica* [Venezia, 1781, p. XII, 95, 4.°], f. 7.

3. *Tractatus de inventione et ludo scacchorum*, ratione ad exempla veteris testamenti habita, in quo plura ex opere Iacobi de Cessulis super eodem sumpta sunt. Folio 12 occurrit diagramma ludi latruncolorum, f. 11-12.

4. *Historia civilis*, sinistrorsum exhibita ab Octaviano Cae-

» codice, scriptura simillima saeculi XIII ineuntis sed ortographia diversa, lineis non amplius praenotatis, captio urbis » constantinopolitanae ab auctore Germano, oculato rei teste » et expeditionis participe, describitur; quam hic non omittere » constituit ». Recens publici iuris fecit amicus meus Carolus Hopf (1).

Cod. 126 membr., saec. XV, a. 348, l. 243 [L. X, XLVIII]. Mk.

Incipit liber Gotifredi magistri viterbiensis qui Pantheon intitulatur. Magister Gotifredus mittit hanc epistolam domino papae Gregorio VIII, ad hoc opus corroborandum. « Dum sacro» sanctae matris nostrae romanae ecclesiae culmen inspicio et » eius eminentem considero maiestatem . . . ».

Chronicon universale prosa partim, partim metro in sectiones XXII divisum, quod auctor cappellanus et notarius imperatorum Conradi III, Friderici I, Henrici VI, ad annum 1186 perduxit, ac primum Urbano papae III, dein Gregorio papae VIII nuncupavit, Muratorius post alios edidit in *Scriptt. rer. ital.*, VII, 347-520: plura tamen sunt quae a codice nostro differunt. Qui de materie quadraginta annorum spatio itineribus pluribus congesta, ac codicibus erudiri cupit adeat Pertz in *Archiv.*, IV. 352-368; V, 166-173; VII, 569-590; XI, 329-338.

Codicem, membrana subflava, bene habitum, foliorum 141. titulis rubris, una manus usque ad finem, columnis tribus distributum belle ac diligenter exscripsit.

Cod. 127 chart., saec. XV, a. 220, l. 150 [L. X, CCXLVI]. N.

Chronica abbreviata ad annum 1199, *anonymo burgundo auctore.* « In primordio temporis ante omnem diem, dominus » pater in verbo et per verbum suum fecit ex nihilo rerum om» nium materiam . . . »; finit: « Anno Domini 1199 Richardus » rex Angliae . . . . . . ecclesiae patronus, cuius bella quae fecit » et facta eius in libro dierum regum Angliae plenius scripta

(1) *Chroniques gréco-romanes.* Berlin, 1873, p. 86-92.

» sunt .... Michael senonensis archiepiscopus obiit ».
Folia 77.

Chronicon ante Christum natum occurrit f. 1-10.

Cod. 128 membr., saec. XIII, a. 241, l. 156 [L. X, LXXII]. Ma.

Breviarium Mileti in chronicis. « Adam pater generis hu-
» mani, Dei manibus ex terra creatus vixit ann. DCCCCXXX... ».

Opusculi titulum Tomasino primum debemus (1), deinde Apostolo Zeno, a quo Tartarottus (2) et Muratorius (3) notitiam hausere: veteri namque charta, in qua titulus erat, codex modo caret, illius profecto culpa qui hunc denuo compinxit. Est vero Mileti chronicon, a scriptoribus tum mediae tum infimae aetatis allatum; Riccobaldo nimirum Ferrariensi, apud Vossium (4) et Muratorium (5); Andrea Dandulo (6), ex quo Laurentius de Monacis (7); Petro Calo (8); Leandro Alberto (9) et Francisco Sansovino (10): quae tamen ceu ab eodem accepta ii in medium adducunt, a libello omnino absunt. Fit propterea ut cum Muratorio sentiam, historiam uberiorem Miletum profecto scripsisse, cuius breviarium codex hic exhibeat. Quam vero Pagius in critica annalium Baronii ad ann. 567, n. 7, attulit ex codice Colbertino, nunc Regio allegati *Mileti brevis temporum expositio*, ab hoc itidem breviario Mileti differt: quod ex fragmento de Narsete a Pagio vulgato satis mihi compertum.

Iam vero breviarium, ad dimidium saeculo decimumtertium productum, primum de patriarchis veteris testamenti, deque apostolis pauca quaedam offert. Accedit catalogus pontificum

(1) *Biblioth. patav. ms.*, p. 20, ubi principium et finis opellae.
(2) *De auctoribus ab Andrea Dandulo citatis*, p. XX.
(3) *Script. rer. it.*, t. XXV — *Antiquit. Italiae*, ed. prima, t. III, p. 917.
(4) Vossius, *de historia lat.*, lib. IV.
(5) Loco cit.
(6) *Chronicon venet. ed*, p. 273.
(7) Ibid., p. 45.
(8) Apud Tartarottum, loco cit.
(9) *Descrizione dell' Italia. Origine di Mantova.*
(10) *Venezia descritta*, ed. 1581, p. 231.

romanorum [f. 2-7] a sancto Petro ad Ioannem V [a. 684], idem ut plurimum qui apud Echardum exstat. In syllabo pontificum et imperatorum [f. 8-21], loco Ioannis VIII [a. 873] quidam scripsit: *hunc foeminam fingunt.*

De extremo [a. 1216] haec leguntur: « Honorius III, na» tione romanus sedit annis XI et mens. VIIII. Hic aedificavit » ecclesiam sancti Laurentii extra muros urbis Romae, novis » muris veteribus coniunctis, et Fredericum regem Siciliae im» peratorem coronavit. Obiit apud Lateranum et sepultus est » ad sanctam Mariam minorem ». Imperatorum series finit anno 1223: « Hoc anno in die natali Domini, circa tertiam, ter» raemotus magnus factus est in Arna et Romania ».

Codicem, foliorum 22, Petrus Montagnana sacerdos adscripsit *monasterio divi Ioannis Baptistae de Viridaria*, a. 1478.

Cod. 129 chart., saec. XV, a. 290, l. 200 [L. IX, XXII].

Ricoobaldi [Gervasii] Ferrariensis, *pomerium ecclesiae ravennatis, sive historia universalis ab initio mundi ad annum* 1297. Prooemium inc.: « Instantiae tuae, venerande pater Mi» chael, sanctae ravennatis ecclesiae archidiacone, abnuere ne» queo. . . . »; textus: « Rerum creaturam sex Deus diebus for» mavit; primo lucem condidit. . . . ». Folia 235.

Partes sex, quarum quartam per fragmenta, ediderunt Ioannes Georgius Echardus (1) ex codice Petri Scriverii (2) modo in biblioth. guelpherbytana [cum quo plerumque codex concordat], ac Muratorius ex codice Estensi (3).

a. *Historia imperatorum romano-germanicorum, a Carolo Magno ad annum* 1298.

b. *Historia pontificum romanorum a d. Petro ad Bonifacium VIII* [1303].

c. *Compilatio chronologica usque ad annum* 1334 *producta.* In fine tria folia avulsa nuntiat nota: « Manifeste apparet

(1) *Corpus historicorum medii aevi*, I, c. 1149-1298.

(2) Vossius, *de histor. lat.*. lib. II, cap. 62.

(3) *Scriptt. rer. ital.*, IX. 107-262.

» exinde tres saltem paginas abscissas, in quibus continebatur
» catalogus episcoporum, hieros., alexand., antioch., et ra-
» venn., prout pag. 2 promittitur, quae complebant sextam
» partem ». A principio vero haec leguntur: « Ex exemplari
» eiusdem similitudinis in omnibus cum isto. Completum est
» autem hoc opus anno Christi 1295, caeptum februario, fini-
» tum infra mensem quintum, studio et labore Riccobaldi Ferra-
» riensis, anno secundo papatus Bonifacii octavi ». Fortunatus
Ulmus autem sua manu [teste Em. Cicogna in codice] scripsit:
« Hoc opus absque dubio est Riccobaldi Ferrariensis, ut ipse se-
» mel insinuat sub anno 1231, ut pag. 188; ubi vide ». Codex
Estensis loco anni 1295 legit 1297.

Auctor dedit quoque compendium operis itale exaratum, quod servat nostra Marcia sub numero XXXVIII codicum italicorum ex catalogo impresso Zanetti.

Cod. 130 membr., saec. XIV, a. 265, l. 201 [L. X, XLVI]. Mk.

Gerardi de Fracheto, *galli aquitāni, ordinis Praedicatorum, chronicon ab initio mundi usque ad tempora ista* [ad annum 1266 aut 1268, cum anonima eiusdem operis continuatione ad an. 1342]. « A primordio temporis ante omnem diem Deus pater » per verbum suum fecit ex nichillo rerum omnium . . . ».

Quintam mundi aetatem *secundum Hebraeos annis* 5?6, *secundum vero septuaginta interpretes,* 586 *ann.* [f. 1-20] excipiunt genealogiae veteris foederis [f. 20-24] eiusque geographica et musicalia [f. 24]. Syllabo absoluto pontificum romanorum, haeresum, prophetarum, librorum novi foederis [f. 25-26], incipit germanum chronicon ab ortu Christi, cuius sub initio series auctorum prolata ex quibus narrationes sumuntur. Omnia relata occurrunt secundum ordinem pontificum de quibus eadem Gerardus fere totidem verbis habet quae Martinus Polonus; unde liquet vel ambos ex eodem fonte hausisse cum hi coaevi essent; quandoque etiam Gerardum ex Martino, quod scribat *ut ait Martinus.* Rite notat Echardus (1) auctorem lemovicensem esse,

(1) *Scriptt. ord. Praedic.*, I, 260.

quod anno 1224 habeat: « Sequitur tanta mortalitas, quod tam » igne sacro quam pestilentia multa millia hominum moriuntur. » Ego una die semel et simul in coemeterio s. Geraldi Lemovi- » censis vidi centum pauperes sepelliri, frequentius autem tri- » ginta et quinquaginta ».

Codicem a folio 25 ad 172 una manus exscripsit usque ad verba: « Facta est discordia inter regem Franciae et comitem » Flandriae, eo quod comes contraxit parentelam cum rege An- » gliae, dans filiam filio regis Franciae irrequisito, qua de causa » pater et filia fuerunt detenti longo tempore ». Mox subditur. « Anno Domini 1294 Dominus Benedictus Gaytani de Anania » dyaconus cardinalis, de mense decembris, in vigilia natalis » Domini electus fuit in papam et vocatus est Bonifacius octa- » vus ». Ceterum chronicon, ex mente Guigniaut, *nihil fere aliud est nisi collecticium indigestumque opus, ubi perturbatione temporum sermonisque rusticitate, rerum gestarum narratio plerumque laborat.* Habes ab anno 1230 apud Bouquet, rec. XXI, p. 3-6; 6-70.

Codicem, foliorum 178, praeter Colbertinos quatuor et Remensem, memorat Echardus loco citato. Eum tabulis antiquitus compactum cum fibulis et bullis ornant *custodiae* cum notis musicis ex saeculo decimotertio.

Codd. 131-133 membr., saec. XIII, a. 368, l. 258 [L. X, XCIII-XCV]. Mk.

Vincentii Bellovacensis, *speculi historialis partes quatuor.*

Operis universi, quatuor voluminibus contenti, deest primum libros octo complectens. Volumina secundum [folior. 308], tertium [folior. 321], quartum [folior. 344] continent libros a nono usque trigesimum secundum absolutum.

Auctor, ordinis Praedicatorum in Royemont, anno 1264 mortuus, libros unum supra triginta ad annum usque 1244 composuit. Quae libro trigesimo secundo insunt ea serius anonymus addidit. Cum einsmodi opus medii aevi historiae illustrandae maxime conferat, ideoque pluries editum sit, in hoc immorari supervacaneum prorsus existimo.

Codices ad normam, duplici columna, cum titulis rubris exscriptos ornant picturae auro illitae, compingunt vero tabulae corio purpureo obductae, cum indiciis bullarum et fibularum. Folio quarti voluminis extremo legitur: *Istos libros dedit venerabilis pater dominus frater Nicholaus Hostiensis cardinalis* [Benedictus pp. XI ann. 1303-1304] *conventui fratrum Praedicatorum de Venetiis cum tali condicione quod non possit vendi vel alienari, vel pignori obligari, seu aliter quomodocumque, sed debeat semper in dicti conventus armario remanere.*

Cod. 134 membr., saec. XIV, a. 315, l. 236 [L. X, LIX]. Mk.

Ioannis Hautfuney, *presbyteri, tabula secundum ordinem alphabeti in speculum historiale Vincentii Bellovacensis.*

Tabulam nuncupat auctor *S. Dei tit. sanctae Priscae presbytero cardinali* i. e. *Simoni de Archiaco gallo sanctonensi*, ut rite animadvertit Echardus: *primus enim ille est ab obitu Bellovacensis, cuius nomen ab S. inchoetur, et tituli sanctae Priscae cardinalis fuerit, ad purpuram scilicet evectus die* 20 *decembris a.* 1320 *a Ioanne XXII, teste Bernardo Guidonis praesente et oculato: et revera in codice ms. eiusdem tabulae monasterii nostri Pissiacensis legitur: Simoni.* Bernardus Maria de Rubeis quo loco in opera: *De gestis et scriptis et doctrina s. Thomae Aquinatis* [Venetiis, 1750, dissertat. XIV, c. II, p. 179] demonstrandum aggreditur *speculum* tunc *morale* appellatum, non aliud esse *quam speculum doctrinale*, codicem nostrum *ms. optimae notae* se legisse testatur ubi verba ex Echardo eodem occurrunt: « F. Vincentius de Belvaco, cum collegis suis ordinis Praedicatorum . . . . . . tres *summas* egregias ac perutiles » compilarunt . . . . . . Prima enim dicitur *speculum naturale*, in » qua appropriate tractantur speculabilia, per quae exercitatur » intellectus in cognitione veri. *Secundum, speculum morale*, in » qua tractantur moralia, per quae excitatur affectus in operatione boni. *Tertia, speculum historiale*, in qua tractantur gesta » et dicta virorum illustrium, per quae confortatur memoria ». Haec placuit repetere, ut operi supra memorato lux nova affulgeat.

Codex, foliorum 84, eodem modo compactus est ac tres superiores.

Cod. 135 membr.-chart., saec. XIV, a. 280, l. 202 [L. X, LI]. Mt.

I. Guillelmi Pastrengici, *veronensis civis et fori urbis eiusdem aliquando causidici, liber de viris illustribus.* « Anaximan» der philosophus, patria milesius, Taletis et auditor..... », f. 1-44.

Sub fine memoria inedita Zenonis episcopi veronensis, cui opera tria super triginta tribuuntur, hae notae: « Omnia haec » opuscula memorabilis vir Ioannes presbyter maioris veronensis ecclesiae mansionarius se vidisse et legisse testatur ».

II. Eiusdem, *de originibus rerum, scilicet:* 1. *De primis rerum quarundam vel artium inventoribus* — 2. *De certarum provinciarum vel urbium fundatoribus* — 3. *A quibus provinciae quaedam, gentes, insulae ec. certa traxere vocabula primum* — 4. *Quibus in locis, provinciis ec. res quaedam primum inventae sunt* — 5. *Quique certis dignitatibus aut officiis functi sunt primi* — 6. *Qui magnifica quaedam gessere primi, aut instituerint insolita.* « Adam primus homo animantibus cunctis primus vo» cabula indidit... », f. 44-76.

Opus utrumque ex nostro codice edidit procul dubio (1), quod minuta collatio evincit, Sebastiano Fuscareno nuncupatum, Michael Angelus Blondus, ita tamen errate ut novam editionem molirentur et Montfauconius qui hunc eundem codicem in bibliotheca ss. Ioannis et Pauli viderat (2), et Scipio Maffei

(1) *De originibus rerum libellus authore Gulielmo Pastrengico veronensi In quo agitur de scripturis virorum illustrium. De fundatoribus urbium. De primis rerum nominibus. De inventoribus rerum. De primis dignitatibus. Deque magnificis institutionibus, expurgatus omni errore atque litura, nunc primum e tenebris eductus in lucem.* Venetiis, Nicolaus de Buscarinis, 1547. fol. 131, 12.°

(2) « Guillelmus Pastrengicus, *de viris illustribus*, erat is Petrarchae » magister [quod respuit Maffei], cuius ille frequenter non sine laude me» minit. Estque opusculum ut illo aevo perutile: multi scriptores, multique » libri non noti ibidem memorantur .... Ignotus est etiam Venetiis, ac » si nunquam vidisset lucem: ad haec mendis infinitis foedatus ».

qui cum de auctore tum de opere ac codice fusius disseruit in *Verona illustrata*, p. II, libr. II. Quaenam ceteroquin laus tractationis praecipua paucis absolvit Maffei: « Il principale adunque dell' opera consiste in una biblioteca; e come tra suoi » primi fonti furono s. Girolamo e Gennadio, così ne ritenne il » titolo: ma primo fu il nostro a concepire la vasta idea, mirabile nell' oscurità di quei tempi, d' una biblioteca universale » sacra e profana. Le altre parti vengono a formare una spezie » di dizionario istorico e geografico con particolar ricerca delle » prime origini: e conobbe egli molto bene quanto fosse lontano dal potere comprender tanto, poichè disse in un luogo: » *Satis est inchoasse tam grandia*. A lui però non potrà negarsi » la lode d' essere stato il primo, e anterior di tanto ai ricercatissimi dizionarj, prima del Ruscelli *[Indice degli uomini illustri]*, poi di tutti quelli che negli ultimi tempi n'hanno » con lor gloria empiuto il mondo. Primo ei può dirsi ancora » che osservasse le lapide, poichè ove nomina Tito Livio, una a » disteso ne riferisce, il che da niuno s' era ancor fatto ».

Cod. 136 chart., saec. XIV, a. 280, l. 205 [L. X, CCXLIII]. N.

I. *Inventarium insignium gestorum notabiliumque dictorum ab ipsa mundi origine ad Benedictum pp. XII*, anno 1334. *Partes quinque.*

Praeeunt foliis 1-7 rubricae et divisiones inventarii generalis.

Pars prima [f. 8-18] capitulis duobus supra viginti agit *de operibus sex dierum*: altera [f. 18-20] capitulis quinque *primam et secundam etates et progressum humani generis infra illas describit*: tertia [f. 20-42] duobus libris continet *percursum populorum et regnorum Asie et Grecie*: quarta [f. 46-77] capitulis nonaginta tribus tractat *de liberalium et mechanicarum artium inventione, de origine deorum et simulacrorum, de allegoriis fabularum, de septem sapientibus, de philosophis et quibusdam aliis extraordinariis*. Quinta pars in libros sexdecim divisa est, quorum primus usque duodecimum absolutum res tantum romanae reipublicae attingunt [f. 78-184]. Libri reliqui de imperio ro-

mano, barbarorum in Italiam incursu, pontificibus summis [f. 184-221].

II. *Exordium, progressus et excidium regni Amazonum.* « Anno ante urbem conditam quadringentesimo octuagesimo » Vesotes rex Aegypti ... », f. 222.

III. *Descriptio Galliarum loco pereuni procursus regni Gallorum.* « Procursus regnorum Francie et Burgundie descripturus » premittendum censui quibus finibus regna ... », f. 222-227.

Gallum puto auctorem non tantum ex opella hac extrema, quam ex iis diligenter enucleatis quae in universo opere ad Galliam se referunt.

Cod. 137 chart., 1470, a. 292, l. 210 [L. X, LXXV]. X.

Matthaei Palmerii, *florentini, de temporibus*. Dedicatio Petro Cosmae Medici inc.: « Animis nostris innatum esse constat » ut praestantes ingenio viri ... »; prooemium : « Querenti mi- » hi sepenumero quibus temporibus, per quos et apud quas gen- » tes ... ».

Chronicon Palmerii integrum codici huic et proxime insequenti inest, ab orbe condito ad annum Christi 1448, quale in manuscriptis ut plurimum est; ab anno Christi 449 ad 1448 primum quidem cum Eusebii chronico a Bonino Mombritio Mediolani, circa annum 1475 typis editum, ac deinde alibi recusum; ab anno autem Christi 1294 ad 1448, cum epistola dedicatoria, tomo primo *Scriptorum rerum italicarum* Florentiae vulgatum ex codice ms. bibliothecae florent. s. Mariae Carmeli.

Sub fine, fol. 74 legitur: *Matthaei Palmerii florentini, de temporibus feliciter explicit die XV septembris M.CCCC.LXX, in contrata sanctae Mariae Iubanicho Venetiarum, per me Gasparem Bredani quondam d. Antonii.* Dein memoria ingesta pontificum Calixti III, Pii II, Pauli II, Sixti IV, annis 1455-1471.

Cod. 138 chart., 1464, a. 283, l. 215 [L. X, LXXIV].

Eiusdem, *de temporibus, cum excerptis ex annalibus Venetorum Petri Delphini.*

Post absolutum, ut in codice anteriori et editionibus, textum verbis *Mediolanenses Laudum receperunt* subiicitur: *Finis Matthaei Palmerii.* Sequitur pars historica anni 1451 Petro Delphino tribuenda.

Palmerii chronico res Venetorum Petrus Delphinus patricius venetus suis locis inseruit, ut uno veluti filo deductum opus videretur. In iis quae post saeculum circiter undecimum contigere, Andreae Danduli chronicon plerumque ad verbum exscribere animadverti: non item de iis quae ad saecula superiora spectant, quibus ducum tempora cum statuit, a ceteris historicis recedere solet. Specimen esto: « DCCVI. Paulutius » Anafestus dux primus in Venetiarum provincia a nobilibus et » habitantibus eligitur in Eracleona, nunc Civitas nova appel- » lata, usque ad tempora Aliprandi, Longobardorum regis, qui » cum infesto exercitu Patavinum Istriamque vastaret, dux au- » xilio habitantium in illis oris, Dei voluntate, victoriam repor- » tavit; qui ut ab incurrentibus tutior esset, fossa ingenti ha- » bitationes ducatus circumquaque munivit ». Ad annum 1229, postquam assumptionem Iacobi Theupoli ad ducatum posuit, scribit: « Nota quod in bibliotheca Venetorum non inveniuntur » commentaria de electionibus superiorum ducum, quae aut ve- » tustate perierunt, aut incendio: aliae vero electiones sunt de » tempore in tempus, ut infra ». Pacta Venetorum passim affert: sic ad ann. 1230: « Pactum ferrariense cum Venetis, 13 augu- » sti, quod Veneti omnes sint salvi et securi in rebus et perso- » nis, non solventes aliquod datium, exceptis denariis tribus » parvis, pro fundo navis qui portum fecerint et manserint » apud civitatem Ferrariae. Apparet in ch. 65 ». Ad ann. 1239: « Item in libris Pactorum ch. 271 pax et liga inter ecclesiam, » tempore Gregorii papae 9 et Iacobum Teupolo, interventu » Romei Quirini et Stephani Baduarii veneti oratoris, hac con- » dicione quod arment 25 galeas communis, sumptibus amba- » rum partium, ad occupandum regnum Siciliae, et si guerra » duraret ultra sex menses, promittunt Veneti armare quatuor » galeas: et hoc si imperator non erit in Lombardia: nec pa- » cem cum Federico, absque pape licencia, facere promittunt. » 1239 sept. 5, pontificatus anno 13.° ». Imperatorum Orientis

serie accuratius, quam Palmerius, dare se Delphinus profitetur, ad ann. 976 scribens: « In Oriente post Ioannem regnaverunt » Constantinus, Alexius, Manuel, Manuel eius filius, Andronicus, Ysantius, Basilius, Nicolaus, Mortulphus, Blandonius, » Henricus, Petrus et deinde Robertus, quorum discernere tempora non potuit Matthaeus Palmerius. Sed ego Petrus Delphinus Georgii filius, qui transcribo, dabo operam inter amicos » discere, et in margine libri annotabo. Et haec sunt in 1464 » kalend. octobris ».

In ipso primo libri folio haec adscripta sunt: *Manu Ludovici Stella secretarii mei in legatione mea apud Ariminum* 1464, quae quidem ab ipsa Petri Delphini manu immediate profecta esse videntur. Aliud rerum venetarum chronicon a Petro Delphino vulgari sermone conscriptum habet codex Marcius [I. VII, DLIX] ab urbe Ven. condita ad ann. 1418.

Codicem hunc, foliorum 96, forma antiquiori, scilicet corio signato cum quadruplici fibula compactum, Marinus Sanutus Leonardi filius olim possedit.

Cod. 139 chart., saec. XV, a. 290, l. 209 [L. X, CCLXIV]. N.

I. Petri Candidi Decembrii, *peregrinae historiae libri tres*. Prooemium ad Nicolaum Arcemboldum inc.: « Quantum inter » se terrarum spatio separentur amantes, tantum animis et corde coeunt . . . ».

a. *Liber primus de cosmographia et nominibus provinciarum.* « In Europa sunt regiones et provinciae . . . », f. 1-8.

b. *Liber alter de hominis genitura.* « Postquam in principio huius operis de cosmographia . . . », f. 9-17.

c. *Liber tertius de muneribus romanae reipublicae.* « Explicatis his quae de cosmographia genituraque hominis . . . . . », f. 17-27.

II. Eiusdem, *grammaticon libri duo*. Prooemium ad Guarnerium Castellionem inc.: « Qui amico detrahit ut alteri sufficiat . . . », f. 27-54.

a. *Liber primus de usus antiquitate scribendi, cum peregrinorum vocabulorum expositione — nomina vestium, secundum*

antiquos scriptores — nomina colorum, navigiorum, vasorum, armorum et iaculorum, de ordinibus bellicis, nomina ponderum secundum antiquos.

b. *Liber secundus de proprietate verborum latinorum.*

Auctor, cuius opus anecdotis tribuendum est, Ticini habuit ortum anno 1399.

Cod. 140 chart., saec. XV, a. 433, l. 291 [Z. L., CCCLXXXVII]. B.

I. Eutropii, *historiae romanae breviarium, insertis multis et adiectis a Paulo Diacono aquileiensi.* « Primus in Italia, ut quibusdam placet, regnavit Ianus, deinde Saturnus... », f. 1-28.

Nullo sub titulo opus inest, sub eadem omnino librorum divisione, eademque, ut plurimum, lectione qua in codice Ambrosiano perantiquo exstat, a Muratorio accurate exhibito in editione *historiae miscellae* (1).

Folio 17, ad finem libri undecimi quidam notavit: « Hucusque historiam Eutropius composuit, cui tamen aliqua Paulus » Diaconus addidit ». Desinit liber decimus sextus, extremus: « Quia vero restant adhuc quae de Iustiniani Augusti felicitate » dicantur, in sequenti, Deo praesule, libello promenda sunt ». Ac ita quidem codici Ambrosiano finem impositum esse Muratorius testatur [col. 108, nota 27]. A Paulo Diacono historiam Eutropii interpolatam fuisse et auctam usque ad Iustiniani tempora ex Leone Ostiensi constat, qua de re Muratorium in praefatione ad *historiam miscellam*, Lirutium *de scriptoribus foroiuliensibus*, t. I, p. 194, et Tzschuchium in praefatione ad Eutropium [Lipsiae, 1796] videre praestat. Est autem historia haec ut etiam sequens a librario male admodum habita.

II. Martini Poloni, *chronicon pontificum romanorum*, f. 31-70.

Licet usque ad Ioannis XXI pontificatum tantummodo se scripsisse auctor in prologo dicat, opus tamen ad Martinum IV perductum est; de quo haec adiiciuntur: « Martinus Gallicus » Viterbii eligitur, qui sedit annos II, mensem I, diem I. Huic » rebellarunt multae civitates, contra quas misit exercitum. Di-

(1) *Scriptt. rer. ital.*, t. I.

» latavit palatium in Montefalconis et Urbeveteri et Perusii.
» Rebellavit Sicilia, quam Petrus rex Aragonum cum intrasset,
» statim a Martino est excommunicatus, et regno privavit, quod
» donavit filio regi Francorum. Carolus rex Siciliae Siciliam cum
» summo exercitu intrat, sed nihil proficit ». Inest fabula de
Ioanna papissa.

III. Gervasii Riccobaldi, *ex pomerio excerpta.* « Rerum crea-
» turam Deus sex diebus formavit: primo die lucem condi-
» dit... », f. 71-123.

Pomerium, quod nonnisi ex parte editum fuit, integrum exstat cod. 129, cuius collatione, excerpta haec iusto pretio pendenda deprehendi. Ad annum usque 1299 ea operi respondent: inde continuatio ad annum 1302 accedit. Excerptis alia factorum Italiae series historica adiicitur usque 1324 producta, quae inc.: « Eo anno [1298] Veneti cum Ianuensibus mari adriatico » apud insulam Curzulam classe navium pugnant in qua Veneti habebant LXXXVI naves, et Ianuenses LXXVIII. Veneti » superati fuerunt, et ibi maxima strages hominum mortuorum, » tam ferro quam aqua, et multi captivi ducti fuerunt Ianuam » et pie tractati. Altero anno Veneti pacem obtulerunt condi- » tionibus aequis, et, pace facta, utrinque captivi sunt libertati » redditi ».

Codicem exornat littera initialis prima, eleganter auro picta.

Cod. 141 membr., saec. XIV, a. 272, l. 205 [L. X, CCCIII]. D.

Chronica Martiniana [Martini Poloni] *de gestis pontificum et imperatorum romanorum.* « Quoniam scire tempora summo- » rum pontificum et imperatorum, nec non et aliorum patrum » ipsorum... », f. 1-6.

Titulum, quo caret chronicorum initium ex annotatis sub fine sumpsi. Prologum editionis secundae [quo verba *usque ad Nicolaum III*] excipit historiola de quatuor regnis post Martini mortem effecta.

Textum conspurcat nota fabella Ioannae papissae ante Benedictum III. Abest chronologia: historia pontificalis imperatoriae innectitur. Folio 35, absoluta *chronica fratris Martini* post

Ioannem XXI, sequuntur vitae reliquorum pontificum usque ad Clementem V [1305-1314], post quem sedes pontificalis Avenionem translata est. Narrationem universam claudit mors Henrici VII *fluxu ventris*.

Codex, folior. 88, Regio parisino 5224 par. Folio extremo occurrit tabula ad inveniendum pascha: *MCCCXXXVII. Incipit ratio pascae*, ac inferius: *ubi est MCCCXXXVII, et fuit in illo anno secundo, et fuit XX aprilis*, ex quibus saeculum scriptionis decimumquartum conlicias. Littera voluminis prima pontificem sedentem repraesentat.

Cod. 142 chart., saec. XIV, a. 293, l. 222 [L. X, CCXIII]. N.

Idem chronicum per fratrem Martinum, domini Nicolai papae cur. cappellanum. Tractatus de gestis summorum pontificum et imperatorum.

Chronica pontificum et imperatorum simul interiecta sunt. Exemplar corruptum habet fabellam Ioannae papissae. Verba in prooemio variata leguntur: *usque ad Nicolaum quartum* [1288-1292], cuius vitae a principio, f. 62, coaevus glossator notavit: « Tempore istius Nicolai papae finiunt cronica in principibus ». Tamen procedunt chronica cum pontificibus et principibus, usque ad Ioannem XXII, qui, ut folio extremo: *sedit annis 18, m. 3, di. 26 — obiit die 4 decembris* 1335.

Quod a pontifice Honorio IV, a. 1285 exinde legitur, idem fere est ac editum nomine Theoderici de Niem a Ioanne Georgio Echardo in *Corp. hist. medii aevi* [I, col. 1461-1494].

Codex, folior. 96, quorum extremo insunt notitiae ex annis 1371-1372, ac arbor successionis regum langobardorum pluribus glossis marginibus appositis, latiorem dat, inter Marcianos, chronicorum continuationem, qua parte congruit Regio parisino 5225 *membran. olim cl. Bigotii*, ab Echardo, op. cit. p. 369. Folio 75 lego: *Iste liber est Bartholomaei Runinagiae de Placentia, notarii de Placentia, emptus ab haered. q. Petri de Canale, notarii.*

Cod. 143 membr., saec. XIV, a. 360, l. 248 [L. IX, X]. Mk.

I. *Chronica fratris Martini de conditione et regimine romane urbis, et gestis summorum pontificum et imperatorum.*

Opella *de conditione* incipit: « Primum ergo dicendum est » de quatuor regnis maioribus, de quibus romanum ultimum » fuit... », f. 1-12.

Praeambulum hoc, aliis codicibus commune, Martino esse abiudicandum omnes censent.

II. *Chronicon Martini Poloni.* « De summo pontifice Iesu » Christo: Anno XLII Octaviani Augusti natus est Iesus Chri- » stus filius Dei... », f. 13-74.

Fabula Ioannae papissae exstat fol. 54, inter Leonem IV et Benedictum III. Nomen tamen eius non ponitur: « Hic, ut as- » seritur, foemina fuit et in puerili aetate... »; praeeunte par- particula: « Post hunc Leonem [pp. IV] Ioannes Anglicus na- » tione maguntinus... ». Codex est per columnas distinctus et omnis pagina duas columnas habet: columnae vero triginta quinque lineas tantum continent, et non servatur ordo quod tot lineas habeat quilibet pontifex, quot annos sederit, sicut in prioribus eiusdem Martini exemplaribus, vel in secundis ab eodem Martino exaratis. Chronicon Martini finit in Conradino et Clemente IV, his verbis: « a Clemente praedicto praesens cronica » stilum operis committavit ».

III. *Additiones usque ad Nicolaum III exclusive* [hoc exordio aliena manu]: « Nam cum a principio per annos Domini cu- » currerit et quilibet pontifex anno introitus sui... », f. 74-76.

IV. *Additiones alias manus minime coaeva protulit, cum annorum lacunis, usque ad Bonifacium octavum* [ann. 1277-1294], f. 76-77.

V. *Nomina regum Franciae sub hoc titulo:* « Ista sunt no- » mina regum, qui hactenus fuerunt in Francia et fuerunt qua- » draginta octo. Post illud famosum troianae civitatis excidium, » victoribus Graecis cedentes.... »; finit: « Quadragesimus » octavus Philippus [pulcher] filius praedicti Philippi », f. 78.

Bernardus de Montfaucon in *diario italico,* pag. 49-50.

fuse de hoc codice, concludens: « Haec describere visum, quia » mire variant codices chronici Martini Poloni, maximeque initio; nam quod superius legitur *usque ad Honorium papam* » *quartum,* alii codices ad Clementem IV, alii ad Gregorium IX, » alii ad Ioannem XXI praeferunt. Vix itaque potest Martini » chronicon in codicibus quale a primo auctore exaratum fuit, » deprehendi; nam quivis amanuensis, ut liquet, ad suam usque » aetatem deduxit historiam, atque in prologo nomen pontificis » sui aevi, amoto priore posuit; in serieque non semel dissen- » tiunt codices.

Cod. 144 membr., saec. XV, a. 227, l. 183 [L. X, CXXXV]. MI.

I. *Incipit catalogus sive chronica omnium pontificum et imperatorum romanorum, ubi anni et menses et dies eorum ponuntur, et notabilia facta eorum, et distinguitur quis imperator sub quo papa sedit, incipiens a Christo, qui fuit primus et summus, ab Octaviano Augusto qui eius tempore imperavit pertingens usque ad Gregorium nonum et Fridericum qui nunc ad imperium sublimatur,* f. 1-8.

Etsi chronicis Martini Poloni haec sint praevia, utpote quae auctor ad pontificem Gregorium IX, a. 1227, et Fridericum imperatorem, a. 1220, producenda auctor sibi proposuerat, nihil commune cum illis habent.

II. *Incipit chronica fratris Martini poenitentiarii domini Clementis IV papae et cappellani, de gestis summorum pontificum et imperatorum,* f. 9-67.

Brevis prologus est, a quo exulat praeambulum illud *de quatuor regnis et de conditione urbis Romae,* quod prolixum in ceteris nostris et aliis codicibus manuscriptis legitur, *auctoris fini minime congruens,* adnotante Echardo, *qui chronicon suum studebat brevius facere.* Finis imperatorum [f. 49-67] est in *Conradino,* qui *post fugam captus fuit et decollatur; et factum suum paucis diebus post tanquam fumus evanuit.* Finis autem pontificum [f. 9-49] habetur in *Clemente IV, natione Provinciali de villa Sancti Aegidii,* qui *dicitur sedisse annis tribus, mensibus novem et diebus XXI,* ac *mortuus Viterbii, et sepultus in eccle-*

sia fratrum Praedicatorum. Alia eiusdem Clementis gesta minime, ut puto, sincera recensentur: tum vero: *Explicit chronica Martiniana. Deo gratias et beatae Iustinae virgini, amen.* Haec editio chronicorum prima.

III. *Incipiunt quaedam additiones, quae immediate sequuntur chronicam antedictam.* « Romanum imperium, sive post de» positionem Friderici secundi ab imperio, sive post mortem » eius, caepit vacare . . . », f. 67-70.

Quae ad imperatores pertinent continuo narrata finiunt: « Rex etiam Navarrae, qui infirmus de Africa recesserat, in Si» ciliam veniens est defunctus. Rex Franciae dixit quod, ante» quam intraret mare, expenderat occasione passagii XIV vici» bus C millia libras turonensium, ut dicebant barones sui, qui » hoc ab ipso audiverant ». Ad pontifices quod attinet, initium: « Gregorius decimus, natione lombardus, de civitate Placen» tiae . . . »; finis: « Nicolaus tertius, natione romanus, sedit ». Is ad summum pontificatum evectus fuit anno 1277, die 25 novembris. Nullam aliam Martini additionem factam inde scimus quod anno insequente 1278 mortem ipse obierit.

Codex Vaticano [5001] emendatior, sinceris annumerandus quod inter Leonem quartum [quintum in codice] et Benedictum tertium anno 855 electum, minime occurrat *Ioannes* ille *Anglicus* seu *Ioanna papissa,* cuius fabella chronicon Martinianum anno 1277 non inquinatum, etiam aliunde scimus. Hoc adnotandum censui quod, cum gravis inter Catholicos et Protestantes de vera et nunquam interrupta romani pontificis successione disputatio intercedat, totius litis pondus in eo sita sit: *an romanam cathedram pontifex foemina occupaverit.* Convenit ex ungue cum chronicis typis editis Coloniae Agrippinae, anno 1616.

Martinus Polonus, seu proprie oppaviensis, nomine familiae Strzebski, *archiepiscopus consentinus* appellatus, chronicon exaravit, plurimi usus aevo medio, nullius apud posteros pretii. De auctore, opere, codicibus manuscriptis erudiri cupidus adeat *Archiv der Gesellschaft für ältere Geschichtkunde,* voll. IV, V, VII, quo doctor Pertz uberem collegit messem, in suos usus excusso opere comitis Ossolinsky: *Viadomosci o Pisarzach Polskich.* Krakau, 1819.

Folio extremo notae historicae occurrunt annorum 1463-1469 de obsidione Tergesti per Venetos; de pace, intercedente Bessariono, composita; de *liga contra perfidum et paganissimum Maumet turchum;* de morte Iacobi Picinini; de fluvio Natissa *civitatem Foriiulii inundante;* de Turcis territorium, 12 iulii 1469, depopulantibus, cum *depraedatione animarum* 1500.

Cod. 145 chart., saec. XV, a. 308, l. 212 [L. X, CLXXXVIII].

I. *Incipit chronica fratris Martini* ec.

Praeit prologus editionis alterius cum verbis *usque ad Ioannem XXI papam,* quem proxime sequitur historiola de quatuor regnis, f. 13-27. Foliis vero 29-113 exstat *historia breviter edita de nativitate Salvatoris, praedicationibus, miraculis, passione, resurrectione, ascensione, et Spiritus sancti missione, ex quatuor evangelistis, et Iosepho, Eusebio, et ex historicis scolasticis,* ab auctore anonymo, qua pars prima operis Martiniani exhibita. Chronicon Martinianum [f. 113-136] a s. Silvestro ad Ioannem XXI excurrens, romanis imperatoribus omnino extrusis: finit: « Hic est finis de pontificibus ». Vitae Nicolai tertii ad Honorium quartum leguntur, f. 137-142.

Folio 126 occurrit fabella Ioannae papissae, post vitam Leonis V. Sub fine: « Hic est finis romane cronice pontificum ».

II. *Chronicon breve silesianum.* Prosa oratio et rhythmi. Ea inc.: « A lege Moysi usque ad destructionem Troiae III et XXX » anni... »; rhythmi vero:

« Est locus iste lubens Iulio de Caesare dictus
» Slavonizando loquens consuevit dicere vulgus... »,

f. 142-145.

III. *Epytaphia ducum Slezie et primo ducis Bolezlai qui fundator coenobii lubensis* ec. Est necrologium silesianum, exceptis versibus *scriptis in tumba Bolezlai,* in choro ecclesiae lubensis. « Dux Boleslaus, honor patriae, virtute deinceps... », f. 145.

IV. *Series ducum vratislavensium et glogoviensium,* f. 145-146.

In indice praevio notata numeris II-IV referunt titulum: *Notabilia facta sub diversis contingentiis temporum.*

V. *Tractatus de longevo schismate.* Tractatus primus. « Suae » gygas ecclesiae Christus Dominus, etsi caelorum thronos et » molem terrae sua manu sustentans portet et teneat.... ». f. 149-242.

De hac historia schismatis occidentalis, a morte Gregorii papae XI a. 1378 ad Vitoldum magnum Lituaniae principem [1392-1430] nullam ingerit mentionem Raynaldus, etsi in Baronii continuatione de schismate egerit. Hoc tractatu actum de concilio pisano et rebus ad Bohemorum fidem spectantibus. Differt ab impressis Theodorici de Niem et Maimburgi.

VI. *Incipit chronica Bohemorum.* « Ut igitur, sereniss. im» perator et semper auguste, tui conceptus propositum... ». f. 243-263.

Propositum dederat Carolus quartus rex in prooemio, ad cuius finem: « Ut ergo tranquillitate pacis...... nostra res» publica perfruatur..... cronicarum antiquas et novas histo» rias, maxime Boemorum, obscure conscriptas, per venera» bilem vestrum Ioannem dictum de Marignolis de Florentia. » ordinis Minorum, bysianensem episcopum, nostrae imperialis » aulae commensalem, transcurri mandavimus, amputatis ob» scuris verborum ambagibus, et superfluis resecatis, ac inter» positis quibusdam utilibus, incipiendo a primo Adam usque » ad felicia tempora nostra ec. ».

De auctore et opere [quod Gelasius Dobner publici iuris fecit in *Monumenta historica Bohemiae nunquam antehac edita.* Pragae, 1764-1786, tom. II, p. 68] sic Baldinus in *Bohemia docta,* tom. I, p. 68: « Hagecius ait in praefatione Marignolam, » iubente Carolo IV, in originem Bohemorum inquisivisse, et » qua de causa bohemica natio nostra vocetur, explicare voluis» se, sed miris modis quaestionem hanc tersisse, ut aliquid di» ceret. Sine dubio bonus Marignola veteres Boios vel Bohemos » ignoravit aut Czechos slavicae genti coniunxit, quod illi sine » dubio infeliciter cesserit; nam terram et appellationem ha» bemus a Boiis, originem et linguam trahimus a Slavis ».

VII. Aeneae Sylvii, *historia bohemica.* « Interitura esse » quaeque nascuntur, atque homines in primis, quos ea de cau» sa... », f. 268-336.

Historia, nulla fere partitione adhibita, habet in editionibus capitula duo supra septuaginta.

VIII. Eiusdem, *epistola duplex,* prima Viennae data kalend. iunii 1451, Ioanni Hinderbach secretario regio, *de nomine et officio heraldorum;* altera Pruch, pridie kal. febr. 1444, Ioanni de Aich iurisconsulto, *de curialium miseriis.* Illa ex editis est centesima vigesima sexta; haec centesima sexagesima sexta, f. 337-352.

IX. *Civitas iustitiae.* « Quia, secundum Gregorium, ad » constantiam regiam Galliae . . . », f. 355-377.

Tractatus de virtutibus, quas auctor anonymus se excussurum nuntiat: « Quia, secundum Hieronymum omnes virtutum » species in uno nomine iustitiae continentur . . . ».

X. *Legenda de Abgaro rege.* « In ecclesiastica hystoria » legitur quod Abagarus rex dominio nostro Iesum Christum... », f. 378.

XI. *Institutio letaniae.* « Letaniae bis in anno fiunt, scili» cet in festo sancti Marci et tribus diebus ante Ascensio» nem . . . », f. 377-380.

XII. *Hystoria de sancto Iodoco.* Post *oremus* lectiones tres, quarum prima: « Fuit in partibus Barbundiae [sic] quidam no» bilis puer nomine Iodocus . . . », f. 380-381.

Differt toto caelo a legenda promissiori Iacobi a Voragine.

Codicem, manu germanica scriptum, quod et confirmant verba folio 378 *Goth helff euch,* qua versio loci *Deus te adiuvet;* ita inscripsit qui possederat: « Hoc volumen comparavit magi» ster Nicolaus Tempelfelt de Brega, sacrae theologiae profes» sor, cantor ecclesiae vratislaviensis . . . ».

Cod. 146 chart., saec. XV, a. 290, l. 220 [L. X, CCLXII]. Z.

Incipit chronica fratris Martini ec., f. 1-41.

Praeit index pontificum. In prooemio leguntur verba *usque ad Nicolaum III,* huiusque vitae principio, f. 41: « Explicit » cronica fratris Martini, ordinis fratrum Praedicatorum de » pontificibus summis ». Foliis 3-9 exstant chronica praevia, Martino abiudicanda. Series imperatorum et pontificum sic im-

mixta est ut pagina prima pontifices, altera imperatores, tertia pontifices et sic reliquae referant.

Vitae Nicolai III, Martini IV, Honorii IV accedunt fol. 41-43: extremo 44 inscriptus index imperatorum romanorum.

Editio Martini secunda, cum Ioannae papissae fabella.

Cod. 147 membr., saec. XV, a. 290, l. 223 [L. X, XI]. Ma.

Martini Poloni, *chronica pontificum et imperatorum romanorum.*

Anteit prologus non sincerus: « Primum ergo dicendum » est... », f. 1-10. Sequitur chronicon: « Incipiendo a primo » summo pontifice... ».

Prooemium ex editione altera *[usque ad Ioannem XXI papam deduxi inclusive]* excipiunt chronica pontificum [quibus additi in textu Nicolaus III et Martinus IV] f. 10-36, ac imperatorum, usque ad Eduardum sextum regem Angliae, f. 37-61.

Singulare est quod folio primo legatur: « In hoc codice nequaquam reperitur fabula Ioannis VI Anglici papae, cui a Platina, ex hoc auctore, muliebris sexus attribuitur. Irrepsit ergo » in Martini Poloni chronicon commentitia haec narratio. Vetustissimae notae codices in caesarea bibliotheca fabula hac non » maculati quatuor numero asservantur; his et aliis ab clar. Guillelmo Cave recensitis, nostrum hunc addere aequum est, quem » ex vicinioribus Martini tempori nos non incongrue reputamus. D. Ascanius Varesius, abbas, paucula haec adnotavi, veritatis studio, die 19 maii 1714 ». Re etenim vera ille hallucinatus est, nam fabula Ioannis papissae occurrit in fine vitae Leonis pp. V [f. 25], idemque de hoc codice affirmat Iac. Philippus Tomasinus in *Biblioth. patav.*, Utini, 1639, p. 20.

Codicem diligenter duabus columnis exscriptum Bartholomaeus de Lignamine, episcopus concordiensis, coenobio s. Io. in Viridario Paduae donavit anno 1455.

Cod. 148 membr., 1465, a. 337, l. 237 [L. X, XXII]. Ma.

Blondi Flavii, *foroliviensis, historiarum ab inclinatione Romanorum imperii, libri decem priores* seu *decas prima.*

Codici, folior. 149, impia manus primum abscidit, eo procul dubio [collatione cum ceteris librorum initiis vere splendidis instituta] quod aurata pictura esset conspicuum. Librorum quinti et septimi initiali picturae apparandae spatium datum.

Opus, candidioribus teretibusque membranis eleganter descriptum, *absolutum est ad petitionem Ioannis Marcanovae ar. et med. doct. p. anno gratiae* 1465, *Bononiae:* biennio post coenobio s. Ioannis in Viridario cessit.

Cod. 149 chart., saec. XV, a. 338, l. 230 [L. XIV, CCLXXIV].

I. Aeneae Sylvii Pii pp. II, *epitome supra decades* [primam et secundam] *Blondi, ab inclinatione imperii usque ad tempora Ioannis vicesimitertii pontificis maximi.* « Fuit in urbe Constan- » tinopoli romanum imperium magna cum gloria sub Constan- » tino Constantii filio . . . », f. 43-194.

Pracit alphabeticus nominum tum virorum tum locorum index. Epitomen historiae romanae a saeculo V ad ann. 1410 prolatam legimus in *Aeneae Sylvii Piccolominei opp. omn.* [Basileae, 1571], p. 144-281.

II. *Breviarium libri primi usque tertium non absolutum decadis tertiae eiusdem operis Flavii Blondi.* « Iohanne Galeatio » mortuo, duo ex uxore filii superstites fuere: Iohannes Maria » et Philippus Maria . . . », f. 195-213.

Summarium praecedentis epitomae praestantiam minime redolet.

Codicem possederat anno 1476 Dominicus de Dominicis, episcopus Brixiae, *vicarius urbis,* qui sua manu et nomen et annum et notitiam inscripsit: *quem* [librum] *scribi feci et colligari. Constitit ducat. VI.*

Cod. 150 chart., saec. XV, a. 279, l. 212 [L. X, XXI]. Ma.

I. Blondi Flavii, *foroliviensis, Italiae illustratae per regiones seu provincias octodecim, libri XIV.* « Italiam scribere » exorsi, provinciarum urbis primariam . . . », f. 2-188.

Lectio quandoque corrupta librarii ignorantiam belle scribentis sapit, qui fol. 188 sui memoriam ingessit: *IO . AN . ZVP . P . scripsit MCCCCLXII . Bon.* Litterae librorum initiales egregie pictae occurrunt.

Esse in hoc exemplari quaedam de rebus Nicolai V pont. max. inserta deprehendo quae ab impressis omnino absunt: utrum vero a Blondo ipso vel ab alio quopiam, qui in codice pontifici illi oblato de suo primum adiecerit, profecta ea sint, non ego diiudicaverim: hoc unum constat codicem hunc Bononiae scriptum fuisse quo tempore inter vivos Blondus degebat. Differentiae, quam dixi, argumenta profero. Tomo primo operum Blondi, edit. Basil. an. 1559, p. 301, lin. 2, post ea verba: *splendidissima exaedificavit,* habet ms.: *idque oppidum novi nominis ingens nactum est ornamentum, quod te Nicolaum genuit praesentis temporis romanum pontificem, eius nominis quintum, cuius vita successusque omnes poterant posteros admonere, virtutibus praesertim doctrinae incumbendum.* Pag. 326, lin. 2, post *exiisse videantur,* ms.: *quo inductus exemplo tu, beatissime pater Nicolae, impositam urbis Romae tectis plumbeorum imbricum defensionem claviculis aeneis communisti.* Pag. 330, lin. 14, ubi de Spoleto, pro iis verbis: *Arcem habet omnium Italiae munitissimam et quae aedificiorum pulchritudine nuperrime ornatissima est reddita,* in ms. est: *Arcem habet omnium Italiae munitissimam, quam aedificiorum pulchritudine tu, Pater sancte Nicolae quinte pontifex romane, Caesare Lucensi levire tuo, viro optimo ac praestantissimo curante, ornatissimum reddidisti.* Pag. 336, lin. 40: *Fortunatum vero est praesenti anno, sicut et proximo fuit, Fabrianum, romanae curiae eo ductae praesentia;* qui locus in ms. ita se habet: *Fortunatum vero est praesenti anno, sicut et proximo fuit, Fabrianum, tua, quinte Nicolae pontifex romanae, atque romanae curiae eo ductae praesentia.*

Manuscriptum textum cum impresso conferenti mihi nunc primum indicium sese obtulit de corographia Italiae, Francisci Petrarchae ac Roberti Siciliae regis opera confecta, et a Blondo adhibita: *'Nam pictura Italiae quam in primis sequimur, Roberti Siciliae et Francisci Petrarchae eius amici opus, Vicuentiam Vicueriamque et Conam vicos profluenti Pado appositos habet,* scribit Blondus p. 353, edit., citatae. Animadversione utique digna res, quae immortalis memoriae viri Francisci Petrarchae nomen magis magisque commendat. Addere placet Ludovici Nogarolae veronensis in Blondum *de Italia illustrata* additiones correctionesque manuscriptas in bibliotheca Saibantium, quae Veronae erat, exstare, quod ex bibliothecae illius indice Veronae an. 1734 impresso constat, p. 196.

II. Eiusdem, *Romae instauratae libri tres.* Prooemium Eugenio pp. IV: « Urbis Romae rerum dominae ruinarum potius... »; textus: « Roma in Latio ad Tiberim omnem ... », f. 191-252.

Praeest index per capitula, fol. 189-190.

Codice universo, quem Ioannes Marchanova monasterio s. Ioannis in Viridario anno 1467 donavit, notae marginales plerumque rubricatae occurrunt.

Cod. 151 chart., saec. XV, a. 295, l. 203 [L. X, LXVI].

Leonardi Aretini, *de bello italico adversus Gothos libri quatuor.* Prooemium cardinali Iuliano Cesarini: « Etsi longe mihi » iocundius fuisset Italiae felicitatem quam clades referre... »; finit: « Quo facto Cumas et cetera que supererant oppida Nar- » ses recepit, finisque fuit anni decimi octavi huius belli », f. 1-68.

Paulo ante finem nulla mentio facta pugnae inter Narsetem et Totilam, quo loco librarius annotavit: *Hic deficit apparatus Totile contra Narsetem ac prelium commissum inter eos cum morte Totile, que clare nondum potuit indagari et haberi.* Desiderium idem est in impressione: *Hoc in loco manifestum fragmentum cernitur, nam praetermissa est pugna inter Narsetem et Totilam in qua Totilas ipse occubuit; quod nescio an exemplaris acciderit vitio, an potius auctoris, qui forte huius rei cognitionem*

habere non potuit. Lacunam hanc explevit librarius, quo ex fonte nescio, foliis 69-71.

Citati auctoris nomine commentarium editum est Fulginei anno 1740, noster tamen codex finit: *Belli gothici liber quartus Italia gesti et ultimus explicit per Leonardum Aretinum, sicut fertur.* Adde quod Fabricius, aliique post eum, de Leonardo Aretino qua operis auctore tacent. Nihilotamensecius Leonardo tribuit Poggius in oratione funebri: *Ex Procopio historiam Gothorum quatuor libris complexus est;* idem asserit, argumentis allatis, Mazzuchelli in *Scrittori d' Italia.*

Cod. 152 chart., saec. XVI, a. 295, l. 204 [Cum lib. impr. 41653].

Eiusdem, *de bello italico adversus Gothos libri quatuor.*

Foliis 1-68 occurrunt libri quatuor ut in aliis codicibus manuscriptis; 69-70 lacuna expleta ut codice praecedenti: « Anno imperii Iustiniani XX capta est Roma a Gothis et papa Vigilius venit Constantinopolim ... »; finit: « Gladium evaginaverunt peccatores ut trucident rectos corde: gladius vero intret in cor ipsorum ».

Cod. 153 chart., saec. XV, a. 292, l. 215 [L. X, CLVII]. Z.

I. Aeneae Sylvii Piccolominaei, *Iornandis historiae compendium.* « Est in Arthoo Oceani salo posita insula magna nomine Scantia ... », f. 1-17.

Opus idem *de ortu Gothorum* appellatum, occurrit fol. 1-41 [L. XIV, I].

Auctor dicat Ioanni cardinali de Carvaiali breviarium, de quo sub initio: « Leonardum Aretinum nostri saeculi virum eloquentissimum scripsisse de Gothis historiam accepi: nunquam illa in manus meas venit... ». Et ulterius: « Non longe ab Hystro, inter Viennam atque Pataviam, ibi dum intro bibliothecam, libros volvo: incidit in manus meas Iornandis historia .... Statui in compendium redigere ... ». Raymundus Duellius edidit in *Biga librorum variorum* [Francofurti et Lipsiae, 1730, p. 1-20] ex hoc codice, de quo ille in prooemio:

« Illam [historiam] ex ms. volumine [non quidem optimae no- » tae, sed quoad eius scio, unico], quod mihi ad hos usus ex bi- » bliophylacio suo bonis et raris libris abundante concessit vir » litterarum et insignis benevolentiae fama notissimus, dom. » Apostolus Zenus, nunc primum in lucem bona fide protraho, » adiunctis pauculis, quas manus synchrona in margine addi- » dit, notis, et ipso opere, ob legentium commodum, in plures » paragraphos dissecto ».

II. L. Aretini, *de bello italico adversus Gothos libri quatuor.*

III. L. Annaei Flori, *epitome de gestis Romanorum. Libri quatuor.* « Populus romanus a rege Romulo in Caesarem Augu- » stum septingentos per annos . . . », f. 60-95.

Codicem possederat, ante Zenum, M. Brittius de Cilia.

Cod. 154 chart., saec. XVI, a. 220, l. 143 [L. XIV, XLIV]. Ye.

Benvenutus ex comitibus de Sancto Georgio et de Blandrate, *eques hierosolymitanus, ill. et excell. principi domino Gulielmo octavo, marchioni Montisferrati, domino suo singularissimo significat: Utraque factio* [Guelphorum et Ghibellinorum] *unde manavit.* « Cum de factionum origine, quae duobus innixa no- » minibus, hominum animos in diversa trahunt studia, in cu- » rialium tuorum corona quandoque sermo . . . ». Folia 15.

Opinionibus variis expensis Bartoli Saxoferrati, Nicolai abbatis panormitani, Blondi Flavii, Platinae, Georgii Merulae, hanc nomini originem auctor tribuit: « Duae in romano orbe, apud » Galliae Germaniaeve fines, famosae hactenus fuerunt familiae, » una Henricorum de Guibelinga, alia Guelphorum de Aldulfio, » altera imperatores, altera magnos duces producere solita ». Idem Benvenutus de se in prooemio: « Agente itaque me in Co- » lonia Agrippina Batavorum inferioris Germaniae urbe, apud » Maximilianum Caesarem, illustrissimi quondam genitoris tui » iussu, legationis munus, praestantissimus eques et utriusque » censurae doctor d. Marcoaldus Breysach, vir a secretis Cae- » sareis admodum gravis, ob mutuam familiaritatem visendi » gratia me adiit . . . ».

Hoc in annos 1573-1576 referendum.

Cod. 155 chart., saec. XVI, a. 299, l. 222 [L. X, II]. F.

I. Albertini Mussati, *patavini historiographi, de gestis Henrici VII Caesaris libri XVI, ad Paganum de Turre, episcopum paduanum.* « Lucemborc oppidum est Franchorum fines ab Ger- » manis distinguens, a telluris sterilitate . . . », p. 1-351.

Opus quo gesta in Italia enarrantur a ianuario 1311 ad augustum 1313, tempore Henrici in ea commorantis, publici iuris fecerunt, castigationibus, collationibus, notisque additis. Dominicus Molinus, ex recensione Felicis Osii; post eum vero Graevius et Gronovius in *Thes. histor. Italiae* ec., tom. VI, et Muratorius in *Scriptt. rer. ital.*, tom. X; qui et opus proxime insequens pari modo obtulerunt.

II. Eiusdem, *super gestis Italicorum post Henricum VII Caesarem, ad eundem.* « Post Henrici septimi Caesaris interne- » cionem, qui illum secuti fuerant Gibolengi . . . », p. 352-473.

Historiae huius, in duodecim libros distributae, paulo ultra quatuor habet codex, cuius textus etsi notae melioris ac proxime subsequens, nihil habet prorsus quod editionibus, loco superiori citatis, conferat emendandis.

Cod. 156 chart., saec. XVI, a. 318, l. 215 [L. X, CCCI]. D.

Eiusdem, *de bello Italicorum sub Henrico VII et post Henricum VII.*

Codicem, foliis 59, propere exscriptum dono dedit *Ioseph Maria Philippi P. viro clarissimo Francisco com. de Leonissa, patricio patavino, philosophiae et medicinae professori, a.* 1739, *X kal. octobris.*

Cod. 157 chart., 1458, a. 170, l. 106 [L. X, LXV]. Ye.

Leonardi Aretini, *historia rerum in Italia gestarum, annis* 1378-1440. « Qui per Italiam homines excelluerunt aetate mea, » et quae conditio rerum . . . ».

Opella pluries edita.

Codicem, foliorum sexaginta, cui primum deest, quinquagesimo quinto inscriptum: *Iste liber expletus est die sabati decimo nono augusti millesimo quadringentesimo quinquagesimo octavo, indictione sexta,* dono obtulerat comes Iacobus Zabarella Octavio Ferrario, bibliothecae gymnasii patavini praefecto, hic autem bibliothecae eidem.

Cod. 158 chart., saec. XV, a. 192, l. 122 [L. X, CXVII]. Mr.

Eiusdem, *rerum in Italia gestarum,* f. 1-55.

Foliis 57-59 exstant graecae sententiae, litteris quadratis coloribus et auro illitis, quarum sensus: *Ignorantia quidem audaciam, cogitatio autem cunctationem offert — Pauca quidem sed valde argute — Cognoscens quoniam talis est quibus laetatur conversans.*

Volumen antiquitus basilice compactum est, tabulis corio signatis obductum, quas interius diagrammata coloribus variis et calculis minutioribus vitreis exornant.

Cod. 159 chart., 1464-1465, a. 296, l. 216 [L. X, LXIV]. Ma.

I. Eiusdem, *rerum in Italia gestarum,* f. 1-23.

II. Socratis, *apologia e graeco in latinum traducta a Leonardo Aretino.* Prooemium: « Socrates philosophus vir omnium » innocentissimus atque iustissimus .... »; apologia: « Quid » vobis acciderit, iudices, ab accusatoribus meis, nescio ... », f. 24-37.

Opella iam ipso saeculo XV typis prodiit cum Gorgia Platonis ab eodem Aretino latine reddito, cuius editionis exemplar, absque ulla nota, itidemque sine numeris, signaturis et custodibus, d. Marci bibliotheca possidet.

Utraque, ad petitionem Ioannis Marcanovae, Bononiae anno 1465 exscripta.

III. Bruti, *epistolae a Rinutio Thessalo in latinum translatae, pontifici Nicolao V nuncupatae.* « Solent, beatiss. pater, qui » invigilant alicui operi, quod ad mores hominum spectet... », f. 39-49.

Nutu eiusdem Marcanovae, Bononiae anno 1464 descriptae sunt, cum illius insigniis titulo inscriptis. Eae publici iuris factae sunt saeculo XV, sine ulla nota, foliis quatuordecim.

Cod. 160 chart., saecc. XV-XVI, a. 298, l. 210 [L. X, CLXXX].

I. *Horoscopi Pii IV, Pii V, Gregorii XIII, summorum pontificum, et cardinalium eorum temporum, cum figuris geometricis*, f. 1-25.

II. *De Leonis pp. X morte et successione Clementis pp. VII.* Fragmentum historicum incipit: « Sed heu summis adversans » semper exitium impendet, vixque aliquid amplum perfici po- » test . . . », f. 26.

III. Valerii Maximi, *exemplorum illustrium virorum*, seu *dictorum et factorum memorabilium* fragmentum, a capitulo secundo libri tertii: *De fortitudine exempla romana* usque ad octavum: *De constantia*. Initium: « Immemorem me propositi mei » Clelia poene facit . . . . », finis: « Antonius enim virtuti eius » incolumitatem tribuit », f. 28-49.

Lectio manca et corrupta.

Cod. 161 chart., saec. XVI, a. 208, l. 146 [L. X, CCXC]. D.

I. *Excerpta historica de rebus praesertim Italiae, opera et manu Marini Sanudi*, f. 1-99.

Fragmentorum scriptores hi sunt:

a. *Ioannes Nuvalli*, tornacensis [*Multivalle* quoque], continuator chronici Eusebiani ab anno 1482, quo desinit Matthias Palmerius, ad annum 1512. Eius continuatio universa hic occurrit, quam lege sub fine chronici Eusebiani, Parisiis a. 1512 editi, f. 1-11.

b. *Ioannes Nauclerus*, praepositus tubingensis. Ex fine eius chronici ac ab iis quae addidit Nicolaus Basellius [Tubingae, 1516, 4.°] protulit Sanudus quaedam ab anno 1472 ad annum 1480, f. 13-26.

c. *Riccobaldus Ferrariensis*, auctor operis: *Pomarium ecclesiae ravennatis* seu *Historia universalis a mundi creatione ad*

annum Christi 1297. Ex editis ab Echardo et Muratorio dedit Sanudus fragmenta, f. 32-71. Vide cod. 129.

d. *Warnerus Rollewinck,* auctor est notae chronologiae sub nomine: *Fasciculus temporum,* cuius plures prostant editiones. Fragmenta dedit Sanudus, f. 73-99, adnotans 81.° « Ex» plicit fasciculus temporum cum pluribus additionibus in nul» lis antea libris positis, videlicet ab anno 1512 usque ad an» num virginei partus 1518, expensis honesti viri *Ioannis parvi,* » universitatis parisiensis bibliopolae iurati, in vico divi Iacobi » sub lilio aureo Parrhisiis commorantis ».

II. Marini Sanudi, *parentadi de Italia* [itale], f. 101-111.

Tractatio autographa, minime absoluta, qua de cognatione aliquarum familiarum principum Italiae sui temporis plura expenduntur, habet familias *d'Aragona, Sforza, d'Este, Gonzaga, Montefeltro, Malatesta, Sanseverino.*

Cod. 162 chart., saec. XVI, a. 274, l. 210 [L. X, XCVIII]. Yc.

Hieronymi Borgii, *historiae de bellis italicis ab anno* 1494 *ad* 1541, *libri primus usque duodecimum, decimus sextus usque decimum octavum absoluti.* « Antiquum sive naturae humanae » sive fortunae vitium est, non Italiae solum sed et omnibus » fere terris . . . ».

Auctor, neapolitanus, severioribus studiis ac in academia Ioviani Pontani a prima iuventute institutus, Romam primum, Alexandro VI gentis nomine carus, exinde Venetias sub initio saeculi XVI concessit. Armorum aeque ac philosophiae, linguarum latinae et graecae, politioris litteraturae peritus, vitam plerumque apud Venetos egit, quousque ad presbyteratum sero evectus, Massae Lubrensis episcopus renuntiatus est, die 18 iulii a. 1544, cum paulo ante [22 iunii] *sole occidente in novo palatio apud aram caeli, ego a pontifice ultro vocatus ei hanc historiam dicavi et obtuli: quam ore benigno legit et approbavit,* uti auctor sua manu principio codicis scripsit, epigrammate addito:

« Accipe, sancte pater, laudum monumenta tuarum:
» Nunc tu iudicio fac meliora tuo. »

» Hinc me non verbis vincent nec carmine vates:
» Graecia quot misit: quot tua Roma tulit.
» Namque tuas laudes ter maxime Paule canentem
» Musarum haud potis est deseruisse favor ».

Cum operi universo desint libri decimus tertius usque decimum quintum, chronica ann. 1494-1541 habent lacunam ann. 1529-1533. Codice nostro [anno 1730 Iusti Fontaninii] fretus Mazucchellius in *Scrittori d'Italia*, quare nescio, libros esse viginti asseruit. Ex quibus aliquot separatim diversos nuncupavit, ut prooemium Fabritio Maramaldo patricio neapolitano; alterum fratribus principi Fabritio Iesualdo consano comiti et Camillo consano antistiti; item prooemium libri octavi ad Inachum Gevaram, Antonii comitis potentini filium, Apicii dominum [Neapoli, cal. aug. MDXXVI]; librum decimum sextum titulo *de bello africano*, decimum septimum *de bello gallico*.

Ceterum lucidus rerum fusius enarratarum ordo, sermonis lepores ita auctorem commendant ut ea historia evulgari valde mereatur. Fragmentum prooemii do ex libro VII, et styli simplicitatis et vitae exagitatae testimonium: « Filia cara mihi est » duodeviginti annos nata, Inache Gevara inclyte: iam matura » viro [ut canit poeta], iam plena nubilibus annis: tam dilecta » mihi quam sua Pallas Iovi: utraque patris de vertice nata: huic » ego et rerum inopia et ocii penuria et laborum mole vexatus, » dum ab eius ineunte aetate per cunctam Italiam incertis sedi- » bus vagarer, dotem crassa minerva contextam paravi ».

Codicem, foliorum 287, austriaci regiminis iussu, Francisco Sebastiano Gasslero anno 1804 commodatum, is Vindobonam ad tabularium caesareum detulit; anno 1850 petitum minister ab exteris negotiis, antiquioribus apochis per infamiam retentis, negavit; patriis denique laribus pax cum Austriacis post Venetias Italiae additas, restituit.

Cod. 163 chart., saec. XVI, a. 220, l. 160 [L. X, CLXXIII].

Pauli Iovii, *historiarum sui temporis fragmenta a libro I usque ad XVI.* « Quiescebat terrarum orbis nullis bellorum pro- » cellis agitatus, ac in primis Italia quassata paulo ante . . . ».

Auctor temporis sui historiam [1494-1548], non una tantum vice editam, libris quadragintaquinque digessit. Horum partes in exemplo nostro, a libro primo ad XVI minime absolutum, amanuensis quidam exscripsit paginis notatis 2-38, 156-272, 351-509, nulla partitionis indicatione.

Cod. 164 chart., saec. XVII, a. 325, l. 210 [L. X, CLI]. Z.

Thuanus restitutus, sive silloge locorum variorum in historia [1543-1607] *illustrissimi viri Iacobi Augusti Thuani hactenus desideratorum. Item Francisci Guicciardini paralipomena quae in ipsius historiarum libris III, IV, et X impressis non leguntur, ex autographo florentino recensita et aucta, latine, italice et gallice edita.* Amstelodami, sumptibus Ioannis Henrici Boom, 1663, 12.°, paginae 96.

Textus universus, ex notata editione transcriptus, finit pagina 76. Pag. 77 amanuensis advertit: « Ne sequentes paginae » remanerent vacuae, propter argumenti affinitatem adiicere » visum est Iosephi Scaligeri, litteratorum sui saeculi facile » principis, scazon in curiam romanam »; rude nempe in eandem curiam convicium, pag. 79-80. Pag. 81-96 exstat *index* alphabeticus *in Thuanum restitutum.*

Cod. 165 chart., saec. XVII, a. 264, l. 199 [L. X, LXXXI]. Yc.

Rerum memorabilium nostri temporis, ab anno MCXCVIII ad annum MDCXXIII commentarius, epitomi Horatii Tursellini adiunctus a Philippo Cybo, equite hierosolymitano. « Philip- » pus II imperii amplitudine regum maximus, nec minor arte » regnandi, nullas conditiones .... ». Finit: « Quae deinceps » [post annum 1623] sequutura sunt, talia animus auguratur; ut » illis aeternitati sacrandis ingenium sit aliud requirendum, ne » splendor illustrium factorum nostri tenuitate stili deterreatur ».

Ante opus, quod typis nunquam prodiit, epistolae duae sunt, altera auctoris nuncupatoria Laurentio Magalotti cardinali, et scrinii pontificii praefecto; altera Hieronymi Preti bononiensis, a latinis epistolis Francisci Barberini cardinalis,

ctionibus spiritualibus et temporalibus ecclesiae aquileiensis. Ex bibliotheca Vaticana edidit Muratorius fragmenta (1) aliquot adeo erroribus scatentia ut quandoque arduum sit sensum exserere.

III. Nicolai Canusii, *iuliensis, de patriae restitutione libri duo.* « Marcus Antonius Sabellicus, de situ patriae aggressus hi» storiam . . . », p. 143-231.

Opus apologeticum adversus Sabellicum qui Hunnium *Utinum* appellavit quod ab Hunnis originem duxisse crederet. Praeeunt epos Quinti Aemiliani Cymbriaci: « Si vis hosce videre et » ut necessum est »; ac testimonia de auctore et opere, quo quinquaginta sex nobiles familiae Civitatis Austriae recensentur Sub fine exscripti sunt iambi Cymbriaci in pontem sublicium iuliensem: « Pontem sublicium diu vetustum . . . ».

IV. *Exemplum cuiusdam ms. valde antiqui, ut perhibet character, de vitis patriarcharum aquileiensium, existentis in archivio capitulari Civitatis Austriae seu Foriiulii.* « In nomine » . . . . Post ipsius sacratissimam ascensionem ad patrem. » omnes apostoli . . . », p. 243-261.

Fragmentum [a beato Marco ad Maxentium patriarcham operis a Muratorio editi (2).

V. *De Turrianis nuper obrutis repentino rusticorum populique tumultu quaecumque sciam ego Antonius Bellonus, utinensis tabellio, cum brevitate subiiciam quam fideliter, ne forte rei tantae notitiam a posteris desiderari contingat.* « Anno salutis » 1511, Mercurii 26 februarii Antonius Savorgnanus . . . . . », p. 267-276.

Hanc historiam, ab Amasaeo fusius descriptam, Bellonus in aliis codicibus dedit nomine: *Clades Turriana,* ac etiam *Annales atri per me Antonium Bellonum albos precantem exarati.*

VI. *Parlamentum anno* 1357 *congregatum quo, super querela patriarchae Nicolai I de Lucemburgo nonnullas gentes recens tentasse intrare furtivo modo terram suam Albonae, praesentes proponunt: patriarcha evitet discordiam et guerram* —

(1) *Scriptt. rer. ital.*, XVI, 71-78.
(2) Ibid., 1-18.

roget d. Lotremberch missum a rege Carolo IV, ut se interponat de tractanda concordia supra praemissis — nulla concordia habita, patriarcha ordinet taleas ad defendendam aquil. ecclesiam. Taleae enumerantur. « Convocato .... Praescriptus d. patriar- » cha ... », p. 285-313.

VII. *Parlamenta quatuor,* **a.** *anni* 1332 *sub patriarcha Pagano a Turre,* **b.** *anni* 1331 *sub patriarchis Pagano a Turre et Marquardo Bertrando,* **c.** *anni* 1376 *sub Marquardo patriarcha,* **d.** *anni* 1403 *sub Antonio Panciera patriarcha.* « In colloquio » celebrato Glemonae in quo ... », p. 317-351.

VIII. Virginii Forza, *epistolae* [itale] *datae Utini ann.* 1639-1643 *equiti Riccardo de Strassoldo, et Ciro de Pers, super Foriiulii historia, p.* 359-384.

Fere omnes publici iuris factae sunt in *Documenti storici delle famiglie comitali Strassoldo e Della Torre, per nozze Locatelli-Strassoldo.* Venezia, 1863, p. 9-15.

IX. *I successi nella patria del Friuli sotto quattordici patriarchi di Aquileia, di Iacopo Valvasone di Maniaco.* « Morto » Gregorio Montelongo, patriarca d'Aquileia, Gregorio X nato » di casa Visconte ... », p. 401-649.

Historia excurrit a Raimundo della Torre mediolanensi [a. 1273] ad Ludovicum patriarcham de Tech [ultra a. 1420], quo tempore Veneti summa rerum in Foroiulii, veneto posthodum appellato, potiti sunt. Cl. Fea dedit compendio vitas quatuor patriarcharum domus Turrianae, ex ms. Chigiano a. 1561, in *Nuove osservazioni sulla divina commedia.* Roma, 1838.

X. *Discorso del sig. Cornelio Frangipane di Castello d'intorno i passi e le fortezze che dovrebbero farsi nella patria del Friuli, e delle distanze de' luoghi.* « Dico che primieramente si » può venire nella patria del Friuli con cavalli e cani dal Car- » so ... », p. 657-730.

Nomini *Cornelio Frangipane* Iacobum Valvasone rite Fontaninius suffecit. Auctor regionem accurate describit; tramites longa serie enumerat per quos hostibus facile Forumiulii ingredi, unde, strata sibi disserendi via, castra obvallata tria proponit Manzani, Strassoldi, Montisfalconis, ripis apud Isontium munitis.

Opus ab auctore sibi oblatum senatus venetus a. 1566 laudibus est prosequutus, locumtenentique foroiuliensi Francisco Duodo restituit ut scrimniis servaret suis.

XI. *Cividale di Iacopo Valvasone di Maniaco.* « Cividale » del Friuli, che porta anche il nome et l'insegna..... », p. 743-768.

Pars operis praecedentis.

XII. *Breve compendio di tutte le famiglie nobili di Udine, composto da Pietro Passerino udinese.* « Da Roma vennero le » seguenti famiglie Capodiferro 1340 ... », p. 771-794.

Familiae numero sunt 172 a Roma, Florentia, Senis, Luca, Cortona, Bononia, Regio, Parma, Ancona, Mediolano, Papia, Placentia, Bergomo, Cremona, Mantua, Verona, Tridento, Venetiis, Patavio, Aquileia nova, Gallia, Germania, Villaco, Abrutio, Lanzano, Palatio. Sub fine annotat Fontaninius: « Qui fini- » sce la cronichetta di Pier Passerini, la quale ho copiato da » altra antica che è in mano del sign. Girolano Tealdo, aggiun- » gendo io le note marginali. Concorda in molto con altra re- » gistrata da Girolamo. Coletti mio atavo, marito di Girolama » Passerina, nezza di detto Pietro, in suo quaderno grande che » comincia: 1548, a c. 389, Girolamo Coletti dott. 1695, 10 apri- » le, nota che delle antescritte famiglie, le quali poco indentro » del 1500 erano in numero di 172, sono ora, quasi in fine del » 1600, solamente 59 ».

« Quid non consumitis anni? ».

XIII. *Historia sancti Eustachii martyris, a quo descendunt magnifici domini de Pyris et Varmo, auctore anonymo, inventa a Nicolao Maria de Strassoldo et a.* 1490, *die* 17 *iunii ab ipso descripta.* « Eustachius antea Placidus dicebatur. Magister mi- » litum erat Traiani imperatoris ... », p. 795-822.

Narrationem fabulosam graece, cum latina versione e fronte, legere est in *Actis ss. a Bolland,* 20 septembris, vol. VI, p. 123-135, ita tamen ut pars extrema, quae in editione desideratur, manifesto intentionem scriptoris revelet, s. Eustachii gesta ad historiam Foriiulii detorquendi. Subdit enim: « Post quorum » martyrum tormenta, quidam nomine Flavius frater dicti Eu- » stachii, cum quodam eius nepote filio dicti Agapiti filii Eusta-

» chii, ob timorem dicti Adriani imperatoris, aufugit de Roma » cum divitiis infinitis, divesque Ravennam applicuit ». Ex huius filio, nomine Eustachio, oritur Flismundus, qui cum consanguineo Daryo et Agapito patriarcha aquileiensi venit civitatem Aquileiae. Sub fine: « Haec historia gloriosorum martyrum » Eustachii, Theospitae, Agapiti et Theospiti, qua intelligitur » origo nobilis domus de Varmo, per me Nicolaum Mariam de » Strassoldo fuit scripta et extracta ex libro veteri male scripto, » et ob vetustatem deficiente . . . ».

XIV. *Quaedam, sine ordine, de familiis de Coricio et Carga*, p. 926-827.

Codicem universum sua manu scripsit anno 1730 Iustus Fontaninius.

Cod. 168 chart., saec. XVII, a. 219, l. 150 [L. XIV, XXIX]. Yc.

I. Io. Bapt. Pithiani, *excerpta de rebus Foriiulii*, p. 1-94.

II. M. Ant. Nicoleti, *excerpta de rebus civitatensibus*, p. 109-130.

III. Hieronymi Aleandri *iunioris*, *excerpta inscriptionum*, p. 131-132.

IV. Felicis Osii, *mediolanensis, Patavii professoris, de partibus orationis liber*. « Partes orationis ab aliquibus sex nume- » rantur . . . », p. 133-220.

V. Bernardini de Radenis, *epistolae Laurentio Sumaquensi plebano concordiensi, Ludovico Theupulo, Antonio et Nicolao Penucio, Iacobo Mauro, Aloysio Purliliano, Hannibali Tarpono a.* 1502 *datae ex aedibus nostris Portusgruarii*, p. 229-247, 298.

Insunt epistolae Laur. Sumaquensis, Lud. Theupuli, Iacobi Mauri, Blasii Pontremuli ad illum.

VI. Iacobi Publicii, *florentini, ars memoriae*. « Praecla- » ram omnem humani animi vim . . . », p. 249-260, 265-271, 276-277.

VII. *Carmina latine et itale varia, quorum quaedam Bernardini de Radenis*, p. 261-264, 278-283, 288, 294-297, 298, 319-321, 328-349, 354-357.

VIII. Nicolai Cyllenii, *tulmetini, endecasyllabicon ad Ber-*

nardinum Berhollam clarissimum iuris interpretem. « Felix o » nimium et beato nato . . . », p. 326.

IX. Io. Baptistae Brugni, *epistola philosophica ad Henricum Palladium.* « Praeclarae quidem hac, quam a te proxime » accepi, disputatione . . . », p. 361-380.

Autographum datum *die s. Luciae, de mense decembris* 1598.

X. *Oratio pro Marco Tullio Cicerone.* « Incredibili equidem » admiratione, o discipuli, affectus sum . . . », p. 382-404.

XI. *Lapides Ferentini, Iuliani, Atheste exscripti manu Aleandri iunioris,* p. 405-411.

XII. M. Antonii Nicoleti, *excerpta ex libris antiquioribus Civitatis Austriae, de re historica,* p. 412-427.

Plura evincunt codicem ante Fontaninium Bernardino de Radenis pertinuisse.

Cod. 169 chart., saecc. XVI-XVII, a. 213, l. 154 [L. XIV. XXVIII]. Yc.

Miscellanea, pleraque Foriiulii historiam spectantia, a Iusto Fontaninio archiepiscopo ancyrano collecta.

I. Ioannis Aylini *de Maniaco, historia Foriiulii,* p. 1-55. Vide quae annotavi cod. 167.

II. Iacopo Valvasone. *Storia delle incursioni de' Turchi in Friuli,* p. 57-75.

Opellam Aloysio Mocenico provisori Foriiulii generali ab auctore in aliis codicibus nuncupatam, datam Utini, 14 sept. 1566, edidit Petrus Kandler in ephemerid. *l'Istria* [Trieste, 1851, n. 10-11].

III. *Risoluzioni legali sopra il dominio de' Veneziani nel mare adriatico, messe poi in latino da Nicolò Crasso e pubblicate sotto nome di Francesco de Ingenuis.* « Se vorremo diligente- » mente considerare tutto quello, da che sempre universalmen- » te . . . . . . 1599 adi 15 Zugno a Pago . . . », p. 77-166.

IV. Petri Miloti, *antipolitani, orationes sex ad Utinenses.*

1. *De victoria contra Turcas.* « Tanta est in nos et univer- » sam christianam rempublicam . . . », p. 171-181.

2. *De obitu virorum illustrium.* « Quam vellem Deus opt. » max. quae fecisset ... », p. 183-191.

3. *De Utinensium prudentia.* « Multae sunt in Italia civi- » tates, cum egregia aliqua virtute excellentes.... », p. 195-206.

4. *Gratulatio novo praetori a Venetis misso.* « Si cui forte » videor diutius expectationem hominum de mea gratulatio- » ne .... », p. 211-220.

5. *Gratulatio patriae Foriiulii praesidi sapientissimo Francisco Venerio.* « Etsi unus ego ex omnibus minime sum ... », p. 223-236.

6. *Laudatoria oratio Francisci Venerii, locumtenentis utinensis.* « Arrogantis fortasse videbitur, aequissime praetor.... », p. 241-250.

V. *Acta varia de episcopatu concordiensi*, p. 253-417.

VI. *Elogi di cinque letterati del Friuli, estratta dal tomo IV inedito del Teatro di Girolamo Ghilini*, p. 427-432.

VII. Giambattista Pitiani. *Estratto della storia di Genova di Agostino Giustiniano*, p. 433-470.

VIII. *Note su cose del Friuli*, p. 471-482.

IX. *Instrumenta duo privata ann.* 1448-1458, p. 483-489.

X. *Rendite della corte patriarcale in Sandaniele*, p. 491-521.

XI. Andreae Pithiani, *archidiaconi aquileiensis, praebendae affictus, annis* 1455-1462, p. 522-539.

XII. *Reditus communitatis Sanctidanielis*, p. 540-574.

XIII. *Lapri Aemiliani, Leandri fil. insignia et epitaphium in ecclesia s. Francisci Utini*, p. 578.

XIV. *Inscriptiones duae Aquileiae repertae.* « Q. GAVIVS. » Q. F ... », p. 580.

XV. *Scheda de Conrado, archipresbytero Graecianae in agro veronensi*, p. 582.

XVI. *Schedae duae de rebus foroiuliensibus*, *a.* 1415, p. 584.

XVII. *Scheda alia de supellectilibus sacris*, p. 586.

XVIII. Giusto co. de Pace. *Estratti della storia tedesca della Carniola, del barone Gio. Weicardo, Valvassore di Lubiana*, p. 590-599.

Cod. 170 chart., saecc. XVI-XVIII, a. 302, l. 210 [L. XIV, LI]. Yc.

Opuscula variae eruditionis de rebus foroiuliensibus a Iusto Fontaninio collecta, quaedam sua manu.

I. *Excerpta ex duobus codicibus evangeliorum, ex sacramentario Gregoriano, ex passionario in sacrario ecclesiae civitatensis,* f. 1-57.

II. *Excerpta ex codice Gertrudis Trevirensis, in tabulario civitatensi,* f. 59-97.

Extant **a.** *Calendarium breviarii,* **b.** *necrologium,* **c.** *excerpta varia,* **d.** *litaniae Sanctorum,* **e.** *preces,* **f.** *episcopi trevirenses memorati.*

III. Pilippi a Turre, *episcopi adriensis, excerpta autographa de concilio Civitatis Austriae, sub Gregorio XII, ac alia ex variis membranis,* p. 101-103, 112.

IV. *Excerpta ex aliis codicibus tabularii et sacrarii civitatensis,* f. 105-110, 175-179.

V. *Inscriptio antiqui baptisterii civitatensis,* f. 111.

Pluries edita, recens a Iosepho Cappelletti, in *Le chiese d'Italia,* VIII, p. 77.

VI. Philippi a Turre, *animadversio de anno concilii gradensis,* p. 113.

VII. *Legenda de reliquiis monialium civitatens.,* f. 115-118.

VIII. *Excerpta ex variis membranis,* f. 119-124.

IX. *Calendarium et hymnarius breviarii aquileiensis,* f. 125-133.

X. *Acta apocripha ss. Hermacorae et Fortunati, Euphemiae, Dorotheae, Theclae et Erasmae,* f. 137-150.

XI. *Nota del canonico Arlato sopra il martirio del patriarca Bertrando,* f. 151.

XII. *Hymnus de sancto Marco evangelista,* f. 153-154.

XIII. *Sanctae Euphemiae aquileiensis reliquiae Ravennae,* f. 155-156.

XIV. *De officiis aliquot Sanctorum aquileiens.,* f. 157-158.

XV. *Lettere varie sopra il beato patriarca Bertrando,* f. 159-162.

XVI. *Excerptum ex necrologio ecclesiae parochialis Faganeae*, f. 165-166.

XVII. Io. Baptistae Liliani, *praefatio necrologii ecclesiae parochialis sancti Michaelis municipii Sanctidanielis*, *ac ex eo excerptum*, f. 166-169.

XVIII. *Legenda de reliquiis monasterii monialium ordinis sancti Benedicti Civitatis Foriiulii*, f. 171-174.

XIX. *Duplex inventarium reliquiarum et supellectilium ecclesiae aquileiensis*, f. 181-182, 187.

XX. *Inventarium reliquiarum et supellectilium ecclesiae civitatensis*, f. 183-185.

XXI. *Nota delle reliquie che si trovano nella cattedrale del Duomo d'Udine*, f. 189.

XXII. Francisci Barbari, *patriarchae aquil.*, *decretum pro cultu b. Bertrandi patriarchae*, f. 191, 266, 270.

XXIII. *Catalogus vitarum Sanctorum, ex codice aquileiensi*, f. 193-194.

XXIV. *Acta Sanctorum Osvaldi regis Angliae, Chrysogoni martyris, Iustinae patavinae, Pelagii martyris, Vigilii episc. et mart. tridentini, Elisabeth lantgraviae Thuringiae, Walpurgis III, Heliodori episcopi altinatis, Othmari abbatis, Christinae virg. et mart., Zenonis episc. veron.*, f. 195-237.

XXV. Anastasii Bibliothecarii, *epistola ad Petrum sabinensem episcopum*, f. 227.

XXVI. *Synodus aquil. sub Nicolao patriarcha*, f. 238-240.

XXVII. Pagani, *episcopi paduani et postea patriarchae, Alexandri episcopi feltrensis et Alberti abbatis summaquensis indulg. XL dierum pro fraternitate calcifceum Utini*, f. 250-251.

XXVIII. *Episcoporum indulgentia pro ecclesia s. Canciani in dioecesi aquileiensi*, f. 253-254.

XXIX. *Atti della vita del b. Bertrando patriarca*, f. 255-263, 269-270.

XXX. *Cardinalium indulgentia pro cappella s. Ioannis Baptistae, in ecclesia maiori Utini*, f. 268.

XXXI. *De officio dapiferatus eccl. aquileiensis*, f. 274-275.

XXXII. *Relazione del codice del Vangelo di s. Marco, conservato nel tesoro di s. Marco in Venezia, mandatomi* [sic Iustus

Fontaninius sua manu] *dal caval. Gianfrancesco Morosini, 2 febbraio* 1708, f. 280.

XXXIII. *Specimen characteris foliorum evangelii sancti Marci, quae Carolus IV imperator detulit Pragam ex civitate aquileiensi* [Austriae], f. 281.

XXXIV. Caroli IV *imperatoris, litterae de evangelio sancti Marci, ac testimonia de iis varia,* f. 282-292.

Cod. 171 chart., saecc. XVI-XVIII, a. 304, l. 210 [L. XIV, XLIX]. Yc.

Opuscula a Iusto Fontanino [qui plura sua manu exscripsit] *collecta, foroiuliensia maxime.*

I. *Chronicon patriarcharum aquileiensium a s. Marco ad Wolfkerum,* f. 1-13.

Fragmentum edidit Muratorius: *Scriptt. rer. ital.*, t. XVI, col. 1-18.

II. Iuliani Civitatensis, *chronicon, ex autographo membranaceo,* f. 17-37.

Fragmenta edidit idem t. XXIV, col. 1192-1220.

III. *Excerpta ex Weichardi Valvasonis historia Carniolae,* f. 39-42.

IV. *Straccio di storia della terra di Sandaniele,* f. 43-66.

V. Iacobi Utinensis, *epistola de vetustate Aquileiae, ex codice Vaticano* 802, f. 70-79.

Edita est in *Miscellanea di varie operette.* Ven., 1740, t. II, p. 99-134.

VI. Antonii Belloni, *de vita et gestis patriarcharum aquileiensium, Hieronymo Monteniaco,* f. 82-128.

Edidit Muratorius ibi, t. XV.

VII. Eiusdem, *de feudis patriae,* f. 128-139.

VIII. *Index patriarcharum et feudorum aquileiensium,* f. 139-140.

IX. *De epistolis et bibliotheca Dominici Grimani cardinalis,* f. 140-143.

X. *De epitaphiis patriarcharum aquil. Marquardi de Randech, Peregrini, et Volrici,* f. 144-147.

XI. *Disegno del castello della villa di Castelliero*, f. 148.

XII. *Nota di alcuni dottori udinesi, scritta da Giangiuseppe Capodagli*, f. 149.

XIII. *Effigies sanctor. Hermacorae et Bertrandi, patr. aquil., ac lipsana delineata ss. Hermacorae et Fortunati*, f. 144-145, 149.

XIV. *Epigrammata duo Antonii Belloni, aliaque ex eo*, f. 150, 177-180.

XV. *Epitaphium Philippi de Alençonio, cardin. et patr. aquil., in ecclesia s. Mariae trans Tiberim*, f. 151.

XVI. *Catalogus patriarcharum aquileiensium exscriptus in bibliotheca oxoniensi ab Ioanne Udson*, f. 151-152.

XVII. *Delineatio sepulchri Gastonis, patr. aquil.*, f. 153-154.

XVIII. *Inscriptio Poponis, patriarchae aquil., ad portam meridionalem basilicae aquil.*, f. 155.

XIX. *Alia inscriptio erasa in coenobio monialium aquileiensium*, f. 156.

XX. *Ritratto del patriarca Antonio Pauciera*, f. 157.

XXI. *Feuda nobilium de Varmo*, f. 158-159.

XXII. *Epitaphium Nicolai, patr. aquil.*, f. 160.

XXIII. *Testamentum Gregorii de Montelongo, patr. aquil.*, f. 161-162.

XXIV. Antonii Venerii, *ducis Venetiarum, epistola Iodoco marchioni Moraviae de Ioanne eius fratre, patr. aquil.*, f. 163.

XXV. *Parlamentum anni* 1337 *sub patriarcha Bertrando*, f. 164-165.

XXVI. *Syllabus doctorum utinens., annis* 1341-1554, f. 166.

XXVII. *Notarii civitatis Austriae*, f. 167.

XXVIII. *Fondamenti della zecca patriarcale, scoperti in Udine*, f. 168.

XXIX. *Capitula pro consequendo habitu religionis ss. Mauritii et Lazzari, sereniss. ducis Sabaudiae*, f. 169.

XXX. *Epistolae variae Iacobini comitis de Partiliis et Henrici de Gallis Friderico de Savorgnano; Gemonensium, Venzonensium, patr. Ludovici de Tech et Brunori della Scala, Marsilii de Carraria, Ioannis episcopi Ostiensis, Civitatensium Utinensibus; Sigismundi imperatoris dominis de Tarcento; Utinensium Martino papae V et patr. Ludovico de Tech*, f. 170-175.

XXXI. *Excerpta chronici Nicolai Monticoli*, f. 176.

XXXII. *Salvusconductus subditorum Goritiae*, f. 181.

XXXIII. *Utinum et Foroiulium a.* 1514 *a Venetis relictum imperialibus*, f. 182.

XXXIV. *Vocati ad primordialem missam patriarchae Marquardi*, f. 183-192.

XXXV. *Vocati ad parlamentum Foriiulii*, f. 194-195.

XXXVI. *Parlamentum foroiuliense anni* 1376, f. 195-196.

XXXVII. *Iura de Cadubrio*, f. 197.

XXXVIII. *De feudis Foriiulii, anno* 1630, f. 199-203.

XXXIX. *Breve informatione sopra la origine et sopra le investiture dei feudi et delle giurisditioni della patria del Friuli di Daniele Fabricio, dott. avvocato fiscale di Udine, all'ill. sig. Bernardo Polani, luogotenente generale d' essa patria, l' anno* 1630. « Ha la seren. republica un amplo patrimonio... », f. 204-219.

Opella autographa infra subscripta: *Di me Gio. Batta Cosatino*, 1648.

XL. *Patriarchae aquileienses et res eorum, ex historia Caroli Sigonii de regno Italiae*, f. 220-221.

XLI. *Marchiones Istriae, ex supplemento Braschiano*, fol. 221-222.

XLII. *Lettera della comunità di Sanvito a quella di Sandaniele*, 20 *agosto* 1502, f. 223.

XLIII. *Epistola commissariorum imperialium sub Osopo communitati Sanctidanielis*, 25 *martii* 1514, f. 224.

XLIV. *Mors Othoboni patr. aquil. et electio successoris* 1315, f. 225.

XLV. *Schedula manu Scioppii ad Tertullianum*, f. 225.

XLVI. *Concordia inter nobiles Castri Sanctidanielis*, fol. 226-228.

XLVII. *Priorista delle famiglie d' Udine, di Pier Passerino, con le note di Giambattista Pittiani*, f. 229-243.

XLVIII. *Syllabus notariorum et cancellariorum sub patriarchis aquileiensibus*, f. 244-269.

XLIX. Conradi Boiani, *mareschalli sub patriarcha Antonio Caietano, declaratio in vicemareschallum Nicolai de Iassicche*, f. 269-270.

L. Christophori Florentini, *obligatio vicarii Sanctidanielis*, 30 *aprilis* 1421, f. 270.

LI. Leonardi de Portugruario, *possessio plebis Sanctidanielis*, f. 270-271.

LII. *Manumissio foeminae de masnata per dominos de Tricano*, 4 *iulii* 1418, f. 271-273.

LIII. Gabrielis Pithiani, *donatio morgingabiorum et dismontaturarum Elisabethae Squaranae uxori suae*, 20 *ianuar*. 1418, f. 273-274.

LIV. *Castella che sono state in Carnia*, f. 275.

LV. Cyriaci Anconitani, *epistola ad Ludovicum Mediarotam, patr. aquil., VII cal. Ian*. 1439, f. 276-277.

Editam leges in *Cyriaci itinerario*, 1742, ad finem.

LVI. *Catalogo de' patriarchi d'Aquileia* [manu Ioannis Francisci Palladii], f. 278-280.

LVII. *Altro catalogo simile* [manu Ioannis Iosephi Capodagli] *da s. Marco a Giovanni VIII Dolfin* [1658], f. 282.

Numerantur patriarchae centum tres.

LVIII. *Catalogo de' patriarchi di Grado e de' vescovi di Concordia* [manu eiusdem], f. 283-284.

LIX. *Catalogus patriarcharum aquil., scriptus a Martino Bauzer, societatis Iesu, goritiensi, a s. Hermacora ad Ioannem VIII Dolfin*, f. 286-288.

LX. *Series decanorum ecclesiae aquil.*, f. 290.

LXI. *Series canonicorum ex Sanctodaniele*, f. 291.

LXII. *Patriarchae aquileienses quorum mentio facta est in diplomatibus Montiscassini*, f. 292-293.

LXIII. *Difesa di Sertorio Orsato di due privilegi spuri di Carlo Magno e di Ottone, sopra il favoloso vescovado d' Udine*, f. 294-302.

LXIV. *Particulae diplomatum Bonifacii IX et Iulii III pontificum*, f. 303.

LXV. *Foroiuliensium foedus cum Otokaro rege Bohemiae*, f. 304.

LXVI. *Synodus aquil. sub Nicolao patriarcha*, 19 *iunii* 1357, f. 305-308.

LXVII. *Chronicon patr. aquil. ad Ludov. de Tech*, f. 309-325.

LXVIII. *Catalogo delle famiglie d' Udine, chiamato la cronaca Passerina*, f. 325-329.

LXIX. *Note sopra la chiesa di s. Lazzaro de' leprosi di Udine*, f. 330.

LXX. *Estratti dalla descrizione del Friuli di Iacopo Valvasone*, f. 331-342.

LXXI. *Canonicorum aquileiensium processio pro excipiendo Nicolao patriarcha*, f. 345.

LXXII. *Utinensium decreta contra sicarios Friderici de Savorgnano*, f. 347-348.

LXXIII. *Cose varie attinenti al Friuli*, f. 349-351.

Cod. 172 chart., saecc. XVI-XVIII, a. 312, l. 218 [L. XIV. XLVIII]. Vo.

Opuscula a Iusto Fontanino undequaque in unum congesta, quaedam ab eo exscripta, quorum pars maxima ad Foriiulii historiam se referunt.

I. *Insignia* [armi] *gentium Rabatta et Manzoni, Ciliae, Goritiae, Asburgi, Portusnaonis, per lineas et colores expressa*, f. 1-2, 207-208.

II. *Investitura dominorum de Panigaleis dominis de Fagnicola acta*, 25 *febr.* 1409, f. 3-6.

III. *Obligatio Marcucii beccarii de Utino*, 5 *iunii* 1289, f. 7.

IV. *Commissio data a Benedicto pp. XII Bernardo de Lacu de bonis, sanctae sedis a Rizzardo de Camino legatis* [1339], *ac huius testamentum* [1312], f. 8-9.

Ex codice Colbertino sua manu exscripsit Bernardus Montfauconius.

V. *Storia della famiglia Dalla Torre, scritta da Giuseppe Boni*. « Monsignor Giovio, vescovo di Nocera, parlando ... », f. 10-69.

VI. *Lettera del conte Raimondo della Torre contro la famiglia di quei della Torre di Ungerspach*, f. 70-71.

VII. *Lettere due del conte Francesco Febo della Torre contra il conte Rizzardo di Strasoldo*, f. 72-75.

VIII. *Storia della famiglia Rabatta, stesa dal conte Pietr Mistrucci*, f. 76-84.

IX. *Degli uomini illustri di casa Altani. Relazione*, f. 85.

X. *Carmina Hieron. Amalthaei et Hieron. Aleandri ad Io. Baptistam, Lambertum, Henricum, et Alcidem Altanos*, f. 86-92.

XI. *De feudo marchionatus de Attems*, f. 93.

XII. *Testamento di Mario Frangipani*, f. 94-101.

XIII. *Consilium Francisci de Filitinis pro communi Archani inferioris contra Odoricum notarium de Pilosis*, f. 102-103.

XIV. Daniel Marcucci *renunciat cuicumque iuri in vicariatum Sanctidanielis*, 18 *ian.* 1508, f. 104.

XV. *Quaedam de gente Amasei*, f. 105.

XVI. *Contractus matrimonii inter Beatricem de Tulmetio et Odoricum de Pers*, 2 *iulii* 1385, f. 107-108.

XVII. *Contractus matrimonii inter Pidrusam de Turre et Thomasium de Prodolono*, 24 *martii* 1408, f. 108-110.

XVIII. *Communitatis Glemonae venditio castri de Pers*, 2 *octobris* 1410, f. 111-116.

XIX. Pertoldi de Pers, *supplicatio patriarchae aquil. contra Odoricum de Pers*, 1421, f. 116-119.

XX. Mainardi, *comitis Goritiae, finis et remissio Olvrado de Maniaco et aliis pro castro Montis regalis*, 6 *iulii* 1241, f. 120-122.

XXI. *Contractus matrimonii inter Sophiam de Villalta et Stephanum Sbruleum de Cormono*, 7 *nov.* 1278, f. 123-126.

XXII. Nicolai de Pers, *investitura Margaretae de Sidrano bonorum in Sacudello, iure feudi marchionatus*, 28 *nov.* 1334, f. 126-127.

XXIII. Iacobini del Torso *cardinalis, donatio Nicolao fratri suo* [1409] *ac testamentum* [1414], f. 128-131.

XXIV. Simonis de Vicedominis de Monticulo, *prioris hospitalis s. Io. de Venetiis, fratri Averardo de Alamannia mandadatum pro mittendo Antonio de Poiana in possessionem prioratus sancti Ioannis de Cusano*, 18 *maii* 1399, f. 132-133.

XXV. *Nobilium castri Sanctidanielis collatio Christophoro de Ceneta sui vicariatus, quem habent in ecclesia sancti Michaelis*, 28 *ian.* 1395, f. 133-134.

XXVI. *Testamentum Petri Turbae*, 21 *iulii* 1395, f. 134-135.

XXVII. Andreae Augerii, *plebani Sanctidanielis, creatio in procuratorem Antonii de Sanctodaniele*, 7 *iulii* 1396, f. 135-136.

XXVIII. Petri Brunati, *creatio in alterum vicarium ecclesiae sancti Michaelis, ad beneplacitum plebani dicti loci* [Sanctidanielis], 28 *aug.* 1398, f. 136.

XXIX. Andreae Augerii, *plebani Sanctidanielis, praesentatio bullarum Bonifacii pp. IX,* f. 136.

XXX. *Testamentum Gnesutae de Sanctodaniele,* 15 *apr.* 1339, f. 136-138.

XXXI. Antonii de Poiana, *prioris sancti Ioannis de Susana, locatio mansi in villa Fusee,* 1400, f. 138.

XXXII. *Contractus matrimonii inter Tanum de Sanctovito et Leonardam de Arcano,* 10 *ian.* 1396, f. 138-139.

XXXIII. Bartholomaei Meride, *de Florentia, gastaldionis Sanctidanielis, detentio Lungini de Carpaco, quod panem et vinum vendidisset,* 6 *nov.* 1392, f. 139-140.

XXXIV. *Contractus matrimonii inter Bertoldum de Canipa et Margaretam ex nobilibus Sanctidanielis,* 14 *iulii* 1393, fol. 140-141.

XXXV. *Pactum inter nobiles Sanctidanielis et dominos de Pers,* 11 *sept.* 1398, f. 141-142.

XXXVI. *Testamentum Guarnerii de Artenea, plebani Sanctidanielis,* 7 *oct.* 1466, f. 142-147.

XXXVII. *Eiusdem, charta debiti contra dominos Zopolae,* 10 *oct.* 1460, f. 147-151.

XXXVIII. *Contractus matrimonii inter Iohannam de Glemo et Franciscum de Pulcinico,* 18 *maii* 1401, f. 151-153.

XXXIX. *Compromissum inter dominos castri Sanctidanielis,* 21 *maii* 1400, f. 153-156.

XL. Michaelis Steni, *ducis Venetiarum, collatio venetae civitatis Nicolao Del Torso,* 29 *nov.* 1407, f. 157.

XLI. *Diploma* [gallice] *Henrici III regis Galliae equiti Alexandro de Pace. Venetiis,* 26 *iulii* 1574, f. 158.

XLII. Fridericus de Pinzano et Martinus de Monteregali, *arbitri vocati, componunt dissidia inter Portusnaonenses et nobiles viros de Prata et Porcilleis,* 1 *aug.* 1273, f. 159-161.

Edidi ego in *Diplomatario portusnaonensi,* p. 17-20.

XLIII. Odorici, *concordiensis episcopi, investitura castri de Callaresio Gabrieli et Friderico de Prata,* 1203, f. 161-162.

XLIV. *Albero genealogico dei conti di Prata,* f. 163.

XLV. Raymundi, *patriarchae aquil., investitura Guecelloto de Prata,* 11 *apr.* 1288, f. 163.

XLVI. Guecelli de Prata, *petitio investiturae ab electo cenetensi,* 13 *martii* 1260, f. 164.

XLVII. Sigifredi, *episcopi cenetensis, investitura turris Cenetae Vecelletto,* 21 *aug.* 1281, f. 164.

XLVIII. Artuici et Gabrielis de Porcilleis, *possessio castri sancti Elisei de Ceneta,* 15 *dec.* 1261, f. 164.

XLIX. *Memoriale di Silvio di Porcia alla repubblica di Venezia per l' avvocazia del vescovado di Ceneda,* 1586, f. 165-167.

L. Clementis *pp. IV, litterae pro Biachina de Porcilleis, V nonas oct.* 1268, f. 167-168.

LI. Alberti, *ducis Austriae, investitura Hainzuto de Pignano,* 9 *aug.* 1355, f. 168-169.

LII. Iacobi Columnae, *praepositi sancti Stephani Aquileiae, investitura Hainzuto de Pignano,* 17 *oct.* 1351, f. 169-170.

LIII. Antonii *cardinalis* Caietani Panciera, *olim patr. aquil., litterae pro dominis Valvasoni,* 7 *febr.* 1411, f. 170-171.

LIV. Raymundi, *patr. aquil., investitura Vincentio de la Turre,* 12 *martii* 1292, f. 172.

LV. Eiusdem, *statutum pro Utinensibus,* 20 *maii* 1292, f. 172-173.

LVI. *Processus iudiciarius in Io. Franciscum de Castello, iussu Nicolai patriarchae,* 16 *martii* 1353, f. 173-177.

LVII. Nicolai, *patr. aquil., litterae ad Iacobum Lapum senensem,* 20 *apr.* 1355, f. 178.

LVIII. Bertoldi *episcopi, donatio castri Attems Conrado et Matildi iugalibus,* 3 *febr.* 1103, f. 179-180.

LIX. Antonii Caietani, *patr. aquil., collatio officii mareschallatus Conrado Boiano de Civitate Austriae,* 10 *martii* 1396, fol. 181-182.

LX. Hectoris et Friderici de Savorgnano, *praesentatio cappellani ad altare sancti Petri in ecclesia s. Mariae de castro Utini, Pagano patriarchae facta,* 14 *oct.* 1330, f. 183.

LXI. Elisabeth Augustae, *uxoris Caroli IV imperatoris, litterae ad Utinenses pro Elisabeth de Saborniano,* 4 *ian.*, f. 184.

LXII. Caroli Magni *imperat. diploma Paulino patr. aquil.*, 2 *dec.* 1795, f. 184-185.

LXIII. *Excerpta de Turrianis ex Baluzii historia domus de Arvernia*, f. 188-192.

LXIV. *Transactio inter Andream Toninum, alias Antoninum, et haeredes Caroli Aleandri*, 24 *maii* 1531, f. 193.

LXV. Henrici, *Goritiae comitis, dotatio Alzebetae filiae suae pso Nicolao de Prampero*, 4 *apr.* 1312, f. 194.

LXVI. Utinensium, *litterae pro Iacobino Torsio, postea cardinali, ad Gregorium pp. XII*, f. 195.

LXVII. Caroli IV Augusti, *diploma Ulrico et Schinellae de Cucanea, XVIII kal. febr.* 1362, f. 197-198.

LXVIII. *Rationes inter Aloysium Salam et Florianum Panigellum*, 28 *ian.* 1531, f. 199.

LXIX. *Litterae Rodulphi IV archiducis Austriae; Berchtoldi, Henrici et Walterpertoldi de Spegnembergo, super redemptione castri Portusnaonis*, 1362, f. 200-201.

Litterae tres lege in *Diplomatario Portusnaonis*, p. 68-72.

LXX. Laur. Celsi, Andr. Contareni, Antonii Venerii, Mich. Steno, *ducum Venetiarum, epistolae dynastis de Spegnembergo, ac cum iis acta annis* 1362, 1381-1382, 1411, f. 202-206.

LXXI. *Informazione all'imperatore Ferdinando II, sopra la precedenza tra la nobiltà di Gorizia e la casa dei conti della Torre*, f. 209-211.

LXXII. *Scheda de Turrianis*, f. 212.

LXXIII. *Informazione sopra i conti della Torre di Milano, contro i Torriani di Ungerspach e de Tassis*, f. 213-226.

LXXIV. *Lettera del conte Ricciardo di Strassoldo all'imperatore Ferdinando III, pel maresciallato di Gorizia, vacante per la ribellione dei conti Della Torre di Boemia*, 15 *sett.* 1644, f. 227.

Edita est in *Documenti storici delle famiglie comitali Strassoldo e della Torre*, Venezia, 1863, p. 31-32.

LXXV. Leonardus, *palatinus Carinthiae, comes Goritiae et Tyrolis constituit negotiorum suorum gestores Virgineum de Groben et Soldonerium de Strassoldo*, 16 *apr.* 1476, f. 228-229.

LXXVI. Hieronymi Aleandri, *cessio archiepiscopatus brundusini Francisco Aleandro, tertio kal. febr.* 1541, f. 230-233.

LXXVII. *Transumptum cuiusdam folii seu apocae concordii initi inter Conradum de Trinciis de Fulgineo et Agnetem de Trinciis in Tomacellos,* 30 *ian.* 1431, f. 234-237.

LXXVIII. *Venditio feudi Ragoneae, facta a Ioanne Baptista Conti romano comitibus de Porcilleis,* 1459 [itale], f. 238-245.

LXXIX. *Litterae Caroli archiducis Austriae Gregorio pp. XIII,* 12 *febr.* 1579, f. 246-247.

LXXX. Rodulphi II *imperatoris, litterae Raymundo comiti a Turre oratori ad pontificem et fiduciales ad Clementem pp. VIII,* 1598, f. 247-248.

LXXXI. Nic. Guliolae, *consilia duo authentica,* f. 248-251.

LXXXII. *Litterae curiales authent. ad Bernardinum Pithianum vicarium Sanctidanielis,* 11 *sept.* 1517, f. 252.

LXXXIII. Venceslai, *Bohemiae regis, litterae ad Gerardum de Prata, VIII idus aug.* 1381, f. 253.

LXXXIV. Bertrandi, *patr. aquil., investitura feudorum Conrado et Iacobo de Pithianis,* 3 *sept.* 1305, f. 254-255.

LXXXV. *Tabula matrimonii inter Violissam de Arcano et Andream Pithianum,* 8 *iulii* 1331, f. 255-257.

LXXXVI. Antonii Pancerae, *patr. aquil., investitura feudorum Ioanni et Gabrieli de Pithianis,* 2 *apr.* 1403, f. 257-258.

LXXXVII. Friderici II *imperatoris, diploma pro Guecello de Prata,* 5 *oct.* 1245, f. 258.

LXXXVIII. Raymundi, *patr. aquil., investitura Villae Corveae Guecello de Prata, mandato imperat.,* 12 *febr.* 1248, f. 259.

Edidi in *Diplomatario Portusnaonis,* p. 8-9.

LXXXIX. Eiusdem, *investitura feudorum Vecelletto de Prata,* 11 *apr.* 1288, f. 260.

XC. *De restitutione Portusnaonis duci Austriae faciendu per Beachinum de Purcilleis,* 11 *nov.* 1351, f. 262.

Edidi in *Diplomatario Portusnaonis,* p. 53-54.

XCI. Tristani de Savorgnano, *investitura Ricciardo de Zegliaco,* 25 *apr.* 1394, f. 263.

XCII. *Nobilium de Castellerio manumissio hominum de masnata,* 30 *dec.* 1393, f. 264-265.

XCIII. *Tabulae matrimonii inter servos de masnata,* 25 *apr.* 1353, f. 266.

XCIV. Francisci de Sanctodaniele, *manumissio servorum*, 21 *oct.* 1397, f. 267.

XCV. Ludovici de Turre, *patr. aquil.*, *declaratio pro Daniele homine libero et non de masnata*, 16 *iulii* 1361, f. 267-268.

XCVI. *Tabulae matrimonii inter Gabrielem Pithianum et Dorotheam de Gregoriis*, 2 *iunii* 1403, f. 269-270.

XCVII. *Sententia arbitraria Ezelini et Alberici de Romano et Rambaldi de Vidotis, in causa inter Fridericum de Purcilleis et Vecellum de Prata*, 20 *mai* 1224, f. 271-272.

XCVIII. *Testamentum Odorici de Ragonea, camerae apostolicae auditoris*, 27 *maii* 1390, f. 273-276.

XCIX. *Praedii venditio Simoni de Frumentinis, quondam Ioannis, olim Porcarini, dicti Porcarii*, 6 *febr.* 1308, f. 277-278.

C. Henrici de Villalta, *collatio curiae de suo allodio, Wariendo filio Sarati*, 9 *febr.* 1214, f. 279-280.

CI. *Testamentum Francisci Manticae, cardinalis*, 24 *ian.* 1614, f. 281-282.

CII. Francisci Pithiani, *supplicatio summo pontifici pro erectione iurispatronatus*, f. 283-284.

CIII. Urbani de Savorniano, *legitimatio Leonardae uxoris Nicolai Paviglini*, 31 *dec.* 1447, f. 285-288.

CIV. *Contractus inter Nicolaum Spatarinum, plebanum Glemonae, et Andream Pithianum*, 21 *martii* 1451, f. 289.

CV. *Locatio archidiaconatus aquil. per Andream Pithianum eidem Nicolao, aprili* 1451, f. 290.

CVI. *Testamento di Odorico Rinaldi, prete dell' oratorio*, 5 *ott.* 1668, f. 292-295.

CVII. *Monete antiche di Treviso*, f. 298.

CVIII. *Varia de Asquino de Varmo, Tristano eius filio, ac eius familiae rebus*, f. 299-310, 352.

CIX. *Note sulla famiglia Torriani*, f. 311-314.

CX. *Note di Giambattista Pitiani sui feudi degli Altani*, f. 315-316.

CXI. *Arbores genealogicae familiarum foroiuliensium Altani, Arcoloniani, dominorum de Varmo, dominorum de Montegnaco, dominorum castri Sanctidanielis, Bertolini, comitum de Purcilleis, Asquini, Mantica, Pedretti, Turba, Clara, Mozi, Bra-*

dis, dominorum de Cergneo, dominorum de Prampero, dominorum de Sbroiavacca, ducum Urbini, dominorum de Maniaco, Ricchieri, Turriani, Francischinorum, f. 317-341.

CXII. *Quaedam de familia Malacrida*, f. 342-343.

CXIII. *Venditio bonorum ad Tilaventum, facta ab Artico de Sanctodaniele ecclesiae s. Mariae de Rive*, 7 *nov*. 1373, f. 245.

CXIV. *Litterae Francisci Pithiani*, 1497, f. 346-351.

CXV. *Spolia ex regestis Andreae Pithiani*, fol. 353-357, 361-433.

CXVI. *Carta obligationis episcopi caprulani episcopo concordiensi de bonis positis in villa Dumortoli concordiensis dioecesos*, 1 *apr*. 1342, f. 359-360.

CXVII. Ioannis Baptistae Pithiani, *consilia varia de rebus foroiuliensibus*, f. 435-438, 440.

CXVIII. Eiusdem, *syndici generalis communitatis Sanctidanielis* [28 *ian*. 1556], *expeditiones criminales*, f. 439.

CXIX. Eiusdem, *excerpta de cappellaniis canonicis*, f. 441.

CXX. *Utinensium consilium contra introductores Tristani Savorgnani in civitatem Utini*, f. 442-444.

CXXI. Leonardi Lauredani, *ducis Venetiarum litterae pro Variante de Percoto*, 24 *nov*. 1511, f. 444.

CXXII. Iulii de Sbroiavacca, Leonardi Staineri *et* Marquardi Susannae, *consilium authenticum de eadem re*, f. 446-448.

CXXIII. Stellae de Beccariis, *donatio et testamentum*, 11 *aug*. 1537, f. 449.

CXXIV. *Lettere due di Giambattista Pitiani, deputato del Friuli, sopra la visita del danno della grandine, luglio* 1563, f. 450.

CXXV. Detalmi de Cergnevo, *consilia duo de rebus foroiuliensibus*, f. 451-453.

CXXVI. Thomae Francischinii, *consilium in causa inter Christophorum Rufum grammaticum et Iacobum de Arrigonibus utinensem*, f. 454-457.

CXXVII. Marquardi Susannae, *consilium in causa divisionis inter patrueles*, f. 458-463.

CXXVIII. Çittadini della Frattina, *consilia varia de rebus foroiuliensibus*, f. 459.

CXXIX. Nicolai Erasmi, *consilia de rebus foroiuliensibus*, f. 464-465, 468.

CXXX. *Forma remotionis a sententia locumtenentis foroiul. ad iudicium consilii Sanctidanielis, facta a Iacobo Fabro*, f. 466.

CXXXI. Bernardini Bertollae et Rizardi de Fontebono, *consilium in causa donationis conditionatae*, f. 469.

CXXXII. Nicolai Guliolae, *consilia de rebus foroiuliensibus*, f. 469-474.

CXXXIII. Francisci Curtii, *consilium in causa Andreae Helt et Ioanninae de Luisinis*, f. 475-479.

CXXXIV. Franc. Florii, *consilia de rebus foroiul.*, f. 480-484.

CXXXV. *Consilium in causa criminali de clerico remittendo Tarvisium ex dioecesi concordiensi*, f. 485-488.

CXXXVI. Odorici Merlatti, *consilium in causa fraternitatis Sanctidanielis*, f. 491.

CXXXVII. Nicolai de Valentinis, *consilium in causa inter Francischinum de Abbatibus glemonensem et Ioannem Antonium Porteneriun de Sanctodaniele*, f. 492.

CXXXVIII. *Consilium in causa Doymi de Castello contra Corbellos*, f. 493-496.

CXXXIX. Cornelii de Castello, *consilium de eadem*, f. 497.

CXL. Bonsignorii de Tingi, *decani utinensis, consilium in causa inter Nicol. della Turre et Iac. Danielis Pauli*, f. 498.

CXLI. Francisci Manini, *consilium in causa Petri Sartorii et Iacobi Macorii*, f. 499-500.

CXLII. Conradi de Monteregali, *consilium in causa inter Michaelem et Antonium Vuannos*, f. 501.

CXLIII. Beraldini Nordii, *praepositi concordiensis, consilium in causa inter eosdem Vuannos*, f. 502.

CXLIV. Francisci de Chizolis, *patavini, consilium super eadem causa*, f. 503.

CXLV. Francisci de Filitinis, *consilia varia de rebus foroiuliensibus*, f. 504-516.

CXLVI. *Memoria per la causa tra il conte Ascanio di Porcia e Francesco Crescendolo da Pordenone*, f. 517-518.

CXLVII. Antonii Nordii, *consilium in causa inter Servadeum tergestinum et Michaelem iudaeum*, f. 519.

CXLVIII. *Consilium in causa de celebratione missae inter homines de Puteo et Sancto Laurentio, av homines de Gradisca,* f. 521.

CXLIX. Ioannis Franc. de Sbroiavacca, *consilium in causa Andreae de Straccis et Venutae de Gradisca eius sororis, coram nobilibus de Attemps,* f. 522-531.

CL. Ioannis de Fontebono et Alexandri Bonzanini, *consilium in causa testamenti Veronicae, ultra dotem,* f. 532-533.

CLI. Ioannis de Fontebono, *consilium in causa pacti de non petenda haereditate paterna,* f. 534-535.

CLII. Antonii Belgradi, *consilia varia de rebus foroiuliensibus,* f. 536-540.

CLIII. Ioannis de Melso, *consilia duo de rebus foroiuliensibus,* f. 541-544.

CLIV. Francisci de Strassoldo, *consilium in causa inter Andream Plebani de Sanctodaniele et Laurentium Damussinum,* f. 546-548.

CLV. *Excerpta de bonis Altanorum,* f. 549-550.

CLVI. Petri del Getto, *consilium in causa percussionis,* f. 551.

CLVII. Albertini Baduarii, *consilium in causa: an posthumo mortuo, vivo testatore, admittatur posthuma ex alia impregnatione,* f. 552-553.

CLVIII. *Iurisconsultorum gymnasii patavini consilium in successione fratris praedefuncti,* f. 554-560.

CLIX. Ioannis Campegii, *bononiensis, i. c. in gymnasio patavino, consilium in causa inter homines Modegliani et Cisternae,* f. 561-564.

CLX. Aegidii Falcettae, *auditoris Marini card. Grimani, allegationes pro eodem contra comites Savorgnanos,* f. 565-567.

Cod. 173 chart., saecc. XV-XVII, a. 210, l. 136 [L. XIV, XLVI]. Yc.

Opuscula plura latine et itale a Iusto Fontaninio collecta, quaedam ab eo scripta.

I. *Nota pecuniae receptae a patriarcha aquil. Gastone a.*

1317, *quam ex* protocollis *Ioannis de Calenzano misit Florentia Iusto Fontaninio Salvinus Salvini*, f. 1.

II. *Sigillum Wolferi, patriarchae aquil., Senis servatum, pictura lineari*, f. 2.

III. *De morte cardinalis Antonii de Pancera, patr. aquil.* [1431], f. 3.

IV. Odorici Susannae, *Lucifer*, 1386, f. 4-18.

Actum de introitibus mensae patriarchalis aquileiensis. Quaedam ex iis a Muratorio male digesta, vol. XVI, *Scriptt. rer. ital.*

V. *Scribae et cancellarii patriarchae aquileiensis*, f. 19-30.

VI. *Cronaca breve delle famiglie antiche d' Udine, scritta da Pier Passerino*, f. 31-33.

VII. M. Ant. Nicoletti. *Compendio del libro d'oro, ovvero degli annali della città di Cividale del Friuli*, f. 34-66.

VIII. —— *Compendio del capitanato del Friuli sotto Vorlico et Filippo, duchi di Carintia.* « Puote allora molto » la gratitudine, comune legame . . . », f. 67-159.

IX. *Vocati ad missam primordialem Marquardi, patriarchae aquil. anno* 1366, f. 164-171, 214-219.

X. *Schedae ex saeculo XV, de rebus Foriiulii*, f. 176-183.

XI. *Pacta inter quosdam nobiles foroiulienses et tarvisinos*, f. 184-195.

XII. Iuliani Civitatensis, *chronici compendium per Petrum Passerinum utinensem* [1242-1331], f. 200-210.

Edidit Bernardus M. de Rubeis in *Append. ad Monum. ecclesiae aquil.*, p. 37-42.

XIII. *Parlamenta duo Utini celebrata contra Tristanum Savorgnanum, annis* 1412-1413, f. 220-230.

XIV. *Phaeuda patriae Foriiulii quae recognoscebantur ab ecclesia aquileiensi*, f. 230-232.

XV. Iuliani Civitatensis, *chronicon foroiuliense*, f. 234-264.

Ediderunt Muratorius, a Iosepho Binio communicatum, in *Scriptt. rer. ital.*, XXIV, 1191-1220; integrum vero diligentius B. M. de Rubeis in *App. ad Mon. eccl. aquil.*, p. 20-37.

XVI. Ioannis Aylini, *notarii de Maniaco, chronici compendium per Iohannem Baptistam Pithianum*, f. 264-281.

XVII. Antonii Francischinii, *glemonensis, carnicae regionis illustratio.* « Factum ne sit per incuriam, ignaviam aut inscitiam quod Carnorum regio ... », f. 283-296.

XVIII. Ciro da Pers. *Catalogo delle famiglie nobili antiche di Venezia, del Friuli, di Siena, di Firenze, di Genova, di Bologna,* f. 302-319.

XIX. *Nota di personaggi che servirono l'imperatore Leopoldo in Gorizia, l'anno* 1660, f. 319-321.

XX. *Cronaca di Venezia, dall' anno* 1043 *al* 1422. « Vacante el ducato per la morte di m. Domenego Flobenigo, lo qual habiando governa cerca anni XI... », 322-354.

Cod. 174 chart., saec. XVIII, a. 300, l. 210 [L. X, CXXXI]. R.

Anecdota foroiuliensia, pleraque manu B. Mariae de Rubeis.

1. *Inscriptio iustinopolitana Iustino, Iustiniani imperatoris filio,* f. 3-5.

2. Ioannis Iosephi Liruti, *de Villafredda, de origine linguae foroiuliensis dissertatio,* f. 6-30.

Auctor tractationem universam sua manu exaratam, nuncupat Bern. Mariae de Rubeis, epistola itala ex Villafredda, 8 martii 1742.

3. *De nummis Venetiae,* f. 31-33, 45-46.

4. *Inscriptiones variae,* f. 34-44.

5. *Varia ex aere, pictura lineari expressa, Aquileiae effossa, cum inscriptionibus, ac epistola Marii Pozzo* [Venzonis, 21 dec. 1741] *Bern. Mariae de Rubeis,* f. 47-54.

6. Iacobi Utinensis, *canonici aquil., epistola de vetustate Aquileiae, Francisco Barbaro Foriiulii locumtenenti* [1448], f. 55-64.

Operis exemplum ex codice Guarneriano Sanctidanielis publici iuris fecit Bern. M. de Rubeis a. 1740, in *Miscellanea di varie operette* [Ven., p. 99-134].

7. Dominici Ongaro, *brieve informazione intorno alla persona di Guarnerio d'Artegna, ed alla libreria de' codici mss. da lui lasciati alla comunità di Sandanielo,* f. 65-70.

8. Ioannis Dominici Bertoli, *epistola itala autographa* [Me-

reto de Tomba] *Bern. Mar. de Rubeis, de corporibus sanctis in cathedrali polensi ecclesia a.* 1657 *repertis,* f. 71-72.

Lege in *Relazione di alcuni corpi santi ritrovati* ec., *raccolta e descritta da d. Antonio Garzoni.* Venezia, 1724.

9. *Exemplum epistolae Iusti Fontaninii Ciro de dominis de Pers, super Friderico de Pers patriarcha aquil.* [itale], f. 73-76.

10. *Quaedam de Foroiulio ex alphabetario deliberationum dominii veneti, ann.* 1293-1440, *per Bartholomaeum Zambertum,* f. 77-78.

11. *Index diplomatum istriensium ex ms. codice Petronii:* **Memorie sacre e profane dell' Istria,** f. 79-82.

12. *Indices documentorum aquileiensium a Iosepho Binio, comite Hectore de Brazzaco, aliisque Bern. Mar. de Rubeis dati,* f. 83-93, 184-194, 204-206, 226-229, 232-233.

13. *Plebani et archipr. s. Mariae maioris de Glemona,* f. 95.

14. *Grovamina ecclesiae aquileiensis, aliaque plura ad negotium Antonii Pancerini patriarchae aquileiensis,* f. 98-143.

15. *Documenta foroiuliensia,* f. 118-131, 135, 137-139. 147-148, 157, 208-210.

16. *Notitiae ex M. Ant. Nicoletti opere:* **Libro de' costumi e leggi antiche de' Forlani sotto i Patriarchi** [itale], f. 144-149.

17. *Familiae Utinum aliunde inlatae,* f. 150-155.

18. *Codices mss. apud Pithianos Sanctidanielis exstantes,* f. 159-163.

19. *Case nobili e dignità ch' ebbero principio l' anno* 1272 *insino all' anno* 1434 *nella nobilissima città di Cividal d'Austria, da' libri de' notai Antonio di Cividale, Odolrico, Nicolò de' Desideri,* f. 164-183.

Note stese da Nicolò Vanini cancelliere di Cividale, rivedute dal provveditore Lorenzo Barbaro, il 27 decembre 1628.

20. *Risposta o confutazione del dott. Celso di Prampero:* **Qual sia la giurisdizione dei feudatarî della Patria che hanno voce in parlamento.** « Molte sono le prerogative, che per anti- » chissimi privilegi . . . », f. 196-202.

21. *Provocatio sive disfida civitatis nostrae* [Civitatis Austriae] *contra dominum patriarcham et terram Utini* [26 aug. 1499], f. 212-214.

22. Leonardus Lauredanus, *dux Venetiarum, dat privilegia Civitati Austriae* [10 oct. 1503], f. 216-217.

23. *Inventarium lipsanorum ecclesiae aquil.*, f. 218, 221.

24. Thomas Mocenigo, *dux Venetiarum, mittit Civitati Austriae Petrum Mazera rectorem* [25 nov. 1498], f. 219.

25. *Inventarium lipsanorum in monasterio s. Mariae in Valle*, f. 222-225.

26. *Episcoporum provinciae aquileiensis indiculus ex variis documentis depromptus*, f. 230-231.

27. *Istria sub patriarchis Petrapilosa et Iacobo Gordino*, f. 235-241.

28. *Concilium provinciale aquileiense primum habitum in civitate Utini*, f. 242-258.

De re habes hic epistolam autographam Francisci Florii Bern. Mariae de Rubeis [Utini, 5 octobris 1740].

29. *Lite di precedenza. Processo custodito nell' archivio del capitolo di Cividal del Friuli*, f. 259-261.

Cod. 175 chart., saec. XVIII, a. 308, l. 212 [L. X, CXXXII]. R.

Varia aquileiensia, partim manu Bern. Mariae de Rubeis.

I. *Syllabus patriarch. aquil., quem ex libro* **formula iuramentorum** *capituli civitatensis Ioannes Baptista Lincaeus* [Cividal, 29 sett. 1731] *misit Venetias, Bernardo M. de Rubeis*, f. 4-6.

Idem edidit in *Appendice ad Monum. eccl. aquil.*, p. 6, haec adnotans: « Hunc singulis annis, die secunda februarii in festo » purificationis Deiparae, in insigni collegiata s. Mariae ecclesia » Civitatis Fori Iulii, candelarum distributione completa, ante » missarum solemnia, coram palamque ex Odeo alta voce recitat canonicus archidiaconus, quem *in planis* vocant; alter » enim distinguitur qui eodem fungitur munere *archidiaconus* » *in montibus* dictus. Mos idem in aquil. metropolitana ecclesia » olim servabatur ».

II. *Series patr. aquil. fideliter diligenterque per ordinem exemplata ex tribus manuscriptis, uno alio antiquiore*, f. 8-30.

Exemplum hoc ex proprio sumptum misit Agricola Agricola [Utini, 19 iulii 1724] Bern. M. de Rubeis, qui edidit in *App.*

ad Monum. ecclesiae aquil., p. 6-19. Chronicon, a d. Marco usque ad Ludovicum de Tech patriarcham renuntiatum [1413], habet sub fine historiam Tristani de Savorgnano, fusiore sermone quam in editis enarratam. Opellam, usque Nicolaum I de Lucemburgo [1358] edidit Muratorius in *Anecd. ex Ambros. bibl. codicibus*, t. IV, p. 233-252, ac denuo in *Scriptt. rerum ital.*, XVI, 8-18, fusiori enarratione ab Othobono ad Nicolaum.

III. *Chronici eiusdem fragmentum a s. Marco ad Maxentium, ex tabulario capituli civitatensis*, f. 33-36.

IV. *Aliud eiusdem fragmentum ex tabulario eodem*, f. 36-38. Paulo ante Marcellianum excurrit usque Wolcherum.

V. *Series patriarcharum aquileiensium a divo Hermagora usque ad Ludovicum de Tech, anno* 1413, f. 40-48.

VI. *Confirmatio donationis totius Foriiulii patriae facta a Carolo IV rege patriarchae Marquardo ac successoribus*. Frangefurt, 7 sept. 1366, f. 48.

VII. Othonis *imperatoris nova confirmatio donationis totius Foriiulii et iurium adnexorum Wolchero patriarchae et successoribus*. Augustae, 1208, f. 49.

VIII. Susannae Odorici *de Utino*, **Lucifer aquileiensis**, *anno* 1386, f. 49-52, 55-60.

Confusioni evitandae, advertendum censeo opellam quadruplici titulo notam: *De privilegiis et iuribus ecclesiae aquil. — Memoriale super introitibus patriarcharum ecclesiae aquil. — Introitus patriarcales mensae aquil. — Memoriale super dominationibus, honoribus, iuribus et iurisdictionibus spiritualibus et temporalibus ecclesiae aquil.* Publici iuris fecit Muratorius in *Scriptt. rer. ital.*, XVI, 71-78.

IX. *Chronicon, idem quod supra, ex codice Io. Baptistae Ferrazzi de Civitate Austriae, a.* 1734 *exscriptum*, f. 61-66.

Exstat quoque historia Ludovici de Tech, a Muratori edita in *Scriptt. rer. ital.*, XVI, 85-86.

X. *Chronicon idem ad annum* 1490 *ex codice comitis Francisci Florii utinensis*, f. 71-76.

XI. *Excerpta de eodem, ex codice canonici Hectorei*, f. 84.

XII. *Index urbium, castrorum, oppidorum et arcium foriiuliensium* [num. 136], f. 86-87.

Ex hoc codice edidit B. M. de Rubeis in *Append. ad Mon. eccl. aquil.*, p. 19-20.

XIII. *Reformatio taleae militiae factae per dom. patr. Nicolaum I de Lucemburgo, die primo octobris* 1353, f. 87.

XIV. Iuliani, *chronicon foroiuliense ex codice Antonii Belloni.* « Gregorius patriarcha aquileg. qui fuit de Montelongo, » venit Aquilegiam . . . », f. 90-109.

Vide cod. 173, n. XV.

XV. *Marchia Carniolae,* f. 110-113.

Quaedam de rebus patriarcharum foroiuliens. in Carniola.

XVI. *Epitome chronici* [num. XIV] *in tabulario capituli foroiuliensis adservata,* f. 114-121.

Vide cod. 173, n. XII.

XVII. *Chronicon anni* 1348. « Anno Domini 1348, die 25 » mensis ianuarii, circa horam vespertinam fuit terremotus... », *finit ut in praecedenti:* « extrinseci vero videntes vexillum Vir- » ginis gloriosae, statim terga verterunt . . . », f. 121-122.

Edidit B. M. de Rubeis loco citato, p. 42-44.

XVIII. *Additamenta eiusdem chronici ad annum* 1631, f. 125-128.

XIX. Bern. Mariae de Rubeis, *animadversiones autographae in idem,* f. 128-129.

XX. *Notizie sopra la famiglia degli Ailini per dichiarazione dell' albero precedente, data e sottoscritta dal sig. co. Fabio de' signori di Maniaco, a' 11 novembre* 1733. « L' antica fami- » glia degli Ailini, la quale fioriva nel secolo XIV . . . . . », f. 134-139.

XXI. Ioannis Aylini, *notarii maniacensis, fragmentum historiae foroiuliensis, quod patratum fuit tempore d. Philippi de Alençonio, cardin. et aquil. patriarchae,* f. 140-154.

XXII. Eiusdem, *historia belli foroiuliensis, tempore d. Philippi de Alençonio, ex codicibus maniaconensibus Camilli Manini et Antonii Belloni,* f. 155-173.

Cum eodem anno 1740 Muratorius et Bern. M. de Rubeis historiam hanc, ille in *Antiquitt. Ital. medii aevi,* III, c. 1187-1220, hic in *Append. ad Monum. eccl. aquil.*, p. 44-59, ediderint, ad impressam lectores provoco, dum de codicibus Marcianis

pluribus eam referentibus erudiri cupidos ad *catalogum codicum mss. de rebus foroiuliensibus* ec. Vindobonae datum remitto.

Cod. 176 chart., saec. XVIII, a. 310, l. 210 [L. XIV, CCLXXXVII]. R.

I. Bernardi Mariae de Rubeis, *excerpta varia ex libris impressis nec non manuscriptis, Aquileiam, Civitatem Fori Iulii, et Valvasonum praecipue spectantia,* f. 1-83.

In iis actum de paschate, calendario, ieiuniis, inscriptionibus tum veteribus, tum recentioribus, latine et itale.

II. *Exempla litterarum patriarcharum aquileiensium, ac bullarum pontificum Innocentii III et Bonifacii VIII,* p. 85-120.

III. *Epistolae autographae* [itale] *Iosephi Binii et Ioannis Dominici Guerra Bernardo Mariae de Rubeis ann.* 1758, 1759, 1765, f. 121-153.

IV. *Epistolarum aliquarum exempla, nempe Francisci Barbari, Guernerii de Arthenia canonici aquileiensis, Fantini Danduli episcopi patavini et Ioannis de Spilimbergo,* f. 167-169.

V. *Oratio pro Foroiuliensibus coram illustr. principe Nicolao Marcello,* 1473 *die XI octobris:* « Sicut ex litteris, quae modo » recitatae sunt . . . », f. 171-172.

VI. Pompeii de Caporiaco, *epistola ad Cyrum Persum adolescentem Glemonae, pridie idus martii* 1619. « Mirum fortasse » tibi videbitur, mi Cyre, cur ego . . . », f. 175.

VII. Valentini Odoricii, *oratio in laudem Hieronymi Mocenici, praetoris patriae foroiuliensis,* 1573-1574. « Solent multi » in hac urbe et litterarum in primis professores virum ali» quem . . . », f. 176-179.

VIII. Eiusdem, *carmina duo ad lusciniam de morte Christi et de eucharistiae sacramento.* « Quid natum gemis miserum... » f. 180.

IX. Flaminii de Rubeis, *iurisconsulti, Utinensium oratoris. oratio gratulatoria Michaeli della Torre, episcopo cenetensi, in cardinalium numerum cooptato* [itale]. « È cosa impossibile, mons. » ill. e rever., che nell'intelletto cadere ad alcuno possa . . . », f. 181-182.

X. Ioannis, *episcopi astunensis* [utinensis vel astonensis],

carmen in laudem Antonii Panciera de Portogruario, cardinalis et patriarchae aquileiensis. « O pater, o summe cunctorum diva » potestas . . . », f. 183-184.

XI. Francisci Busci, *de Civitate Austriae, traducta per versus ex libro Pauli historiographi antiquissimi in bibliotheca s. Dominici civitatensis.* « Dic mihi musa locum, spatio quem cor» poris amplum . . . . Finis, salutis anno 1479, 25 septembris », f. 185-187.

XII. *De praeclarissimae urbis Utinae laudibus carmen fratris Gerardi a Bellinzona, Augustiniani, dicatum excellentiss. atque adeo illustribus urbis septemviris.* « Montano qua fonte per » ora novena Timavus. . . », f. 189-192.

XIII. *Carmina cancellariorum utinensium varia.* Auctorum nomina sunt: *Bracteolus Iacobus,* f. 204 *recto* — *Buiatus Fridericus,* f. 204 *recto* — *Clementinus Vincentius,* f. 195 *verso* — *Collorettus Ulysses,* f. 192 *recto* — *Contrinus Ioseph,* f. 193 *verso* — *Dircaeus Vincentius,* f. 200-201 — *Fannius Iacobus,* f. 194 *verso* — *Fiducius M. Antonius,* f. 194 *recto,* 199 — *Freschus Franciscus Oucaneus,* f. 193 *recto* — *Frumentarius Io. Baptista,* f. 196 *recto* — *Locatellus Bernardinus,* f. 195 *recto* — *Luisinus Bernardus,* f. 196 *recto* — *Moyses Faustinus,* f. 195 *verso* — *Mula [a] Franciscus,* f. 194 *verso,* 202 *verso* — *Pictorius Marius,* f. 291-292 — *Pontanus Leonardus,* f. 194 *recto* — *Portius Franciscus,* f. 199 *recto* — *Pyrgoteles Ioannes,* f. 203 — *Saxus Andreas,* f. 195 *verso* — *Tritonius M. Antonius,* f. 195 *recto.*

XIV. Luciani Samosatensis, *variarum narrationum libri duo, heroicis carminibus versi a Francisco Manino, urbis foroiuliensis canonico, ac d. Mario Savorgnano dicati. Libri duo.* « Mellitos lepidosque sales lege, carmine nuper . . . », f. 205-225.

XV. *Carmina variorum latine et italice, nempe Francisci Portii, Danielis Caietani Alexandrei, Fabii Sfortiae, Ioannis Baptistae Arrigonii et Laurentii Paparotto,* f. 226-229.

XVI. Henrici Brencmanni, *epistola ad Iacobum Facciolatum de Philippo a Turre recens demortuo.* « In pari iactura non est » quod pluribus tibi dolorem meum approbem . . . . . kal. nov. » 1717 », f. 230-231.

XVII. Ioannis Spilimbergensis, *oratio ad Leonardum Iustinianum, Utini locumtenentem a.* 1432. « Saepe ac diu mecum » cogitavi, sapientissimi et clarissimi cives . . . », f. 237-238.

Edidit Io. Bapt. Contarenus in *Anecd. veneta*, t. I, p. 83-85.

XVIII. Petri Pauli Vergerii, *epistola industriae magnae viro magistro Albertino de Aquilegia, amico in Bondeno, districtus ferrariensis.* « Nolem, amice carissime, quod ea quae inter » non satis compactos . . . . . . Bononiae, pen. septembris . . . », f. 239.

XIX. Sancti de Peregrinis, *epistola Petro Paulo Vergerio artium doctori, nunc actu logicam legenti Bononiae:* « Repleverunt me gaudio epistolae tuae in fine februarii . . . », f. 239.

XX. Petri Pauli Vergerii, *epistola incerto* [probabilius Sancto de Peregrinis]. « Multa ex epistola tua colligo, vir optime, » quae si quicquam praesumerem . . . », f. 240.

XXI. Ioannis Francisci Palladii Olivi, *veronensis, carminum liber,* 1559, *cal. octobr., doctore existente d. Bernardino decano Portusgruarii, publice profitenti atque corrigente haec.* « Parnassi excelsa nymphae, quas in rupe sedetis . . . », f. 241-250.

Sub fine: « Carmina haec supra descripta sunt ex schedis, » ut puto, autographis apud nobiles utinenses Palladios cubantibus. Ex his aliqua Io. Palladii senioris non improbanda ».

Cod. 177 chart., saec. XVIII, a. 277, l. 194 [L. X, XCVII]. X.

Fabii Quintiliani Hermacorae, *de historia et antiquitatibus Carneae, usque MCCCCXIX. Libri quatuor.* « Universam regionem illam quae inter Liquentiam flumen, Tarvisinum agrum » terminans et adriaticum sinum . . . ». Folia 66.

Auctor libro primo carnicam regionem, cuius princeps locus Tulmetium centum quinquaginta unum pagos habet subditos, in partes quatuor dividit. Terrae sterilitatem conquestus, pascua, arborum copiam ad navalem, fabrilem et ignis usum, leporum venatum, aquas sulphureas s. Petri, vernaculo nomine *Pudias*, industriam laudat. Historiam totius Foroiulii a Romanis, quorum exhibet inscriptiones sex, ad annum 1024 deducit. Disserit secundo de Carnea sub patriarchis, a Popone, qui pri-

mus totius Foriiulii principatum tenuit, ad Antonium Caietanum. Fusiori sermone quae in Carnea, Antonio Panciera patriarcha, obvenerunt libro tertio discutit. Tandem librum quartum mutilum, cuius partem constituunt orationes Vecelli Vecellii et Danielis Miscetini, perducit a Ludovico de Tech patriarcha renunciato ad ann. 1420. Operis quod praelo, studiorum historiae foroiuliensis incremento, foret committendum, etsi nonnulla desiderentur libro IV, auctorem summopere commendat styli elegantia. Id in suos usus convertit Nicolaus Grassi in *Notizie storiche della provincia della Carnia* [Udine, 1782, 8.°], qui p. 206 de eo scribit: « Opera elegantemente scritta in latino sopra le » antichità della Carnia, e che molto ha contribuito alla pre- » sente mia storia ».

Cod. 178 chart., saec. XVIII, a. 296, l. 195 [L. XIV, CLIII]. R.

I. Eiusdem, *de antiquitatibus Carneae libri quatuor*, f. 2-24.

II. Antonii Belloni, *de feudis patriae Foriiulii*. « Absolutis » utcumque vitis patriarch. aquileiens., agam breviter de pa- » triae feudis ut habeant ea qui nosse . . . », f. 28-34.

Vide quae scripsi *Biblioth. ms.*, V, 266, ad codicem, ex quo in hunc Quintiliani tractatus inlatus est.

III. Girolamo di Porzia. *Descrizione del sito, confini, costumi, governi della patria del Friuli, coll' utile che da quella ne cava il serenissimo dominio, e spese che ivi fa.* « La patria del » Friuli è paese molto notabile e abitato da gran numero di no- » biltà . . . », f. 41-98.

Auctor in epistola dedicationis [Ragoneae, 20 sept. 1567] Ioanni Antonio Fachinetti episcopo Nicastri, nuncio apostolico ad rempublicam venetam, conqueritur sibi ablatum patrimonium, ab eius antecessoribus ante centum quinque annos habitum, quod Venetiis vindicaturum sperat. Quodnam sit operis momentum, quid utilitatis historiam topographicam foroiuliensem pertractantibus sit praestiturum, liquet ex iis quae auctor testis oculatus enunciat. Foriiulii, cuius historiam a Romanis ad Attilam summo digito attingit, infoecunditatem et miseriam inimicitiis eius familiarum adiudicat. Syllabis institutis

urbium, fluviorum, torrentium, nundinarum, ecclesiarum cathedralium, abbatiarum, praepositurarum, capitulorum, praelatorum, castellanorum, communium, parlamentorum, vectigalium, arcium, feudorum, iurisdictionum, iis reliquum operis [f. 53-98] tribuit, plura interserens scitu digna de conditione loci, historia, populatione, familiis. Hic iurisdictionum ordo: *Concordia — Capitolo d'Aquileia — Abbazia di Rosazzo — Moggio — Sesto — Sumaga — Capitolo di Cividale — Capitolo d'Udine — Abbazia di s. Maria fuori d'Aquileia — S. Maria in Valle di Cividale — Porcia — Brugnera — Prata — Polcenigo — Fanna — Spilimbergo — Cucagna, Zucco e Pretestagno — Valvasone — Frattta — Castello e Tercento — Strassoldo — Melso — Colloredo — Archian — Pinzan — Osoppo — Castelnovo — Belgrado — Villalta — Chiarovacco — Brazzago — Frattina — Sbroiavacca — Torre — Maniago — Salvarolo — Monteregale — Zoppola — Prodolon — Panigai — Prampergo — Attimis — Pers — Moruzzo — Cusana — Fontanabona — Castelpagano — Zegliaco — Toppo — Varmo — Savorgnano — Ragogna — Soffembergo — Manzano — Madrisio — Aquileia — Cividale — Udine — Gemona — Venzon — Tolmezzo — Cargna — Sacile — Portogruaro — Marano — Monfalcone — Fagagna — Ariano — Carera — Mossa — Meduna — Tricesimo — Sedean — S. Steno — Latisana — Pordenon — Tolmino — Albana — Gradisca — Gorizia — Cadore.* Coronidis loco addduntur numerus incolarum, locorum immunitates, prospectus redditunm impensarum totius foroiuliensis regionis. Ex manuscriptis Laurentii a Turre, canonici civitatensis.

IV. Francisci Cremensis, *historia oppugnationis germanicae Utini, a.* 1509. *Epistolae quatuor, ad senatum populumque foroiuliensem.* « Annibal Salonus, alter ex consulibus vestris, sa» pient. patres, in familiari colloquio quod nuperrime cum de » aliis rebus . . . », f. 100-106.

Epistolae prima usque tertiam datae sunt iurisconsulto Ioanni Regulo manzanensi: quarta Venceslao Boiano.

V. *Catalogo degli opuscoli che si contengono in tre codici della libreria de' pp. di s. Domenico di Capodistria,* f. 108-113.

Codici primo insunt epistolae Nicolai Sagundini cardinali

Bessarioni, Petri Parleonis Nicolao Sagundino, Petri Pauli Vergerii diversis, Michaelis Pacis tergestini Antonio Hyanotto iustinopolitano; alteri epistolae morales Senecae ad Lucillum nonagintaquinque, orationes Ciceronis variae cum argumentis et notis Sicconis Polentoni et Antonio Lusci: tertio epistola rabbi Samuel missa rabbi Isaac de religione iudaica, aliaque eiusdem argumenti.

VI. Pauli Diaconi, *de rebus langobardicis variae lectiones, e codice civitatensi cum editione Muratoriana collato,* f. 114-121.

Codex civitatensis bibliothecae monasterii s. Dominici apud s. Laurentium Venetiarum hoc saeculo cessit; fato tamen nobis adverso, ante monasteriorum abrogationem anno 1867 Venetiis habitam, Palatium Dalmatiae ad eiusdem ordinis monasterium translatus est.

VII. *A variis animadversa in opus* **Storia teologica della grazia** *marchionis Scipionis Maffei,* f. 122-157.

Exstant in rem propositiones ex opere sumptae, epistolae Dominici Antonii Barberi, Celsi Migliavacca, Scipionis Maffei.

Codicem fere universum manu sua scripsit Io. Franc. Bern. Maria de Rubeis.

Cod. 179 membr.-chart., saec. XII et seqq., a. 320, l. 210 [L. X, CCCL].

Diplomatarium Portusnaonis.

Series documentorum, maxima ex parte authenticorum, ad historiam Portusnaonis spectantium, quo tempore [1276-1514] domus austriacae imperio paruit. Congeriem universam, pretiosam sane, quam mihi scribenti dono obtulit comes Petrus Montereale Mantica, bibliothecae s. Marci dedi libens. Eam, documentis additis ex municipio et nosocomio Portusnaonis, ac libris quoque editis, publici iuris fecit anno 1865 academia scientiarum vindobonensis, tomo XXIV *Fontium rerum austriacarum.*

Cod. 180 membr., saec. XIV, a. 288, l. 209 [L. X, CXLI]. Z.

I. Ioannis Sagornini, *chronicon venetum ab urbe condita ad annum* 1008. « Siquidem Venetiae duae sunt. Prima est illa quae » in antiquitatum historiis continetur, quae a Panoniae termi- » nis usque ad Addam . . . », f. 1-32.

Qui primus vetustissimum hoc chronicon, duobus codicibus Vaticano et Urbinate [quorum exemplum sibi a Iosepho Blanchino donatum Marcus Fuscarenus orator Roma Venetias redux detulerat (1)] collatis, edidit, impensis Iosephi Farsetti, Hieronymus Fr. Zanetti (2). Qui, etsi in prooemio testetur: « Codicem Zenianum [nostrum] summa fide exscripsimus, mi- » nime expunctis sive auctoris, sive descriptoris erroribus, id- » que fecimus ut genuina imago ms. codicis legentibus, quoad » fieri poterat, appareret », tamen ea textum [optimae ceterum lectionis] incuria retulit, ut dubium sit num codicem Marcianum aut unum ex pluribus mendosis Venetiis circumlatis consuluerit. Eapropter Dominicus Maria Pellegrini novam editionem (3) an. 1806, Zanetti negligentia iure improbata, paraverat. Eius exemplum habet musaeum urbicum Venetiis inter codices mss. Eman. Cicogna, num. 619. Pellegrini desiderium absolvit G. H. Pertz qui, nomine Sagornini eraso, ac Ioannis Diaconi iure meritoque indito, *monumentis Germaniae historicis* (4) inseruit, brevioribus appositis notis, quarum emendationem subiicio: — p. 3. Codex Marcianus non folii, sed formam, uti dicunt, *quarti* refert

(1) Id iure emptionis bibliothecae caesareae vindobon. accessit. V. *Archivio storico italiano*, V, p. 283.

(2) *Chronicon venetum omnium quae circumferuntur vetustissimum et Iohanni Sagornino vulgo tributum e ms. codice Apostoli Zeno v. cl. nunc primum, cum mss codicibus vaticanis collatum, notisque illustratum in lucem profert H. Fr. Zanetti Al. F.* Venetiis, 1765, p. XIX, 131, 8.°

(3) *Chronicon venetum omnium quae circumferuntur vetustissimum et Iohanni Sagornino vulgo tributum, e ms. codice Apostoli Zeno v. cl. nunc primum vere fideliterque descriptum, cumque mss. codicibus vaticanis collatum, notisque perpetuis illustratum in lucem profert Fr. Dom. ord. Praedic. bibliothecae Zenianae praefectus.*

(4) Ioannis diaconi, *chronicon venetum*. Scriptt., t. VII, p. 4-38.

— pag. 5 duplex error, partim Zanetti communis, corrigendus, nempe verbum *Bibionas* respondet hodiernae *Bevazzana*, inter Gradum et Caprulas, non *Torre delle Bebbe*, quae in continenti iacet, non longe a Clugia — p. 6. *Minor Clugies* prope Clodiam fossam [*Chioggia*, vulgari sermone *Chiozza*] bello in Ianuenses eversa est, quo loco hodie *Sottomarina* — p. 7. *Auronzo*, pagus montanus superior nunquam habuit episcopum — p. 16. *Vigilia*, cuius hodie vestigia nulla, pagus erat in continenti Venetiis proximiori, non longe a Sancto Hilario. Adde Vegliam, sinus flanatici insulam, eo a Methemauco distare ut quod de exercitu Metamaucensium et delatione capitis Obelerii postea narratur minime attendendum sit.

II. *Chronicon gradense.* « Post multarum urbium destru» ctionem, cum saevissima paganorum multitudo ad Altinensium » civitatem aciem dirixisset .... » ; finit : « ad eandem metro» polym regendam direxit », f. 33-38.

Qua librum quartum *chronici altinatis* edidit Antonius Rossius (1); Pertz collectione citata, f. 39-45, aliunde addito chronici gradensis supplemento, f. 45-47.

Cod. 181 chart., saec. XV, a. 275, l. 207 [Z. L., CCCC]. E.

Andreae Danduli, *Venetorum ducis chronicon venetum a pontificatu s. Marci ad annum usque MCCLXXX.* « Marcus » evangelista in Aquilegia primo catholicam fundavit eccle» siam ... ».

Codicem diligentissimus Fuscarenus ad unguem descripsit : « Questo codice il quale, come sta scritto in fronte alla prima » carta, primieramente fu di Ambrogio Contarini, ... passò » alle mani di Iacopo della stessa famiglia, che lo lasciò per le» gato alla pubblica libreria con parecchi altri di molto pregio. » .... V'è premessa una piccola tavola de' libri ; e poi

(1) *Chronicon venetum quod* altinate *nuncupatur e bibliotheca patriarchalis seminarii nunc primum editum et commentariis adauctum, opera et studio Antonii Rossii, eiusdem bibliothecae praefecti. Archivio storico italiano,* t. VIII, p. 1-228.

» un'altra de' capi e delle parti di ogni capo del primo libro.
» ossia del quarto, non essendovi i tre precedenti. Una tavola
» simile si trova avanti a ciaschedun libro per ordine. Comincia
» a carte 3: *Incipit liber quartus continens capitula XIIII*, e
» finisce nel decimo con la morte del doge Iacopo Contarini,
» che seguì nel 1280 » (1).

Etsi libros tres primos [quos Dandulum exarasse minime constat] nullum, quantum scio, habeat exemplum; tamen opus quo ad res nostras absolutum est, si animadverto terno libro ea excussa quae veteres vulgatiores historici a creatione mundi ad tempora Apostolorum, a quibus initium auctor sumit, tractarunt.

Codex, folior. 164, continet quae Estensis a Muratorio publici iuris factus (2), additamentis marginibus appositis quae proprio loco inserta in edito leguntur. Eum ceteris antiquiorem testatur Tartarottus: « Codicem [chronicon Andreae Danduli]
» nullum [si bibliothecae s. Marci exemplar excipias] hactenus
» mihi comperire licuit medio saeculo XV exaratum; omnes
» enim, quos quidem viderim, recentiorem aetatem praesefe-
» runt: at codex s. Marci saeculi illius initio scriptus esse vi-
» detur (3) ». His consonat Fuscarenus l. c.: « di esso si ser-
» vì Gianvincenzo Pinelli per confrontare e stabilire la copia
» cavata da quello di Marcantonio Michiel ». Eo accedit emendationes codicis Estensis a Tartarotto propositas (4) codice nostro fere omnes esse expressas.

Cod. 182 chart., saec. XV, a. 330, l. 230 [L. X, XI]. Yc.

Annales veneti serenissimi Andreae Danduli Venetiarum ducis.

Missi sunt libri quartus usque sextum primi chronici ex-

(1) *Della letteratura veneziana*, lib. II.

(2) *Scriptores rerum ital.*, t. XII, col. 13-398.

(3) *Esame di alcune notizie letterarie*. Roveredo, 1752.

(4) *De auctoribus a Dandulo laudatis* in *Rerum ital. scriptt.*, t. XXV col. I-XXVIII.

tensi, qui historiam tantummodo ducum [ann. 697-1280] continent, nulla habita ratione praecedentis. Ideo inc.: « Paulucius » dux laudatus est a. dom. nostri Iesu Chr. VI.LXXXXVII... »; finit: « in claustro fratrum minorum sepulture traditur ». Subsequitur syllabus dominorum *dala Schala* [ann. 1261-1389].

Pleraque indicia codicem a superiori nuntiant exscriptum: lectio congruit omnino: quae varia occurrunt, errori amanuensis sunt tribuenda. Ita semper *Angnelus* loco *Agnellus;* apposita marginibus codicis praecedentis, hic in textum inseruntur; partium numeri, si primum librum excipias, media linea aeque inscribuntur. Tutius testimonium offert pars 21.ª capituli XIII, libri VII, quo loco post verbum *nominatim* praetermissa sunt in nostro codice verba: *firmatum est quod Venetiae urbes et maritimae civitates Dalmaciae quae,* lineam integram proxime sequentem codicis praecedentis constituentia, quod innuit oculi in legendo errorem. Eodem modo cuique libro praeit tabula capitulorum et partium; decimo occurrit eadem divisio capitum primi usque quintum a ceteris, ut et tabula sequentium ante sextum.

Codex, dimidio circiter saeculo quintodecimo foliis 126 exscriptus, praestat amplis marginibus, littera prima initiali pictura auroque contexta, scriptura elegantiori, manu altera in libro primo. Folii primi marginem inferiorem quidam abscidit picturae gratia. Membranaceos voluminis *custodes,* uti appellant, belle ornant fragmenta hymni ecclesiastici et libri pontificalis.

Cod. 183 chart., saec. XVI, a. 300, l. 210 [L. X, CXL]. Z.

I. *Chronica Andreae Danduli ducis. Libri octavus, nonus et decimus.* « Agnellus Particiaco dux intronizatur anno ab in» carnatione Domini nostri I. C. VIII VIIII: nam Veneti... », f. 16-221.

Rite praepono quae Fuscarenus de hoc codice animadvertit: « Uno [ex exemplis chronici Danduli] ne ha di molto » pregio il chiarissimo Zeno, che è del secolo sestodecimo. È » fornito di brevi postille ai margini, che additano le materie » del testo, ed inoltre gli anni del Signore. Ad ogni carta di te-

» sto dal libro ottavo in giù, si trova inserta una carta con del-
» le annotazioni ed aggiunte, che son del Micheli: la seconda
» delle quali inserita anche nel tomo XII *Rer., ital.,* col. 162,
» E. è questa: *Hic Michael, cum quo Carolus transegit* ec. A. c.
» 100 è notato: *Finis chron. And. Danduli,* e segue quel pezzo
» della minore, che continua l'istoria dal 1280 al 1342. Poi
» [fol. 109] ne viene la cronaca del Caresini, e sempre col
» testo vanno del pari le note inserte e le aggiunte. Da che si
» vede che il codice o fu del Michiel o fu fatto secondo quello
» di lui » (1).

Qui desunt, libros quartum usque septimum habet cod. 189.

Folio primo, *custode* appellato, legitur manu Apostoli Zeno: *Cod 5842 in bibl. Vaticana, cuius apographum apud N. V. Ioannem Basadonnam, continens annales ducis Andreae Danduli, cum eius continuationibus.* Quod apographum in Somaschensium domum, nomine *della Salute* inlatum, fausto omine nostrae cessit bibliothecae. Vide cod. 185.

II. *Continuatio prima annorum* 1280-1342, *i. e. chronici brevioris Danduli complementum.* « Ioannes Dandulo dux hoc » solium electionis . . . »; finit: « finis aliorum annalium usque » ad MCCCXLII », f. 222-246.

Eam Muratorius integram ex codice Ambrosiano, cum additamentis a Michaele ipso in codice oblatis, publici iuris fecit titulo *Tomus secundus* loco citato, col. 399-416.

III. *Chronica edita per me Raphainum de Carisinis cancellarium Venetiarum.* « Quia bonarum rerum est series propagan- » da . . . », f. 246-313.

Edidit Muratorius post primam continuationem, loco citato, col. 417-483.

Michaelis scholiis desunt in editione: a. *de inventione corporis s. Marci a.* 1094 [f. 99] memoria inscripta: *Haec sunt scripta in quadam tabella quae exstat apud cl. Dominicum Delfino de contrata s. Pauli, quae propter antiquitatem est quasi caduca;* b. *coniuratio Teupoli* [f. 232-240] quae inc.: « Coniura- » tionem Beomantis Tepuli contra ducalem magistratum scri-

(1) *Della letteratura veneziana,* lib. II.

» pturus sum . . . »; finit: « fores absque aliis repagulis et seris » ponunt, et resp. post haec diu quiescit . . . », aliaque.

Prima continuatio, cum Raphaini de Caresinis altera, manu diversa, scripta est, ita tamen ut ab Antonio Venerio duce ad finem primo librario tribuenda sit.

Folio 376 *verso* manu annotatoris exscripta est *pars* consilii decemvirum 15 martii 1480, quoad ornamenta capitum mulierum, ut extremo 377 *verso* syllabus abbreviationum marginibus chronici appositarum.

Ceterum codicem Michaelis authenticum, quo super anceps haeret Fuscarenus, hunc esse evincunt: **a.** *amanuensis unius formae exemplum dedisset eadem charta, eodem charactere, nullo interiecto folio;* **b.** *textus vetustissimus manus diversas accusat;* **c.** *quaedam notae eadem manu exscribuntur post alias insertas, vel per lituras emendationi subiiciuntur;* **d.** *additamenta excellunt numero iis quae Muratorius ex codice Ambrosiano pagina extrema apposuit;* **e.** *folia alba* [314-375] *annotator documentis inserendis reliquit.* Iure meritoque Paulus Ramusius iunior codicem in opere: *De bello constantinopolitano* ita laudat: « Vir clarissimus Aloysius Michael, Marci Antonii doctissimi » senatoris filius, ex paterna bibliotheca vetustissimam eiusdem » Danduli principis historiarum codicem manuscriptum, et luculentissimis Michaelis patris annotationibus illustratum, superioribus annis nobiscum communicavit ».

Cod. 184 chart., saec. XVIII, a. 290, l. 213 [L. X, CLXXXV].

Andreae Danduli, *Venetiarum ducis annales, cum adiectionibus et notis M. Anton. Michaelis, veneti senatoris, cura ac studio F. P. C. fideliter transcripti, mendis quamplurimis expurgati, tabula chronologica et duplici indice aucti.* Venetiis, MDCC.XX.

Haec frons libri, post quam paginis octo occurrunt *testimonia de Andrea Dandulo, Venetorum duce, eiusque scriptis.* Pag. vero 1: *Addenda obiter transcripta ex codice antiquo manu exarato sub ducatu Andreae Gritti,* memoriae nempe Pisauri et domus Pisaurae, quas Gar ex codice Fuscareno n. CCVIII pu-

blici iuris fecit in *Archivio storico italiano* [Fir., 1843, t. V, p. 284]. Succedunt edictum Danduli contra cappellanos s. Marci ac cetera legenda in editione c. 9-11.

Paginis 11-402 habetur textus Michaelis ad annum 1280 usque ad verba: *et in claustro fratrum Minorum sepulturae traditur*, non tamen emendatione eadem. Pag. 403-404 exstant *addenda pro correctione et supplemento*, additamenta ex codice ommissionibus supplendis. Paginae 405-454 habent *canonem chronologicum ducum Venetiarum, iuxta Andreae Danduli ducis traditionem;* pag. 454-503 *indicem annalium Andreae Danduli v. d.*; tandem pag. 504-565 *adiectiones et notas M. Antonii Michaelis senat. ven. ad annales Andreae Danduli Venetiarum ducis*: quae omnia diligentiam auctoris sat commendant.

Cod. 185 chart., saec. XVIII, a. 303, l. 212 [L. X, CXXII]. Mr.

Annales Andreae Danduli, ducis Venetiarum.

Is titulus infrascribitur: *Exemplum sumptum ex codice bibliothecae Vaticanae, n.* 5842, [aliena autem manu] *descriptum a Ioanne Baptista Leonarducci.* Apographum hoc idem est quod sub initio saeculi proxime elapsi Ioannes Basadonna possidebat, ut innuit Ap. Zeno codice 183. Codicem ceterum Vaticanum titulo: *Andreae Danduli ducis Venetiarum commentaria historiae civitatis et reipublicae Venetiarum,* rarioribus tribuit Montfauconius (1).

Praeest tabula chronologica duplex: *ducum per consensum populi decretorum*, et *ducum per electionem creatorum*. Subest index capitulorum et partium cuiusque libri nec non additamentorum.

I. *Libri quartus usque decimum*, p. 1-200.

II. *Continuationis primae fragmentum*, p. 203-205.

III. *Congiura domini Beomontis Theupuli simul cum domino Marco Quirino et congiuratis contra ducale dominium ventum die* 15 *iunii* 1310, paginis octo haud numeratis.

IV. *Continuatio altera Raphaini Caresini*, p. 207-239.

(1) *Bibliotheca biblioth.*, p. 121 A, 139 D.

V. *Initium chronici brevioris Danduli ad vitam Petri Ziani sub fine mutilam,* p. 241-249.

VI. *Epistolae ducis Petri Gradonici et alia a Muratorio edita,* p. 251-256.

Cod. 186 chart., saec. XVI, a. 345, l. 233 [L. X, X]. Mk.

Andreae Danduli, *chronicon, cum continuatione Raphaini Caresini.*

Codicem, Contariniani 181 exemplum, ceteris absolutiorem egregie descripsit Berardellus (1), diligentius Iac. Morellius et Andreas Baretta in schedis anecdotis.

Praeeunt: **a.** *chronologia ducum a Paulucio* [697] *ad Nicolaum de Ponte* [el. 1578]; **b.** *index capitulorum et partium uniuscuiusque libri.* Sequuntur autem:

1. *Libri quartus usque decimum chronici amplioris,* f. 1-159.

2. *Chronicon venetum incerti auctoris,* f. 160-164.

Pars Chronici brevioris Danduli, a duce Ioanne Dandulo ad Bartholomaeum Gradonicum, cum additamentis quae editioni quoque insunt.

3. *Chronica edita per me Raphainum de Caresinis, cancellarium Venetiarum,* f. 165-197.

Opella, emendatior ac in editione, dat bellum hungaricum trifariam divisum, ut in vetustissimo authentico Caresini [It. VII, DCCLXX].

4. *Documenta tredecim ex libris Pactorum reipubl. venet.,* f. 199-204.

Edidit Muratorius, l. c., t. XII, col. 323-330. Animadvertit autem Berardellus loco cit., quae proxime sequuntur desiderari, ex libris *Pactorum* et aliunde sumpta.

a. *Refutatio Cretae, quam d. Bonifacius marchio Montisferrati fecit communi Venetiarum, de insula Cretae et de centum millibus yperperorum, et feudo et thessalica civitate, a.* 1204, f. 205.

(1) *Catalogo dei mss. della bibl. de' ss. Gio. e Paolo di Venezia,* in *Nuova raccolta d'opuscoli,* t. XXXIX, p. 10-15.

b. *Confirmatio feudorum quae Marinus Zeno, tunc potestas constantinopolitanus, instituit, a.* 1205, f. 206.

c. *Electio d. Marini Zeno in potestatem Constantinopolis, post obitum d. Henrici Dandulo, a.* 1205, f. 206.

d. *Refutatio quam fecit vir nobilis Marinus Zeno, tunc potestas in Constantinopoli, communi Venetiarum de quarta parte et dimidia imperii Romaniae, a.* 1205.

e. *Confirmatio partitionis Romaniae factae per d. Henricum Dandulum ducem Venetiarum et per d. Balduinum imperatorem constantinopolitanum, iurata per d. Henricum imperat. constantinop. domino Marino Zeno, a.* 1206, f. 209.

f. *Sacramentum de electione canonicoram — Iuramentum canonicorum — Sacramentum Henrici canonici, a.* 1205, f. 209-210.

g. *Bulla Innocentii pp. III de electione Thomae Mauroceni, constantinopolitani patriarchae, a.* 1205, f. 210.

h. *Bulla altera eiusdem ad Raineriam filium ducis Venetiarum et consiliarios, a.* 1205, f. 211.

i. *Sacramentum presbyteri Aegidii, canonici s. Sophiae ecclesiae constantinopolitanae, a.* 1205, f. 211.

k. *Sacramentum regis Iohannis Hierusalem de observatione pactorum, a.* 1231, f. 212.

l. *Concordia inter Ioannem regem Hierusalem, imperatorem constantinopol. electum, et Iacobum Theupolum ducem Venetorum, a.* 1231, f. 214.

m. *Sacramentale Goffredi de villa Arduina, a.* 1209, f. 215.

n. *Confirmatio pactionis et societatis factae a d. Petro imperatore et Iole imperatrice constantinopolitana, a.* 1217, f. 215.

o. *Pactum pacis et concordiae factae inter Theodorum Lascarum et d. Iacobam Theupolum, tunc constantinopolitanum potestatem, a.* 1219, f. 216.

p. *Pactum quod fecit d. Robertus imperator constantinopolitanus cum d. Marino Michaele rectore Constant., a* 1221, f. 217.

q. *Privilegium d. Roberti eiusdem de facto camporum regiae civitatis, a.* 1224, f. 218.

r. *Privilegium Michaelis Comani* [Comneni], *a.* 1210, f. 218.

s. *Sacramentum Cononis de Betuna, a.* 1219, f. 218.

Documenta haec ad Orientem se referunt.

t. *Concessio ecclesiae s. Georgii martyris, et monasterii eius inchoatio, facta per sereniss. dominum Tribunum Memmo Venetiarum ducem Ioanni Mauroçeno monacho et abbati supradicti monasterii. Ducale privilegium, a.* 982, f. 219.

u. *Epistolae ducis Petri Gradonici de coniuratione Baiamontis Theupoli, aliaque a Muratorio edita,* f. 223-233.

v. *Aedificatio antiquae Venetiae — De origine Francorum — Origo Tartarorum qui et Zacathai dicuntur — De d. Thomae apostoli miraculis,* f, 234-237.

w. Friderici *imperatoris diplomata duo,* f. 240-242.

x. *Ludus Tarvisii celebratus, ex chronica paduana, a.* 1314, f. 244.

y. Raynerii Zeno, *ducis Venetiarum, litterae octo, ann.* 1264-1265, f. 245-249.

z. *Ordo processionis scholarum,* f. 249.

aa. Alexandri *pp. III indulgentiae duae concessae ecclesiis s. Mariae Charitatis Venetiarum, a.* 1177, f. 251.

bb. Petri Gradonici, *ducis Venetiarum, epistola ad papam, cum alia Cassani regis Persarum ad Henricum regem Cypri, a.* 1300, f. 255.

cc. *Excerpta ex chronicis d. Bernardi Iustiniani,* f. 256.

dd. *Carmina in marmore incisa in exteriori pariete ecclesiae d. Ioannis in promontorio Salborii territorii Pirani,* f. 256.

ee. *Magni cancellarii Venet. ab a.* 1268 *ad* 1586, f. 257.

Duplex documentum **dd, ee** pluries, a Berardello hucusque, publici iuris factum est.

Cod. 187 chart., saec. XVIII, a. 314, l. 210 [L. X, VII]. X.

Chronica serenissimi Andreae Dandulo, Venetiarum ducis, ab antiquissimo originali fidelissime transcripta.

a. *Edicto Danduli in cappellanos s. Marci, paucisque aliis praemissis quae a Muratorio edita sunt, incipit chronicon maius, in libros, capitula et partes distributum,* f. 5-303.

b. *Tomus secundus cum continuatione, domino Benintendi Ravagnano magno cancellario Venet.,* f. 304-310.

Pars tantum primae continuationis exstat.

c. Raphayni Caresini, *continuatio chronicorum Andr. Danduli,* f. 310-381.

Ea anepigraphe, nullo spatio a praecedenti interiecto, data est.

d. *Documenta,* f. 382-400.

Edita a Muratorio leguntur loco cit., col. 483-499.

e. Blondi Flavii, *de origine et gestis Venetorum.* « Magnum, » Francisce Foscari .... negotium ac omnium magis quae » excogitari possint ... », f. 400-412.

Opellae iam editae partem habet codex, a principio ad adventum Alexandri pp. III Venetias, usque verba: *imperatore romano vestris auspiciis vestro concluderet* [interventu].

f. *Aedificatio antiquae Venetiae — De origine Francorum — Origo Tartarorum — De d. Thomae apostoli miraculis,* f. 412-417.

g. *Diplomata duo Friderici imperat. — Ludus Tarvisii — Ordo processionis scholarum — Litterae ducis Rainerii Zeni, ann.* 1264, 1265 — *Bullae Alexandri pp. III — Epistola ducis Petri Gradonici,* 19 *martii* 1300, f. 418-439.

Unde hoc exemplum malae lectionis sumptum sit ignoro.

Cod. 188 chart., saec. XVIII, a. 303, l. 202 [L. X, IX]. X.

Chonicon Andreae Danduli, ducis Venetiarum.

I. *Chronicon maius bina manu exscriptum,* f. 1-283.

II. *Appendix chronici,* f. 285-306.

Est appendix prima his verbis absoluta: *Finis aliorum annalium seren. ducis Andreae Dandulo, usque* 1342.

III. *Chronica edita per me Raphainum de Caresinis, cancellarium Venetorum, continuando historiam iam chronicam compilatam per illustr. memoriae dominum meum d. Andream Dandulo ducem,* f. 307-371.

Historia cum triplici partitione belli hungarici finit: *absque haeredibus ab ea descendentibus.*

IV. *Litterae ducis Rainerii Zeni — Ludus Tarvisii — Ordo processionis scholarum — Privilegium ecclesiae s. Georgii*

— Blondi Flavii. *De origine et gestis Venetorum — Origo Francorum — Origo Tartarorum — De d. Thomae ap. miraculis*, f. 371-405.

Haec in aliis codicibus obvia.

V. *Additamenta, manu Petri Fuscareni: Indulgent. Ascensionis — Epistola domino Papae — Historiola ducis Antonii Venerii, ann.* 1302-1501, *partim latine, partim dialecto veneta — Bullae pontificum Pii II et Sixti IV, indulgentiis confirmandis*, f. 405-419.

Duo extrema ex codice 192 sumpsit Fuscarenus.

VI. Andreae Danduli *ducis chronicon breve.* « Cum Deus » omnipotens a quo omnia subsistentia sumpserunt initium... »; finit: « in Domino recubuit et sub porticu sancti Marci tumu» latus fuit », f. 1-14.

Textum integrum, putidis scatentem erroribus, Fuscarenus probabilius exscripsit ex codice 191.

VII. *Sacramentum nuntiorum Balduini comitis Flandriae factum inclyto domino Henrico Dandulo duci Venetiarum, pro passaggio terrae sanctae, a.* 1210 — *Sacramentum Theobaldi, comitis cretensis et palatini factum praefato domino Henrico Dandulo duci, a.* 1210 — *Sacramentum Ludovici comitis Val. et Claramontis factum supradicto Henrico Dandulo Venetiarum duci, a.* 1210 — *Domini Balduini, comitis flandrensis et Theobaldi comitis blesensis paetum cum praefato domino Henrico Dandulo pro passaggio terrae sanctae, a.* 1201 — *Pactum initum inter dominum Henricum Dandulo ducem Venetiarum et Bonifacium marchionem Montisferrati et Balduinum comitem Flandriae et Ludovicum comitem blesensem in captione urbis Constantinopoleos, a.* 1204 — *Pactum aliud simile serius actum*, f. 15-20.

Edidit Muratorius loco cit., col. 325-328.

VIII. *Copia ex archivio pataviensi accepta. Quando civitas Venetiarum foeliciter aedificata fuit.* « Anno nativitatis d. n. » I. X. 421, ultimo anno Innocentii papae ... », f. 20.

Documentum apocryphum, etsi aliis quoque codicibus insit.

IX. *Felix civitas Venetiar. quando aedificata fuit*, f. 21-23.

Eadem ac antecedens, paulo fusiori sermone.

X. *Appendix chronici Andreae ducis Danduli*, f. 24-31.

Compendium chronici, ab anno 1280 ad 1342.

Ante Svaierum codicem possederat Petrus Fuscarenus, a Marco Fuscareno, qua diligentissimus chronicorum venetorum collector laudatus (1), qui manu propria praemisit indicem rerum in codice pertractatarum, alterum rerum alphabeticum contractiorem; notas marginibus apposuit.

Cod. 189 chart., saec. XVI, a. 310, l. 217 [L. X, CXXXIX]. X.

Chronicorum serenissimi principis Andreae Danduli ducis libri IV, V, VI et VII.

Cuique libro praeit tabula capitulorum et partium, ut cod. 181, qui aetate, forma, scripturae ductu, quandam cum hoc refert congruentiam. Exinde, puto, utrumque in unum coegit Ioannes Vincentius Pinelli, qui cum plura ex codice *Michealis* ad proprium [modo *Ambrosianum*] parandum excerpserit, hanc notam apposuit exemplo Marci Fuscareni: « Li primi quat- » tro libri della cronaca estensa sono stati copiati dal libro di » March' Antonio Micheli » (2). Quin Tartarottus idem fere asserit in dissertatione *de auctoribus a Dandulo laudatis*, ubi allegat *codicem* 181 *bibliothecae d. Marci, omnium quos hactenus viderim vetustissimum* (3).

Cod. 190 chart., saec. XVIII, a. 281, l. 205 [L. X, CLIII]. Z.

Danduli, *chronicorum libri IV, V, VI et VII.*

Exemplum codicis antecedentis, sine tabulis capitulorum et partium quae in eo occurrunt, harum tamen indicatione marginibus apposita. Tria folia prima scripsit Apostolus Zeno, qui sua manu quaedam in principio emendavit.

Codex malae lectionis habet folia 96.

(1) *Letteratura veneziana*, lib. II.
(2) Foscarini. *Letteratura veneziana*, lib. II.
(3) Muratori. *Scriptt. rer. ital.*, XXV, col. VI.

Cod. 191 membr., saec. XIV, a. 270, l. 210 [L. X, CCXCVI]. D.

In Christi nomine Amen. Incipit chronica per annos Domini divisa, de urbe et tocius provincie Venetiarum inicio, constitutione ducum ac laudabilibus operationibus sub ipsis gestis summarie faciens mentionem. « Cum Deus omnipotens a quo subsi» stencia sumpserunt inicium, Venetorum ducatum, ... » Ego andreas Dandulo proposui sub brevi compendio .... »; finit: « Dictus dux [Barthol. Gradonico] cum ducasset annis..., » mensibus duobus, in Domino occubuit, et sub porticali sancti » Marci tumulatus iacet ».

Chronici huius brevioris [codicibus nostris 185, 188 obvii], a Dandulo exarati, nullus est fere codex qui auctorem indicet, unde modo *liber undecimus,* modo *tomus secundus* appellatur. Ioannes Vincentius Pinelli, codicis Ambrosiani conditor (1), ac Apostolus Zeno (2) opellam obtrudunt anonymam. Primus Muratorius in praefatione ad chronicon maius prooemium integrum protulit, quo operis et auctoris ingesta notitia.

Codicem, folior. 20, quem ex litterarum forma auctori coaevum dicere ausim, certe ceteris antiquiorem, commendant scriptura ad normam, litterae initiales rubro et caeruleo colore, structura voluminis lignea corio coccineo obducta.

Cod. 192 chart., saec. XV, a. 280, l. 193 [L. X, CCLIX]. N.

I. *Incipit chronica Venetorum, edita per serenissimum dominum d. Andream Dandulo, inclitum Venetiarum ducem, et primum de pronosticatione urbis.* « Rerum gestarum series brevi » compendio scripturus sum, quas exactis temporibus populus » venetus sub Marci evangelistae prótectione mirabili incremen» to gessit. Imperante igitur Tiberio Claudio Augusto, anno » scilicet Domini nostri Iesu Christi XLVIII, beatus Marcus » evangelista in Aquileia primo ... », f. 1-53.

(1) Foscarini. *Letteratura veneziana,* lib. II.

(2) *Prefazione agli storici veneti.* I, p VII-VIII.

Vetus codex, summo pretio habendus, offert, nomine ducis Andreae Dandulo, chronicon a s. Marco evangelista ad annum 1342; quod si cum Danduli *extenso* conferas, nihil habet quod et in hoc ipsissimis verbis non occurrat, dummodo prooemium superius allatum excipias. Preterquamquod plura desunt quae in *extenso* tum ad historiam antiquam ecclesiasticam Italiae et Aquileiae, tum ad documenta patria, primis praecipue libris, se referunt: a libro octavo ad decimum duo exempla minus differunt. Praeterea nulla est librorum, capitum, partium divisio, quemadmodum in *extenso:* litterae siquidem initiales, rubro colore cuique partitioni appositae, anni electionis ducum ac eventuum, ita ut *annales* quam *chronicon* appellari mereatur.

II. *Incipit chronica* Raphaini de Carisinis, *cancellarii Venetorum, continuando ystoriam post chronicam illustr. dom. Andreae Dandulo, inclyti Venetiarum ducis.* « Quia bonarum rerum est » series propaganda . . . », f. 53-72.

Translatione partium in capitulis, et additamentis vel ommissionibus, ab editione differt aliquantisper: exemplo sit vita Antonii Venerii, quae in aliis codicibus, usque ad donationem Mariae de Engino, hic vero a nominibus duodecim legatorum obviam duci missorum ad finem vulgari sermone procedit, quibusdam de Venerio ac vita Michaelis Steni additis.

III. *Notae veneta dialecto, quae nostris quoque codicibus* [Z. I., CXVII; I. VII, DCCLXX] *insunt,* f. 72-77.

Compendium versionis additionum a chronico latino Ioannis Bembi, quod Muratorius loco cit., col. 513-524 ex codice Ambrosiano edidit.

IV. *Vitae breviores ducum Thomae Mocenici usque ad Augustini Barbadici, qui occubuit a.* 1501, f. 77-79.

V. *Adnoto demum quae passim addita nullam constituunt horum chronicorum partem.*

a. *Littera ducalis Petri Gradonici* [a. 1310] *a Muratorio prolata l. c., col.* 486-487, f. 80.

b. *Bulla Alexandri pp. III de indulgentiis Ascensionis, item publici iuris factae ibi, col.* 304-306, f. 84-85.

c. *Bullae Pauli pp. II duci Christophoro Mauro* [a. 1465], *Sixti pp. IX* [a. 1477] *ac huius rescriptum patriarchae Vene-*

tiarum [a. 1481], *nullibi legendae, nisi in fragmento a Petro Fuscareno inde sumpto cod.* 188, f. 85-86.

VI. *Do item notas marginales.*

a. « Ad confirmationem victoriae suprascriptae [Veneto» rum in Fridericum a. 1177] in lobia Ferrariae haec carmina » cum tali suprascriptione, scilicet *Apud Sablona super hostium ecclesiae scripta sunt.*

« Heus populi celebrate locum, quem tertius olim
» Pastor Alexander donis celestibus auxit . . . ».

b. *Dialecto veneta inscriptum est tempus translationis et erectionis utriusque columnae* [in piazzetta], *constructionis aedificiorum Giustizia vecchia e nova* ec. *e lo ponte di rialto la prima volta, et collui che lo fabricha fo el baratier che drizo le collone a s. Marco. E fo del* 1190, f. 31.

c. *Ordo novus aevo ducis Marini Mauroceni institutus pro electione ducum: Mis. Marin Morexini* ec. *Prima le da saver che morto el doxe et sepelido, incontenente vien sonado el conseio, et vien electi cinque zentilomeni* ec., f. 40.

d. *Chomo fo prexo de serar el gran conseio da questo tempo in avanti che fo del* 1297, *adi ultimo setembre* ec. *per chaxon che infino a mo lo sia stato consuetudine* ec., f. 51.

e. *Apud hostium ecclesiae s. Antonii in tabula marmorea sic scriptum est. Anno Domini* 1346 *in la festa de ogno santi in lo tempo delo inclito signor mis Andrea Dandolo doxe de Venexia fo metuda la prima piera de questa benedeta giexia de sancto Antonio de Viena, et cantata la prima messa* ec., f. 54.

f. *Nota chomo nel* 1425 *adi* 8 *hotubrio el fo creato* 6 *zintilomeni zoe* 3 *de là da chanal e* 3 *de qua ad extimar tuto el stabelle de Venexia,* f. 78.

Summa pecuniae ducata 3,598,450 colligebat: hanc notam eandem praebet folium *custodiae,* uti dicunt, membranaceum *verso;* quo memoria quoque ingesta gelu in lacuna: *Noto chome adi* 10, 11, 12 *zener* 1490 *el se vegniva da margara* [Malghera] *in chanalregio suxo per la giaza con el bestiame grosso. La becharia et con cavalli con some de robe senza alguno detrimento.*

g. Henricus de Arimino, *theologus ac philosophus eximius*

in tractatu de iustitia. Cap. XXIII inc.: « Inter omnes politias » que nostris temporibus in populo christiano fuerunt..... »; finit: « provisione sublevare nititur ec. ». — *Nomina ducum, serie chronologica a Paulo Anafesto ad Franciscum Donatum* [el. a. 1328], *misso Petro Candiano IV,* f. 92.

Res quae minus intersunt libenter praetermitto, chronologiae theorias, tabulas lunares, praecepta salutaria scholae salernitanae quae passim occurrunt.

Cod. 193 chart., saec. XVII, a. 335, l. 299 [L. X, CCCLI].

I. Andreae Danduli, *chronicon extensum,* p. 1-224.

Nullam librorum, capitum, partium divisionem tituli pertractatorum sufficiunt. Textus, idem re ac codices plerique differt admodum lectione.

II. *Continuatio prima,* p. 224-248.

Absunt proditio Theupoli et nomina electorum ducum.

III. *Chronica Raphaini de Carisinis cancellarii veneti, continuando ystoriam post chronicam ill. dom. Andreae Danduli* ec., p. 248-331.

Vitae Ant. Venerii pars potior itale data est, ut codice 192.

IV. *Continuatio tertia, annis* 1497-1545, p. 332-362.

V. *Epistola Petri Gradonici ducis — Indulgentia Ascensionis — Epistolae Pauli pp. II et Sixti pp. IV,* ut in aliis codicibus, p. 362-384.

Cod. 194 chart., saec. XVII, a. 335, l. 230 [L. X, CXXXVII]. Z.

Incipit chronica [abbreviata] *Venetorum, edita per serenissimum dominum d. Andream Dandulo, inclitum Venetiarum ducem, et primo de pronosticatione urbis.* « Rerum gestarum series brevi » compendio scripturus sum..... »; finit: « Dictus dux cum » ducasset annos III mens. 11, in Domino occubuit, et sub porticali s. Marci iacet tumulatus ».

Apographum codicis praecedentis concludit prima continuatio, missis Caresino ac ceteris additamentis.

Sub fine, codex foliorum 100 inscribitur: *Chronica Danduli*

in bibliotheca s. Georgii Ven. incipit: Patronus ecclesie ec. *desinit: sepulture traditur.*

Cod. 195 chart., saec. XVII, a. 290, l. 280 [L. X, CCLXII]. N.

Idem ac praecedens, cuius est apographum, foliis 158.

Cod. 196 chart., saec. XVII, a. 380, l. 268 [L. X, VI]. X.

Idem, nullo exscriptionis discrimine, foliis 77.

Cod. 197 chart., saec. XVIII, a. 293, l. 203 [L. X, CCLXXVII].

Idem, ex codice Regio parisiensi VIMCLXII [6162] sic descriptus: « Codex chartaceus, olim Colbertinus. Ibi continen-» tur: 1.° *Excerpta ex chronicis domini Andreae Dandulo, incliti » Venetiarum ducis: ad calcem subiicitur catalogus ducum Ve-» netiarum, ab urbis origine et Paulutio Romano, primo duce, » ad annum* 1480 *et Ioannem Mocenicum* » (1).

Principio voluminis, folior. 233, scripsit sua manu Apostolus Zeno: « Anno aerae christianae 1724. Cronaca del Dandolo » tratta da una copia che si conserva dal sig. procuratore Tie-» polo di s. Apollinare, fatta scrivere in Parigi sul manoscritto » ch' è nella biblioteca Regia ».

Cod. 198 chart., saec. XVIII, a. 290, l. 200 [L. X, CLIV]. Z.

Idem chronicon abbreviatum.

Foliis extremis 164-165 occurrit index ducum a Paulutio Anafesto ad Bartholomaeum Gradonico.

Cod. 199 chart., saec. XVIII, a. 330, l. 220 [L. X, V]. X.

Idem chronicon abbreviatum.

Compendium in exemplo hoc finit ut in chronico extenso, ad annum 1280.

(1) *Catalogus codd. mss. biblioth. Regiae.* Parisiis. t IV, p. 208-209.

Singulare est quod locus adventus Alexandri pp. III Venetias duplex oblatus est pag. 150-151. Primus qui legitur in chronico extenso, quod habent Muratorius (1) et codices mss.: alter qui in notis cod. Michaelis 183 occurrit, titulo: *In alio autem exemplari legitur ut infra.*

Codex, paginarum 254, gerit in fronte originem annumque exscriptionis: 1713. *Transumpta ex exemplari v. n. d. Michaelis Fuscareno quondam v. n. d. Laurentii.*

Cod. 200 chart., saec. XVI, a. 410, l. 283 [L. X, CXXXVI]. Z.

Nomina ducum cum suis actibus chronicae Andreae Danduli. « Praedecessorum nostrorum auctoritate testante, equidem ante » constitutionem urbis Venetiarum praesentis, altera Venetia » fuit de qua stilo historiographo, memoriam facit antiquitas. » et ab Antenore, subversionis Troiae temporibus, primordium » describitur assumpsisse... »; finit: « fuit in ecclesia s. Marci » sub porticu tumulatus cum maxima reverentia et honore. Ex- » plicit chronica compendiose et eleganter edita per seren. dom. » dom. Andream Dandulo inclitum Venetiarum ducem ».

Quae in prooemio et ducum vitis quoad materiem excussa sunt, ea verosimilius librario persuaserunt opus, qua chronici compendium, Dandulo tribuendum. Innuunt prorsus contrarium stilus rudior, narrationis indoles, anni adscripti, dictio: *noster dux qui hodie est.*

Volumen foliis linteis constat 47, quorum unumquodque duplex glutine membranis adhaeret, lectionarium ecclesiasticum ex saeculo XI referentibus.

Cod. 201 chart., saec. XVII, a. 300, l. 206 [L. X, CXXXVIII]. Z.

I. *Appendix chronici Andreae Danduli.* « Ioannes Dandulo » dux hoc solium electionis... », f. 1-6.

Principio statim continet fragmentum chronici brevioris ab anno 1280, quo finit extensum, ad annum nempe 1342, ad-

(1) Loco cit., col. 301.

ditis tantum nominibus electorum ducum. In calce lego: *Finis aliorum annalium usque ad haec tempora* 1342. Haec eadem occurrunt in codice Vaticano n. 5842, in huius apographo apud nos servato cod. 185. Aeque exstat in altero 186, ex quo hunc deductum censeo, si quae et quo ordine uterque continet diligenter considero.

II. Raphayni Caresini, *continuatio chronici veneti Andreae Danduli, ab anno* 1342 *ad* 1383. « Quia bonarum rerum est series propaganda, ut illustrium actuum reficiatur memoria... », f. 7-57.

Chronicon primigenium, additamento nullo, legendum in *Scriptt. rer. ital.*, XII, col. 417-483.

III. *Exempla chartarum quae ad chronicon Andreae Danduli referuntur, edita a Muratorio loco cit.*, col. 483-499.

IV. Blondi Flavii *forliviensis, de origine et gestis Venetorum*, f. 72-80.

Eadem, aeque mutila, historiola, ac in codice 187.

V. *Aedificatio antiquae Venetiae — Origo Francorum — Privilegia ecclesiae torcellanae et s. Georgii — Ludus Tarvisii — Ordo processionum scholarum — Litterae Rainerii Zeno — Indulgentiae Ascensionis — Alexandri III litterae*, f. 72-80.

Eadem fere quae codicibus 186-188.

Cod. 202 membr., saec. XIV, a. 310, l. 240 [L. X, XXXVI[a]]. Ma.

Hec est chronica Venetiarum per annos Dom. nostri Iesu Christi divisa, continens inter ipsam primo qualiter Rivoaltina civitas constructa fuit vel hedificata, nec non de aliis locis circavicinis provincie Venetiarum. Subsequenter narrat qui duces fuerunt in Heracliana, in Civitate nova, in Methamauco, similiter et in Rivoalto, et que suo tempore gesta fuerunt: ultimo insertum est omnes rectores qui fuerunt per ducalem magnificentiam destinati, tam ad partes Dalmatie et Chroatie quam Ystrie, et a Grado usque ad Caputaggeris, nec non in Creta et in partibus Romanie, ac etiam mentio fit de procuratoribus sancti Marci etc. Facit etiam mentio singularis de stirpibus nobilium venetorum, videlicet de qua parte venerunt et unde originem habuerunt.

« Iuxta nostrorum antiquorum narrationes, duas reperitur civi-
» tates Venecie nuncupatas, de quarum prima in ystoriis agitur.
» antiquitatis fundamentum et principium ab Anthenore assum-
» psisse, tempore destructionis magne urbis Troiane, currentibus
» annis a mundi constitutione MMMMXX ».

Praeest tribus foliis index generalis.

Chronicon per partium titulos refero ut facilius inferri possit cui auctori et tempori sit tribuendum.

a. Actum primum de *hedificatione Venetiarum* [1421] *et Troie — Iasone — hedificatione minoris Troie et destructione maioris — hedificatione romane urbis — habitatione Anglie — habitatione Francie — hedificatione Neapolis et terre Gaiete — constructione Verone — hedificatione prime Venetie et etiam Patavie i. Padue — habitatione Sicilie ac etiam Tuscie — inhabitatione Calabrie — hedificatione Altilie, Opitergii, Aquilegie. Concordie et Asyli — hedificatione Rivoalti — hedificatione Methamauci et similiter Albiole, Pelestrine et Clugie — hedificatione Gradi — destructione multarum civitatum per Atilam — constructione Caprulearum — hedificatione civitatis Heracliane — hedificatione Torcelli, Maiurbii, Burani, Amuriani, Constanciaci et Aymani — constructione Brondoli — devastacione multarum civitatem facta per Atilam — mala fine Atile — hedificatione multarum civitatum — translatione sedis Aquilegie in Gradum*, f. 3-10.

Sunt qui Petrum Iustinianum, cuius chronicon dolemus deperditum, auctorem putent, sed iniuria, quod ille saeculo decimotertio floruerit. Quin verba loci ex eo chronico allata in ms. Morari, eadem quae in Dandulo, ubi agitur de electione Raineri Zeni, sunt: *Infrascriptos XLI ex nobilibus et antiquis popularibus pro celebranda ducis electione eligi procurarunt;* in codice autem nostro: *Ab infrascriptis XLI nobilibus et antiquis popularibus anno ...... nunciatus est.* Confer Fuscarenum: *Della letteratura veneziana*, lib. II.

b. *Duces qui ducaverunt in Heracliana in Civitate nova. a Paulucio* [a. 660] *ad Ursium tercium et ultimum ducem* [a. 701]. f. 11.

c. *Magistri militum qui magisterii dominium in Metha-*

mauco tenuerunt, a Dominico Leone [a. 701] *ad Ioannem Fabriciacio* [a. 707], f. 12-13.

Cum chronici auctor asserat Ursium Ypatum, *ducem ultimum in Heracliana a.* 690 *electum, interfectum vero anno XI, mense vero quinto sui regiminis,* et alterius: *Usque ad sex annos non fuit aliquis vocatus in ducem,* anni extremus Ursii et primus Leonis minime congruunt.

d. *Duces qui ducaverunt in Methamauco, a Deusdedit* [707] *ad Obelerium sive Berengerium et Beatum eius fratres,* f. 13-15.

e. *Duces qui ducaverunt in Civitate nova Rivoalti, a Beato* [a. 780], f. 18-71.

Paucis interiectis lineis, sequitur: *Hic fuit primus dux electus in Rivoalto. Angelus Particiacio seu Baduario* [a. 782]... Seriem absolvit Vitalis Michael *dux trigesimotertius et ultimus per potentiam.*

f. *Duces qui in Rivoalto per electionem creati sunt, a Sebastiano Ziani* [a. 1172] *ad Ioannem Delphinum ducem* 52.um *et* 19.um *per electionem,* f. 72-149.

g. *Proles nobilium venetorum infrascriptae sunt,* f. 170-188.

Familiae undecim super trecenas numerantur, quarum quaedam nomen tantum, quaedam et historiolam et scutulum, cum insigniis coloribus obductis, gerunt. Plures in fine habent adiectum verbum *venerunt,* ad originem innuendam.

h. *Varia de antiquis tribunis, nobilibus viris insularum, civibus de multis et diversis partibus, duodecim nobilioribus familiis,* f. 189-191.

i. *De modo quo duces scribunt imperatori constantinopolitano ab anno* 1259 *citra, et quo commune Veneciarum omnibus vel Venetis vel exteris,* f. 191.

k. *Nomina procuratorum ecclesiae s. Marci et commissariarum, ab anno* 1232, f. 192-193.

l. *Nomina rectorum Sclavoniae,* f. 194-200.

m. —— *a Grado ad Caputaggeris,* f. 201-210.

n. —— *Ystriae,* f. 210-220.

o. —— *Romaniae,* f. 221-228.

p. —— *Trivixanae,* f. 229-233.

Additum folio 234 vaticinium de Constantinopoli.

Bisancii urbis mansio Constantini
Roma Babilon et Syon alia nova . . .

Cod. 203 chart., saec. XV, a. 300, l. 223 [L. X, CXXXVII]. N.

Chronicon Venetorum origines complectens ab anno edificationis Troie usque ad annum MCCCLXXXII.

I. *Haec est chronica Veneciarum per annos domini nostri Iesu Christi divisa, continens* ec. « Iuxta nostrorum antiquorum » narrationes . . . », f. 1-75.

Chronicon idem est ac codice superiori, f. 1-149 prolatum. Quod autem sit illius exemplum, vel quod codex uterque ab uno eodemque sit exscriptus haec evincunt:

a. Nomina quorundam ducum utrinque pariter exscripta: Iohannes Fabriciacio; Mauritius consul; Angelus Iustinianus; Iohannes Particiacio seu Baduario, Petrus Trandominicus; Petrus Candiano sive Sanuto; Petrus, Otto, Ursius, Dominicus Ursiolo, Aureus Mastropetro.

b. Quae epitaphia vel integra, vel per partes, in codice antiquiori missa sunt, ea et in recentiori, huic tamen quae deerant manu seriori additis.

c. In utroque pariter codice, unicuique duce ab Auro Mastropetro ad Rainerium Genum adiecta sunt nomina quadraginta electorum, ut unius supra quadraginta a Laurentio Teupulo ad Ioannem Delphinum, exceptis Ioann. Dandulo et Petro Gradonico.

d. Codex hic habet, ut inferius, exscriptas sectiones litteris **g-i** praecedentis notatas.

II. *Pars chronici veneti Raphayni Caresini a duce Laurentio Celsi ad mortem Michaelis Mauroceni* [1382]. « Laurencius » Celsi dux existens capitaneus generalis chulphi . . . », f. 75-95.

Edidit Muratorius in continuatione chronicorum Andreae Danduli (1).

III. *Proles nobilium venetorum infrascriptae sunt*, f. 96-100.

1) *Scriptt. rer. ital.*, t. XII, col 428-470.

Nomina familiarum centum sexaginta sex, earundem quae in codice superiori fol. 176-184, non tamen eadem cura.

IV. *Isti sunt nobiles et tribuni qui post hedificationem civitatis Rivoalti in ipsam primitus habitare venerunt,* f. 101-102.

V. *De modo quo duces scribunt imperatori constantinopolitano et communi Veneciarum,* f. 102.

Utrumque idem est ac codice superiori, f. 189-191.

VI. *Epistola Bernardi de cura et modo rei familiaris utilis* [utiliter] *gubernande, et qualiter patres familias debeant se habere,* f. 103-104.

Vide *Biblioth.*, II, 91; IV, 10.

VII. *Questi sono lechlipsis del sole da* 1406 *fina* 1433 *chalculadi post meridiem,* f. 104-106.

Pictura lineari orbes eclipsium descripti sunt ab a. 1406 ad 1442.

Cod. 204 chart., saec. XV, a. 278, l. 202 [L. X, CXLV]. Z.

I. Blondi Flavii, *foroliviensis, breviarii de urbe venetae origine et gestis rebus.* « Venetam urbem ad annum salutis sextum » quinquagesimum et quadringentesimum condi . . . », f. 2-30.

Huius breviarii exarandi consilium auctor, in prooemio Francisco Foscari, senatui et patriciis venetis, sic aperit: « Si » quis invidia et odio carens ea viderit, attente legerit quae in » romani imperii inclinationis historiis, triginta iam et duobus » libris scripta sunt a nobis, faciliter intelliget Venetis solis » aeque ac ceteris omnibus Christianis simul acceptum deberi, » Saracenos hactenus Italia et Aegaei, Ionii, superique marium » insulis pulsos esse. Quae quidem scriptae a nobis historiae le- » vem et mutilatam habent gestorum a Venetis mentionem, » cum in tanta quam complexi sumus romani olim totius im- » perii historia non licuerit seriose ac diffuse a Venetis gesta » attingere, quibus ordine et copiose explicandis separatam et » quidem amplam conficere possemus historiam. Quod quidem » facile indicabunt ea quae ad huius temporis propositum, ex » mutilata, uti diximus, in nostris historiis mentione, in hoc » breve opusculum identidem restringemus ». Blondus [vita

functus a. 1463] gesta a Venetis ad annum usque conditae urbis octogesimum trigesimum quartum enarrat; ceteris ad principium saeculi XV in breviorem sermonem congestis. Historiolam excipit nota: *Finis breviarii Blondi Foriliviensis de urbis venetae origine et gestis rebus, anno Christi Dei MCCCCLIIII, mense iulio.*

Opus prodiit Veronae 1481, Basileae 1531, 1559.

II. Pauli Mauroceni, *de rebus ac forma reipublicae venetae, Gregorio Heimburg, Germanorum doctori praeclarissimo.* « Saepenumero equidem poscere visus es, humanissime pater, cum » principatum hunc... », f. 31-48.

III. Eiusdem, *defensio Venetorum, ad Europae principes, contra obtrectatores.* Prooemium cardinali Marco Barbo: « Cum » improperantes plurimos et in Venetos.... »; textus: « Successurum mihi neminem iure censeo, beatissime pater... », f. 49-78.

Utrumque Mauroceni opus ex codice nostro 75 classis IX descripsi tomo III huius *Bibliothecae ms.*, p. 56-58; qua vero anecdotum publici iuris feci ibidem, p. 187-264.

IV. Antonii Donati, *compendium gestorum a ducibus venetis a Paulo I* [a. 697] *ad Nicolaum Marcellum* [a. 1473]. « Paulus » primus dux Venetie laudatus in Heraclia que nunc Civitas » nova appellatur », f. 79-93.

Auctor, Andreae filius, Romae pro Venetis orator, nuncupat opellam *paucis lucubratam noctibus* Hieronymo Georgio petenti *ut nostri principatus exordia praeteritique facta temporis, quae apud alios latius diffusa sunt, colligerem atque sub singulis quaeque principibus gesta signarem potius quam perscriberem.* De breviario et codice haec Marcus Fuscarenus (1): « Più ampio » argomento, rispetto al maggiore spazio degli anni, scelse Antonio Donato cavaliere, scritte avendo le vite de' dogi sino a » Nicolò Marcello. Piacquegli però di stenderle tanto succinte » che l'opera sua soddisfà poco alla curiosità de' leggitori. Donde avviene che rimanga inedita, benchè dettata in buon latino, e fosse intenzione dell'autore di pubblicarla. Un testo a

(1) *Letteratura veneziana*, lib. III.

» penna [hunc eundem] del secolo quintodecimo vi abbiamo » veduto presso il ch. Zeno ».

Codicem, cuius titulum littera initialis et insignia alicuius cardinalis minio et auro obducta exornant, ante Zenum possederat Augustinus cardinalis Valerius qui eius mentionem ingerit libro XVIII operis: *De utilitate capienda ex rebus gestis Venetorum.*

Cod. 205 membr., saec. XV, a. 262, l. 193 [L. X, CXLIII]. Z.

I. Laurentii de Monacis, *chronicon civitatis Venetiarum. Libri XVI.* « Civitates initium primis temporibus habuere. Nam » et Chaim primogenitus primam constituit civitatem .... », f. 1-179.

Chronicon a Paulucio Anafesto [a. 697] ad Marinum Faletrum [a. 1354] excurrit, libro primo *infantia venetae urbis* appellato, altero *adolescentia.* Qua religione auctor opus excutiendum sumpserit, in prooemio enarrat: « De gestis, moribus et nobilitate » huius divinae civitatis scribere, Deo auxiliante, aggredior, ut » collegi ex libellis quorundam antiquorum civium, qui gesta » sui temporis inculto quidem sermone, sed simplici et compen» diosa veritate scripserunt; ex archivo publico Venetorum, in » quo reconditae sunt originales scripturae venetarum rerum, » veterum et novarum; ex chronicis et annalibus aliarum civi» tatum, in quibus praeclara multa incidenter de Venetis inse» runtur. Reperi et nonnulla notatu digna quae quidam singu» lari commendavere memoriae. Nec praetermittam quod vel » meis vidi temporibus vel a fide dignis senioribus audivi ». Promissa auctorem exsolvisse uno ore testantur Ludovicus et Marcus Fuscarenus, Franciscus Barbarus, Angelus Maria Quirinus, Apostolus Zenus, Ludovicus Muratorius. Pleraque ex chronico Andreae Danduli sumpta complent egregie quae ille, Cretae cancellarius, de ea insula enarrat; quam laudem sponte tribuit Petrus Iustinianus, dum frequentes Creteusium rebelliones in sua historia exponit.

Opus universum publici iuris fecit Flaminius Cornelius Venetiis, a. 1758: fragmentum ex libro VI Io. Petrus Pinellus:

Funestae pestis quae anno a Christo nato 1347 *venetam urbem afflixit descriptio* [Venetiis, 1631, 4.°]: librum decimum tertium ex recensione Felicis Osii, Dominicus Molinus cum *Albertini Mussati historia augusta* [Venetiis, 1636, p. 79-89] quod *Ezzerini vitam* complectatur: eundem Burmanus in *Thesauro antiquitt. Ital.*, t. VI, p. I.

Ex edito exemplo eundem librum protulit Muratorius in *Scriptt. rer. ital.*, t. VIII, c. 135-138, non tamen sine ommissionibus, quae editionem illam antiquiorem redolent. Ideo Apostolus Zeno Vindobona die 3 aug. 1726 eidem Muratorio scribit: « Spiacemi che non sia giunto opportunamente un ordine da me » dato a mio fratello in Venezia di collazionare il XIII libro di » Lorenzo de' Monaci, già stampato in Venezia e ora da voi inserito nel tomo VIII da me però non anche veduto, con un » *codice ch' io tengo nella mia libreria in carta pecora,* assai vi» cino al tempo in cui viveva l'autore; nel qual codice non solo » si contiene il detto libro, ma tutto il restante dell'opera, man» cante solo nel fine di poche pagine. Questo codice credo che » sia il più antico di quanti ne abbiamo della medesima storia, » poichè due o tre altri ch' io ne ho veduti, scritti di man più » recente, finiscono appunto dove finisce anche il mio, di cui » eglino saranno forse una copia. Io volentieri ve lo avrei sin » da principio comunicato, se quello non fosse che un' istoria » della repubblica veneziana, fino ai tempi dell' autore conti» nuata: ma ben voi sapete i miei scrupoli e i miei riguardi. » Per altro ella sarebbe dignissima della pubblica luce, poichè » non vi ha altro istorico veneziano che più esattamente descri» va le cose veneziane nel regno di Candia » (1). Tanti viri iudicium huc afferre non distuli, ut late pateat quo pretio sit habendus codex noster, qui Zeno iamdiu pertinuerat.

Quo tempore auctor floruerit, idem indicat f. 51: « Hoc » etiam tempore quo scribo, ducante Francisco Foscari, Tessalo» nica urbs antiquissima et nobilissima caputque thessalici re» gni ni erepta fuisset per Venetos de faucibus Teucrorum ob» sidentium illam, pervenisset utique sub potestate illorum... ».

(1) *Lettere*. Venezia, 1785, VI, p. 130

Ex Sanudo autem in *Vite dei Dogi* (1) constat Thessalonicam a Venetis receptam anno 1424, ammissam a. 1430. Item f. 178: « Reliquiae tamen eius [pestilentiae]. . . . . afflixerunt hunc » miserum mundum usque in hunc annum 1428 ».

II. *De bello carrariensi.* « Fratris Scaligerum tyrannorum » viribus nec diu Veneti in ocio fuere. Nono bello cum Franci- » sco Carrariensi orto . . . », f. 180.

Fragmentum ex historia veneta Sabellici verbotenus sumptum, codice quoque 208 obvium, edidit sub fine huius chronici Flaminius Cornelius, sine nomine auctoris.

Cod. 206 chart., saec. XV, a. 210, l. 140 [L. X, CCXCV]. D.

Ex chronico veneto Laurentii de Monacis liber XV. « Franciscus Dandulo dictus canis, quod cognomen exortum » fuit . . . ».

Liber fere integer, quo actum *de bello gesto cum Alberto et Mastino de Scala fratribus, Andrea Dandulo duce* [1328-1338], bonae notae offert lectiones, quae editionem emendent, ut ex. gr. quo loco Cornelius p. 281, lin. 32 legit *contribuerunt pacem,* codex habet *contrahunt pacem.*

Codici foliorum 26 deest quartum supra vigesimum.

Cod. 207 chart., saec. XV, a. 205, l. 160 [L. X, XLI[b]]. K.

Epitome historiae venetae ab anno 1210 *ad annum* 1477, *ex Marco Antonio Sabellico potissimum desumpta.* « Veneti cum » iam nihil in continentem [sic] tenerent, contenti solo maris » imperio, praesertim rerum fortuna . . . ».

Non epitome tantum ex Sabellico, sed loca promissiora ad litteram inserta occurrunt. Statim a principio locus ex Sansovino ad verbum respondet pag. 127 editionis venetae 1718. Tamen ex proprio penu compendii auctor citat fol. 5 *recto* testamentum Ubertini Carrariensis *in archivio procuratorum, quos*

(1) *Scriptt. rer. ital.*, t. XXII.

commissarios reliquit et executores. Fragmentum *de bello carrariensi* idem est ac cod. 205.

Codicem, folior. 116, iamdiu possederat Franciscus Amadi.

Cod. 208 chart., saec. XVI, a. 320, l. 225 [L. X, CCLVI]. Yc.

Petri Bembi, *fragmenta historiae venetae autographa*.

Ea sine ordine, frequentioribus lituris, primam operis nuntiant formam. Ceterum Petri Bembi historiae Venetiarum libros duodecim publici iuris factos ter constat.

Sub fine duplex accedit autographa epistola itale, anonyma ad Petrum Bembum a. 1535; Petri Bembi Hieronymo Saborniano a. 1509.

Codd. 209-210 chart., saec. XVI, a. 277, l. 210 [L. X. LXXVII-LXXVIII]. Yc.

Pauli Parutae, *historiae venetae libri primus, secundus et tertius*.

Historiam venetam latine scribere Paulum Parutam coepisse, quam postea, mutato consilio, italice litteris mandavit, constat (1); libros autem quatuor ea lingua scripsisse, et quidem Sallustii stilo [quod a vero abest] Nicolaus Crassus in elogio auctoris memoriae prodidit. Primum usque tertium dumtaxat videre mihi contigit in hoc uno exemplari, eodem scilicet quod auctor triumviris decemviralibus ex officio obtulit: quemadmodum ex annotationibus hisce, integumento codicum adscriptis, liquet. Ad librum primum cod. 209, fol. 61: 1580, 16 *Febraro*. *Libro primo dell'Istoria della Rep. di Venetia, presentato all'Eccellentissimi S.*ri *e capi dell'Illustrissimo Cons.° di X per il nob. ho. Ser Paulo Paruta Scrittor di essa Istoria.* Quo super haec a *Capitibus* decreta: « 1580, 22 Febraro nella *Aggiunta*. Il diletto » nobile nostro Paolo Paruta, deputato per questo Consiglio sot- » to il 17 febraro dell'anno passato al carico di scriver la Histo-

(1) Rem fusiori sermone excutit Apostolus Zeno in *Vita di Paolo Paruta*, praeposita tomo III operis: *Degli istorici delle cose veneziane*. Ven., 1718

» ria della Republica nostra in lingua *latina*, principiando dal
» tempo che lassò il Reverendissimo Bembo di felice memoria,
» con obligo di presentar alli Capi di questo Consiglio di due
» in due anni quello che haverà scritto, ha voluto avanti che
» passi l'anno dopo la sua eletione, dar caparra del desiderio
» che tiene di sotisfar all'obligo suo, havendo alli 16 del pre-
» sente mese presentato alli sopradetti Capi il primo libro della
» suddetta Historia . . . . Però

» L'anderà parte che delli denari della cassa di questo Con-
» siglio siano consegnati al sopradetto Ser Paulo Paruta ducati
» 200 da lire sei e soldi quattro per ducato da esserli pagati di
» 6 in 6 mesi fino a tanto ch'esso continuerà a scriver la sopra-
» detta Historia, essendo obligato ogni due anni presentare alli
» Capi di questo Consiglio quanto haverà scritto . . . . . . ».

Ad alterum et tertium librum cod. 210, pag. 220 : « 1583
» alli 5 Settembre. Presentato agli Eccellentissimi Signori Capi
» per il clarissimo messer Paulo Paruta, qual pregò loro Signo-
» rie Eccellentissime a farlo veder dalli Signori Reformatori del
» Studio di Padova, insieme con il primo, acciocchè con mag-
» gior commodità di tempo in tempo si possano redur a perfe-
» zione per darli in luce segondo che sarà espediente, et le Si-
» gnorie loro Eccellentissime ordinorno che così si facesse ».

Cur autem consilium mutaverit auctor; cur, libro quarto latine absoluto, sermone italo historiam universam duodecim libris [ann. 1513-1552] conscripserit, ille idem in epistola cuidam ex citatis *Capitibus* aperit: « Havendo io già scritto molti
» fogli dell'Historia della Republica nostra in lingua latina, per
» seguire in ciò il comandamento di quelli Signori Illustrissimi
» che questo carico m'imposero, fui consigliato da alcuni amici
» . . . . . . a dovere di tempo in tempo, siccome io andava la sto-
» ria latina tessendo, così nella nostra lingua italiana rappor-
» tarla . . . . . . » (1).

Historiae latinae conscriptae, a qua italica quandoque differt, specimen ex codice, qui olim in bibliotheca veneta sancti Georgii maioris servabatur, Apostolus Zeno dedit in *Vita Pa-*

(1) Ibidem, p. XIX-XXV.

rutae [p. XIX], quod equidem textui Marciano respondet. Aliud vero librorum trium exemplar, huic omnino simile, in bibliotheca caesarea vindobonensi exstat (1).

Cod. 211 chart., saec. XVIII, a. 288, l. 208 [L. X, LXXXIX]. X.

Italicum Zadkiel, seu chronologia regum Italiae Theodori Damadeni abbatis belgici: diffuse de veneta republica ab urbe condita ad annum 1676, *Aloysio Contareno duce*. « Italiae descri» ptionem geographicam, eiusque principum historiam geneolo» gicam daturus . . . . ».

Auctor eques, comes, abbas s. Mariae de Castro et s. Marthae, Venetorum hospitio, post dimidium saeculum XVII, recreatus, Italiae historiam, die 9 decembris a. 1678 incoeptam, die vero 22 martii 1679 absolutam, ita exaravit ut foliis 1-23 regnum utriusque Siciliae; statum ecclesiae; Genuam rempublicam; Ferrariae, Mutinae, et Regii duces; Corrigii principes; Parmae et Placentiae, Mirandulae et Concordiae, Montisferrati, Mediolani duces; foliis vero 199-206 Sabaudiae ducatum; Pedemontium principatum et Nizzae comitatum summo digito attigerit, reliqua voluminis parte historiae venetae data. Urbis exordio ab anno 421 sumpto, res praesertim sui temporis minutatim describit, hoc sub fine quasi epiphonemate constituto: « Ve» netae reipublicae dignitas et aestimatio prima est in Italia post » Hispaniae regnum . . . . Reliquorum Italiae principum do» minatum vilipendit eosque pro arbitrio suo ducit ». Idem historiam quoque religiosam (2) et genealogicam (3) ita prosecu-

(1) *Tabulae codd. mss. in biblioth. palatina vindobonensi*. Vindobonae, 1870, IV, p. 204.

(2) Biologia s. Marinae monachum indutae virginis, ex vetustissimo autographo, ac variis tam antiquis quam modernis scriptoribus concinnata, studio et opera Theodori d'Amadeni, equitis, comitis, s. Mariae de castro et s. Marthae abbatis . . . . Venetiis, a. D. 1676, fol. imper. cum miniat. Codex autogr. in tabulario s. Mariae Formosae: eius exemplar in biblioth. s. Michaelis de Muriano exstabant.

(3) Marc-caelum romano-venetum, sive Marcellorum a Romanis principibus ad Venetos proceres ab anno u. c. 249 usque ad annum Christi 1676 per annos 2178 de patre in filium deducta progenies, studio et opera Theo-

tus est ut Venetorum primoribus carus, inclinante saeculo, in antecessorum archigymnasii patavini, qua iuris canonici interpres, numerum cooptari meruerit.

De significatione *Italicum Zadkiel* mihi incomperta cum doctissimum Abraham Lattes hic sciscitarer, respondit nullum cum hebraico sermone vinculo esse nexum.

Codex, folior. 206, praevio inscriptus est: 60. *Cronici Veneti. Tomo nono. Italia Damadeni.* Idem est quem Ioannes Baptista Gallicioli apud Svaierum sub numero 1330 viderat (1).

Cod. 212 chart., saec. XVI, a. 366, l. 257 [L. X, LXXIX].

Pauli Rhamnusii *veneti, de Alexii Isaaci imp. f. reductione, et bello constantinopolitano libri sex ex gallicis Gotthofredi Villharduini equitis franci, Campaniae marescalli commentariis excerpti. Venetiis MDLXXII.* « Veneti, post gothicum atque » hunnicum tumultum, sub ipsum Langobardorum in Italiam » adventum . . . ».

Opus, vario titulo, nempe *de bello constantinopolitano et imperatoribus Comnenis per Venetos et Gallos restitutis MCCIV*, idem prorsus est ac editum Venetiis a. 1609, et serius quoque.

Codex folior. 256 basilice exscriptus est.

Cod. 213 membr., saec. XIV, a. 325, l. 234 [Z. L., CCCXCIV]. E.

I. Iacobi Placentini, *de bello quod una cum Florentinis Veneti Scaligeris intulerunt:* « Dominorum de la Scala, prout di» citur et habetur a dominis bonae memoriae Mastino et Alber» to fratribus. . . », f. 1-27.

Instrumento *fraternitatis et ligae* a duce veneto eiusque consilio cum Florentinis facto die 22 iunii a. 1336, bellum in Scaligeros actum est: pax vero cum Mastino et Alberto fratre,

dori Damadeni nobilis Belgae, s. Marthae abbatis commendatarii. Venetiis, a. sal. 1676. Codex ms. quatuor voluminibus in folio, tabulis supremis a Dominico Zopetti Musaeo urbico legatus.

(1) *Memorie*, I, 89.

die dominico 24 ianuarii a. 1338 composita. Lucem narrationi affundunt quae auctor coaevus apposuit: « Ad honorem, exaltationem, perpetuamque famam et gloriam illustris et magnifici » domini mei domini Francisci Dandulo, Dei gratia Venetiarum » ducis suique communis. Iacobus ego olim natione placentinus, » sed nunc et iam annis vigintiduobus elapsis inclitae dominacionis Veneciarum notarius licet indignus, cum penes reverendum meum dominum Nicolaum pistorinum, dictae dominationis et aulae ducalis cancellarium, immo sub ipso a principio » usque ad finem guerrae et discordiae infrascriptae, et pacis inde secutae in consiliis dicti ducis et procerum venetorum super » his solemniter constitutis et iterum penes aliquos de corpore » consiliorum ipsorum, aliquosque simul cum eis Florentinos » cives in provisores, inquisitores, tractatores et consultos viros » ac referendarios super negociis, apparatibus, tractatibus, atque rebus undecumque inquirendis occurrentibus et opportunis, tam occasione dictae guerrae et discordiae, quam pacis et » concordiae necessariae deputatos, in quantum ad notarium et » servitorem pertinet, devotus affuerim ac etiam interfuerim » singulis compositionibus, collationibus, legationum ordinationibus et receptionibus, instrumentis, contractibus et stipulationibus celebratis, factis et editis quomodolibet super inde, » nam [ne] tam ardua et magnifica facta vel occulentur, vel » linguis variis referantur, aut praesumptuosis detractionibus » pervertantur, putavi et proposui ad correctionem semper domini cancellarii supradicti, de eis et super eis, ad aeternam rei » memoriam, puram et claram scribere veritatem ».

Ioannes Baptista Verci edendam opellam moliebatur: « Cronica ms. di Iacopo Piacentino autore contemporaneo, che io » ho trascritta dall'originale che si conserva nella biblioteca di » s. Marco di Venezia, e che si pubblicherà nel primo tomo del » *Rer. Ven.* che si va preparando » (1), quod infectum puto.

II. *De eodem bello poemation. Libri tres,* f. 29-46.

Poematis, versibus hexametris 1333, haec invocatio:

(1) *Storia della marca trivigiana.* Venezia, 1788, X, p. 92.

« Clari ducis venetumque larem vulganda per omnem,
» Iuncta quibus veneranda fuit Florentia tuscis,
» Et gentis socie que fert insignia floris,
» Exhausto sermone licet, quo robore fastus
» Fraternos domuere simul scaleque furorem
» Gesta cano. Francisce ducum satis ipse canenti
» Dux assiste, precor, tuque o reverende Iohannes
» Ad carmen concurre meum: te disco magistro ».

Manu eadem, qua toto codice, adpositae leguntur notae vel grammaticae, vel historicae, tum marginales tum interlineares, libris primo et secundo, ut ad hemistichium *tuque o reverende Iohannes. Iste Iohannes doctor est grammaticae et bonus versificator.*

Cod. 214 chart., saec. XV, a. 233, l. 171 [L. X, CCC]. D.

I. *Chronica iadratina seu historia obsidionis Iaderae, anno MCCCXLVI.* « Decet acta strenua in chronicis historiographo » sermone recondere non solum ut praeteritorum . . . », f. 3-17.

Historia obsidionis Iaderae, iam septena vice rebellis, an. 1346 a Venetis habitae, a scriptore coaevo, scite et diligenter narrata. Auctor, etsi anonymus, Venetum se pandit quod frequenties ducem Andream Dandulum *dominum nostrum* appellet et reipublicae se plane addictum testetur. Habes in opere quod egregie opponas narrationi aeque anonimae eius obsidionis, a Ioanne Lucio inter *Scriptores rerum dalmaticarum* relatae. Edidit itale codicibus Svaieri (1) collatis, Iacobus Morellius Venetiis anno 1796, qua occasione eques Aloysius Pisani procuratoriam s. Marci dignitatem adeptus est.

« Astu fisa suo nimium murique corona. . . . », f. 18.

II. *De obsidione in chronico narrata, hexametri XXXV.*

III. *Submissio civitatis Iadrae et districtus domino duci et communi Venetiarum.* « Ad laudem et gloriam . . . . . Constituti » coram serenissimo d. d. Andrea Dandolo . . . . . . MCCCXLVI,

(1) Serius in Marcianam iure emptionis illati [I. VII, XLIX-L], Vindobonam sub initio huius saeculi translati sunt, nec serius restituti.

» indictione XIIII, die XV mensis decembris, Venetiis, in can-
» cellaria Venetiarum . . . », f. 18-20.

IV. *Epitaphium domini Petri Civrani, tumulo positum et sculptum super portam claustri sancti Georgii maioris.*

« In tua damna vides et ferrea vincula portas . . . », f. 20.

V. *Commissio ducalis domini Andreae Dandulo nobili Petro Civrano, capit. generali constituto Iaderae expugnandae.* « Com-
» mittimus tibi nobili viro Petro Civrano . . . . . . quod . . . . va-
» das et sis capitaneus generalis . . . . . Venetiis, die XI aprilis,
» XIIII inditione MCCCXLVI », f. 21-23.

Dux mandat ut sit *capitaneus generalis omnium galearum nostrarum armatarum et disarmatarum, tam communis quam specialium personarum . . . . ; civitas Iadrae debeat viriliter expugnari per mare et per terram, et accipi per vim belli.*

Cod. 215 chart., saec. XVII, a. 209, l. 148 [L. X, CCXIV]. N.

Ioannis Dominici Spazzarini, *cancellarii patavini, rerum venetarum quaedam.* « Inclyta Venetorum gesta in continentem
» oram historiamque rerum ab se magnifice gestarum . . . ».

Auctor sibi propositum in prooemio testatur « quam brevi-
» ter perstringere universam historiam eorum, quae Veneti in
» continentem a primordio cum Patavinis, almae urbis venetae
» fundatoribus, cum Scaligeris, Carrariensibus, Galeacio Vice-
» comite, Philippo Maria, Francisco Sfortia, Othomano Turca-
» rum imperatore, Hercule ferrariense, tota illum iuvante Italia,
» postremo cum Germanis, Gallis, Maximiliano Caesare, Hi-
» spanis ac Iulio pontifice; qui omnes uno tempore iunctis ar-
» mis contra Venetos conspiravere; hostibus etiam interea de-
» tectis regibus Pannoniae, Bohemiae, Poloniae, quae ad haec
» usque tempora memoratu digna gessere . . . ». Ubi tamen asseruit a se in id excussos Albertinum Mussatum, Willelmum Cartusium, Petrum Paulum Vergerium, Marcum Antonium Sabellicum, rem universam in nuce concludit, quibusdam tantum in principio leviter attactis, de bello **a.** inter Venetos et Patavinos, **b.** carrariensi [a. 1338], **c.** cum Philippo Maria Vicecomite [a. 1425], **d.** Francisco Sforcia [a. 1450], **e.** ferrariensi

[a. 1471], f. romano contra Ferdinandum regem [a. 1484], g. germanico apud Roveretum [a. 1487], h. gallico [a. 1494], i. gallico, germanico ac pontificio in Venetos [a. 1509], f. 2-5. Foliis 6-8 occurrit tabula chronologica gestorum a Venetis [a. 1210-1509]: reliquis enarrantur ab iis gesta annis 1500, 1506-1508, 1514-1515. Sane, si eiusdem Spazzarini *historiam venetam* in manuscriptis codicibus Ioannis Galvani (1) et Marci Fuscareni (2) cum nostra confero, in eam venio sententiam fragmenta tantum eiusdem nobis esse: idem senserat Iacobus Morellius qui titulo: *rerum venetarum quaedam* inscripsit.

Codicem, folior. 44, olim Iacobi Philippi Tomasini, Iacobus Morellius a. 1781 possederat.

Cod. 216 chart., saec. XV, a. 215, l. 152 [L. X, CXXV]. Mh.

I. Philippi Callimachi Experientis, *in libellum de hiis quae a Venetis tentata sunt, Persis et Tartaris contra Turcos movendis.* « Postquam Vladislaus Poloniae atque Hungariae rex, qui » viribus et auspiciis simul suis, simul ceterorum . . . », f. 1-71.

Praeit epistola qua Matthias Drevitius polonus, regis Alberti a secretis, epellam senatori veneto M. Antonio Mauroceno mittit legendam. Auctor, nomine proprio Bonaccursius, e Geminiano Hetruriae oppido, magnis legationibus functus, in aula polonica anno 1496 decessit. Opus pluries vulgatum una cum oratione proxime insequenti.

II. Eiusdem, *ad Innocentium VIII pont. max., Ianua ortum, de bello inferendo Turcis oratio.* « Si aut hunc locum am» plissimum, quem Deus immortalis humano generi aditum . . . », f. 73-135.

Oratio eo habita ut foedus cum rege Poloniae contra Turcas iniret.

III. Benedicti Brognoli, *epistola ad Philippum Callimachum Experientem.* « Pridie quam tuae humanitatis litteras accepis-

(1) Tomasini. *Biblioth. patav. ms.* Utini, 1639, p. 105.
(2) *Della letteratura veneziana,* lib. II.

» sem de incendio tuarum rerum ex Anthonio nostro Albertino » . . . . Venetiis, XVII kalend. octobris 1488 », f. 137-142.

IV. Ph. Callimachi Experientis, *ad serenissimum principem Casimirum Poloniae, de rebus gestis in Hungaria et contra Turcos per fratrem ipsius divum Vladislaum Poloniae atque Hungariae regem inclitum. Libri tres.* « Petrum de Buyns vla» dislaviensem episcopum Deus nasci, rex invictissime, in regno » tuo voluit . . . », f. 142-288.

Narratio publici iuris facta est primum Augustae Vindelicorum a. 1519, per Sigismundum Grim et Marcum Wirsung, titulo: *P. Callimachi Geminianensis historia de rege Vladislao seu clade Varnensi,* dein pluries. V. *Giornale de' letterati d'Italia,* Venezia, 1716, XXVI, art. XI.

Cod. 217 membr., saec. XVI, a. 202, l. 136 [L. XIV, CCXXV]. N.

Francisci Marcelli, *praesulis tragurini, miserabilem fortunae lamentantis casum, ad Leonardum Venetorum principem invictissimum libellus, quem in Senatu habendum statuerat glorioso.* « Optimus maximus Deus custodiat, salvet semper et » conservet christianissimam serenitatem tuam . . . . . . ». Folia undecim.

Cum saeculo decimo quinto ad finem vergente, Baiazethes Turcarum rex Venetis bellum intulisset, eoque fines spalatenses et tragurienses infestaret, Tragurii episcopus, loco ditionis propriae *Busilinae* castellum egregie munitum anno 1500 extruxit, quod villicis et colonis episcopalibus refugium in Turcas praeberet. Succrescentibus vero in annos Turcarum violentiis, Marcellus *dissertatiunculam coram senatu publice recitandum paraverat,* qua truculentissimorum hostium incursus, omnia ferro ac igne vastantium describit ac suppetias tot malis ferri deprecatur. Mutato consilio, mittit privatim oratiunculam duci Leonardo Lauredano per manus Nicolai Delphini, supremi a secretis, 15 kal. augusti 1503. Franc. Marcellus obiit Tragurii a. 1524.

Operculo insunt insignia ducis Lauredani.

Cod. 218 membr., saec. XV, a. 260, l. 178 [L. X, CCIX]. M.

I. *Threnus in Victorinum Feltrensem a Leoniceno discipulo desideratum.* « Prima feltrensem = Studiosa pubes = Strenui » namque = Gregis ille pastor . . . », f. 5.

II. Leodrisii Cribelli, *Francisco Aleardo fratri, de Francisci Barbari reditu Venetias.* « O mihi et nonis, dilecte Alearde, » camenis... Ex aedibus nostris Mediolaneis, quarto kal. iunias » 1444 », f. 6.

III. Evangelistae Manelmi, *vincentini, commentariolum de quibusdam gestis in bello gallico illustris v. Francisci Barbari, praefecti praesidii Brixiae.* « Antequam dicam de re publica et » de iis quae ante obsidionem Brixiae, et in obsidione et post... », f. 7-38.

Franciscus Barbarus, clarus armis ac litteris, qua Brixiae praefectus, urbem adversus motus internos ac exercitum mediolanensem, per tres menses fortiter defendit anno 1438. Narrationi praeit epistola auctoris Blondo Foroliviensi in laudem Barbari [Brixiae, IX kal. decembris 1440]. Interseruntur autem documenta plura, orationes et epistolae in idem argumentum **a.** *Franc. Barbari epistola abbati Zambeccario* [Brixiae, pridie idus octobris 1438] — **b.** *Epistola populi mediolanensis ad Brixienses* [21 febr. 1439] quos hortatur ut a Venetis disciscentes dominationi subsint mediolanensi. Hanc ipse addidit Manelmus sub fine commentarioli — **c.** *Apologia populi brixiensis ad Mediolanenses, quam scripsit Franc. Barbarus* [Brixiae, nonis martii 1439] — **d.** *Epistola nomine populi brixiensis Nicolao marchioni Ferrariae* [Brixiae, 8 iunii 1439] — **e.** *Oratio Ambrosii Advocati, nomine populi brixiensis* — **f.** *Responsum Francisci Barbari* — **g.** *Epistolae variae Guarini Veronensis, Poggii Florentini, Blondi Foroliviensis, Omniboni Leoniceni Francisco Barbaro, huiusque illis, annis* 1440-1441. Hae in edititione brixiensi anni 1728 desiderantur.

Codicem possederat Franc. Manelmi *vicentini conventus.*

Cod. 219 chart., saec. XVI, a. 222, l. 156 [L. XIV, CXX]. Mr.

I. *Historia Lombardiae ab anno* 568 *ad ann.* 1427. « Qui-
» cumque ad perfectionem rei volunt pervenire, necessarium est
» a fundamento incipere . . . », f. 6-14.

Opella, auctore viro brixiano, sub fine annotatur: *Scripsit Clarinus notarius die* 25 *sept.* 1503. *Laus deo.* Eius pars potior de iis agit quae, Venetis communia a saeculo decimoquarto ad 1427, brixiensem historiam praesertim attingunt.

II. *Threni in Victorinum Feltrensem* [ut supra], f. 14.

III. Leodrisii Cribellii, *de Francisci Barbari reditu Venetias* [ut supra], f. 15-16.

IV. Evang. Manelmi, *commentariolum* [cod. praec.], f. 16-32.

V. *Epistolae variae de actis a Francisco Barbaro* [eaedem quae codice praec.], f. 32-60.

Sub fine haec leguntur eadem manu quae in codice universo: « Die 6 aprilis 1504. Ego Petrus de Clarinis de Bidisolis
» notarius hoc opus transcripsi volanti calamo, a quodam alio
» exemplo transcripto per ser Mapheum Ferandum notarium
» brixiensem, quod ab originali magnifici domini Zachariae
» Barbari patricii veneti de a. 1489 brixiensis provisoris et di-
» strictus dignissimi, asseruit et testatus fuit se exemplasse ».

Cod. 220 chart., saec. XV, a. 210, l. 152 [L. X, XLII]. X.

Evangelistae Manelmi, *commentarioli de quibusdam gestis in bello gallico illustris v. Francisci Barbari praefecti praesidii Brixiae.* Folia 58.

Ex documentis codd. praecedentium quaedam desiderantur.

Albericus de Rosate scripsit ab initio: « Brixia civitas Lom-
» bardie a Breno duce Gallorum nominata et edificata, ut repe-
» ritur in chronicis, unde versus:

» Nunc arma tenuit dux Breno, creatque Veronam,
» Nam quasi *re* Roma dicta Verona sonat.
» Brixia fundatur, Ticina Papia paratur
» Et Mediolanum, Breno satagente, novatur ».

Cod. 221 chart., saec. XVIII, a. 226, l. 170 [L. X, CXXVI]. Mp.

Eiusdem, *commentariolum* ec. Folia 82.

Eadem quae codd. 218-220, quibus tamen ex praesenti addenda *apologia Francisci Barbari et gratiarum actio populo brixiensi pro pileo sibi donato in festo ss. Faustini et Iovitae* [XV kal. mart. 1439].

Sinceram commentarioli lectionem confirmant testimonium Petri de Clarinis, ut supra; item amanuensis: « Die X augusti, » MDCCXXVII. — Ego Michael Angelus Zorzi, eques et publi- » cus magnificae civitatis Vicentiae bibliothecarius, antedictum » commentariolum cursim transcripsi ab alio antiquo, existente » apud patrem Petrum Catherinum Zenum somaschensem, pos- » tea, collatione facta cum alio me. de ratione p. Ioannis An- » dreae Assezati, monaci Benedictini Cassinensis, varias lectio- » nes in margine exhibui ».

Cod. 222 chart., saec. XVI, a. 295, l. 220 [L. X, CLXXXIV].

Francisci Contareni, *commentaria autographa rerum in Hetruria gestarum a Venetis ac Senensibus adversus Florentinos ac Ildebrandinum Ursinum Petilianí comitem. Libri tres* [1454-1455]. « Cum legati Romae apud pontificem maximum vehe- » menter inter se se de conditionibus pacis dissiderent . . . . ».

Cum venetus Ioannes Michael Brutus textum corruptissimum, ex codice Iosephi Giova lucensis quo duo tantum libri exstabant, prae manibus haberet, hunc proprio marte emendavit, ex duobus libris tres confecit ac, suadente impressore Antonio Griphio [Lugduni, 1562], *tantum in his emendandis laboris atque operis consumpsit ut a secundi libri initio ad tertii usque finem, tanquam ex peregrina lingua vertendos illos in latinum susceperit, omnia mutarit, multa sustulerit, multa ex ingenio addiderit*. Dolet proinde, praeclarissimo auctori, in citata editione laudato, id tributum quod Bruti vitio vertendum: *Res quidem dignae cognitu, tametsi neglectae ab illius aetatis scriptoribus, ita a Contareno scriptae videbantur, ut si fidei esset*

quaerenda, ab eo scriptas constaret qui iisdem semper fere gerendis interfuisset: si orationis nitor atque elegantia, ita a principio pure, latine, ornate, non Contareni commentarios legere, sed Caesaris, si res rebus aequarentur, arbitrarere. Sed ubi incipit a se ipse deficere, credo quod homini districto magnis negotiis non licuit semper eodem studio uti iis quae scriberet perpoliendis; non a viro docto alioquin et diserto, sed ab imperito et barbaro nescio quo conscriptos diceres.

Narrat Contarenus in prooemio se, *adhuc Patavii iurisconsultorum operam navantem, legatum ad bellum in Hetruria designatum. . . . . et ad senatus dignitatem conservandam et ad totius belli rationem administrandam.* Libris primo et altero, quibuscum editi congruunt, de certaminibus disserit annis 1454-1455 inter Florentinos et Senenses ac foederatos, usque ad pacem a Senensibus cum Ildebrandino de Ursinis compositam. Tertio, anecdoto prorsus, qui incipit: *Pacatis Hetruriae rebus, magni et subolescentis belli famam totam fere Hetruriam, nullo certo auctore, pervaserat,* damna excutiuntur a Iacobo Picinino et foederatis, pace pacta, illata Senensibus ac auxilium iis a Contareno praestitum, quoadusque Gibertus Corrigius anno 1455 interficitur. Hic finis: *Legatus vero cum Senensium res commodiori in statu pervenisse intelligeret, ac deductis in hiberna militibus, per anni tempus, nihil quod memorabile esset, se acturum speraret, magistratibus Senensium valere iussus, Hetruria excessit ac ad senatum salutandum concessit. Florentiae, Bononiae, Ferrariae, pro harum civitatum summo in rempublicam nostram studio, comiter lauteque habitus et exceptus est. Tandem bonis avibus Venetias se recepit ad XII kalendas octobris, anno quinquagesimo quinto supra millesimum quadringentesimum; cum omnino decem et novem menses reipublicae causa abfuisset; toto prope senatorio ordine circiter ad duo millia passuum ei obviam procedente. Postridie ingenti omnium studio legationem renunciavit, senatumque salutavit.*

Textum omnino eundem ac editio anni 1562, referunt veneta anni 1623 cum elogiis virorum illustrium ex domo Contarena, quae addidit Balthassar Bonifacius; ac amstelodamensis a. 1723 in *Thesauro antiquitatum et historiar. Italiae,* t. VIII

p. II. Unde pretiosam opellam, quam voto concordi laudarunt Apostolus Zeno (1) et Marcus Fuscarenus (2), excudendam iterum commendo venetae societati *historiae patriae*.

Codicem, foliorum 50, ex bibliotheca Laurentii Antonii de Ponte patritii veneti, in Somaschensium [nomine *della Salute*] delatum, aere proprio nostra a. 1828, coemit. Unde rite suspicor editionem a Francisco Sansovino memoratam (3), nunquam procusam, mente verosimilius tantum conceptam, causam fuisse autographi a familia Contarena antiquitus surrepti.

Cod. 223 chart., saec. XVI, a. 376, l. 260 [L. X, CCXCVII]. D.

Eiusdem, *de eodem*.

Codex, fol. 74, praecedenti ex ungue respondens, bibliothecae domus Contarenae, puto, cessit quo tempore autographum sublatum.

Cod. 224 chart., saec. XVI, a. 193, l. 124 [Z. L., CCCXCV].

Io. Dominici Spazzarini, *narratio belli acti* [ann. 1482-1484] *inter Venetorum rempublicam et Herculem Ferrariae ducem*. « Scio equidem multos miraturos me pusillum hominem » et indoctum ausum in tanta probatissimorum hominum co» pia . . . ».

Auctor doctori Hieronymo de Phelicibus nuncupat *libellum quem de bello ferrariensi composui, ut pollicitus fueram* ...... *utpote ad virum doctissimum et nasutum et auritum, qui meas poterit olfacere ineptias et castigare, vel si potius* [ut puto] *displicuerint, thuri et scombris committere*.

Historiolam anecdotam miror et ab Apostolo Zeno, qui

(1) *Dissertazioni Vossiane*, I, 189, 191.

(2) *Della letteratura veneziana*, lib. III.

(3) « Francesco Contarini giureconsulto scrisse tre libri: *De rebus in » Hetruria gestis*, composti da lui nell' esercito, dove era provveditor per la » repubblica, in favore della libertà de' Senesi, e stampati prima in Lione » imperfetti e poi in Venezia, secondo l'esemplare di sua mano avutosi dai » Contarini da San Gervaso eredi ». *Descriz. di Venezia*. Ven , 1581, c. 244.

Spazzarinum excussit (1), praetermissam et historiae venetae litterariae scriptoribus prorsus ignoratam.

Codex, foliorum 33, vi Parisios delatus, a. 1816. Venetias revisit.

Cod. 225 membr., saec. XV, a. 208, l. 133 [L. XI, CCXXXVIII].

Io. Francisci Poggii *florentini, ad illustrissimum ducem Augustinum Barbarigum ac Venetorum senatum panegiricus.* « Complures egregii ac fidei digni rerum scriptores . . . ».

Oratio nunquam typis commissa, est de laudibus reipublicae venetae pro foedere cum Hetruriae duce in Carolum VIII Gallorum regem. Scribendi causam arripuit auctor a Gallis anno 1496, Venetorum ope, Italia pulsis, huiusque libertate restituta.

Codicem, folior. 43, ab Aloysio Canonici coemptum Iacobus Morellius fuse illustravit (2), fragmentis editis. Volumini luculento, picturisque aureis eleganter admodum ornato, utpote ipsi duci Barbadico ab auctore exhibito, huiusce compacto desunt bullae et fibulae.

Cod. 226 chart., saec. XVI, a. 183, l. 138 [L. X, CCLXXIV]. N.

Ioannis Parthenopaei, *de bello foroiuliensi* [1508-1513]. « Qui maris superi sinum incolunt Veneti, patritia gens et vetustate originis . . . ».

Auctor, e pago Reanne prope Tulmetium in Carnia, historiam belli a Venetis Foriiulii contra Caesarianos, annis 1508-1513 varia fortuna comparati, accurata rerum investigatione et ornatiori stilo describit, praemissa antiquae illius regionis descriptione. Viros summos laudat Bartholomaeum Alvianum, Aloysium Mocenicum, Hieronymum et Antonium Savorgnanum, Ioannem de Manzano. Dum pestem anni 1511 memorat, tacet de celebri Utini direptione [sacco] anno eodem, quam forsan

(1) *Dissertazioni Vossiane*. Venezia, 1754, II, 195-198.

(2) *Bibliotheca ms. gr. et lat.* Bassani, 1802, I, 420-426.

Historiae belli eiusdem foroiuliensis partim deperditae inseruerat, quod censet quoque Lirutus in *Letterati friulani*, II, 215.

Pretiosam opellam, folior. 56, bibliothecae s. Marci cum ceteris codicibus suis legavit qui titulum inscripsit: « Libellum » luce, qua caret, dignum anno 1780 possidet I. Morellius ».

Cod. 227 chart., saec. XVI, a. 350, l. 237 [L. X, CCLXXXV].

Delineatio historiae quae res gestas Venetorum complectitur, nulla diligentia contexta, iterum atque iterum expolienda et debitis coloribus exornanda, in quatuordecim libros distincta. « Scri» pturus historiam ab eo tempore exordiens, quo Petrus Bembus » cardinalis, quatuor et quadraginta annorum historiam clau» sit . . . . ».

Codicem descripturus, verbis utor praeclarissimi Marci Fuscareni, qui libro tertio historiae: *Della letteratura veneziana*, haec de eo apud Sumaschenses domus nomine *della Salute* extanti: « A scrivere la storia nostra fu eletto dal pubblico Luigi » Contarini (1), patrizio di rari costumi e vero imitatore del » gran cardinale suo zio (2). Quantunque la morte immatura » [novembri 1579] troncò le speranze conceputesi di quell' in» gegno fuor del comune: giunse egli nondimeno ad abbozzarne » undici libri in lingua latina: ma poichè non avevali potuti » perfezionare a genio suo, gli eredi non giudicarono ben fatto » di pubblicarli. Questi libri si conservano fra mss. nella libre» ria alla *Salute* al num. CLII, in carattere de' tempi dell' au» tore. Ma quivi non se ne veggono che undici, e solamente di » primo lavoro, notandosi di grandi e frequenti lacune, special» mente nel decimo e undecimo libro. Comprende quest' istoria » lo spazio di cinquantasette anni dal 1513 al 1570, cioè tutto » l' anno primo della guerra di Cipro . . . . Fu capitano » a Verona e ambasciatore a Ferrara (3), a Parigi e in Milano a » D. Giovanni d' Austria ec. ».

(1) Pars Consilii decemvirum, 13 martii 1577.

(2) Aloysius, patre Vincentio Casparis fratre, natus est die 23 ianuarii, a. 1536.

(3) Narrat Contarenus libro octavo, prope finem: « Filias duas Ferdi-

Codicem, fol. 130, a bibliotheca Laurentii Antonii De Ponte, patritii veneti, ad Somaschensem Venetiarum delatum, bibliotheca nostra a. 1828 aere proprio coemit. Praeest operi stirps genealogica familiae Contarenae, manu recentiori.

Cod. 228 chart., saec. XVIII, a. 238, l. 171 [L. X, CXCIII]. N.

Venetorum historia ex codice superiori exscripta, manu Iacobi Morellii, dum iunior esset adhuc.

Codex, foliorum 245, ad normam exaratus est.

Cod. 229 chart., saec. XVIII, a. 198, l. 141 [L. X, CLXX]. Z.

Octavii Baronii, *annales veneti ab anno* 1513 *ad annum* 1585. *Libri septem*. Folia 396.

Praeit foliis 1-10 tabula qua *res praecipue his libris narratae* adnotantur. Operis anonymi a Cinellio in *Scansia XVIII* citati, exordium do, quod auctoris consilium in eo exarando revelet. « Venetorum res gestas cum alii multi conscripserunt, » tum in primis Sabellicus et Bembus clarissimis commentariis » illustrarunt, quorum alter ab urbe condita usque ad Augusti- » ni Barbadici principatum duobus et triginta libris venetam » historiam comprehendit; alter a bello rhetico usque ad mor- » tem Iulii secundi, qui Leonardo Lauredano Venetiarum prin- » cipe decessit, Sabellici seriem prosequendo duobus et decem » libris confecit. Ubi Bembi librorum est finis; inde ego scri- » bendi ducam initium. Itaque venetae historiae veritatem a » Leonardo Lauredano serenissimo principe ad nostram usque » tempestatem strictim complectar, ac principio altius repetito, » annuente Deo, hinc aggrediar ». Finit: « Mortuus est Nico- » laus Pontius, princeps Venetiarum, cuius laudes Antonius » Longus, patritius venetus, ornatissima oratione celebravit. In

» nandus I imperator, eodem tempore, duobus principibus Italiae matrimo- » nio iunxit, alteram Francisco Cosmi Florentinorum ducis filio, alteram » Alphonso ferrariensi duci ec. Laurentius Priolus, florens iuvenis eo tem- » pore, Florentiam mittitur ut nuptiis illis interesset. Ipse, eiusdem officii » causa, senatus nomine, Ferrariam sum profectus ».

» eius locum suffectus est Pascalis Ciconia, vir prudentia, atque » animi integritate prorsus singularis ».

Auctorem, abbatem sorensem, cardinalis Caesaris nepotem, sub initio saeculi XVI florentem, vix attigit Marcus Fuscarenus (1), etsi textus et argumenti copia et stylo praestet politiori.

Cod. 230 chart., saec. XVIII, a. 270, l. 147 [L. X, CXX]. Mg.

Eiusdem, *opus idem*. Folia 158.

Utrumque codicem et superiorem Zenianum atque hunc s. Michaelis de Muriano memorat Mazzuchelli in *Scrittori italiani*, nomine *Baroni Ottavio*.

Cod. 231 chart., saec. XVI, a. 299, l. 212 [L. XIV, CCLV]. D.

I. Petri Pauli Vergerii, *iustinopolitani, de situ almae urbis Venetiarum*. « Venetorum respublica optimatum administratio» ne regitur; ideoque aristocratiam graeco vocabulo licet appel» lare . . . », f. 1.

Initium opusculi *de republica Venetorum* [V. L. XIV, 254] ab Emman. Ciconia, ut innuimus, a. 1830 editum est.

II. *Oratio elegantissima ad serenissimum principem et ducem Venetorum, in laude et aedificatione almae civitatis Venetiarum, Franciscum Foscari nobilem virum, per Leonardum Aretinum poetam clarissimum*. « Adest, serenissime dux, millesimus » annus ab urbe nostra condita, iacta enim fuerunt in Rivoalto » fundamenta huius felicissimae civitatis VII cal. aprilis, quo » mundus creditur habuisse initium . . . », f. 1-7.

Oratio, Leonardo Aretino prorsus abiudicanda, continet laudum praeconia reipublicae tributa; qua occasione saecularia eius fundationis occurrebant. Sic enim ducem alloquitur auctor: « Para igitur, christianissime dux, eundo per vestigia Catholi» corum et summorum virorum, millesimum tuae civitatis an» num, et tuo tempore, te duce, et tanta gloria gestarum rerum, » et continuae libertatis impletum, impensissimo cultu, exquisi-

(1) *Letteratura veneziana*, lib. III.

Prooemium usque ad verba *in qua beatus martir sederat Hermacoras* [f. 1-2] legitur sub initio chronici Sagornini, quadam passim varia lectione occurrente. Hoc Andreas Dandulus, fere iisdem verbis, forma quanquam strictiori, intulit in introductionem chronici brevioris. Prooemio subest nota eadem manu rubro caractere addita: *Reliqua huius partis chronicae gradensis videas infra in vita episcopi Heliae n.* 24: *ibidem omnia describuntur seriatim;* quod prooemium antiquiori chronico gradensi pertinuit, ex qua fonte Sagorninus et Dandulus sumpserunt. Vitae patriarcharum aquileiensium in chronico Danduli extenso membratim, variata lectione leguntur. Vide ceteroquin quae de chronico gradensi in *chronica gradensi altinate* nuncupato (1) tradita sunt.

II. *Excerpta brevissima ex summario chronicorum Andreae Danduli ducis.* « Ex l.º p.º B. Marcus fundavit ecclesiam aqui- » legensem anno Domini 48 . . . », f. 9-11.

III. *Capitulum chronici Andreae Danduli in vita Vitalis Faletri ducis, quoad apparitionem corporis s. Marci a columna, a.* 1094 [itale ex latino]. « L'anno 1094, cioè X.º del dose, es- » sendo reposto il corpo . . . », f. 15.

IV. Anomymi, *de translatione corporis s. Marci evang. in Augiam.* « De miraculis et virtutibus b. Marci evangelistae ali- » quid scribere cupientes, prae multitudine miraculorum . . . », f. 17-25.

Iacobus Bruckerus in *additamentis ad suam de vita et scriptis Ehingeri commentationem,* tomo VIII operis Schelhornii: *Amoenitates litterariae,* p. 646 haec habet: « Inter edita Ehin- » geri opuscula referendum quoque: Relatio s. Marci evangeli- » stae corpus in insula *Augia divite,* vulgo *Reichenau,* episco- » patus constantiensis, quiescere, eruta ex bibliotheca reip. ra- » tisbonensis, studio Eliae Ehingeri. Edidit hoc opusculum, et » notationibus additis specimini I select. pontific. adiecit Geor- » gius Dorschaeus Argent. 1641, 12 ». Denuo prodiit sub fine operis p. Gabrielis Bucelin *Nucleus historiae,* editi Francofurti ad Maenum, a. 1680. Inde intulit Cornelius in *Ecclesiae*

(1) *Archivio storico italiano.* Firenze, 1845, t. VIII, p. 105-106.

venetae decadis XIII partem primam, pretiosiori commentario adiecto in mendacis historiolae refutationem.

V. *Prophetia abbatis Ioachimi.* « Ve tibi Adriana, ve ve » quae abstulisti sacra de regia urbe . . . », f. 26.

Prophetiam anecdotam, codice quoque Marciano [L. XIV, II] legendam, auctor, puto, ad rempublicam venetam refert. De eius gestis et operibus conf. Fabricium *Bibl. med. et inf. latin.*

VI. *Syllabus ducum venetorum, Venetiis exscriptus die prima mai a.* 1439. « Dominus Beatus et fuit primus dux ducavit » annos V... » ; finit: « dominus Michael Steno ducavit annos... », f. membr. 27.

VII. *De edificatione Rivi alti et tempore quo fuit auctus huiusmodi locus.* « Tempore Honorii imperatoris, anno Domini » nostri Iesu Christi CCCCXXI die XXV martii . . . », f. 28-39.

Fragmentum chronici familiarum venetarum, sub fine saeculi XV probabilius exarati.

VIII. *Copia litterae dominationis Venetiarum serenissimo domino Andreae Contareno duci in Clugia, anno* 1380. « Recepimus litteras excellenciae vestrae datas apud Clugiam die » 22 aprilis, hora secunda noctis . . . », f. 43.

Manu Marini Sanudi exscriptam Muratorius in opus *Vitae Ducum* eiusdem intulit, tamen absque nota fini apposita: *Nota quod autenticha littera est in manu domini Barthol. Gradonico.*

IX. Marci Danduli, *oratoris veneti apud Wladislaum Boehmiae atque Pannoniarum regem illustriss. habita oratio.* « Cum » Venetiis nunciatum esset, seren. rex, te Pannoniar. regem de- » claratum ..... Acta Budae, X cal. ianuarii, anno salutis 1493 ».

Oratio latuit diligentissimum Ioannem degli Agostini, qui ceteroquin de ea legatione sic scribit: « Volendo . . . . la repub- » blica congratularsi seco lui [cum Wladislao] della novella esal- » tazione a codesto secondo trono [Hungariae], spedì con carat- » tere di suo ambasciadore il nostro Dandolo, il quale, passati » ch'ebbe i convenevoli uffizj con Ladislao, si meritò da lui, a » cagione di sua eloquenza, unitamente colle divise, lo specioso » titolo di cavaliere (1).

(1) *Scrittori veneti*, t. II, p. 284.

X. Clementis pp. VII, *bulla ad Andream Gritti ducem ac dominium Venetiarum.* « Exponi nobis nuper fecistis per dile» ctum filium Marcum Fuscarenum ..... Romae, die 26 martii » 1526 », f. 50-52.

Indultum Venetis de decimis ann. 1526-1527 super beneficiis ecclesiasticis imponendis.

Bullam ineditam exemplavit ex authentico Antonius Mazarolus ducalis notarius.

XI. Eiusdem, *epistola qua Franciscum Mariam de Ruvere, ducem Urbini, invitat ut coronationi Caroli V Bononiae adsit.* « Ut potuit tua nobilitas audire, nobis ac serenissimo Caesari » ...... Bononiae, die VII februarii 1530.

XII. *De origine et situ civitatis Venetiarum brevis descriptio.* « Postquam totiens de Venetis meminimus, ipsique absque » cuiuspiam auxilio contra principes et nationes ... », f. 55.

XIII. *Exemplar litterarum quas rev. d. cardinalis s. Marci ad Hadrianum VI electum pontificem dedit.* « Post pedum ..... » Si mihi unquam, si romanae unquam ecclesiae, christianae » religioni ..... Romae, die XX martii MDXXII », f. 57-58.

Dominicus Grimani, patriarcha aquileiensis respondet *humanissimis ac sapientissimis litteris vestris, ad me pridie kal. martias datis et decima octava huius mensis acceptis.*

XIV. Octaviani Magii, *epistola ad Bernardum Lauretanum.* « Duplicem animo cepi voluptatem, cum primum mihi nuntia» tum est te, cum ad rempublicam accessisses ...... Romae ». f. 59-60.

Auctorem stilo ornatiori latine scribentem laudant opellae: *De legato* [Venetiis, a. 1566]; *Oratio habita in funere Lauredanae Mocenicae Venetiarum principis* [Venetiis, 1572]; *Epigramma ad Laviniam Ursinam lectissimam foeminam* [I. IX, CCCLXV]; *Somnium, ad Anton. Pivardum* [L. XIV, CCXLVI].

XV. Fr. Augustini Musaei *tarvisini, eremitae augustiniani, theologi, constitutio sive interrogatio a marescalcho caesar. maiestatis sibi et socio Ioanni Petro cremensi facta post suum de Buda in Viennam reditum.* « 1535, adi 14 Febraro. Giunti in » la città di Vienna adi 3 di febraro la sera tardi Zampiero da » Crema et mi insieme ... », f. 61-64.

Si litterarum regesta Francisci Contareni, veneti apud Carolum V oratoris annis 1534-1536, quae apud nos asservantur [I. VII, DCCCII] scrutor, in epistola [Vienna, X febr. 1534] lego: « havendo inteso esser venuto in questa terra uno frate et » uno secular, quali dicono esser sta servitori delli fioli del q. » Sr Alvise Griti, et venir da Buda, et esser sequestrati nel suo » allozamento con ordine che non parlino ad alcuno, parlai a sua » maestà pregandola ec. ». Item in alia die 16 febr. eius anni: « Ho inteso per via sicurissima che la causa per la quale la mae- » stà del re non ha voluto relaxar frate Agustin et Zuan Piero, » è, perchè si dubita che esso frate Agustin habbi qualche com- » missione secreta dal re Zuanne........ ho operato cum dex- » terità et secretamente che ho havuto dal ditto frate Agustin » tutto il suo constituto, et de Zuan Piero, li quali de parolla » in parolla mando a vostre excellentie, aciò anch' esse possino » far il suo sapientissimo iudicio ». Huic epistolae adiectum exemplum constituti ex autographo huius codicis sumptum.

XVI. Eiusdem, *de expugnatione Megghes cui interfuit, ad Franciscum Contarenum oratorem.* « Anno Dom. M.D.XXXIIII. » Die prima martii cum domino Antonio Gritti, filio illustrissi- » mi domini gubernatoris, discessimus Buda......... die 19 » febr. 1535 [m. v. 1534] », f. 65-70.

Praeit epistola Aug. Musaei oratori Francisco Contareno, quae incipit: « Pheacum convivia interpretatur Proculus in re- » publica Platonis..... Datum Viennae Austriae, XI kal. martii » MDXXXIIIII [m. v. 1534] ». In supra memoratis regestis exstat locus epistolae 22 februarii 1534: « Havendo havuto se- » cretamente da frate Agustin il successo della expugnatione di » Megghes de ponto in ponto, per hauersi trouatò lui in fatto » proprio, mi è parso mandarlo a V.^{e} Ex.^{tie} acio che se ben quel- » le lo hauerà inteso per altre vie, le intendino ancho quanto » referisse esso frate Agustin ec. ». Hius autographi exemplum oratoris epistola excipit.

Tum constitutionem, tum narrationem de expugnatione Megghes codice altero [I. VII, DCCCII, f. 42-50] exscriptum edidit Ioannes Nagy volumine tertio *Magyar Történelmi Tar.* Pest, 1857, p. 61-81.

De Aug. Museo erudiri cupidus adeat Ossingeri *Bibioth. Augustin.* Igolstadii, 1776, p. 616 et seq.

Cod. 233 chart., saecc. XV-XVI, a. 295, l. 210 [L. X, CCCIX]. D.

Exempla tractatuum quorundam foederis et induciarum inter diversos diversorum temporum principes, ab anno 1327 *ad ann.* 1578. Folia 203.

Documenta, quod venetae historiae lucem affundant splendidiorem, singulatim per breves titulos profero.

1.	1327, 1 oct.	Compositio confinium Veronae et Vicetiae.
2.	1344, 21 aug.	Pax Venetorum cum Alberto Goritiae et Tyrolis comite.
3.	1361, 4 oct.	Rodulphus dux Austriae obligat castrum Portusnaonis Ioanni et Eglolfo de Lisca. V. *Diplomatarium Portusnaonense,* p. 67.
4.	1445, 18 iunii.	Concordia inter Venetos et patriarcham aquileiensem.
5.	1454,	Pax Venetorum cum duce Mediolani.
6.	1455, 4 iulii.	Pacta conventa inter Venetos et Fridericum Austriae ducem, super confinibus Portusnaonis. V. *Diplom. Portusn.*, p. 279.
7.	1463, 17 nov.	Pacta Venetorum cum Tergestinis.
8.	1465, 15 iunii.	Conventum inter Venetos et Sigismundum Austriae ducem super confinibus Portusnaonis.
9.	1474, 2 nov.	Foedus Venetorum cum pontifice, Galeatio Sforza et Florentinis.
10.	1484, 7 aug.	Pax pacta a Venetis *cum omnibus potentatibus Italiae.* V. Lünig. *Cod. ital. dipl.*, III, p. 126.
11.	1485, 26 febr.	Confoederatio Venetorum cum Ioanne Galeatio Sfortia.
12.	1486, 26 iulii.	Conventiones inter Venetos et regem Romanorum *super differentiis excitatis* per capitaneum Tergesti in Histria et Portusnaonis. V. *Diplom. Portusn.*, p. 362.

13. 1486, 30 sept. Concordium inter comites de Lodrono et illos de Castelbarco.

14. 1487, 13 nov. Pax Venetorum cum Sigismundo Austriae archiduce.

15. 1493, 22 apr. Capitula ligae inter pontificem, Venetos et statum Mediolani.

16. 1493, 4 iunii. Sententia super differentiis vertentibus inter Venet. et subditos imper. de confiniis Lupoglavi, Semichiis, Rotii et Cernigradi.

17. 1494, 24 iulii. Littera patens Venetorum de conventione cum Sigismundo Austriae archiduce pro sicariis mutuo remittendis.

18. 1495, 12 apr. Foedus a Venetis initum cum pontifice, Romanorum et Castellae regibus, ac duce Mediolani.

19. 1499, 5 apr. Capitula pacis et confoederationis Venetorum cum rege Franciae confirmata.

20. 1501, 13 oct. Pactio foederis inter Romanorum et Francorum reges.

21. 1505, 15 oct. Pax inter Galliae et Hispaniae reges, *et tale che sempre mai stiano come duo anime in uno medemo corpo.*

22. 1506, 6 oct. Maximiliani regis apocha duci Venetiarum, de sex florenor. renensium millibus.

23. 1510. 2 martii. Senatus venetus irrita declarat acta a Caesareis in locis a Venetis receptis.

24. 1512, 6 apr. Capitula induciarum inter Maximilianum et Venetos.

25. 1512, 23 dec. Pax perpetua inter Ludovicum XII ducem Mediolani et Venetos.

26. 1513, 8 ian. Dilatio induciarum inter Venetos et Maximilianum regem.

27. 1513, 23 martii. Confoederatio inter Venetos et regem Francorum.

28. 1513, 30 martii. Dilatio induciarum, quae n. 26.

29. 1516, 12 nov. Treugue et capitula inter christianissimum regem et catholicum.

30. 1516, 13 dec.	Capitula quaedam in eandem foederat.
31. 1517, 8 oct.	Confirmatio foederis n. 27.
32. 1518, 1 sept.	Capitula induciarum quinquennalium inter caesaream maiestatem et dominium venetum.
33. 1518, 1 sept.	Quaedam capitula contenta in ratificatione harum induciarum.
34. 1520, 11 apr.	Exemplum articulorum mutui congressus futuri in Anglia inter Henricum et Carolum V.
35. 1521.	Capitula inter Venetos et Carolum V de continuatione induciarum quinquennalium initarum die 1 sept. 1518.
36. 1522, 16 iunii.	Capitula inita inter Carolum V et Henricum Angliae regem.
37. 1523, 29 iulii.	Foedus inter Carolum V, Ferdinandum Austriae archiducem, Venetos et ducem Mediolani.
38. 1528, 15 maii.	Franciscus II Sfortia dux Mediolani viginti millia scutorum in auro a Venetis commodata recepisse testatur. V. Lünig. *Codex Ital. diplom.*, III, col. 157.
39. 1530, 1 sept.	Divisio et distributio ducatorum *longorum* quinque millium extorribus patavinis et vicetinis.
40. 1535, 26 apr.	Confirmatio foederis bononiensis a. 1529.
41. 1535.	Capita sententiarum arbitralium in conventu tridentino.
42. 1540, 2 oct.	Pacta Turcarum cum Venetis [itale].
43. 1540, 29 oct.	Carolus V Venetos urget, solvant septuaginta quinque millia ducatorum, iamdiu regi Romanorum debita.
44. 1578, 24 sept.	Fridericus imperator rogat Venetos ne impediant mercatores, ab Apulia et Piceno frumenta ad Carsos et Histriam deferentes.

Cod. 234 chart., saec. XVI, a. 428, l. 252 [L. X, CIX]. O.

Augustini Valerii, *cardinalis, opus de adulterinae prudentiae regulis vitandis, sive de politica prudentia cum christiana pietate coniungenda, ex Venetorum potissimum historiis, ad fratris et sororis filios.* « Et vobis fratris mei, sororis itidem meae » filiis debeo . . . ».

Opus *multarum vigiliarum* auctor appellat in libello de cautione adhibenda in edendis libris [p. 35], *in quo,* ait, *visus sum effudisse ingenii vires, rhetorum etiam praecepta ad usum revocasse, pietatem, prudentiam et gravitatem priscorum Venetorum expressisse non infeliciter. Sed mirabilis res est, et reprehendenda valde: opus tanti laboris dictatum vix legi, non consideravi certe, non emendavi ut debui.* Illud itaque vulgari [p. 56]; in quo quidem ei minime satis est factum, quod renuebat prorsus Nicolaus Antonius Iustinianus Patavii episcopus libros a primo usque decimumquartum et extremum, decimumseptimum nempe, itale versos Patavii, anno 1787 ediderit nomine: *Dell' utilità che si può ritrarre dalle cose operate dai Veneziani.* Etsi in libros novemdecim se illud tribuisse affirmet, non tamen nisi septemdecim, quorum unumquemque capitula partiuntur, in codice sunt: quatuordecim prioribus [a Iustiniano ex hoc codice itale editis] historiam venetam ab urbe condita ad sua usque tempora eleganter Valerius prosequitur; quae virtutis documenta e maiorum nostrorum gestis hauriri possint, plane demonstrat. Res venetas a Bernardo Iustiniano et incertae quoque fidei annalibus nostris pluribus mutuatur, quas dum refert, conciones ad senatum habitas, easdemque luculentas, frequentissime inserit, quo fratris et sororis filios ad oratoriam facultatem informet. Quae eius praecesserunt aetatem, ab eodem cognoscere haud iuvat: quum ex accurata rerum saeculo XVI gestarum narratione laudem fere totam mereatur. Litterarum studia apud nostrates quam floruerint, interdum explicat. Postremis tribus libris, ad prudentiam et honestatem assequendam quae potissimum conducant, ac patricium venetum qui mores maxime deceant, auctor ostendit. Ex opere, a Fuscareno, in libro *de Veneto-*

rum litteratura laudato, fragmenta protulerunt Cornelius [*Eccl. ven.*, V, p. 21] ac Augustinius [*Degli scritt. ven.*, II, p. 234]. Idem laudatum scimus, ex opusculo *De cautione adhibenda* ec. supra memorato, ab auctoris familiarissimo Silvio Antoniano cardinali, cui Valerius: *Absolvi inter initia cardinalatus mei opus illud, quod probare videris maxime.*

Codicem, fol. 286, idem Antonianus ad senatores et equites venetos clarissimos Leonardum Donatum et Laurentium Priulium misit eleganti epistola; idemque carmen heroicum, quod incipit:

« Caelitus adriaco venetae primordia gentis
» Iacta sinu . . . »

cecinit de laudibus Venetorum et operis a Valerio conscripti, quod primum in codice locum tenet. Utrumque scriptum, quod lucem utique promereatur, edidit Morellius, p. 188-191 operis *Codices mss. latini biblioth. Nanianae*. Venetiis, 1776; ac itale Iustinianus in opere quod supra, p. VI-XII.

Cod. 235 chart., saec. XVI, a. 418, l. 282 [L. X, XIV]. F.

Eiusdem, *de utilitate capienda ex rebus a Venetis gestis libri XVIII ad fratris et sororis suae filios.*

Opus idem, nomine variato.

Codex, fol. 304, passim ab auctore emendatus, etsi libris octodecim nulla capitulorum partitione distributus, non ea certe amplitudine ac praecedens exaratus est: plurimi tamen aestimandum puto, quod insint quaedam a Valerio in exemplis posterioribus refutata.

Cod. 236 chart., saec. XVII, a. 278, l. 200 [L. X, XV]. X.

Eiusdem, *de politica et prudentia ex Venetorum historiis.*

Opus idem serius, ut puto, exscriptum ex codice primo, cum quo plerunque convenit. Amanuensis pertractatarum rerum sylvam marginibus, ut et indicem ordine alphabetico digestum principio addidit.

Folia sunt in codice 274.

Cod. 237 chart., saec. XVIII, a. 290, l. 209 [L. XI, LXIII]. X.

Zachariae Trivisani senioris, *oratio habita ad Gregorium XII pontificem* [Angelum Corrarium, venetum] *in legatione apud eundem, pro ecclesiae sanctae Dei unione conficienda.* « Consue- » vere, pater sanctissime, qui apud romanos Caesares, quive in » frequentia... ». Sub fine: « Albescente die penultimo decem- » bris 1407 ».

Auctor natus a. 1370, m. 1413, cum Marino Caravello orator pontifici missus est ut, schismatis tollendi gratia, papatum renuntiandum suaderet, quod tamen serius tantum, a. scilicet 1415, pontifex praestitit.

Exemplum paginis septemdecim, ex biblioth. patrum eremitarum Patavii, manu sua emendavit Iac. Facciolatus a. 1744.

Cod. 238 chart., saec. XVII, a. 305, l. 210 [L. X, CCCXXXIX].

I. *Vita, mores et res gestae ab omnibus ducibus Venetorum qui iam inde a constituta republica usque ad annum* 1577 *imperio praefuerunt, auctoribus* Petro Marcello *patritio veneto,* Silvestro Girello *urbinate ac* Heinrico Kellnero *u. i. doctore, patritio francofurtensi, continuata serie contexta, cum epitaphiis quorundam singulari studio conquisitis, et a tumulis seu marmoribus ipsorum descriptis, uniuscuiuslibet ortum, generis prosapiam, vitam, vitaeque exitum luculenter indicantibus,* f. 1-211.

Apographum editionis francofurtensis, a. 1574, cum imaginibus ducum insignia propria regentibus ab aere sculptis quae in editione. Marcellus vitas exaravit usque ad initia Leonardi Lauredani [a. 1501], *in cuius felicissimo principatu .... si qua deinceps memoratione digna contingent, si in vivis erimus, libenti animo subiungemus,* ut legitur prima edit. veneta a. 1502.

II. Bernardi Georgii, *vitae et venetorum principum gesta ex Petri Marcelli historia excerpta et in metricae epitomes formam redacta; ad Franciscum Donatum* [a. 1545], f. 212-233.

Epitome ab auctore Francisco Donato duci nuncupata publici iuris facta est Venetiis, a. 1547.

Cod. 239 membr., saec. XVI, a. 149, l. 103 [L. X, CCCXII]. D.

Chronologia tribunorum et ducum venetorum ab anno 706 *ad annum* 1577.

Strictiori compendio ita exhibitaé vitae, suntut tribunorum undecim ab Anafesto ad Obelerium Antenorium nihil fere praeter annum creationis occurrat; ducum gesta per lemmata eleganter exarata narrentur, ex. gr. de Sebastiano Venerio: « Lauream » servatae patriae, quam armatus imperator ad Echinadas paulo » ante in triumphum retuleram, princeps una omnium sententia » creatus, ita civili moderatione munivi, ut dubium reliquerim, » fuerim in republica administranda iustior et sanctior, an in » rebus bellicis fortior et felicior imperator ». Locus sepulturae uniuscuiusque renuntiatus.

Quae praestant in codicillo, foliorum 53, sunt insignia ducum ita diligenter et venuste picta auroque obducta ut in admirationem facile lectorem trahant.

Cod. 240 chart., saec. XVI, a. 250, l. 182 [L. X, CCCXXXV]. D.

Vitae ducum Venetorum a Paulino Anafesto [a. 697] *ad Pasqualem Ciconeam anno* 1589 *defunctum.*

Brevi compendio exaratae referunt in margine insignia ducum, coloribus et auro manu rudiori obducta. Fere universis nota lemmata seu *brevia* inscripta.

Cod. 241 chart., 1687, a. 285, l. 203 [L. X, CCCVII]. D.

Venetae historiae ab Aloysio Contareno Lazari filio, patritio veneto descriptae pars prima, serenissimo principi Marco Antonio Iustiniano Venetiarum duci ec. MDLXXXVII. Libri decem. Prooemium: « Resonat undique festivis venetae virtuti plausi- » bus, christianus orbis... ». Liber primus: « Veneta respu- » blica romanae libertatis inviolata superstes... ».

Praeeunt foliis 28 haud numeratis **a.** *prooemium,* **b.** *auctores quorum testimonio in veneta historia usi sumus,* **c.** *index*

locupletissimus rerum omnium venetae historiae inservientium quadam veluti chronologia descriptus, sub quo renunciantur romani pontifices; orientis et occidentis imperatores augusti; reges Italiae; Venetorum vero primi consules, duces, praesules ecclesiastici, bella, viri illustres, familiae varii generis. Historia ab anno 420 ad 1400, gesta potius appella ducum venetorum, quorum vitae offeruntur a Pauluccio Anafesto ad Antonium Venerium, praepositis insigniis gentis cornu ducali obductis. Unamquamque vitam absolvunt inscriptiones quae laudato tum in palatio, tum ad tumulum positae sunt, quaeque in codicis proxime insequentis compendio habentur.

Codex, paginarum 416, finit: « Explicit pars prima historiae venetae, ab Aloysio Contareno Lazari filio descriptae, » quam ipse manu propria compleverat, die XXIII augusti » MDCLXXXVII, anno aetatis suae XXIV ».

Cod. 242 chart., saec. XVII, a. 200, l. 145 [L. X, CCCXIII]. D.

Historiae venetae ab Aloysio Contareno Lazari filio patricio veneto descriptae compendium, gentilibus Principum insignibus, ipsorumque ad imaginem et sepulturam inscriptionibus, epitaphiisque complexum MDCLXXXVIIII. « Pauluccius Anaphesto » primus Venetiarum dux creatus . . . ».

Memoriae ducum ita distributae in codice sunt ut unaquaeque pagina singulorum gesta contineat, nempe familiae insignia rudiori lineari pictura expressa, dignitatis renuntiatae et mortis annos, in palatio et ad sepulchrum inscriptiones, quarum plures desiderantur.

Pagina extrema 111ʳ haec auctor: « Francisco Mauroceno » equiti ac divi Marci supra numerum procuratori, maris impe- » peratori tertio: ac de barbaris bello peloponnesiaco feliciter » triumphanti, venetae reipublicae serenissimo principi, electo » anno Domini MDCLXXXVIII, ab urbe condita MCCLXVIII, » diuturnam vitam, nominis gloriam deprecatus Aloysius Con- » tareno Laz. filius, arcis Felicianae Veronae praefectus, opus » hoc d. d. d. MDCLXXXVIIII: die VI aprilis ».

Cod. 243 membr., saec. XV, a. 173, l. 115 [L. XI, CXXX].

Bernardi Bembi, ***patricii veneti, in gratulatione Christophori Mauri incliti ducis Venetiarum, pro divini atque humani iuris scolasticorum ordine patavino, oratio feliciter habita.*** « Ma-
» gnae a nobis celsitudini tuae gratiae habendae sunt, illustris-
» sime princeps . . . ».

Orator, ***sacratissimi collegii universitatis legistarum florentissimi gymnasii patavini,*** historiam familiae Maurae, eius primordia a noningesimo urbis anno repetens, contexit, gestis enarratis Albini, Pauli, Marini, Marini, Iacobi, Antonii, Iacobi, Ioannis, Marini, Laurentii, Dominici, Ioannis, ducis ipsius. Opellae, cardinali Ludovico Scarumpo seu de Mediarota, patriarchae aquil. nuncupatae, prooemium inc.: « Etsi sciam, observandis-
» sime domine, tuis innumeris in me officiis adeo me celsitudini
» tuae devinctum . . . ».

Volumen eleganter, tabulis corio signato obductis compactum, habet folia 24.

Cod. 244 chart., saec. XV, a. 246, l. 152 [L. XI, LXXXIX].

Illustrissimo principi [Venetiarum renuntiato] ***Augustino Barbadico Ioannes Franciscus Benedictus salutem et commendationem.*** « Solonem Salaminium, illustr. princeps, qui delphici
» oraculi iudicio . . . ».

Codex, foliorum 13, subtiliori teretique membrana eleganter exscriptus, habet opercula corio belle signato obducta.

De auctore sic Apostolus Zeno in epistola Petro Catherino Zeno, Vindobona, 17 maii 1721 (1): « Gio. Francesco Benedetti,
» autore di quella lettera, o sia panegirico al doge Barbarigo,
» non mai, ch' io sappia, stampata, fu cittadino e segretario ve-
» neziano. Era amico del Poliziano, tra le cui lettere al libro VI
» ne troverete alcuna di lui. Morì nel 1509 e fu seppellito in
» *S. Maria delle Grazie* con epitafio che dal Palfero sta riferito

(1) *Lettere di Apostolo Zeno*. Venezia, 1785, III, p. 276-277.

» come segue: *Sepulchrum Ioannis Francisci de Benedictis,* » *veneti secretarii. Viator tui sis quaeque memor.* 1509. Se mai » vi occorresse per altro di andare a quell'isoletta, e vi riuscis» se di osservarlo, fatemi il favore di ricopiarlo, come sta e gia» ce, notando arme, forma di deposito e altre curiose circo» stanze ».

Cod. 245 membr., saec. XVI, a. 168, l. 110 [L. X, CCLXV]. N.

Andreae Mocenighi, *patritii veneti, iuris utriusque doctoris, prothonotarii apostolici, in additiones Felinii ad Leonardum Lauretanum ducem Venetiarum inclytum.* « Cogitanti mihi ani» mo cuinam hasce meas lucubrationes dedicarem quas in Feli» num emisi ... ».

Prooemium praepositum operi in Felinum hic seorsim datum est, qua gratulatio Leonardo Lauredano duci nuper electo [a. 1501]. Auctor idem est ac scriptor historiae belli cameracensis non una tantum vice editae.

Codicillum, foliorum quatuor, exornant insignia ducis a puerulis stantibus recta.

Cod. 246 chart., 1523, a. 202, l. 150 [L. XI, CXLIV]. D.

Hieronymi Passi, *utriusque iuris doctoris, oratio gratulatoria pro electione Andreae Gritti in seren. principem Venetiarum.* « Quoniam nihil aeque ad optimam civitatum institutio» nem prodesse constat ... ». Folia 9.

Oratio nomine Bergomensium recitata gesta ducis militaria commendat.

Cod. 247 membr., saec. XVI, a. 230, l. 162 [L. XI, CXL]. D.

Serenissimo ac illustr. d. d. Andreae Gritto, Dei gratia Venetiarum principi, suus Ioannes Petrus Brochetinus, sacerdos sacillensis. « Quanquam multa sunt, clementissime princeps, » litterarum studia, quae summum et decus ... ». Folia 28.

Panegyris historiam reipublicae, laudes Venetiarum, gesta

ducis, prosa et ligata oratione admixtis, stylo prorsus pedestri persequitur.

Cod. 248 chart., saec. XVI, a. 323, l. 220 [L. XI, X]. F.

Oratio in funere Andreae Grittii, Venetiarum principis, a. 1538 *habita a Bernardo Naugerio.* « Posteaquam Andreae Grit- » tii, cl. pr. funus omnibus qui a vobis tribui possunt honori- » bus . . . ». Folia 10.

Eius orationis fere historiam cardinalis Augustinus Valerius obtulit in *vita Navageri* fusiori sermone, quem codice proxime insequenti sic Barbadicus perstrinxit: « In funere laudavit » Bernardus Naugerius, cui omnium primas in eloquentia Ve- » neti dant. Eam orationem princeps, antequam vita excederet. » ab ipso Naugerio afferri ad se legique iussit, quam animo at- » tento et hilari audivit universam, saepeque ipse sumebat in » manus, ac eloquentissimi hominis de sua virtute praedicatio- » ne mirifice delectari videbatur ». Quam Marcus Fuscarenus cum deperditam plorasset (1), fausto omine reperiit, ac ex codice [L. XI, LXXV] olim Naniano, protulit Iacobus Morellius in *Codd. mss. latini biblioth. Nanianae.* Venetiis, 1776, p. 163-176. Itale prodiit in *Orazioni di veneti patrizi.* Venezia, 1795.

Cod. 249 chart., saec. XVI, a. 224, l. 158 [L. XIV, CCXXVII]. N.

Nicolai Barbadici, *vita Andreae Gritti, Venetiarum principis.* « Natus est Andreas Grittus Bardolini, qui est in agro » veronensi pagus . . . ». Folia 42.

Opellam anepigraphem elegantissimam, Nicolao Barbadico rite adiudicatam, fauste repertam, Iacobus Morelli, iampridem codicilli possessor, publici iuris primum fecit Venetiis anno 1792 (2), *Alexandro Albritio procuratoris divi Marci dignitatem*

(1) *Letteratura veneziana.* Editio prima, p 330, n. 226.

(2) « Nicolò Barbarigo stese in latino le vite del doge Gritti e di Gaspa- » re Contarini . . . . ma per molto cercare, che se ne abbia fatto, niuno » le ha vedute; benchè la fama, che il Barbarigo godeva, d'eccellente in- » gegno, abbia destata in parecchi ardente curiosità di rinvenirle ».

ineunte. Anno proxime insequenti itale (1) prodiit; iterumque, interprete Hieron. Ascanio Molin, in *Orazioni di veneti patrizi.* Venezia, 1795.

Cod. 250 chart., 1553, a. 146, l. 97 [L. XI, CXII]. Z.

Cynthii Io. Bapt. Gyraldi, *nobilis ferrariensis, illustrissimi ac excellentissimi ducis Ferrariae ab epistolis, oratio ad serenissimum Venetiarum principem Marcum Antonium Trivisanum, pro eodem excellentiss. duce Ferrariae Venetiis publice habita XV cal. iulii MDLIII.* « Si quantus est, serenissime princeps, di- » gnitatis tuae splendor . . . ». Folia 28.

Orationis finem auctor in exordio indicat: « Princeps no- » ster mihi imposuit provinciam laetitiae testificandae, quam » ipse animo concepit, pro sublimi hoc gradu, ad quem, seren. » princeps, sapientissimus hic senatus te evexit, magnifice et » luculenter absolvere . . . ». Auctor opusculum sua manu conscriptum, eleganter compactum nuncupat duci Trivisano, *Ferrariae, XIIII kal. augusti MDLIII.*

Cod. 251 chart., saec. XVI, a. 215, l. 150 [L. X, CXXVII]. N.

Orationes varii generis, pleraque in laudem Venetorum.

1. Guarini Veronensis, *epistola clarissimo equestris ordinis viro Alberto de Sala.* « Luculentam illam Iustiniani nostri ora- » tionem in Caroli funere habitam . . . . Venetiis, kal. iuliis, » M.CCCC.XVIII », f. 11-13.

Mittit Alberto Guarinus orationem proxime insequentem.

2. Leonardi Iustiniani, *veneti, viri patritii, pro cl. v. Carolo Zeno funebris oratio.* « Maximum et amplissimum munus, illustr. » princeps, hodierno die ad me delatum video . . . . », f. 14-25.

Eam sic laudat Guarinus: « Mirabilis in primis locorum » excogitatio, quos ex infinito pene dicendorum acervo, quadam,

(1) *Vita di Andrea Gritti, doge di Venezia,* scritta da Nicolò Barbarigo e tradotta in lingua italiana [Caelestino Volpi interprete]. Venezia, presso Antonio Zatta e figli, 1793, p. XXXII, 120, 8.°

» ut sic dicam, frugalissima brevitate decerpsit: tum pulcherrimus rerum ordo, quem summa ratione ac diligentia accuratissimus homo composuit. Primo enim eius quem commendabat defuncti vitae cursum lectoris oculis, quasi necessariam collaudandi summam et adumbratum materiae corpus, subiecit. Deinde ingenium, tum virtutes, postremo gloriam, ut continuos gradus et connexam inter se catenam collocavit ... ».

Editam legimus inter Bernardi Iustiniani epistolas a. 1492, tamen sine Guarini praeeunte epistola; item recusam pluries, itale quoque versam in *Orazioni di veneziani patrizi*, 1795.

3. Guarini veronensis, *oratio de laudibus Ioannis Nicolae salernitani, Veronensibus dicta.* « Quot inanes hominum cogitationes, quot incerta mortalium sint consilia ... », f. 26-37.

Habent quoque codices nostri [L. XI, LIX, LXXX].

4. —— *oratio ad insignem ac patritium virum Nicol. Maripetrum, functum praefectura militum.* « Multa » et amplissima in cives nostros ... », f. 37-38.

5. —— *oratio ad insignem ac patritium virum Thomam Michaelem, c. v., functum praefectura militum.* « Quotiens egregiam sapientiam tuam et innumerabilia .... », f. 39-42.

6. —— *oratio ad clarum virum Iacobum Trivisanum, functum praetura veronensi.* « Eorum prudentiam et » singularem in me caritatem non admirari ... », f. 42-45.

7. —— *oratio ad insignem virum B. Pitanum functum praetura veronensi.* « Animadverti saepenumero, » magnifici viri et cives spectatissimi ... », f. 45-49.

8. —— *oratio ad clarum virum Bartholomaeum Storiadum, functum praetura veronensi.* « Superiori tempore, vir magnifice, cum te huic civitati praetorem ...... », f. 49-52.

9. —— *oratio in Iacobum Persicum et Catherinam Peregrinam. Epithalamium.* « Fuere nonnulli magnifici viri et cives praestantissimi ... », f. 52-54.

10. —— *oratio in Federicum de Pitatis et Fr. sponsos. Epithalamium.* « Cum animadverterem superiori tempore, magnifici viri et cives spectatissimi ... », f. 55-56.

11. Guarini Veronensis, *de Auripelle poeta incipit feliciter.* « Volui saepenumero animosi mores hominis ad te perscribe» re ... », f. 56-67.

12. —— *pro illustri ac patritio viro Georgio Lauredano funebris oratio.* « Maxima pars, hodierno die, fortis» simo viro Georgio Lauredano ... », f. 67-78.

Georgius obiit in bello contra Turcas, a. 1421. Oratio, itale versa, falso ab Hieronymo Ascanio Molin Leonardo Iustiniano tributa, exstat in *Orazioni di patrizî venez.* Ven., Pepoli, 1795.

13. —— *epistola doctissimo viro Poggio secretario apostolico.* « Ex hiis litteris quas nuper tum ad me tum » ad alios dedisti ... », f. 78-84.

Auctor laudat Petrum Lauredanum Georgii fratrem, Turcarum apud Gallipolim a. 1416 victorem. Lauredani de re epistolam vide in *Muratori, rerum it. scriptt.,* XXII, 991.

14. —— *oratio in obitu Blancae Pisanae,* f. 84-90.

15. —— *prooemium in municipales Vincentinorum leges.* « Divina saepius opera contemplanti mihi, hominis » ipsius venit in mentem ... », f. 90-94.

Praeit reapse operibus impressis: *Ius civile vincentinum.* Venetiis, 1539 — *Ius municipale vicentinum.* Venetiis, 1567 — *Ius municipale vicentinum, cum additione* ec. Vicentiae, 1628 — Ibi, 1706.

16. —— *in Kirikinum et Tobiam sponsos epithalamium.* « Scio Kirikine et Tobia adolescentes... », f. 94-96.

17. Andreae Iuliani cl. v., *oratio pro Manuelis Chrysolorae funere.* « Si quis vestrum est, viri doctissimi, qui forte admire» tur ... », f. 96-108.

Editam legimus in *Raccolta d' opuscoli.* Venezia, 1741, t. XXV, p. 323-338.

18. Guarini Veronensis, *epistola clarissimo iurisconsulto Madio.* « Quanta me benivolentia et caritate usque a puero con» templaris ... », f. 113-115.

19. —— *epithalamium in Silvestrum Landum et Floram sponsos.* « Maximum me diu tenuit desiderium, Sil» vester amantissime ... », f. 123-124.

20. Francisci Barbari, *apologia de rerum graecarum disciplina et earum interpretatione, ad Laurentium monachum, cretensem cancellarium* [titulo graece et latine dato]. « Si bene va- » les . . . . Pridie kal. quintiles litterae tuae mihi redditae » sunt . . . », f. 125-138.

21. —— *laudatio in Albertum Guidalotum, cum ad suscipienda virum consultorum insignia, eum dignissimum gymnasiarchi nomine declaravit.* « Antequam ea quae ho- » dierno die fidei meae commissa sunt dicere instituo . . . . . », f. 138-143.

22. —— *pro insigni v. Ianino Coradino suo epitaphios logos, idest funebris oratio.* « Vererer, patres optimi » ac sapientissimi viri, ne ab hoc laudationis officio . . . . . . », f. 143-147.

23. Guarini Veronensis, *oratio ad clariss. virum Natalem Donatum, praefect. praesidii veronensis.* « De tempore, vir ma- » gnifice, quo in nobis regendis ac protegendis . . . », f. 149-150.

24. —— *filius pro patre, ad excelsum dominum mantuanum.* « Inter acerbissimas calamitates meas luctuo- » samque fortunam . . . », f. 150-152.

25. —— *oratio ad excellentissimum virum ac magni ductorem Franciscum de Vicecomitibus, cognomento Carmignolam, insignem comitem Castrinovi.* « Plerique sunt, comes » insignis ductorque magnifice, qui res et facta veterum . . . », f. 152-164.

26. —— *epistola illustri adolescenti Lodovico de Gonzaga.* « Hesterno vesperi Iacobus Tertius et homo clarus » et strenuus . . . . . Ex Montorio, V idus iunias », f. 164-169.

27. —— *epistola cl. v. ac dulcissimo praeceptori Iohanni Chrysolorae.* « Proximis diebus, cum maestissimus » e Constantia nuntius de suavissimi patris [tui] obitu . . . . Ex » Venetiis, oct. kal. sextiles », f. 169-179.

Epistolam consolatoriam legere est in *Raccolta d' opuscoli.* Venezia, 1741, t. XXV, p. 297-313.

Animadvertendum puto passim in codice fragmenta occurrere vel orationum, vel epistolarum sine nomine, quae Guarinum auctorem revelant.

Cod. 252 membr., saec. XV, a. 240, l. 168 [L. XI, XC]. Mr.

I. Petri Barrocii, *patricii veneti, pro Francisco Scledo vincentino, eorum qui iura Patavii discunt rectore, cum in magistratus fine, civilis et pontificii iuris insignibus donaretur oratio.* « Cum tantum virorum clarissimorum silentium in me conver- » sum video . . . », f. 1-12.

Auctor [Belluni episcopus a. 1470, Pataviii a. 1488, vita functus est a. 1507] non vitam tantum et gesta viri laudati, sed et historiam familiarum Scledae et Trissinae qua ei cognatae, fuse a. 1460 excutit.

II. Eiusdem, *cum civili iuri operam daret, pro Christophoro Mauro Venetiarum duce, quo die Ioanni patruo, bergomensi prius antistiti, postea Venetiarum patriarchae, Venetias venienti, obviam cum senatoribus et urbe profectus, eum castellum usque deduxit* [a. 1466]. « Si unquam tempus ullum fuit, patres, quo in » hac urbe . . . », f. 12-32.

III. Eiusdem, *iam quinquennio iuri civili operam dantis, in morte* [a. 1466] *Ioannis patrui, pro se proque tota familia, ad Paulum II pont. max.* « Multis saepe calamitatibus atque » aerumnis affecta est familia nostra . . . », f. 32-47.

IV. Eiusdem, *in funere* [a. 1467] *Antonii Roicelli* [Roselli], *aretini, iurisconsulti doctissimi, et in patavino gymnasio publici ecclesiasticarum legum interpretis oratio.* « Valde vereor, pa- » tres, ne quantum mihi hodierno die . . . », f. 47-59.

Io. Ant. Vulpius orationes primam, alteram et extremam publici fecit iuris in opere Aug. Valerii : *De cautione adhibenda in edendis libris* [Patavii, 1719, p. 111-182], ex hoc *codice* [nunc nostro] *membr. eleganter scripto, adhuc inedito, quem nobis suppeditavit vir eruditissimus, atque humanissimus Petrus Catharinus Zenus, Apostoli frater, cler. regul. congr. Somaschae.* Sic editor.

Cod. 253 chart., saec. XIX, a. 280, l. 194 [Ris. LXXXII]. N.

I. Ioannis Boccaccii, *vita Francisci Petrarchae.*

Exemplum ex codice miscello [L. XIV, CCXXIII] sumpsit

sua manu Iacobus Morelli notisque instruxit, ut ederet; quod tamen non praestitit, etsi anno 1817 opellae minime absolutae titulum parasset: *Commentariolus de vita Francisci Petrarchae, eo adhuc vivente conscriptus, auctore Ioanne Boccaccio, antehac ineditus.* Commendabili antecessoris mei satis desiderio fecerunt Dominicus Rossetti in *Petrarca, Giulio Cesare, Boccaccio. Illustrazione bibliografica* [Trieste, 1828, p. 313-336] cum versione itala; nec non marchio Valory, cum praefatione, gallica versione et notis, in *Document historique de Boccace sur Pétrarque. Manuscrit de la Bibliothèque de saint Marc de Venise* [Avignon. 1851, p. 77, 8.°].

II. Iacobi Morelli, *studia in anecdota quaedam de Francisco Petrarcha.*

a. Dondii, *epistola Io. de Aquila, de obitu Fr. Petrarchae.*

b. —— *sonetto sul sepolcro del Petrarca.* Utrumque publici iuris fecit Barthol. Gamba inter Epist. septem variae eruditionis (1).

c. Ioannis Boccaccii, *de vita Francisci Petrarchae.* Edidit Dominicus Rossetti in *Fr. Petrarchae opera minora* [Mediolani, 1834, III, p. 47-63] cum versione itala e regione.

Ea tamen studiorum potius rudimenta appella, quam operis bene digesti materiem.

Cod. 254 chart., saec. XVIII, a. 250, l. 183 [Ris. CXXIII].

De vita et rebus gestis Bessarionis, cardinalis nicaeni commentarius [auctore Aloysio Bandino]. Romae, 1777, p. 167, 4.°

Adduntur passim schedae num. 25, quibus ditiorem notarum segetem Iacobus Morellius sua manu inscripsit, emendationis et ampliationis commentarii eiusdem curandae gratia.

Cod. 255 chart., saec. XVIII, a. 290, l. 210 [L. XI, CXXXV].

Oratio in funere Aloïsii Grifalconii, ad Io. Mariam Pisaurum Paphi episcopum reverendissimum. Venetiis, M.D.LV. « Ho-

(1) *Operette di Iacopo Morelli.* Venezia, 1820, II, p. 289-290, 310.

» mines universos ad imaginem et similitudinem Dei maximi » conditos . . . ». Folia octo.

Auctor f. Sixtus Medices, venetus, Dominicanus praeconium Aloisii Dragani, serius Grifalconii, viri humaniorum litterarum cultu praestantissimi, Pisauro nuncupat.

Opellam iam editam sic in codice manu imitatus est saeculo proxime elapso amanuensis, ut typis datam putes. Sub fine lego: *Egregio optimoque viro clarissimo Iacobo Grifalconio i. u. d. eius intimo atque unico amico Thaddaeus de Iacobis d. d. d.*

Cod. 256 chart., saecc. XVI-XVIII, a. 315, l. 220 [L. XIV, CV]. X.

I. *Testamentum Thomae Philologi Rangoni, Ravennatis, phisici, equitis, manu aliena exaratum,* 10 *augusti* 1572. « Ri» voalti. Ego Thomas philologus Rangonus Ravenna phisicus, » eques, corde semper toto meo, mente semper tota mea, viribus » omnibus meis . . . », f. 1-28.

Folio 27 sub fine, testator manu propria: « Ego Thomas » Philologus Rangonus Ravenna, physicus, eques scribere feci » suprascriptum meum testamentum per unum filium meum, » cui de verbo ad verbum dictavi hanc meam voluntatem ulti» mam, cum non valeam ego mea senili aetate, et pravissimis » indispositionibus quibus langueo, illum ipsum manu mea pro» pria scribere. Nec potui minus id scribere facere uni notario » veneto, iuxta leges, stante eius longitudine. Quam post scri» ptam legere volui a principio usque ad finem, ut viderem si » ordinate scripta fuissent. Quod MEVM TESTAMENTVM ET » VLTIMA MEA VOLVNTAS VOLO VALEAT et sit roboris » illius et vigoris, ac si manu mea propria fuisset scripta, aut » facta fuisset manu notarii veneti, iuxta leges, corroboratione» que maiori huius meae voluntatis. Scribere feci exemplaria » alia duo ultra praesens, similia, quod dabo in manus d. Bal» thassaris Fiume notarii veneti, cum testium praesentia, cum » subscriptione ad unguem huic similem. Et exemplar unum » sigillatum scrinio deponam meo, sigillo signatum meo. Et al» terum simile capsa alba reponam. Quam cedulam, testamen» tum et ultimam meam voluntatem volo, quando si placuerit

» Deo altissimo, et me ad ipsum revocaverit, relevetur in vim » publici et autentici testamenti; iuxta leges et mores istius » bene institutae reipublicae, quam Deus in aeternum conser» vet, cui commendo gubernatores et dispensatores SAPIEN» TIAE MEAE D. Thomae Apostolo, Salvatoris, die Mercurii » XXVIII augusti 1577. Indictione quinta ». Documentum hoc praesentatum est die 18 febr. a. 1727 decem *Savi sopra le decime in Rialto.*

Nota pompam prorsus singularem qua exsequias sibi parari iubet. Plura in contextu occurrunt quae in historiam artium pulchriorum amplificandam conferunt.

II. *Eiusdem testamenti exemplum desumptum ex exemplari quod asservatur in archivio ecclesiae parochialis et collegiatae s. Iuliani Venetiarum, anno* 1784, f. 29-102.

Sub fine Ioannis Vignonus q. Hectoris, Venetiarum notarius, testatur exemplum, cum originali concordare, 8 augusti 1614. Hoc autem Vignoni exemplum, unde praesens desumptum, habet codex qui sequitur.

Cod. 257 chart., saecc. XVI, XVIII, a. 310, l. 215 [L. XIV, CCLXXXII].

I. Eiusdem, *testamenti exemplum ut codice praecedenti,* n. II.

Praeest fol. 1-2 epistola Iacobo Morelli, qua Camillus Spreti [Ravennae, 20 aug. 1812] Rangonii notitias sibi praeberi desiderat, illius gestis, quod sibi proposuerat, enarrandis. Eapropter plura in epist. ac fol. 63-67, manu Morelli, in rem congesta.

II. *Bibliotheca linguarum omnium publica Thomae Philologi Rangonii Ravennae, equitis physici.* « Homo homini Deus. » Tentata diu frustra, inanique labore ante turpe haeresum, ar» mis, ferro, et igne praepotens regnum Leonis X... », f. 68-74.

Pars testamenti qua Thomas Philologus bibliothecam *Venetiis, merceria maiori, celebriori urbis loco, qua luce quaque transeunt hominum mille millia, in microcosmi perenne ornamentum et commodum construere et donare decrevit.* « Ematur » et comparetur statim, et illico quam primum possit et valeat. » post obitum meum a commissariis executoribus apotheca seu

» locus inferior, i. terrenus, cum camera seu cubiculo in merce-
» ria reali, seu maiori, lucida insigni conspectu idoneo, et loco
» ad lumen et risus claritatem congruo, ampliori et capacio-
» ri .... ». Adduntur *supellectiles bibliothecae*, quo nomine veniunt obiecta cuiuscumque generis quae in musaei ornamentum hodiedum cedunt. Apographum hoc cum aliis ex testamento fragmentis datum est anno 1577.

III. *Idem bibliothecae a Thoma Philologo institutae documentum, saeculi XVI*, f. 84-127.

Quaedam ex testamento desunt, quaedam uberius data sunt. Inter suppellectiles numerantur: *imagines ac statuae — iconia seu stemmata — instrumenta — corographia depicta — cosmographia macrocosmi impressa — cartae provinciarum, insularum, urbium — chorographia microcosmi impressa — sacri ac theologici libri latini — mathematici latini et vulgares — humani latini — logici latini seu dialectici — philosophici latini — legum — astronomici libri — cosmographia vulgo impressa — astrologici, phisionomi — chiromantici, geomantici et similes divinatorii — medici latini — vulgares*. Cum impressis ad a. 1560, manuscripti plures cohaerent. Hic loci animadvertendum occurrit, biblioth. institutione penitus neglecta, ea volumina Cappucinor. biblioth. in Iudaica fuisse adscripta; plura, praesertim medica, a Iacobo Morellio a. 1770 ibi recensita; quaedam tantum, monasteriis initio huius saeculi abrogatis, in Marcianam ingesta.

IV. *Exemplum diplomatis quo Maximilianus II, rex Romanorum, Thomam Rangonum, sacri romani imperii comitem instituit, privilegiis additis tabellionatus exercendi, nothos legitimandi, sex auratos equites ac totidem nobiles singulis annis creandi, doctores renuntiandi* ec. *Datum anno* 1572. « Noverit integritas
» tua caesaream maiestatem nostram tuis bonis operibus no-
» tam ... », f. 128-130.

V. *Statuta Palatii Ravenna Patavii, a magnifico et generoso domino Thoma Philologo ravennate, physico equite vivente conditi et fundati, Paduae, anno* 1542. Venetiis, Io. Gryphius excudebat, 1569, folia 16.

Liber hic impressus additus est, quod fundator fusius in testamento de eo collegio pertractet.

Cod. 258 chart., saec. XVI, a. 292, l. 205 [Z. L., CCCCVIII]. E.

Libri decem vitae, morum, rerumque gestarum [1334-1418] *Caroli Zeni veneti, ad Pium secundum pontificem maximum, Iacobi* [Zeni] *feltrensis et bellunensis antistitis.* Prooem.: « Glo» riosa sanctitatis tuae ad sublime pontificatus maximi... »; textus: « Qui venetae urbis originem incrementaque tradide» re... ». Folia 100.

Ex ms. codice seminarii patavini primum protulit Muratorius in *Scriptt. rer. ital.,* XIX, 197-372, non ita tamen ut nostrum ex integro repraeesentet. Haec enim sub fine desunt in oratione: « Persolutis igitur demum quae exigere eiuscemodi » munia solent officiis sacrisque ceremoniis, princeps patresque » paratis sedibus considentes Leonardum Iustinianum, cui decre» tum esse laudationis munus antea memoravimus, luculenter et » elegantissime perorantem intentis animis arrectisque ac stu» diosis auribus iocundissime audierunt. Quippe is vir erat qui » etiam horridas incultasque mentes permulcere dicendo facile » poterat: eius autem funebris laudationis unicum est, maxi» mum et amplissimum munus, quam et nos saepenumero legi» mus et celeberrimam apud omnes totoque passim orbe vulga» tam, sua quoque, pro laudantium officio, gloria, ut quidem par » erat, haudquaquam nudatam esse cognovimus ». Orationem hanc Venetiis dictam octavo idus maii a. 1418 in aede Mariae Caelestis Venetiis, quae in nostro codice, legimus in editione: non aeque tamen epistolam Petri Pauli Vergerii ad Carolum de Victoria contra Bucicardum: « Si te certius coram visurus ocu» lis fuissem quam absens animo ... » [quod Muratorius alibi edidisset], ut et reipublicae Venetiarum ad Ludovicum regem Hungariae datam in campis Clugiae, primo martii 1380: « Quid » agas ut videas de nullo confisa ... ».

Vitae compendium itale, recte annotat Muratorius, dedit Hieronymus Diviacus ex codice seminarii patavini, quod anno 1591 Bergomi prodiit.

Cod. 259 membr., saec. XV, a. 244, l. 165 [L. X, LXXXV]. X.

Commentariorum secundi anni de gestis Scipionis Picinini, exercitus Venetorum imperatoris, in Hannibalem Sforciam Mediolanensium ducem, ad serenissimum venetae reipublicae principem Franciscum Foscari, per clarissimum historicum et poetam laureatum Porcellium neapolitanum. Libri novem. Prooemium: « Antheum gigantem ab Hercule Iovis et Alcmenae filio apud » Libiam .... »; narratio: « Cum a sapientissimo Venetorum » legato et patricio viro Francisco Georgio ... ».

Opellam protulit Muratorius tomo XXV *Rerum ital. script.* titulo magis explicato: *Commentaria rerum gestarum a Iacobo* [Scipione] *Picinino a. MCCCCLIII, qui fuit secundus belli inter Venetos et Franc. Sfortiam Mediolani ducem, auctore Porcellio poeta et scriba Alphonsi I, utriusque Siciliae regis, nunc primum in lucem prodeunt ex manuscripto codice membr. excellent. viri Marci Fuscareni equitis et procuratoris s. Marci.* Modo codex noster, folior. 68, idem ille est de quo in prooem.: « Latebat ille » codex, uti denique mihi innotuit, in selecta biblioth. quam sibi » Venetiis paravit excellentissimus et eximius vir Marcus Fuscarenus, eques et s. Marci procurator, non editis tantum sed et » manu exaratis libris copiose instructam. Eundem codicem ab » humanissimo viro precario petere atque impetrare idem fuit. » Erat is in membranis scriptus, picturis atque auro ornatus, » ita ut idem videatur, qui Francisco Foscari Venetiarum duci » ab ipso Porcellio oblatus fuit ». Defert reapse ducis insignia cum leone cubante ac litteras librorum initiales minio et auro obductas. Rite miror pretiosum volumen eodem saeculo ad Amedei Svaieri bibliothecam translatum.

Editum exemplum cum manuscripto conferenti quaedam occurrunt a Muratorio vel immutata, vel neglecta, cuius rei exemplo sit annnorum nota sub fine codicis: *Anno a nativitate Domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo quarto,* ab eo missa.

Qui fuerit Porcellius, quot ingenii sui testes libros post se

reliquerit abunde satis indicarunt Sabellicus, Montfauconius, Blondus, Apostolus Zeno, Muratorius, Quirinus.

Cod. 260 membr., saec. XV, a. 150, l. 102 [L. XI, CXXXIX]. D.

Bernardi Bembi, *in funere Bertholdi marchionis Estensis, pro illustrissimo dominio Venetorum imperatoris terrestris exercitus in Turcos, oratio incipit.* « Iam non ego cogitabam, non » iam miser animum inclinabam ... ».

Oratio vertit utriusque, tum laudati, tum laudatoris honori. Illum enim fortiter in praelio a. 1463 occumbentem condiscipulus et amicus pingit eloquenter: « Urbem Corinthi in summo » inaccessibilis montis sitam, quam nullus superiori tempore im» perator, praeter L. Mummium consulem, alio telorum genere, » quam conviciis et imprecationibus, lacessere potuit; non ipse » Epirotarum rex, non Baiazetes huius Mahometi proavus, non » is denique Mahometus perditissimus tyrannus, etsi quingen» tis millibus hominum imperaret; iste quingentis dumtaxat ar» matis militibus, eousque per angustissima viarum conscendit, » tentoria fixit, vexilla erexit, quo nec ab ipsis posse capreis » reptando perveniri quivis facile indicare potuisset. Inter tan» tas rerum angustias, et totius status nostri momentaneam » conditionem vel maxime enituit Bertholdi nostri virtus; aliis » enim trepidantibus egentibusque consilio, ipse tamen impavi» dus, infatigabilis, intentus, exhortatione, opera, celeritate, » maenia, iam arcis tormentis magna ex parte prostraverat; ut, » nisi detracta paulisper ad respirandum galea, detestandi lapi» dis ictus caput illi secundum aurem percussisset, illa dies, illa » inquam dies rebus venetis certissimam et nullis antea saeculis » auditam victoriam peperisset ».

Codex, fol. 40, belle, non emendate, exscriptus est.

Cod. 261 membr., saec. XV, a. 260, l. 180 [L. XIV, IV]. X.

I. Bartholomaei Coleonii, *bergomensis, capitanei generalis reipublicae Venetiarum, testamentum authenticum, cum rubricis seu indice in fine,* f. 1-22.

Testamentum sectionibus septem super octoginta condit *Colionus*, sana mente, corpore autem langueus *in loco de Malpaga episcopatus Pergami, in Rocheta ipsius loci, in camera cubiculari* ipsius, *die Veneris vigesimo septimo mensis octobris anni* 1475.

II. Eiusdem, *codicillum*.

In eo, sectionibus quadraginta quatuor distributo, condito autem *die ultimo mensis octobris, ante decem, inter nonam et decimam horas* eius anni, actum de ingenti pecuniae vi reipublicae venetae legata, de statua equestri in platea d. Marci in eius honorem erigenda, ac de aliis.

Habes sub fine *exemplum partis captae in excelso consilio decem cum additione die decimo iunii* 1476. « Dum ex tribus » magnificis dominis sapientibus deputatis super haereditate » illustr. q. Bartholomaei de Colionibus ab ill. dominio Venetiarum, unus teneret testamentum cum codicillis invalidum » esse, alii autem duo tenerent testamentum validum esse et ad » unguem observari; vadit pars quod libertas suprascriptorum » trium sapientum declaretur circumscriptam et limitatam esse » super executionem dumtaxat dandam aut non dandam reliquis legatis et rebus nondum declaratis aut decisis, aut ali» quibus eorum, sicut per iustitiam visum fuerit. Et nullo modo » per eos aut opiniones suas revocetur in dubium validitas te» stamenti, semel iam validati per hoc consilium, iudicati et in » bona parte missi in executionem ».

Titulum exornant littera initialis et insignia gentis Colleoniae picta; operculum vero authenticum verba auro expressa: TESTAMENTVM ILL. ET EXCELL. DD. BORTOLAMEI DE COLIONIBVS.

Cod. 262 chart., saecc. XVI-XVII, a. 223, l. 150 [L. XI, XVIII].

I. *Oratio in funere Benedicti Pisauri imperatoris*. « Si omnes » ita natura comparati sumus, Leonarde F. L. princeps clarissime... », f. 1-4.

Auctor, Gabriel Maurus patritius venetus, laudat coram duce Leonardo Lauredano Pisaurum procuratorem s. Marci, sum-

mum classis maritimae in Turcas ducem, qui, sibi a senatu potestate facta in patriam redeundi, alvi profluvio correptus, a. 1503 occubuit.

Editam legimus a Bernardino de Vitalibus, Venetiis anno 1503; ab academia *della fama* veneta in *Orationes* 1559; itale in *Orazioni de' Veneziani*. Venetiis, 1795.

II. *In funere serenissimi Venetiarum principis Leonardi Donati oratio, viri nobilis d. Aloysii Sanuti. Venet., M.D.C.XII XVI cal. augusti.* « Magnum opus aggreditur, ill. et excell. pa» tres, ... atque arduam suscipit provinciam ... », f. 5-16.

Praeit duplex epigramma, cum insigniis ducis diagrammate expressis. Orationis forma et stylus auctoris sententiam late confirmant, se *neque aetate, neque ingenio, neque auctoritate* valere.

III. *Oratione sincerissima fatta da un humile et affettuoso servitore della Corona di Francia al, per se stesso, pio, giusto, magnanimo e christianissimo Ludovico XIII, re di Francia, stampata in Macerata, con licenza de' superiori, l'anno* 1635. « È capitato qui in Italia il manifesto della Maestà vostra... », f. 22-40.

Cod. 263 membr., saec. XVI, a. 234, l. 165 [L. X, XLVII]. X.

Thaddaei Vulpiensis, gesta militaria intra quadragesimum quartum eius aetatis annum a fratre collecta. « Thaddaeus frater » ex nostra Vulpiensi antiquissima familia Imolae ortus ... »; finit: « ....., ceterique eorum exemplo, studio militari magis » proficerent ... ».

Auctor, Ioannes Bapt. Vulpiensis, ecclesiae imolensis praepositus, anno circiter 1520, Thaddaeo vivente, opellam exaravit ac duci veneto, uti liquet ex unico epistolae dedicationis fragmento in codice, dicavit. Gesta capitulis novendecim excutiuntur, ut et in codice proxime sequenti ad quem tamen, qua serius oblatum et rerum enarratarum amplificatione magis habendum, de tanti viri egregie praestitis erudiri cupidum remittimus.

Codex, folior. 33 tereti membrana exscriptorum, pictura in titulo ac capitulorum argumentis auro obductis conspicuus est.

Cod. 264 membr., saec. XVI, a. 238, l. 160 [L. X, CCXCIV]. D.

Io. Bapt. Vulpiensis, *commentarium gestorum militarium Thaddaei equitis, eius fratris, infra octavum et quinquagesimum suae aetatis annum, ad invictissimum senatum venetum.*

Thaddaeus Vulpiensis, armorum dux praestantissimus, Octaviano Riario, ex dominis Fori Cornelii et Fori Livii, institutore annis 1498-1499, meruit a. 1504 sub Valentino Borgia, quocum, in occupatione Faventiae, oculo orbatus est; ac serius sub Iulio pp. II. Magister equitum a Venetis a. 1509 conductus, venetas copias ad Abduam et prope Bononiam a caede redemit, Patavium et Stellatam recepit, Arcoli et Brixiam defendit, Mirandulam expugnavit. Sorte eius sub Alviano inclinata, Gradiscae captivus cum Rainerio Bovariae comite, a Caesareis mutatus est. Statim ac die 19 ianuarii a. 1534 Venetiis decessit, frater Io. Baptista, opellam, iam Andreae Gritti duci in codice superiore oblatam, eodem capitulorum numero et ordine rhetorice amplificatam, senatui veneto dicat, petens ut *defunctum modo, vestris in oculis fratrem, tam de republica vestra benemeritum ducem, digno vobis largientibus ac cunctis saeculis memorando funere efferri publice* mandet. Quod egregie praestitum, cum statua Thaddaei equestris ligno exsculpta ad d. Marinae poneretur cum titulo. Qui titulus, statua a. 1810 diruta, claustri seminarii patriarchalis Venetiarum parieti affixus servatur (1).

Prooemium excipit exasticon Antonii Belloni utinensis, ut finem epistolium auctoris ad lectorem. Quamvis opusculi pars potissima publici facta sit iuris (2), quae Iacobus Morelli de eo annotavit refero: « L'opuscolo è inedito e degno di essere » stampato, singolarmente per la verità delle notizie che pre- » senta. Lo sarebbe ancora più, se vi fosse la continuazione del- » le altre cose da Taddeo operate sino al suo morire ».

(1) V. Cicogna, *Iscrizioni*, I, 334; IV, 676; V, 630-632.

(2) *Di Taddeo della Volpe celebre condottiero delle venete armi. Cenni storici novellamente compilati da un oriundo imolese.* Bologna, 1868, p. 37, 8.°

Cod. 265 chart., saec. XVII, a. 192, l. 145 [L. XI, LI]. F.

Prosae orationes et carmina Brixiae rectoribus Io. Baptistae Fuscareno praetori et Ant. Mocenigo praefecto, pro re bene gesta.

a. Odasil de Odasiis, *Io. Bapt. Fuscareno panegyricus dictus anno MDXIX.* « Quanquam de tuis laudibus hodierna mihi lu- » ce dicturo in primis laetandum . . . », f. 5-19.

b. Angelo Rechiadeo. *All' ill. sig. Antonio Mocenigo, per il felicissimo governo suo nella prefettura di Brescia, affettuosi compimenti.* « La bella, vaga e maiestosa pompa de' trionfanti » allori al tuo gran Mocenigo eretti . . . », f. 21-28.

c. *Academiae brixiensis inscriptiones et carmina Fuscareno et Mocenigo rectoribus, nuncupante Iuliano Marzoli* [Brixiae, 10 aug. 1619], f. 1-4, 29-35, 37-54, 57-74.

Marzolium, diu in patria humaniorum litterarum praeceptorem, laudat Leonardus Cozzando in *Libreria bresciana.*

Cod. 266 membr., saec. XV, a. 205, l. 130 [L. XI, LII].

Oratio Omniboni Leoniceni in privato examine Petri Foscari, protonotarii apostolici et primicerii sancti Marci Venetiarum, in iure pontificatus. « Non mea me facultas, rever. antistes. » . . . . . sed expectatio vestra . . . ».

Sub fine, fol. 9: *Pronuntiata Patavii, plena concione, in aedibus pontificiis, pridie kal. sept. anno salutis MCCCCLIIII.*

Orationem, codd. quoque [L. XII, CXLV; XIV, CCXXXVI] occurrentem, publici iuris fecerunt **a.** sacerdotes Leonici *ad fidem codicis Bartolliani,* titulo: *Oratio in laudem familiae Foscarae.* Leonici, 1855, 8.°; **b.** Antonius Antonelli Venetiis, a. 1863, qua occasione Aloysius Bontà Filetto *sacrorum procurationem divi Simeonis prophetae Venetiarum solemniter* suscepit.

Codex praestat et scriptura concinne exarata et littera initiali diagrammate splendidiori auropicta.

Cod. 267 chart., saec. XVII, a. 153, l. 108 [L. XIV, CXCIII]. Z.

Lucretii Tafuri, *centum elogia anagrammatica eruta ex immortali nomine illustrissimi domini domini Petri Michaelis, patritii veneti, vatis celeberrimi.* « Torquati rediviva tuo stat pe- » ctore virtus — Si modo Pythagorae dogmata vera forent... ». Folia 30.

Belle unaquaque pagina distributa sunt anagrammata centum, repetito singulatim *Dominus Petrus Michael*, vel *Michaele*, vel *Michaeli*, vel *a Michaele*, vel *e Michaele*, vel *de Michaelibus*.

Petrus Michael [Michiel] Antonii filius ita poesi saeculo dimidio decimoseptimo praestabat ut nomine *Cigno d'Italia* tunc appellari mereretur. Venetiis, in societatem *degli accademici incogniti* adscitus edidit *Rime* — *Arte degli amanti* — *Benda di Cupido* — *Flauto* — *Polifemo* — *Epistole eroiche e amorose*, pluraque alia. Anno 1645 comes Pagi in Dalmatia, obiit Muriani.

Cod. 268 membr., saec. XVII, a. 336, l. 234 [L. X, CCCLIII]. D.

Ioannis III regis Poloniae diploma, quo Nicolaus Cavanis, legationis venetae apud eum secretarius, Iacobus nepos, et fratres ac haeredes legitimi creantur comites, die 27 *novembris* 1684.

In meditullio diplomatis insignia data pinguntur sic descripta: « Portabunt antiqua domus suae stemmata, in campo » videlicet caeruleo montes tres quorum in medio eminentior » ceteris esse debet, atque super se canistrum positum habet, » repletum herba viridi super qua columba alba substinens ci- » bum inibi quaerit; ab utraque parte ex adiacentibus montibus » singulae cypressus eminent: supra scutum galea aperta coro- » nata conspicitur, fasciis hinc inde caerulei et aurei coloris cir- » ca campum dependentibus. E corona autem galeae eminebit » clypeus noster regius inter duas palmas corona regali insi- » gnitus ».

Diploma idem Nicolaus obtulit magistratui veneto super feudis die 17 decembris anni 1695, dignitati comitalis confirmandae gratia. Proinde eiusdem magistratus decretum diei 6

maii 1698 exstat in codice, quo data Iosepho et Scipioni filiis quondam Iacobi facultas ea dignitate fruendi.

Cod. 269 chart., saec. XIV, a. 226, l. 170 [L. X, CCLXXXVII].

I. *Liber chronicorum sive memoriale temporis de factis in Marchia et prope Marchiam tarvisinam. Libri duodecim.* « Chro- » nica facta Marchiae tarvisinae si cura diligenti recogito... », f. 2-187.

Haec Rolandini chronica ex veneta editione anni 1636 protulit Murat. in *Scriptt. rer. ital.,* VIII, 154-360, additis tamen emendationibus codicis Estensis cum duobus Ambrosianis collati. Praeeunt prooemium et index, ut in editis. Pauca quaedam desunt, vel foliis excisis, vel capitulis omissis, quod extremum notavi libro duodecimo.

Auctor Paduae natus a. 1200, Bononiae eruditus a. 1220, serius in patria notarius, historiae expoliendae a. 1260 manum admovit, a. 1276 obiit.

II. *Nomina omnium potestatum, consulum, seu rectorum civitatis Paduae.* « MCL. Consules rexerunt Padue. Fere tota ci- » vitas hoc anno combusta fuit... », f. 187-195.

Duplex regiminum Paduae series, tum quae ab Osio, tum quae ex codice ms. Ambrosiano oblata est a Muratorio post Rolandinum, c. 366-398. Animadvertendum tamen seriem Ambrosianam ad annum 1364; codicis nostri ad 1319 pertinere; ambos saepius inter se differre vel annorum supputatione, vel textus amplitudine.

Cod. 270 membr., saec. XIV, a. 262, l. 195 [Z. L., CCCCI]. B.

I. Folio 1 *verso* usque 2 *recto,* quaedam referuntur quae ad historiam Patavii annis 1259-1354 spectant. Quaedam exempli causa refero: *MCC.LXXVII. el dito miser mastin fo morto per li zentilomeni da pigozo — MCCCXI. el dito can ueyo aue vicenza el bresano tuto — MCCCXIV. aue la sconfita li padoani in porta sampiro — MIIIXVIIII. el dito* [Can vecchio] *aue moncelexe e MIIIXVIII aue anco lona e zitadella — MIII.XX aue*

el bassanelo e 1323 *aue cividale* — 1340. *fo fato signor miser marsilioeto papafaua de padoa e stete XL di segnor e fo morto per miser Iacomo de cherara e fo ciama segnor miser Iacomo e Iacomin e queli da lozo.*

II. *Plura de Thoberto episcopo ianuensi, cuius consanguineus Bartholomaeus de progenie Balchinia stirpis Thobertinae auctor laudatur.* « Thobertus episcopus quartusdecimus cepit » circa annos Domini millesimum LXV et in episcopatu vixit » annis XIX . . . », f. 3-11.

Nomine *Tobertinae* familiae in *Fracanzaniae* immutato, huius enarratur historia, quam anno 1827 ex hoc codice protulerunt, cum italica versione e regione, Antonius Covi et Nicolaus Scarabello, ob nuptias Fracanzan-De-Manzoni; iterumque Ioseph Pellizzari ob nuptias Grimani-Fracanzan, anno 1856.

III. *Syllabus episcoporum de Padua*: « Petro Prosdocimus » patavinus mittitur almus . . . », f. 13.

Syllabo prope eidem, a Muratorio in *Rer. ital. scriptt.*, VIII, 361-363, edito, sunt addendi *Ottobonus* [Razzi] *placentinus* — *Paganus de la Turre mediolanensis* — *Ildebrandinus romanus de Comitibus*.

IV. *Chronica in factis et circa facta marchiae trivixanae, Rolandino auctore. Libri duodecim*, f. 13-118.

Desunt capitula decimumseptimum usque decimumnonum libri duodecimi; quae membranae defectu desunt in fine, ea codicis principio exscripta sunt.

Codicem Venetias reducem nuntiant sigilla bibliothecae nationalis Parisiorum impressa.

Cod. 271 membr., saec. XV, a. 338, l. 226 [L. X, LXIX].

I. *Liber omnium regiminum civitatis Paduae et etiam aliquorum aliorum factorum tam in Padua quam in aliquibus aliis partibus, ab anno* 1174 *ad annum* 1399. « Iste cronicus liber » memorialis est omnium regiminum . . . . . Anno nativit. . . . . » 1174, ante quod millesimum consules cives Paduae solummodo » regebant Paduam . . . », f. 19-51.

Edidit Muratorius *Antiquarum italicarum*, t. IV; p. 1117-

1168, ex codice Estensi, quo plenior hic est, ad facta plerumque externa quod attinet. Ad textum editum emendandum idem quoque interdum prodest. Sic ad ann. 1200 pro his verbis: *Eo tempore captum fuit Carrocium destructum a Veronensibus*, in manuscripto est: *Eo tempore captum fuit Carturium et destructum a Veronensibus*. Abest narratio raptus Speronellae [de quo cod. 272], a Muratorio edita; ut et membrum narrationis extremum: *Terrae infrascriptae erant subditae romanae ecclesiae* ec.

II. Rolandini Patavini, *de factis in marchia tarvisina libri XII*, f. 53-132.

Titulus ita se habet: *Liber qui dicitur chronica de iis quae facta sunt et quando in Padua, in Verona et in tota Marchia tarvisina, et per Fredericum quondam imperatorem et eius nuntios, et specialiter per Ecelinum de Romano et Albricum fratres, ab eo tempore quo sunt nati usque ad eorum mortem, tam contra romanam ecclesiam et contra marchionem Estensem et amicos ipsorum, quam contra omnes fidei catholicae defensores.*

Elenchus episcoporum patavinorum, qui post Rolandini chronicon a Muratorio impressus, accedit, hisce nominibus absolutus: *Ottobonus de Placentia, Paganus de la Turre, Ildebrandinus de Comite romanus, Pileus de Prata, Helias Ultramontanus, Raymundus Ultramontanus, Iohannes de Henselminis, Ugo de Robertis de Regio.*

III. *Incipit chronica de novitatibus Paduae et Lombardiae facta per dominum Guillelmum de Cortusiis. Libri XI.* « Libera » marchia permanente post mortem illorum de Romano, quidam » Vicentini proditorie . . . », f. 133-191.

Capita septem priora desunt quae Albrigetus Cortusius Guillelmi filius addidit, iamque vulgata sunt. Alia quoque nonnulla desunt, nimirum libro II caput secundum, septimum usque vigesimum quintum; libro XI caput septimum et additamentum ad caput octavum libri XI a Muratorio editum [*Scriptt. rer. ital.*, XII]. Ceterum textus cum edito Venetiis a. 1636 pleraque convenit.

IV. *Incipit liber de generatione aliquorum civium urbis Paduae tam nobilium quam ignobilium, et primo de ipsorum moribus* [auctore Ioanne de Nono], f. 192-224.

Initium huiusmodi est: « Ante dominium Ezerini de Ro-
» mano, et post per aliquod tempus, usquedum Paduani annos
» viginti possidebant, incedebant cum capite discoperto; at illo
» finito tempore, infulas et galeria, foroiuliano more, incipie-
» bant portare, aut capucia cum rostris ante naxonem plus in
» altitudinem quam in deprehensionem tendentibus, interulas
» a lateribus scindi faciebant, et duploydes ex anteriori parte ».
Operis tanquam ab anonymo auctore profecti, quemadmodum et in codice hoc est, fragmenta nonnulli afferant, ac praesertim Muratorius t. II, *Scriptt. rer. italic.* ut et *Antiquitt. ital.*, t. IV. At Ioanni de Naone, seu verius de Nono, opus idem tribuit Ungarellus in chronico ms. paduano, quem alii secuti sunt; ac sub illius quoque nomine fragmentum de Cortusiis, ante horam chronica patavina, anno 1636 vulgatum. Sane de gente a Nono fuse et accurate hic disserit: de se vero inquit: *Simon de Nono desponsavit Iacobam Rolandini de Paulo subtili, et ex ea genuit filium unicum Ioannem nomine, qui desponsavit Dotam filiam nobilis militis Pauli de Dotis olim de Daulis.* Nullum dubium quin ab hoc auctore ipso prodierit *Ultrabrentam liber de aedificatione,* uti ex titulo codicis 276, quamquam hoc opus multo minus quam illud fabulis scateat. Ex Rolandino quaedam in hoc ad litteram translata sunt, ac multa praeterea scitu digna de rebus potissimum medii aevi tradita: Alberti Bibii et Zamboni Andreae de Favafuscis, quem se audivisse auctor affirmat, auctoritate nonnunquam comprobata. Ioannes hic de Nono medio circiter saeculo XIV scripsisse plane videtur: facta vero quaedam, ubi de Carrariensibus sermo est, ad annum 1390 spectantia, quae codici huic insunt, recentiori manu addita fuisse vero simillimum fit ex eo etiam, quod ab alio exemplari [cod. 275] omnino absint. Auctoris opera plura memorat Tomasinus in *Biblioth. patav.*, p. 117, 120, 140.

V. *Romanae urbis pontificum compendiosa descriptio.* « Iesus
» Christus filius Dei vivi in Bethleem nascitur .... Petrus
» apostolus, filius Ioannis de vico Bethsaida ..... »; desinit:
« Martinus III natione gallicus, anno MCCLXXXI eligitur in
» papam .... dissensiones maximae fuerunt in regnis Sici-
» liae et Aragoniae, et in omnibus terris Ecclesiae », f. 225-233.

Qui codicem saeculo XVII.° possederat, haec sua manu fol. 234: *MDCVIII, XXII Xbris. Haec Cronica antiquissima fuit mihi dono data a nobili viro D. Iacobo Doto, filio q. nobilis viri d. Troiani, dum Patavii praefectura fungerer. Petrus Duodo eques et comes, q. Francisci D. Marci Procuratoris filius.*

Cod. 272 membr., saec. XV, a. 338, l. 228 [L. X, XXXIV]. X.

I. *Incipit chronica de prima edificacione Padue et de aliquibus prosperitatibus et adversitatibus Patavorum.* « Secundum ve» rldicorum historiographorum auctoritates invenitur... », f. 1-4.

Historiola Patavii a bello Troiae, per amanuensem a. 1077 intercepta, fabellis undequaque, stylo rudiori, consarcinata est. Fontes unde hausit sic notat auctor: « In historiis invenitur » quod civitates Paduae, Vicentiae, Veronae, Mantuae, Brixiae, » Trivixii et alia loca ab Adda fluvio citra, dictae sunt civitates » Venetiae et Pergamus; ut invenitur in Pantheone [Chronico » universali Gothofredi de Viterbio, saec. XII] et in historiis Al» pherii [Chronico astensi Ogerii Alpherii saec. XIII, cuius quae» dam obtulit Murat. in *Scriptt. rer. ital.*] et Carminiani ». Ubi de certamine inter Graecos et Venetos, de quo T. Livius sub extremo primae decadis, actum, narrat quod Patavini *singulis annis postea, in memoriam tantae victoriae, ludos repraesentationis huiusmodi constituerunt, qui celebrantur et celebrati sunt usque nunc de mense aprilis.* Narrationi colophonem imponit translatio corporis s. Danielis martyris ab ecclesia d. Iustinae ad cathedralem patavinam, per patavinum episcopum Oldericum, a. 1077 habita.

II. *Incipit chronica aliquorum gestorum Padue et in aliquibus aliis partibus Italie — Hedificata fuit civitas Venetiarum anno domini modo et causa statim inferius contenta.* « Anno igi» tur domini nostri Iesu Christi qui est principium, medium et finis omnium rerum . . . », f. 8-9.

Chronicon breve fundationis Venetiarum usque ad annum 994; quod tamen, annorum supputatione, melioris notae chronicis minime respondet. Inserta est narratio raptus Speronellae Dalesmaninae patavinae, quam illustratam retulit Ioannes Brunacci [codicis ante Farsettum possessor] et in *Antichità italia-*

ne a Muratorio, IV, 1119; et in *Raccolta Calogerà,* XLV. Sub fine legitur: « Anno Christi V.° LXXVIII.° Longobardi sub » rege ipsorum Albuino in Ytaliam primo venerunt et occu- » paverunt provintias istas, scilicet Venetiam, Liguriam et » Emiliam, et de hiis tribus unam fecere provintiam, quam » Longobardiam vocaverunt, nos hodie Lombardiam dicimus; » et ibi ipsi steterunt sub rege suo Albuino predicto, donec oc- » cisus fuit ex machinatione Rosimunde uxoris sue; postea sub » regibus aliis multis usque ad Desiderium regem ultimum Lom- » bardorum, et ab eo tempore citra vacavit rex in Lombardia. » Unde autem et qualiter venerunt, et que bella passi sunt, et » qualiter regnum defecit, longum esset enarrare, et ideo in » tempus aliud differatur ».

« Sed anno Christi VII. XLII. Agilulfus rex Longobardo- » rum filius et successor Luprandi regis Longobardorum, qui » imperavit annis VII, dum infestaret ecclesiam et tributa exi- » geret a civitatibus Ytalie, et Patavienses sibi nollent obedire » neque tributa solvere, movit exercitum contra eos et obsedit » civitatem Patavie, et eiecolato igne per magisterium artificum » in domos civitatis, incensa est civitas; propter quod incen- » dium ex una parte civitatis cives fugerunt ad insulas lacuna- » rum venetarum et amplificaverunt habitationes Venecie. Agi- » lulfus vero rex totam civitatem destruxit et muros ac domos » funditus extirpavit; et multo tempore post civitas Patavie » iacuit sic deserta. Nomina vero et progenies illorum qui fuge- » runt longum esset dicere ».

Cod. 273 chart., saec. XVI, a. 308, l. 210 [L. X, CCLXIII]. N.

I. *Incipit liber de generatione aliquorum civium urbis Padue tam nobilium quam ignobilium, et primo de ipsorum moribus.* « Obizo primus nomine Estensis marchio per obitum suum re- » liquit filium unum Azonem [1121] . . . », f. 1-8.

Auctor, Zambonus Andreas de Favafuschis, agit de familiis Estensi, Campi sancti Petri et de Onaria seu Romano.

II. *Incipit chronica de prima aedificatione Patavii et de aliquibus prosperitatibus atque adversitatibus Patavinorum.*

Vide codicem 272.

III. *Translatio testamenti laureati poetae domini Francisci Petrarchae per Lydium Cattum ravennatem.* « Spesse volte pen- » sando tra me stesso . . . », f. 19-20.

Capitula quatuor carminibus italis *[terzetti]* expressa, *de modo et loco sepeliendi eius corporis — de legatis ad pias causas — de legatis ad privatas personas — de haeredis institutione.*

Versionem etsi sensu textum redolentem, fusiori tamen sermone prolatam, anecdotam puto quod in uno Lydii Catti libro *Opuscula* [Venetiis, Ioannes Tacuinus de Tridino, 1502], desideretur. Auctor, iurisconsultus et poeta, saeculo XVI ineunte florens, Bernardinus Gatti seu Catti, *adscripserat sibi Lydii praenomen cum iuveniliter incensus, adamatam quoque adolescentulam, Lydiam ficto nomine appellavit* [Rossi Hieron. *Histor. Ravennat.*, lib. IX, p. 706].

IV. *Quaedam scitu digna de civitate Paduae.* « Padua con- » dita fuit ab Antenore de troiana stirpe post Troiam ever- » sam . . . », f. 28-33.

Annales confusim notati a condita urbe ad annum 1424. In urbe memorantur moenia a ponte s. Leonardi ad monasterium s. Benedicti [a. 1195] — moenia ad sanctum Michaelem [a. 1210] — item a saracinesca [a. 1260] — muri spaldorum reparati [a. 1343] — coepta ecclesia s. Mariae de Purcilia [a. 1214 — erecta monasteria s. Ioannis in Viridario [a. 1221], de Cella [a. 1225], s. Iustinae [a. 1228], palatium communis [ann. 1218, 1306], ac Ubertini de Carraria [a. 1343] — refectae domus combustae in incendio [a. 1291] — Interdictum [a. 1282] — Thesaurus *cum medagiis aureis* inventus in horto domus Dei [a. 1274] — Paduae regimen datum Eccelino de Romano [a. 1237], imperatori [ann. 1311, 1323], Iacobo de Carraria [a. 1318], duci Austriae [a. 1319], Cani della Scala [a. 1327], Marsilio de Carraria [a. 1337], Iacobino et Francisco de Carraria [a. 1336] ec. deque eorum familia passim. — A regimine Paduanorum recedunt Tridentum [a. 1279] et Vicetia [a. 1311] — Padua sibi subdit Abbatiam [a. 1294], Lendinariam [a. 1306], Rhodigium [a. 1308] — Actum quoque de Noventa, Plebe Sacci, Bovolenta, Curtarodulo, Cittadella, Mirano ec.

V. *Alcune memorie e notazioni cavate da un libro vecchio, che fu del sig. Marco Bagaroto nobil padovano, scritte di sua mano come qui appare et prima.* « M. Antonio Bagaroto nasite » adi ultimo mazo 1477 in Padoa, morite adi X decembrio 1555 » in Milano . . . », f. 33-35.

Pleraque de familia Bagaroto, de re annonaria, de rebus exteris.

Cod. 274 chart., 1634, a. 300, l. 210 [L. X, CCXI]. N.

I. *Chronica paduana sapientis Zamboni Andreae de Favafuschis de genere quorundam civium urbis Paduae tam nobilium quam ignobilium.* « Recolentes ne vetustas longaeva aperiat men» tes caligine credentium hominum futurorum . . . . . quaedam » utilia de Patavis concepimus designare . . . », f. 1-38.

Auctor, ciente Marsilio de Aggrapatis (1), chronicon, parvi sane pretii, anno 1335 exaravit, cui serius plura addidere Sicco Polentonus, quaedam quoque librarius huius codicis, qui errores de familia Valeriana, foliis 22-23 exstantes, acrius obiurgat. Familiis, ordine vario distributis ac in aliis exemplis, adduntur a principio earum insignia, spatiis datis pro reliquis. Locum de b. Helena Enselmina, auctori anonimo tributum, protulit Vanzi in *Protogiornale di Padova,* a. 1775, p. 140. Ad finem eadem subscriptio quae in codice antecedenti, num. V. Amanuensis addidit: *D. D. ab. Cass. de Vital. de Pad. Exemplum a. Domini* 1634, *die* 20 *iunii. Tauriliae.*

II. *De antiquitate urbis atestinae, ad Iunium Paulum Crassum patavinum.* Prooem.: « Quoniam saepe saepius, Iuni Paule » Crasse, a me iam tres annos ab te . . . . »; historia: « Ateste » igitur ab Ateste Lycaonis et Laothoes filio conditum . . . . », f. 40-60.

Opellam Hippolytus Angelerius ideo Crasso dedit ut Scardeonii operi *de antiquitate urbis patavinae* ab eo publici iuris faciendo adderet. Quod cum infectum fieret, Petrus Vander Aa

(1) « Iustinianis legibus decoratus Marsilius de Aggrapatis, doctor egre» gius, incitator huius chronicae fiendae . . . », fol. 21.

Origines et gesta enarrantur duarum supra viginti familiarum.

III. *De urbis atestinae primordiis, quae auctor anonimus ex antiqua membrana anni* 300 *itale transtulisse testatur*, f. 41-46.

Eadem quae codice praecedenti, n. V.

IV. *Ex chronica scripta circa ann. Domini* 1420, f. 47-73.

Eadem est opella quam numero I attulimus, his sub fine subscriptis: *Finis chronicae Domini Petri Borromei patavini civis, usque de anno* 1420 *scriptae.* Indicem itale datum haec excipiunt: *Ducato di Moncelese — Signor del castello di Pendise — Signor del Castello di Merendole — Signor del castello di Lozo — Conte di Monte Venereo — Conte di Calaon — Conte di Baon — Conte d'Arquà — Conte del Castel di Cinto.*

V. *Incipit liber de generatione aliquorum civium urbis Paduae, tam nobilium quam ignobilium, sapientis Io. Boni* [Zamboni] *Andreae de Favafuschis*, f. 77-148, 149-205.

Historia plurium familiarum patavinarum anecdota, codice quoque antecedenti obvia, n. I.

Duplex exemplum, in fine subscriptum: *Exactum et completum est Dei favente clementia, opus familiare domesticum, taliter qualiter vulgarizatum claris sermonibus, in quo tractatum est de laudabili memoria quorundam nobilium Paduae, sub anno Domini* 1335, *dominante domino Alberto della Scala, ante quem praecesserunt in dominio dominus Iacobus Grandis de Carraria et dominus Marsilius de Carraria, milites nobiles et potentes.* In altero desiderantur praefatio ac interpolationes posteriores quae primo insunt.

VI. *Chronica veneta annorum* 1576, 1629-1631, *quibus pestis, fames et bellum in Italia desaevierunt.* « Del 1576 fu peste » universale per l'Italia, così nel stato della repubblica di Ve- » netia . . . », f. 211-216.

VII. Ioannis Francisci Forzatè Capitislistae, *heroes domus Transalgardae seu de NN. Capislistaeis.* « 1435. Die Iovis 17 fe- » bruarii, in civitate Basileae, feci notarium et iudicem ordina- » rium Dominum Antonium Bruges . . . », f. 222-276.

Praeest folio maximo arbor gentis Transalgardae patavinae. Auctor, legatus venetus concilio Basileae ann. 1433-1435,

ibi dum esset, historiam et propriam et familiae suae scite exaravit. Viros enim ex ea illustres, connubia, munera, insignia, documenta quaeque, uno verbo, non tantum recitat, sed et auctorum symbolam qui de iis egerunt profert. Plura de se habet fol. 39-40, sic incipiens: « Ioannes Franciscus Capud' Listae, » i. u. d. usque in hunc a. 1434 legit in studio almo patavo annis » 33, scilicet 18 in iure canonico, reliquis in iure civili. Con» currens fuit, magno cum honore, Signorini de Homodeis me» diolanensis, Iacobi de Saliceto bononiensis, Raphaelis Fulgo» sii, Pauli de Castro...... ». Exemplum privilegiorum legitur fol. 263-273, quibus illud addendum quo Sigismundus auctorem die 6 aprilis a. 1434 sacri palatii comitem renuntiat. Foliis 225-228 ea insunt compendio, de quibus ille: « Reperta » sunt hoc loco et tempore annalia domini Antonii de Alexio » iudicis et civis patavi, habitatoris civitatis Verone, scripta » per ipsum 1258, colligendo annalia cuiusdam Iacobi de Arden» gis, sive de Broseminis civis patavi, facta tempore Federici » Barbarossa 1108 et etiam colligendo ea quae scripsit Ziliolus » cancellarius communis Paduae 1196..... ».

Haec omnia puto, saeculo proxime exacto, exscripta ex codice ms. membranaceo quem, teste Ap. Zeno, familia de Capitibuslistae Patavii servaverat, ac hodiedum bibliotheca municipalis patavina, olim *Piazza*.

VII. *Commentaria de genere et nominibus familiae Scardeonae, alias de Carturio. Bernardinus Scardeonius praepositus et canonicus patavinus gentilibus S. P. D.* « Dum assidue et mul» tum die ac nocte intra me cogito quam exiguum et angustum » vivendi spacium... », f. 277-304.

Hanc codicis partem saeculo decimoseptimo possederat Patavii Ioannes Baptista Fichetus. Vide Tomasini, *Biblioth. patav. ms.*, p. 124.

Cod. 276 membr., saec. XIV, a. 263, l. 190 [L. X, XCVI]. Ma.

I. Ultrabrentam, *de aedificatione Pataviae iuxta montem braitidanum et eius nobilitate, libri quinque.* « Quia divinitatis » est omnium reminisci et non humanitatis........ Ex libris

» Sabinae et aliis quaedam vulgaris scriptura edita fuit portae, » cuius ego Ioannes de progenie dominorum a Naone in litte- » rale tema componere laboravi. Nova etiam gesta Paduae ca- » tulique Veronae et mixtim aliorum iuxta posse conscribam ». Finit: « Rex Anthenor in hoc bello percussus super capud, quo » ictu mortuus est. Et Pulus quondam Dardani filius regno Pa- » due coronatus fuit », f. 3-18.

Opus totum nugis ineptissimis constat, quibus Guillelmus Ungarellus aliique nonnulli rerum patavinarum scriptores commentaria sua quandoque inquinarunt. Auctor est idem qui *Ioannes de Naono, Ioannes de Nono* et *Ioannes de Noali* appellari consuevit, cuius exstant fragmenta opellae *de familiis patavinis* codicibus 271, 275. Quae de auctore scitu digna occurrunt, ea codice eodem 69 annotavi. Opus, minime codicem, Bonifacii Papafavae scrimnia asservabant, ex Tomasino (1): « Liber de aedificatione urbis Pataloniae ad *montem braitidanum,* i. e. montem rubeum ». Incipit: *Quia divinitatis est omnium reminisci* ec. Alius est finis: *Nullus igitur de sui status praesumat,* quae propositio in nostro codice nulla est.

II. *Histoire de Atile.* « Apres ce que nostre seignor iesu » crist nasqui e fu penez e mort apostre furent mout esgare... », f. 19-44.

De opere, quod in hoc ipso codice viderat, meminit in opere: *Della eloquenza italiana* (2) Fontaninius, cuius verba, hodiedum quoque eiusdem pretii, libens repeto: « Con questo poema » pella *guerra d'Attila,* scritto [da Nicolò Casola bolognese] in » romanzo comune di Francia, non ha che fare un altro libro » nel medesimo idioma, e non in versi, ma in prosa, il qual » tratta parimente della *guerra d'Attila* e serbasi in Padova » nella libreria de' Canonici regolari Lateranesi di san Giovanni » di Verdara, scritto nel secolo XIV. L'eroe di questa istoria » favolosa è *Panduceo,* mentovato per altro dal Casola; laddove » quello del poema del Casola stesso è *Foresto;* dal qual libro » Bernardino Scardeone trascrisse quanto registra nelle classi

(1) *Biblioth. patav.*, p. 117.
(2) Roma, 1736, lib. I, p. 46.

» XIII e XIV del libro III delle *Antichità di Padova*. Ora en- » trambi i suddetti romanzi, furono la sorgente di tutti i favo- » losi racconti, sparsi dappoi sopra la guerra d'Attila e l'assedio » d'Aquileia, dai quali facilmente si lasciarono gabbare non » pochi autori italiani de' secoli posteriori al Casola, come trop- » po creduli e sforniti d'ingegno critico nella cronologia e nella » storia ». Qui tamen rem penitius perscrutabitur, is fateatur oportet narrationes eiusmodi fere omnes ab unico Casola exortas.

Cod. 277 chart., saec. XVI, a. 283, l. 210 [L. XI, CCXVII]. N.

Chronica de novitatibus Paduae et Lombardiae facta per d. Guielmum de Cortosiis, libri undecim. « Libera Marchia perma- » nente post mortem illorum de Romano . . . ».

Liber primus incipit capitulo octavo, quod desint additamenta Albrigeti, nec habet secundum usque vigesimum quartum secundi libri quae Zenus Muratorio comunicaverat.

Nomen suum bis Io. Baptista Fichettus codici inscripsit, eidem quem in huius bibliotheca exstantem retulit Tomasinus in *Biblioth. patav.*, p. 124, quod numerus foliorum 377 ab eo datus nostro conveniat.

Cod. 278 membr., saec. XIV, a. 293, l. 210 [L. X, CLVI]. Z.

Guillelmi et Albrigeti Cortusiorum, *historia de novitatibus Paduae et Lombardiae.* « Gloriosa Iustina, civitatis Paduae re- » gina, in nostris necessitatibus semper clipeus et tutela . . . ». Folia 40.

Opus curis Felici Osiis a. 1636, a Muratorio in *Scriptt. rer. ital.*, XII, ac Graevio in *Thesaur. antiquitt. Italiae*, VI, I, pervulgatum est. De codice id singulare annoto, minime deesse quae in plerisque desiderantur, capitula a filio Albrigeto addita; eundem in fine mutilum, explicit enim in extremo capite libri septimi. Dolet summopere manu impia capitula sub initio codicis rescissa, quae libri possessor Ap. Zenus ex codice comitis Manfredi de Comitibus exscripserat, de quibus Muratorius loco cit., p. 759: « Forte factum est ut apud cl. v. Apostolum Zenum

» caesareum poetam atque historiographum, amicum inter prae-
» cipuos meum, repererim Cortusianae historiae partem non
» contemnendam, quae editori Osio sive Dominico Molino in-
» comperta lucem nondum aspexit. Nimirum capita XXIV eius-
» dem historiae hactenus desiderata descripsit ille ex nostro
» codice vetusto apud nobilem virum comitem Manfredum de
» Comitibus patritium venetum olim adservato. Facile votis
» meis cessit amicus Zenus, mihique dimisit praeclaram hanc
» laciniam reliquis Cortusiorum libris adiungendam. Itaque
» ipsum publici iuris nunc facio et quanquam integrum librum
» sola constituisset; attamen eandem conieci in librum secun-
» dum a capit. II ad XXV. Hoc interim beneficio fruantur le-
» ctores ». Verosimile est fasciculum avulsum Muratorium sibi asservasse dum saeculo decimo octavo ad finem vergente, praefectus bibliothecae Dominicanorum *alle Zattere* in catalogo codicum Zeni ipse adscripserit: « Precede al codice una copia del
» libro secondo tratta *di mia mano* [scilicet Zeni] da un codice
» del conte Pio de' Conti, gentiluomo veneziano, nella quale
» sono descritti ventitre capitoli che nel codice non si trovano ».

Cod. 279 chart., saec. XVII, a. 216, l. 154 [L. X, CXXVII]. Mp.

Cortusii *patavini duo, sive Guillelmi et Albrigeti Cortusiorum historia de novitatibus Paduae et Lombardiae, ab anno MCCLVI usque ad MCCCLXIV, solerti Felicis Osii calamo serio castigata beneficio mss. exemplarium IV, quorum primum sumministravit illustrissimus serenissimae reipublicae venetae senator et obliteratae veterum scriptorum memoriae restitutor,* **Dominicus Molinus**: *secundum, exaratum viri docti Francisci Mussati manu, consanguineus eius et i. u. c.* **Marcus Antonius Mussatus**: *tertium* [Bartholomaeus] *Petardus patavinus* [veronensis] *i. c. et civis: postremum* **Iacobus Philippus Tomasinus**, *canonicus saecularis s. Georgii ab Alga Venetiarum et s. Mariae ab Avantio Patavii prior. Libri XI.*

Codicem universum, foliorum 312, propria manu recensuit Felix Osius pro editione veneta anni 1636: propterea occurrunt quoque annotata a typographo in impressione advertenda.

Cod. 280 chart., saec. XVI, a. 320, l. 216 [L. X, CCLXX]. N.

I. *Annales magnificae civitatis Paduae ab an.* 1174 *ad ann.* 1318, *nempe usque ad electionem Iacobi de Carraria.* « MCLXXIV. » Rempublicam patavinam consulibus . . . », f. 2-27.

Anno unoquoque quaedam, nulla adhibita methodo, annotantur, nominibus potestatum semper allatis.

II. *De electione Iacobi de Carraria.* « Iacobus de Carraria a » Gibellinis electus fuit in ducem die XXIIII mensis iulii, anni » MCCCXVIII . . . », f. 28-29.

III. *Historia genealogica familiarum patavinarum.* « Ecce» linus primus olim nobilis militis Alberici de Onaria genuit » Eccelinum Balbum . . . », f. 31-78.

Auctor quicumque fuerit, saeculo certe XV historiolam singularum familiarum, numero ultra sexaginta, insigniis nobilitatis aut clypeis, uti dicitur, descriptis absolvit.

IV. *Beati Hieronymi vita hexametro versu a Hieronymo Bononio tarvisino composita.* « Insignem memorare paro Stri» donis alumnum . . . », f. 79-92.

Poemation anecdotum, cum eiusdem Hieronymi vita, oratione soluta exarata, Bernardo de Rubeis episcopo tarvisino nuncupasse auctorem saeculo decimoquinto quo vixit, scimus. In fine plura in idem argumentum versu descripta adduntur. Extremum *Picturae ratio nunc quae sit dicere pergam,* edidit Rambaldus degli Azzoni Avogadro ex codice Barth. Burchielati in *Raccolta Calogerà,* XLVIII, p. 215-220.

V. Hieronymi Bononii, *ad magnificum atque clarissimum M. Antonium Maurocenum equitem libellus* **Mediolanum** *inscriptus.* « Dum iuvat illustres Venetum Insubrumque per oras . . . », f. 93-99.

Editum est titulo: *Mediolanum sive itinerarium Hieronymi Bononii senioris poetae tarvisini carmen epicum. Emittente Bartholomaeo Burchelato physico, illiusmet uxorio pronepote. Libratorum ad haec novae ipsius doctoris Burchelati academiae carmen elegum.* Tarvisii, 1626, p. 24, 4.° Editor in prooemio: « Auctor » . . . . . . nunquam emisit, nescio an morte praeventus, an quod

» haudquaquam ausus fuerit typis impressoriis propria opera » commendare ».

VI. Eiusdem, *calamitatum ab immanissimo Turco Christianis illatarum flebilis querimonia.* « En iterum Turci solito re- » diere tumultu . . . », f. 101-110.

Praeit titulus: *Huic libello est titulus Scander.*

Scander agens Turcas Venetorum in damna feroces
Finibus his saevus terribilisque fuit.
Nomine nempe suo meruit signare libellum
Materiam gestis cui dedit ipse suis.

Poematio anecdoto distichis 243 manus recentior addidit:

Scander lingua turcica Alexander.
Scander apud Turcas Pontano teste vocatum
Nomen Alexander lingua latina vocat.
Scanderiam dicunt Turcae quam condidit urbem
Rex Macedonum, et proprio nomine dixit opus.
Ductor agens turmas Turcarum in bella feroces
A magno ductum rege ita nomen habet.

Cod. 281 chart., saecc. XVII-XVIII, a. 314, l. 220 [L. X, CCLXXXII]. N.

I. Laurentii Pignorii, *schedae autographae de antiquitatibus patavinis.*

Praeest exemplum pariter autographum epistolae datae Patavii, die 4 iunii 1599.

a. *Schedae latinae,* f. 1-6.

b. *Particolari cavati da un libro ms. intitolato:* **de lude fortunae,** *et visione Egidii regis Pataviae.* « Nel tempo che Ca- » ne della Scala tolse Vicenza ai Padovani, le mura di Pado- » va . . . », f. 7-8.

Patavium compendio descriptum, de quo sic Iacobus Morellius a principio: « La descrizione di Padova stimo che la fa- » cesse per essere inserita nell'*Itinerario d'Italia* dello Scoto, » colle giunte del Giovannini da Capugnano ». Vicent., 1601, 8.°

c. *Schedae partim itale, partim latine, ad opus* **Origini di Padova** *exarandum, quod anno demum* 1625 *protulit,* f. 11-41.

d. *Epistola data Patavii* 4 *iunii* 1625, *qua Marco Antonio Romiti Venetias mittit opus impressum* **le Origini**, f. 42-43.

Sigillum bucella impressum refert ancoram cum lemmate TELLVRIS IAM CERTVS.

e. *Fragmentum stemmatis Carrariensium quod exstabat Patavii in aula praefecti olim regia Carrariensium, olim a Laurentio Pignorio desumptum*, f. 44-46.

f. *Rerum patavinarum scriptores*, f. 47-51.

Foliis 48-49 habes quae codicem proxime insequentem non tantum illustrent sed et de operibus ceteris Alexandri Carrerii fusius referant.

Pignorii indici alia adduntur nomina scriptorum f. 51, manu Bonaventurae Sberti et Iacobi Morellii.

Haec omnia, quae propriis annumeraverat codicibus mss. Iacobus Tomasini (1), idem Morellius ab interitu vindicavit anno 1780, quod sibi coemerit.

II. *Della beata Beatrice d'Este. Vita antichissima, ora la prima volta pubblicata, con dissertazioni dell' abbate Brunacci.*

Operis, eodem titulo anno 1767 Patavii editi, autographum, in quo tamen desiderantur tum anacephalaeoses tum vita anonima latina, f. 52-105.

III. *Studia ab eodem Brunaccio, latine et itale collata in b. Beatricis vitae augmentum*, f. 107-132.

IV. Antenoris Scalabrini, *canonici ferrariensis epistolae autographae quinque, itale datae annis* 1765, 1766, 1768 *Ioanni Brunacci, ut et documenta quae ad vitam b. Beatricis referuntur*, f. 133-156.

Cod. 282 chart., saec. XVII, a. 310, l. 214 [L. X, CCXCIII]. D.

Henrici Calderii, *patavini, de rebus gestis Patavinorum, ab urbe condita ad excidium gentis Carrariensium, libri VII.* Prooemium: « Cunctis Italiae urbibus Patavium nobilitate et ma» gnitudine perpetuo antecelluisse... »; liber primus: « Sacrae » perhibent litterae Nembrottum gigantem ... ».

(1) *Biblioth. patav. ms.*, p. 132.

Auctor est Alexander Carrerius patavinus, praepositus ecclesiae s. Andreae, morte functus die 20 augusti 1626, de quo Tomasinus in *Biblioth. patav. ms.*, p. 117; fusius vero Pignoria in *Memorie inedite* [cod. 281, f. 49]: « Henricus Calderius est » Alexander Carrerius. Ipse enim cum viveret me rogavit ut » cum cl. viro Marco Velsero agerem, quatenus haec eius histo- » ria Francofurti vel Augustae typis mandaretur; se autem data » opera nomen suum suppressisse, alienum ascivisse, ut peri- » cula evitaret. Titulus autem huiusmodi est: *De origine et ge- » stis Patavinorum libri septem, Henr. Calderio auctore,* exem- » platum per me Gasparem Spatiarum a quodam alio mihi mu- » tuo tradito per ill. et admodum rev. ac praestantissimum i. » c. d. Alexandrum Carrerium, die 21 nov. 1615, et postea fini- » ta exemplatione eidem restituto 20 dec. eiusdem anni 1616 ».

« . . . . In praefatione lib. 1 dicit Rolandinum et The- » baldum Cortellerium scripsisse vernacula lingua, qua omnes » vulgo loquebantur: quod est plane falsum: Rolandinus enim, » quidquid sit de Cortellerio, scripsit latine. Dicit praeterea Io. » Villanum primum fuisse qui italico sermone res gestas descri- » beret: quod non est verum: Ricordanus et auctor historiae » pistoriensis primi fuerunt. At lib. I, cap. 21 loquens de Pros- » docimo, hic egregius auctor transtulit ad verbum quae Iaco- » bus Cavacius edidit in sua *historia* lib. I, p. 5, quod fuit pur- » puram assuere centunculo rubi. At pag. 7 et 8 et 9 et pag. » 10 integram exscripsit magnam partem, et ita deinceps, ut » pag. 26. O ineptum furem! ». Nec ex Cavacio tantum, sed ex Rolandino quoque, Scardeonio aliisque tractus longiores verbo tenus exscribit.

Codex habet folia 92: huic similem apud doctorem Andream Meneghini Patavii laudat comes Ioannes Cittadella in *Storia della dominazione carrarese,* Padova, 1842, t. I, p. XI.

Cod. 283 chart., 1606, a. 200, l. 134 [L. X, XXXV]. F.

Chronicon Patavii. « De conditionibus urbis Euganeae. Pri- » mum itaque omnium satis constat apud omnes fere scripto- » res . . . ».

Compendium est operis Bernardini Scardeonis canonici patavini: *De antiquitate urbis Patavii et claris civibus patavinis. Libri tres,* non una tantum vice editi..

Codicem, foliorum 156, scribebat *Antonius Antoniolus a Patavio anno Domini* 1606, *die* 17 *septembris Patavii,* insigniis praepositis tum civitatis Paduae tum librarii. Hic idem a. 1608 exscripsit praelectiones Caesaris Cremonini professoris gymnasii patavini *de anima* trino volumine, quod ante plures annos bibliotheca collegii *societatis Iesu* Brixiae possederat (1).

Cod. 284 chart., saec. XV, a. 309, l. 210 [L. X, CCXCII]. D.

Petri Pauli Vergerii *senioris, iustinopolitani, de carrariensi familia et de illustrium eius principum rebus gestis* [ad a. circiter 1355]. « Carrariensis familia, unde Paduanorum [princi-
» pum] origo profecta est, clara ne olim ac potens . . . ».

Narratio, etsi mutila in fine, uti ex collatione cum Burmanno (2), Muratorio (3), tamen et antiquitate et emendata lectione valde praestat. Complementum aestimaverim codicis epistolarum Vergerii, quem ex Brunaccio Farsettus (4), ex hoc habuit bibliotheca nostra [L. XI, LVI], si ex manu scribentis et forma voluminis coniicio. Frequentiores liturae et scriptura ex ungue respondens fragmento, *Allegabilia ex Timaeo Platonis* in nostro codice [L. XIV, LIV, f. 98], autographum esse, sine ulla controversia, evincunt. De opere Muratorius in prooemio:
« Elegantissime conscriptam profero, sed minime absolutam,
» quippe ne ipse quidem illam ad umbilicum perduxit. Quan-
» quam Carrariensibus dominis suis ille diutissime superstes
» fuerit, ultra tamen non est progressus, fortasse quod postre-
» mam illorum calamitatem referre animus non sustineret, aut
» potius quod detrectaret bella scribere deinde exorta inter Car-
» rarienses et Venetos, ne illorum laude horum odia incurreret,
» sub quorum ditione natus is erat ».

(1) Zaccaria. *Iter italic.*, p. 119.
(2) *Thesaur. antiquit. Ital.*, t. VI, p. III.
(3) *Scriptt. rer. ital.*, t. XVI, col. 113-418.
(4) *Bibl. ms. Farsetti*, Lat. Cod. XCVIII.

Cod. 285 chart., saec. XVI, a. 211, l. 152 [L. X, CCXXVI]. N.

Eiusdem, *idem opus*. Folia 64.

Editionem Muratorianam [*Scriptt. rerum italic.*, XVI, 113-184] presso vestigio repetit codex, cuius tamen sub fine desunt verba: « meritoque principatus dignitate caruit, cuius glo- » riam improbo facinore temeraverat ». Aliter sensit Franciscus de Cesso patavinus qui *ex musaeolo* suo *Venetiis die* 17 *iunii* 1610, huius sui codicis titulum sic inscripsit: « Hoc opus de » principibus Carrariensibus falso adscribitur Vergerio, ut a » doctis viris, speciatim a Laurentio Pignorio accepi, et licet » historiam continere credi possit, nihilominus ex eo quod Ver- » gerius Carrigerae familiae honesta necessitudine obstrictus » scripserat, Ubertino Francisci senioris de Carraria nepoti opus » editum *de ingenuis moribus*, nobiles de Papafava patavinos » eiusdem Carrigerae stirpis, ad maiorem fidem a sacra verae » gloriae fama, id in unum redigere curasse ut unico intuitu » alta parentum decora conspici possent sub nomine Vergerii » eiusdem, vere scriptores illorum temporum, traditum est, et » ita pensandum puto F. D. C. ».

Cod. 286 membr.-chart., saecc. XV-XVII, a. 220, l. 168 [L. XIV, CCLXXXVIII].

I. *Statuta collegii Tornacensis paduani studentium in iure canonico, quod appellant* **Putei Campionis** *seu simpliciter* **Campion,** f. 1-32 [membr.].

Albirus de Branchasichis de Luca, canonicus tarvisinus constituerat Patavii collegium s. Mariae Tornacensis, eo ut sex scholares *liberi et de legitimo matrimonio procreati,* duo dioecesis tarvisinae, totidem ferrariensis et paduanae, ibi hospitio recepti, septennio iuri canonico in archigymnasio patavino vacarent.

Statuta *facta et ordinata per habentes ad hoc potestatem super regimine et ordinatione dicti collegii et scholarium eiusdem,*

decem numero referuntur, scilicet 21 octobris 1429 — 12 octobris 1448 — 16 decembris 1486 — 31 maii 1505 — 16 iulii 1533 — 8 iulii 1537 — 22 septembris 1592 — 8 martii 1593 — 19 iunii 1611 — 21 novembris 1612. Inserta est fol. 16-17 confirmatio privilegiorum archigymnasii patavini facta per Eugenium papam IV, Florentiae, 1 decembris 1439.

II. *Instrumentum donationis gastaldiae Anguillariae conventui ecclesiae s. Antonii de Padua, factae a Francisco iuniore de Carraria, domino et capitaneo generali Paduae,* 17 iunii 1405, f. 34-39.

Donationi causam praebuerunt vasa aurea et argentea data ex sacristia eiusdem ecclesiae Francisco seniori *propter graves et intollerabiles occurrentes impensas belli.* Vasa autem sunt viginti calices, duae ampullae, tria thuribula, duae navisellae, duo tabercula, figura ad imaginem s. Ludovici, una civitas Paduae aurea, praeter centum libras, *omnia computata, calculata et extimata valoris et precii ducatorum mille septingentorum et viginti auri.* Edidit Petrus Saviolo in *Ordini e regole per il buon governo et amministrazione della ven. arca del Santo.* Padova, 1727, parte sec., p. 1-6.

Exemplum sumptum die 14 augusti 1586, *ex catastico nigro venerabilis arcae s. Antonii.*

III. *Summario delli privilegi del convento del Santo di Padova,* annis 1471, 1585, f. 41-44.

Ternum statutum de aliquibus fratrum et consilii eius monasterii iuribus.

IV. *Oratione dell' eccellentissimo sig. Cesare Cremonini filosofo nel studio di Padova, in favore di esso studio contro li pp. Gesuiti, fatta alla serenissima signoria di Venezia.* « Da quel » tempo, sereniss....... che Padova città altrettanto per ogni » grado d' eccellenza risplendente... », f. 48-61.

V. *Index potestatum, consulum sive rectorum civitatis Paduae, ab anno MCLXXIV usque MCCXCV.* « Nota quod tem» pora potestatibus antescripta dicunt tempus electionis cuius» libet potestatis... », f. 63-71.

Fasciculo chartaceo saeculi XVI, a Laurentio Pignorio exscripto, quem iamdiu Alexander de Este patavinus possede-

rat (1), titulum propria manu inscripsit Ioannes Brunaccius patavinus. Opusculum publici iuris factum est Patavii anno 1636 post chronicon Rolandini, et a Muratorio ex codice Ambrosianeo cum indice quoque italo, utroque ad annum usque 1364, in *Scriptt. rer. ital.*, VIII, 366-390.

VI. *Pitture d' autori rinomati antichi e moderni esistenti ne' sacri tempî et altri publici lochi della citta di Padova.* « Io » ti presento una raccolta delle pitture più rinomate...... », f. 75-92.

Opellam, saeculo decimo octavo exscriptam, Iacobo Morellio favente, in opus *Pitture, sculture, architetture di Padova* anno 1795 editum, adhibuit Petrus Brandolese (2).

VII. *Descritione della regia città di Padova, fatta l' anno* 1364, *sotto l' illustr. et potente signore, il signor Francesco da Carrara, signor di Padova, Treviso* ec. « Si trovano anime in » Padova nel presente anno settanta otto mila... », f. 95-99.

Exemplum saeculi decimi octavi.

VIII. *Chronica dominorum Carrariensium, natioque edita per clarissimum doctorem dominum Ioannem de Ravenna.* « Gen» tem Carrigeram gestarum rerum gloria, virtute, opibusque ac » reliquis fortunae adornamentis claram... », f. 110-115.

Auctor, *unus in famulitio principum Carrariensium,* dicat opus egregio militi Rodulpho de Carraria senioris Francisci nato: « Multi generis multifariaeque fortunae mortales, miles in» signis, in maiorum tuorum, in primisque magnifici parentis » tui aede famulati..... ».

IX. *Statuta, banna et ordinamenta communis Sancti Georgii de perticis,* f. 116-118.

Membrana ex saeculo decimoquarto, qua statuta numero viginti recitantur.

X. *Matricula excellentissimorum dominorum doctorum philosophorum et medicorum sacri collegii patavini* 1567, f. 119-124.

(1) Tomasini. *Bibl. patav. ms.* Utini, 1639, p. 118.

(2) « Il caval. abate Iacopo Morelli, gli [Pietro Brandolese] diede ad esa» minare un ms. intitolato: *Pitture di autori rinomati* ec. ». Moschini. *Guida per la città di Padova*. Padova, 1817, p. XI.

Doctores sunt numero biscentum octoginta quatuor.

XI. *Constitutiones sacri patavini collegii philosophorum et medicorum libri quinque.* « Philosophorum medicorumque sacri » patavini collegii leges ac constitutiones scripturi, non abs re » fore duximus . . . », f. 131-173.

XII. *Statutorum correctiones a sacro collegio artistarum propositae annis* 1671, 1674 [in archigymn. patav.], f. 175-178.

Correctores fuerunt Vincentius Anselmus, Camillus Bonfilius et Albanius Albanensis.

XIII. *Statuta et ordinamenta, introituum ac bonorum gubernationem arcae d. Antonii de Padua spectantia,* f. 180-220.

Quae in codice sine ordine et per saltum exhibita sunt ad annum 1612, ea latius absolvit ad annum 1727 Petrus Saviolo in *Arca del Santo* [Padova, 1727, pagg. 296, 92].

Cod. 287 chart., saecc. XV-XVIII, a. 320, l. 224 [L. XIV, CCLXXXIV].

I. *Prolusio habita in seminario patavino a Iacobo Giacometi studiorum praefecto, anno* 1690. « Quod a me grati animi » memoria postulat septimum iam annum haec suscepta docen- » di provincia . . . », f. 1-3.

II. Eiusdem *prolusio habita anno* 1694. « Iampridem su- » sceptum publice proludendi morem . . . », f. 4-5.

Utrumque editam lege in *Opuscula politioris litteraturae,* Venetiis, 1738, p. 103-121.

III. Placidi Ciconiae *patavini, monachi cassinensis, oratio de vera imitandi ratione et de laudibus oratoriae facultatis, habita Ravennae in coenobio d. Vitalis, IX kal. mart. MDCCXXXI.* « Etsi, praesul amplissime . . . . . . a pudore et verecundia qua- » dam, quam natura ipsa . . . », f. 11-14.

IV. *Studio di Padova.* « La remotissima antichità dello » studio di Padova tiene affatto in se stessa sepolta... », f. 16-56.

Mitto fabulam quam auctor *semplice congettura* appellat, *che avanti la nascita di Cristo, in Padova professori e studio vi fossero.* Quae ceterum in historiola, dimidio saeculo proxime elapso exarata, agantur habet index: *Origini dello studio — Ret-*

tore dell' università — Ministri e cassa delle due università — Consiglieri e nazioni — Nazione alemana ed oltremarina — Leggi e obblighi per gli scolari — Modo di ottener la laurea — Privilegî degli scolari — Obbligo de' lettori — Cattedre soppresse ed esistenti de' leggisti — Cattedre soppresse ed esistenti degli artisti — Collegî — Licenziati in chirurgia — Aggravio annuale incombente alla cassa dello studio, oltre agli attuali professori.

V. Ioannis de Basiliis, *de familiis patavinis. Exemplum chronicae scriptae de anno MCCCCXXXX*, f. 59-78.

Exemplum chronicorum in codice 275, nisi quod hic absolutum occurrit.

VI. *Inventarium bonorum mobilium existentium Padue in domo habitationis quondam domini Lodovici predicti* [a. 1428], f. 79-96.

Fol. 85-96 accedit inventarium bonorum immobilium. Ex mobilibus rem bibliographicam intersunt codices mss. quorum syllogem, missis verbis *item* et *unum*, qua repetitis, do: *Digestum vetus — Infortiatum — Volumen codicum — Digestum novum — Bartolum super digesto veteri, novo et infortiato, in papiro — Bartolum super codicem in cartis edinis — Trinum super codicem in duobus voluminibus, in cartis edinis — Baldum super sexto codicis in papiro — Summam Azonis — Raynerium super digestum novum — Volumen librorum plurium, et inter cetera continet repertorium domini Lodovici, de papiro — Repertorium domini Lodovici testatoris in cartis edinis — Decretalem — Decretum — Sextum — Speculum — Novelam Iohannis Andree super sexto, super prima et secunda parte decretalium, in papyro — Repertorium super speculo — Viaticum in medicinalibus — Cronicam Ecelini — Petrum de Cresentio — Codicem parvi pretii — Infortiatum sine glossis — Cronicam domini Guillelmi de Cortosis — Tractatum de bello cum pluribus aliis libris in eodem volumine — Ieremiam de Montagnone — Summam archiepiscopi — Statuta communis Padue — Librum fisicorum antiquum — Compendiosam — Partem biblie — Compendium pauperum in papiro — Almagestum — Librum magnum Iohannis a Pisa — Partem biblie in littera parva — Boccium*

de musica — Terentium — Clementinas — Librum ecclesie in quo sunt offitia nativitatis — Viaticum — Plures libros in astronomia — Summam Guidonis de Suzaria super ordine iudiciorum — Librum de vita servorum in cartis edinis — Tres libros codicis sine glosis — Missale — Librum in quo sunt multi tractatus de iure — Loicha Burlei — Librum quadripartitum Ptolomei — Librum Algacelis ad iudicia astronomie — Primam et secundam partem et unam partem tertie partis geometrie et tractatus de spera — Librum secretorum Aristotelis ad Alexandrum — Librum tractatus et falatie s. Tomae — Phylosophiam — Logicam Aristotelis — Scriptum super Porphiryo, cum aliquibus questionibus — Tractatum de oculis et curarum eorum — Geometria Euclidis — Scriptum cum questionibus magistri Petri de Alemannia super libris posteriorum — Scriptum super libro de anima.

VII. *Legenda* [historiola] *de eo lo quale da esso Beato Prosdocimo era stato sanato.* « Questo homo che tu cerchi è perfe- » ctamente istrutto nell'arte di medicina . . . », f. 98-99.

Plura desunt in fine.

VIII. *Exemplum decretorum veneti senatus de electione ad publicam in gymn. patav. lecturam Thomae de Cambiatoribus, Antonii de Luca, et Georgii Trapezuntii, a.* 1409, 1460, f. 100-101.

IX. *Instrumenti nuptiarum inter doctorem Benedictum Tyriacam de Mantua et Iuliam filiam Francisci de Dondis ab Horologio patavini, exempla duo.* 28 *mensis oct.* 1529, f. 104-105.

X. *Annotatiunculae in Cornelium Nepotem, manu Iacobi Facciolati, in archigymn. patav. logicae professoris,* f. 110-114.

XI. Natalis Lastesii, *marosticensis, scripta varia, pleraque carmina,* f. 115-145.

Praeest imago auctoris aere sculpta a Caietano Venzo ex pictura Ant. Zanotti, praemissa operi: *Lettere famigliari dell'ab. Natale Lastesio.* Bassano, 1805, 8.° Fere omnia edita sunt: ea, partim autographa, Iacobus Morellius collegerat quod operum Lastesii editionem parasset.

XII. *Canzone sopra la morte d' un gatto, di Domenico Borrini padovano, tra gli Arcadi* **Nelino Orcomeliano.** « Dagli Elisi animaleschi — Anzi proprio dai gatteschi . . . », f. 152.

XIII. *Epistolae variorum ad Natalem Lastesium et alios* [itale], f. 153-177.

Has, manu propria Marci Forcellini, Alexandri Chrysolini, Friderici Manfredini, Francisci Fanzago, Ioannis Pizzati, Caroli Bologna, Antonii Mariae Borromeo, Ludovici Preti, Thomae Iosephi Farsetti exscriptas in id, de quo supra, collegerat Iacobus Morellius.

Cod. 288 chart., saec. XVII, a. 220, l. 160 [L. X, CCXLVIII]. N.

I. Antonii Godi *nob. vicentini chronicae quae exstant ab anno CIƆCXCIV usque ad CIƆCCLX, eiusdem fere methodi et argumenti cum Gherardi Maurisii historia quae praecedit, quibus accessit postremi capitis supplementum ex Caroli Sigonii libro XIX* **de regno Italiae.** *Felix Osius artis oratoriae interpres in gymnasio patavino primus haec ipsa tribus e mss. codicibus vicentinis defaecavit, recensuit, evulgavit.* Prooemium: « Enar- » rare deliberanti miserias, afflictiones, oppressiones . . . ». Nar- » ratio: « Sicut ab antiquis Vicentinis audivi et potissime ab » olim patre meo . . . », f. 1-29.

De auctore egerunt Baptista Paiarinus in *historiae vicentinae* libro VII et Iacobus Marzari in *historiae* pariter *vicentinae* libro II; fusius Angelus Gabriel de Sancta Maria (1).

II. Nicolai Smeregi, *notarii vicentini de burgo Bericae chronicon ab anno MCC usque ad annum MCCLXXIX, adiecto scriptoris anonymi supplemento, ab anno* 1279 *usque ad annum* 1312. *Felix Osius primus utcumque eruit et emendatum ad mss. codicum fidem publici iuris fecit.* « In a. 1200 indictione tercia fuit » potestas, Vincentiae d. Mainardus de Ferraria . . . . . »; finit: « 1279. D. Nicolaus Smeregus supradictorum chronicorum au- » ctor hoc anno mortuus est, ut praesentis anni nulla exstent » monumenta et ignoretur quis fuerit Vicetiae potestas », fol. 30-43.

De Smerego parum sane et mendose antiquiores vicentini

(1) *Biblioteca e storia degli scritt. vicentini.* Vicenza, 1772, I, CLXXIII-CLXXXV.

scriptores, non ita Angelus Gabriel de Sancta Maria (1), qui re penitius inspecta, evincit auctorem, patre Mundo Zuvolonio, *Smeregli* nomen assumpsisse; eum extra portam *Bergae [Borgo di Codalunga,* modo *Pietra fosca]* domum quandam incoluisse monasterii s. Petri. Et auctoris ingenuitatem et tempus sapiunt quae de morte Eccelini: « Et d. Eccelinus fuit ductus ad terram » Sunzini de Cremona, et ibi vixit circa quinque dies, et tan- » dem obiit. Et Diabolus habuit animam eius, quia semper fecit » mala, ut superius dictum est. De cuius morte sit nomen Do- » mini benedictum per omnia saecula saeculorum et ultra. Et » sepultus fuit ille canis Eccelinus in terra Sunzini, unde versus:

« Terra Sunzini tumulus canis est Eccelini
» Quem lacerant manes, tartareique canes ».

Opusculum triplex edidit, curis praehabitis Felicis Osii, Dominicus Molin Venetiis, anno 1636, sub forma folii. Perraram hanc editionem, quibusdam immutatis, denuo recudendam curavit Burmannus (2). Protulit tertio Muratorius (3), et egregie quidem, nam duplici Ambrosiano codice collato, plures restituit lectiones in prima editione ut et in nostro codice depravatas.

IV. Ricciardi S. Bonifacii *comitis vita, magnam rerum inter ipsum et Eccelinos gestarum partem accurate complectens, incerto auctore conscripta, fide vero et opere Felicis Osii bono rei litterariae publico recensita.* Epitoma: « Ricciardus Ludovici S. » Bonifacii filius . . . »; vita: « Gentem S. Bonifacium troiano » e sanguine originem duxisse nonnulli autumant... », f. 50-74.

Auctor sub fine nuntiat mortem Ricciardi, quae, ex Monachi Paduani chronic. lib. I, a. 1252 occurrit. Opellam ter aeque locis citatis ediderunt Molin, Burmannus, Muratorius.

V. Gerardi Maurisii, *civis et iudicis vicentini historia.* « Qui aliquorum merita, virtutes et bona opera manifeste co- » gnoscit, si scribere vel aliis nunciare . . . », f. 75-137.

Auctor, de quo Ang. Gabr. de S. Maria loco cit., XV-XXII, agit de rebus gestis Eccelini de Romano ab anno 1183 ad an-

(1) Loco cit., CV-CXII
(2) *Thes. antiqq. et histt. Italiae*, VI, I.
(3) *Scriptt. rer. ital.*, VIII, 71-114.

num 1237. Opella ceteris ordine praeferenda, quod notavit amanuensis num. I.

VI. *Quid significent nomina et cognomina Eccelini et Alberici fratrum de Romano.* « Qui verborum significationes non » intelligit, quod audit negligit . . . », f. 137-175.

VII. *Sequuntur rhythmici versus Thaddaei notarii vicentini a Gerardo Maurisio producti.*

« Sicut recumbentibus largus ministra } tor », f. 143-157.
» Diversorum generum et ciborum da }

Vide Ang. Gabr. de S. Maria, loco cit., XXIII-XXIV. Ceterum versus leonini, numero quatuorcentum octoginta octo dant compendio historiam Maurisii scribentis: *Precibus nostris Thaddaeus notarius prosam nostram in hunc modum rhythmavit.*

Triplicem opellam num. VI-IX, editores qui supra iisdem voluminibus protulerunt.

Cod. 289 chart., 1609, a. 300 l. 212 [L. X, CCVIII]. N.

I. Baptistae Paiarini, *chronicarum* [vicentinarum] *libri sex. a principio urbis conditae usque ad haec tempora, ad reipublicae vicentinae deputatos.* Prooemium: « Rem gratam atque iucundam vobis vestraeque reipublicae . . . ». Liber primus: « Vincentiam itaque patriam nostram non cymbriam [ni fallor] a » victis hostibus vocitatam . . . », f. 1-193.

Libri sexti finem haec excipiunt quae do, codicum cognationis expendendae gratia ac testimonii linguae ab auctore adhibitae: « Hoc opus exemplatum fuit per me Io. Baptistam de » Merzariis d. Io. Petri filium, notarium publicum Vicentinorum, » Vincentiae Paduaeque civem, ex alio exemplo ad honorem Dei » eiusque gloriosae virginis Mariae, ex anteriori Baptistae Paiarini, ad commodum non solum meum sed amicorum, perpetuamque rei memoriam, currente anno Domini millesimo quingentesimo sexagesimo, indictione tertia, 25 mensis novembris et in fidem ec. ». Subinde: « Exemplatum ex suprascripto exemplo Io. Baptistae de Merzariis ut apparet descripto, » non bene emendato, propter quod [quamvis omni diligentia » usus fuerim in eius emendatione] si aliquem errorem inveneris

» lector in legendo, ne mireris, nihil tamen mutatum nec in- » iunctum, sed fideliter conscriptum per notarium legalem et » authenticum, sub anno nono snper mille ex sexcentum, cur- » rente maio ».

Auctor, iurisconsultus et notarius vicetinus patriae historiam dedit ab anno 50 post Christum natum ad a. 1480, quo vicetinae reipublicae deputatis obtulisse fertur. Fuerunt qui saeculo proxime elapso de lingua qua scripsit Paiarinus ambigerunt, eo fortasse quod Alberti in sua *Descrizione d'Italia* [Bologna, 1550, f.°, p. 422]: « Scrisse detto Battista dal principio » della città di Vicenza sua patria sei libri, e questi sei libri, » tenendo buon conto della patria, Arnaldo Vicentino de vulgare » lo tradusse in latino, e ne fece parte per sua umanità a me, » mandandogli da Vicenza ». Verum eam teneo sententiam Paiarinum reapse latine eam historiam anecdotam, nec re nec stylo commendandam, exarasse, cum tot exempla et apud exteros occurrant semper latine, vix unum itale. Qui argumentum penitius scrutari desiderat adeat Zenum (1), Muratorium (2), Pez (3) Ang. de S. Maria (4). Versione itala, utcumque data a Georgio Iacobo Alcaini, protulit Iacobus Amadio Vicetiae, a. 1663.

II. *Liber qui appellatur chronica magnifici d. Eccelini de Romano grandis comitis de Romano, factum hoc ad honorem Dei, nobilium et popularium Marchiae tarvisinae, ad memoriam presentis temporis et futuri, et ad cognoscendum duces, comites, marchiones, castellanos, nobiles et alios castellanos, populares maiores, de medio populares, et populares maiores in infrascriptis civitatibus Cenetae, Belluni et Feltri*, f. 194.

III. *Index familiarum vicentinarum, numero* 716, *tum extinctarum tum vigentium.*

Sub fine, memoria hastiludii solemnioris habiti Vicetiae 27 aprilis 1611.

(1) *Dissertazioni Vossiane*. Venezia, 1752, I.
(2) *Scriptt. rerum ital.*, XIII, 1235.
(3) *Thesaurus noviss. anedoct.* Austriae Vindel., 1721, I, p. XXIII.
(4) *Scrittori vicentini*, III, p. II.

Cod. 290 chart., saec. XVI, a. 302, l. 202 [L. X, CCCVI]. D.

Eiusdem, *chronicorum vicentinorum libri sex.* Folia 200.

Sub fine: « Ego Adrianus filius Antonii de Laude, notarius » publicus et civis Vicentiae, praesens volumen fideliter tran» scripsi ex opere promulgato et etiam, ut videtur, scripto per » d. Baptistam Paiarinum, et in fidem me cum signo meo ta» bellionatus subscripsi die 17 decembris millesimo quingente» simo quadragesimo quarto, indictione secunda ». Haec nota quae nullo tabellionatus indicio apposita, codicem minime authenticum testatur, legitur quoque p. 344 versionis italae a Iacobi Amadio, his praecuntibus: *Veridica attestatione di D. Adriano de Laude posta nel fine del suo volume latino, dal qual poi, come s' ha detto* [in prooemio] *ha tradotto il signor Silvestro Castellini.* Quod innuit ulterius Paiarinum historiam latine exarasse.

Cod. 291 chart., saec. XVIII, a. 202, l. 142 [L. X, CXVIII]. Mr.

I. *Rerum vicentinarum compendium.* « Vicentia a victis ho» stibus dicta, seu, secundum aliquos, a vivis centum qui ibi » erant . . . », f. 1-8.

Vicetiae quae a. 350 *ante annum salutis nostrae* condita fertur, historia ad annum 1422 quo pons s. Michaelis lapideus constructus, articulis 86 enarratur.

II. *Censura in compendium rerum vicentinarum,* auctore Paulo Gualdo. « Vicentia aedificata fuit anno a creatione mundi » 4885, ante Christi adventum 310 . . . », f. 13-15.

Cod. 292 chart., saec. XVI, a. 202, l. 141 [L. X, XLIII]. F.

Familiae vicetinae De Rubeis monumenta.

Varia de familia De Rubeis, quae anno primum 1384 Vicetiae sedit, ut ex f. 21: « Petrus de Rubeis ex Gallia cysalpina » oriundus, civitate mediolanensi, anno millesimo trigentesimo » octogesimo, sedis apostolicae vices gerente Urbano sexto; quem

» ob inter se civium odia, anno aetatis suae quarto ereptum, » Vincentiam, tunc Iohannis Galeazo Viscontium Mediolani du- » cis secundi ditioni traditum, transfugarunt, imperante Vin- » cislao Germanorum rege vigesimo tertio. Vitam autem cum » morte commutavit anno aetatis suae centesimo nono. Cuius » corpus dignis honoribus Vincentiae conditum est millesimo » quadringentesimo octogesimo nono ».

Exstant autem:

a. *Calculatio nativitatis domini Ioannis Francisci de Rubeis et d. Hieronymi fratris facta per excellentissimum d. Nicolaum grecum,* f. 2-7.

Auctor rem studiis astrologicis persequitur, dum ex positione planetarum, quo tempore nati sunt et illi et Ioannes Petrus ac Ioannes Franciscus filii Hieronymi, eorum sortes divinat.

b. *Imago pictura lineari expressa viri cataphracti, dextra scuto incumbentis, sinistra hastam tenentis,* f. 16.

c. *Reverendi domini Ioannis Baptistae Caprani, canonici lateranensis, pronosticum perpetuum futurae sterilitatis et fertilitatis, anni* 1536, *domino Saturno.*

Auctor, adhuc iunior, nomine Franciscus, astronomiam tradidit in gymnasio patavino sub fine saec. XV, clarus commentis editis in spheram Ioannis de Sacrobusco et theoriam Georgii Peuerbach. De eo Rosini in *lyceo lateranensi,* t. I, p. 446; Riccioli in *praeliminaribus in Almagestum,* t. I, p. 37; Tafuri, *Scrittori napoletani,* t. III, p. I, p. 69.

d. *Scutum gentis De Rubeis a viro cataphracto rectum,* pag. 18.

e. *Litterarum interpretatio sepulturae, Vicetiae locatae,* fol. 19.

f. *Natalitia et ultimum vitae virorum et mulierum, quoad annos, et menses, et dies, et horas, maxime de illis de quibus notum fuit,* f. 22-29.

Familiae memoriam in *chron.* lib. VI ingerit Paiarinus.

Codex, ex libris Antonii da Ponte, manu seriori a principio exscriptus est: *Arbor masculorum de Rubeis descendentium invenitur in domo propria in charta membrana — Dom. Io. Petrus de Rubeis, filius dom. Balthassaris fecit suum testamentum sub*

» minis huius prooemium sat probat] per comporre l'istoria di
» quell'illustre città di quello che opere storiche già formate:
» non vennero esse alla pubblica luce, e nella libreria Saibante
» ed in altre veronesi se ne sono rimase; siccome presso il Maf-
» fei nella *Verona illustrata* [t. II, p. 249] si può certificarsene.
» E veramente ebbe alle mani il nostro compilatore monumenti
» veronesi d'ogni sorte; ònde nell'indice de' libri adoperati in
» questa genealogia, oltre alle cose stampate cita molto d'ine-
» dito, com'è a dire: *Annales veronenses Michaelis Cavicchiae*
» *penes nob. et cl. d. Iulium iur. cons. coll. a Puteo med. et equi-*
» *tem — Torelli Saraynae arbor manuscripta Scalidarum pro-*
» *sapiae — consimilis arbor ms. Adae Fumani canonici vero-*
» *nensis — Annales amplissimi capituli rr. dd. canonicorum*
» *Veronae, exactissimo studio summaque opera quam r. d. Ioan-*
» *nis Baptistae Lischae canonici et archidiaconi — libri Cate-*
» *nae in capitulo canonicorum — scripturae monasterii s. Ma-*
» *riae in organis — scripturae monasterii s. Zenonis — scri-*
» *pturae in officio registri Veronae — scripturae apud me —*
» *Gulielmi i. c. de Servideis manuscripta penes Io. Franciscum*
» *a Ferro notarium et affinem — Bartholomaei de Sancta Cae-*
» *cilia notarii opus de diebus iuridicis, in monasterio s. Zenonis*
» *— Cherubini Lazaronii veneti monachi s. Zenonis Verona sa-*
» *cra*. Una rarissima stampa ebbe inoltre in suo potere, cioè
» l'albero degli Scaligeri fatto da Alessandro Canobio, citando
» così: *Arbor Scalidarum prosapiae Alexandri Canobii erroribus*
» *expurgata, typis* ».

« La famiglia Scaligera presso il nostro Torresano comin-
» cia da questo personaggio: *Martinus primus de Scala, facile*
» *Mastinus dicendus. Hunc Canobius familiae huius procerem*
» *notasse tradit in libro quodam in membranis feudorum eccle-*
» *siae sanctae Mariae in Organis, anno ab humanitate Verbi*
» 1101, *Domini titulo nuncupatum*. Se ne fa poi la discendenza
» con notizie di egual tenore, sì quanto a' maschi, come quanto
» alle femmine per dugento dieciotto soggetti, de' quali l'ultimo
» è: *Beatrix septima filia Aymonis quinti, fuit uxor Barth. Gon-*
» *zagae, vivebat a.* 1400; e per chiarezza maggiore nel fine s'ag-
» giunge un foglio coll'albero genealogico della famiglia tutta ».

Cod. 296 chart., saec. XVII, a. 300, l. 212 [L. X, CCLII]. N.

De Tarvisinorum gentibus et familiis tractatio, seu de familiarum tarvisinarum origine, genealogia et gestis historia, auctore Nicolao Mauro, legum doctore tarvisino: Tarvisii, anno Domini 1608. « De Tarvisinorum gentibus et familiis tractaturis » illud quidem nobis praecipue observandum esse duximus... ».

Auctor, prooemio satis momentoso, *lectori satisfactum iri putat si praeter origines vel incolatus causa, quomodo hae fuerint civitate donatae, sive ex principis rescripto, sive ex senatus consulto, sive ex propriis natalibus, sive ex decennali habitatione, his enim modis ex municipali lege ius civitatis et comitiorum acquiritur, ad publicam notitiam deducatur.* Antequam familias ordine alphabetico excutiat, agit **a.** *de civitatis ordinibus in genere,* **b.** *de domibus nobilium Tarvisii habentibus et non habentibus castra* [num. 488], **c.** *de ordine nobilium ac magnatum,* **d.** *de ordine militari,* **e.** *de ordine militum collegiatorum dictorum sanctae Mariae de fossis,* **f.** *de prioratu huius ordinis.* Nomina insunt familiarum sexcenta quarum notitias in universum, tum membrorum singulorum praestantium, tum stirpes quas *arbores genealogicas* appellant, legere est eo ordine, ea pulchriori scribendi forma, ut in admirationem trahat volumen foliorum 411.

Auctor anno 1578, qua Tarvisii provisor, Francisco Cornelio episcopo adventanti, urbis nomine, gratulatus est a. 1578; uti serius publici iuris fecit *Orazione nella partenza da Trevigi del podestà e capitano Dardi Bembo* [Trevigi, Mazzolini, 1590, 4.°]; *Vita di s. Liberale d'Altino, protettore della città di Treviso* [Trevigi, 1591, 4.°]. Eum, sicut praefertur in titulo, historiam hanc scripsisse saec. XVII ineunte, evincunt quae passim ex historia Belluni Georgii Pilumni *nuper impressa* [1607] allegat.

Cod. 297 membr., saec. XVI, a. 197, l. 144 [L. X, CCXLVIII]. N.

I. *Chronicon nobilis familiae Arponis tarvisinae.* « Hoc est » exemplum particulae infra notatae, extractae per me Alexan- » drum Philomena . . . », f. 1-48.

Nomine chronici familiae Arponis veniunt documenta annorum 618, 1116, 1270-1294, 1313-1333, 1443, 1550-1553. manu primum exemplata Alexandri Philomenae notarii communis Tarvisii, in hoc vero codice Antonii Bolognati notarii tarvisini. Folium 1 *verso* praefert effigiem coloribus et auro obductam cum epigraphe: *Arponis comitis ex regali Francorum vetusto genere nati a Lothario Francorum rege quinquagesimo; super Burgundiam praefecti, anno* 618 *effigies*. Alter *recto* habet: *Arponis familiae arma,* coloribus item ac auro ornata, eadem que Ioannes Bonifacius describit: « Nello stesso tempo colla morte di Arpo degli Arpi s'estinse questa antica e nobil famiglia, » della quale è memoria che s'è onoratamente in Trivigi conservata intorno cinquecento anni. Ella aveva per arma nella » metà superior dello scudo in campo rosso un castello di mattoni con tre merli, nel cui mezzo erano due leoni d'oro rampanti, e la parte inferior dello scudo era d'uno scacchiero a » quadretti d'oro e turchini » (1). Foliis 30-31, coloribus et auro ornata stirps familiae aesculo arbori adpicta est, a M. *Paxe phisico* ad *Bonaccursum,* annis 1270-1550, titulo in calce exscripto: *Chronicha prolis et descendentie nobilium Tarvisinorum de cha Arpo.*

II. *Confirmationes capitulorum collegii nobilium tarvisinorum.* « Libro I, tractatu 7.°, capit. 13 de domibus quae sunt ab » utraque parte logiae militum . . . », f. 49-104.

Partes consilii tarvisini et provisiones ducales, per eosdem Philomenam et Bolognatum, ex statutis tarvisinis maiori ex parte decerptae.

Cod. 298 chart., saec. XVIII, a. 270, l. 200 [L. X, XXXVI^b]. X.

Chronicon bellunense ex codice autographo Clementis Miliarii, canonici bellunensis, penes Iosephum Gennari patavinum existente Io. Bapt. Verci exscripsit. « Anno Dom. MCCCLXXXIII, » indictione VI, die Veneris, XVII mensis iulii. Illustrissimus » princeps et dominus noster dominus Leopoldus dux Austriae

(1) *Istoria di Trivigi*. Venezia, 1744. p. 538.

» ec., dominus Cividadi [Belluno] et Feltri, reversus de Tarvi-
» sio . . . ». Folia 226.

Chronicon, cuius nulla librorum aut capitulorum divisio, ab anno 1383 ad 1412, anecdotum est. Qui et de auctoris notitia anno 1413 demortui, et de rerum enarratarum segete instrui cupit, adeat operis anatomen quam professor Franciscus Pellegrini in *Archivio veneto* [Venezia, 1871, t. II, p. 5-16] fuse instituit, codice usus quem familia Miari Belluni anno 1780 exscribendum curavit ex autographo in bibliotheca seminarii patavini modo exstante. Recens Ioannes de Donà bellunensis, itale vertit ac publici fecit iuris, munificentia comitis Damiani Miari qui anni 1780 exemplum custodit: *Cronaca bellunese del canonico Clemente Miari, tradotta e ora primamente pubblicata per cura del co. Damiano Miari. Belluno, premiata tipografia di F. Cavessago,* 1873, pag. X, 234, 8.°

Cod. 299 chart., saec. XVII, a. 298, l. 211 [L. X, CI]. Yc.

Tractatus de Italiae exarchatu ad Adrianum VI pontificem maximum. « Flavium Valentinianum iuniorem ac testium eius » nominis imperatorem Agnellus . . . ». Folia 52.

Auctor, quicumque ille sit, epistola: « Saepe multum dubitavi, pater beatiss., litteras dare ad te Dei maximi vicarium. » Videbam enim . . . . . . » pontifici nuncupat opellam, cui exarandae « nonnulla excerpta quae inter illustres scriptores et » scholas etiam vix lectione digna sedulo exploravi et excussi, » in quibus recentioris memoriae de Italiae exarchatu, illiusque » aliquid dignitate contineretur, sub quibus videlicet principibus, a quibusve gentibus summus hic Italiae exarchatus magistratus originem duxit, ad quosque agrorum limites ac civitatem se dilatavit; in quorum ditionem venit et quo demum » tempore cessavit illius nomen ». Tractatui compingendo documenta eo numero prolata sunt, ut opportunius documentorum segetem quam de re dissertationem appellarim. De iis pluribus disserere supervacaneum puto, quod publico iam iuri commissa sint.

Cod. 300 chart., saec. XV, a. 206, l. 147 [L. X, CVII]. O.

Desiderii Spreti *ravennatis, de amplitudine, devastatione et instauratione urbis Ravennae; ad equestris ordinis virum clarissimum dominum Iacobum Antonium Marcellum, patricium venetum.* « Ravenna urbs antiquissima loco quidem delectabili » sita est . . . ».

Eadem lectio est quae in variis editionibus a veneta a. 1489 ad splendidiorem ravennatensem ann. 1793-1796, quam Camillus Spreti itale vulgatam, notis et additamentis instructam obtulit.

Codicillum diligenter foliis 41 exscriptum, tabulis corio coccineo obductum ac bullis fibulisque ornatum, possederat Marinus Sanutus Leonardi filius.

Cod. 301 chart., saec. XVI, a. 338, l. 228 [L. X, CL]. Z.

Achillis Bocchii *bononiensis, historiae patriae ab urbe condita liber XV, annis* 1249-1250. « Memorabili clade captivi » regis annus hic erit insignis, quo Philippus Ugo praeto- » rium . . . ». Folia 39.

Praeeunt **a.** fol 1 *epigramma Blosii auctori:*

« Te scribente tuae patriae gesta, inclyte Bocchi,
» Maiora apparent, maxima quae fuerant.
» Multum his qui gessere quidem tua patria debet,
» Qui maiora facis, plus tamen illa tibi ».

b. *dedicatio auctoris* [Bononia, ex aedibus nostris, VI cal. martii 1541] *Beato Ferrerio cardin. hippor. Bononiae propontifice senatus populique bononiensis parenti optime merito,* quem continuo praeconio prosequitur; **c.** *eiusdem auctoris epitoma.* Index alphabeticus in libro contentorum exstat foliis 29-36.

Qua urbe a. 1488 natus est auctor Bononia, obiit a. 1562. Alberto Pio Carpensi addictus, Romae praestitit orator imperialis, unde eques et comes palatinus renuntiatus est. Patriam historiam conscribere a senatu iussus, quindecim libros exaravit, non tamen in lucem protulit; hoc eo magis miror quod

plura praesertim poetica typis commiserit. Idem sub fine codicis fol. 37 epigramma in tituli formam obtulit: *Bononiae ex aedib. Achil. Bocchii equitis bononiensis, artium humanarum professoris publici, IV cal. martias anno a Christo Deo nato MDXLI, qua tempestate amplissimi patris Bonifacii Ferrerii cardinalis propontificis auspitio P. F. Ferrerius vercellensis episcopus designatus eximiis omnibus animi dotibus insignis rempublicam bononiensem vice propontificis ipsius summa cum laude gubernabat. Praeterea Ioanne Baptista Blanchino nobilitate et virtute inclyta viro iustitiae vexillum primi semestris obtinente.* Historiam ceteroquin universam servat bibl. nationalis parisina.

Cod. 302 chart., saec. XV, a. 322, l. 235 [L. X, XVII]. F.

I. B. Platinae, *historiae urbis Mantuae Gonziacaeque familiae libri sex.* « Urbem Mantuam ab Hetruscis originem traxisse » gravissimi auctores sunt Livius ac Plinius . . . », f. 1-257.

Auctor Francisco Gonziaco cardinali mantuano historiam ab origine ad annum 1464 nuncupat: « Multarum quondam ci- » vitatum nomina, tum vetustate, tum gloria . . . . . ».

Quam edidit Lambecius (1), ea recusa est in *Thesaur. antiquitt. et historr. Italiae*, tom. IV, p. II, ac a Muratorio in *Scriptt. rer. italic.*, tom. XX, una cum notis quas Lambecius pag. 441-496 addiderat, quasque *praeter spem interrupit* ad annum 1237. Constat reapse Lambecium ab annotationum continuatione desistere iussum, ita volente Eleonora Gonzaga Ferdinandi III imperatoris vidua, unde editio fisco addicta, ideoque perrara (2). Etsi Lambecii editio bonae lectionis notam generatim praeseferat, quaedam in codice occurrunt quae ei emendandae conferunt.

(1) Baptistae Bartholomaei Sacchi *cremonensis, ex vico Platina vulgo appellati* Platinae, *historia inclytae urbis Mantuae et serenissimae familiae Gonzagae, in libros sex divisa, et nunc primum ex augustissima bibliotheca caesarea vindobonensi a Petro Lambecio, s. caes. maiestatis consiliario, historiographo et bibliothecario, in lucem edita, atque necessariis annotationibus illustrata.* Vindobonae, 1675, p. 496, 4.°

(2) V. *Giornale de' letterati d'Italia*, III, p. 422 e segg.

II. *Endecasyllabi et epigramma in laudem familiae Gonzagae*, f. 258.

Endec. *Non aurum, loculos, ebur, lapillos.*

Epigr. *Vestra domus quamvis tanto celebretur honore.*

III. *Sei canzone cavate dal canzonero Gonzago fra quaranta generationi de varie canzone per maestro Paolo Florentino, all' ill.mo principe Federico, nelle quali si contiene brevemente quasi tutta l' historia Gonzaga et Mantoana, et prima di tutte l' arme et insegne di Gonzaga.* « Avido sempre di mirar, mai stancho... », f. 259-274.

Paulum Florentinum, ordinis Servorum, si auctor germanus, carmina exarasse singulare prorsus censeo.

IV. Pauli Florentini, *divi ordinis s. Spiritus, historiae Mantuae Gonziacaeque familiae libri duo.* « Mantuanae urbis historiam aggressus, quid pauper ingenio addam, cum felix haec tua civitas . . . », f. 278-332.

Auctor ordini Servorum b. Mariae virginis, ac commendator nosocomii s. Spiritus Romae, familia Atavanti, dicat Federico Gonziaco, Mantuae marchioni, generali ac gubernatori regio et ducali opellam qua non historia urbis sed potius huius laudes ac Gonziacae familiae efferuntur, testibus in rem, libro primo, adhibitis Virgilio, Tito Livio, Plinio, Servio, Dante Aligherio, Boccaccio, Benvenuto Imolensi, Vincentio Bellovacensi, Leonardo Aretino, divo Antonino, Pio pp. II, Blondo Foroliviensi, Platina, Mario Philelpho, Christophoro Landino, Ioanne Tortello, Ioanne Pontano, Victorino Feltrensi, Gregorio Tifernati, Petro Manso. Lucem quandam rei affundunt quae tractationem absolvunt: « Haec omnia de tantis excerpta electiora in tantillam » brevitatem redacta sunt. Postquam de praeterito Iulii mense » proximo 1482, iurisconsultorum grande nostris temporibus » decus archidiaconus consiliarius marchionalis viceque legatus » non immeritus, nos pro animi sui benignitate gratiosissimis » amoris funibus in communem virtute praeditorum patriam » Mantuam attraxit: sedes ubi fata quietas ostendunt, si tuae » dominationi visum fuerit, cui me plurimum plurimumque » commendo ».

Cod. 303 chart., saec. XVIII, a. 331, l. 224 [L. X, CXLIX]. Z.

Petri Azarii, *chronicon gestorum in Lombardia, et praecipue per cunctos dominos Mediolani.* « Quoniam humana vita est » fragilis et caduca, memoriaque hominum labitur ..... ». Paginae 207.

Auctor historiam ab anno 1250 ad annum 1362 complexus, gesta enarravit Vicecomitum Othonis et Ioannis archiep. mediol., Matthaei cognomento *Magni,* Galeatii I et II, Azonis, Luchini, Ioannis agnomento Olegiani, Barnabovis, item regis Roberti, Ludovici de Bavaria, Canis grandis de la Scala, Ioannis marchionis de Monteferrato: quaedam insunt quoque de adventu imperatoris Henrici, de Ioanne pp. XXII. Idem ad extremum postquam tristissimum ecclesiae statum ac teterrimae pestis quotidie magis subrepentis infortunium ploravit, haec de se testimonia congessit: « 1362. Indict. 15 de mense Novembris .... » ..... Ego Petrus Azarius, filius quondam domini Iacobi, pu» blica auctoritate novariensis notarius, dum essem in civitate » Terdonae iudex ad bancum aeris dicti communis luendi, nec » non cancellarius nobilis viri domini Ioannis de Pirovano, ci» vitatis Terdonae honorabilis potestatis, pro magnifico et ex» celso domino Galeatio Vicecomite Mediolani etc. imperiali vi» cario generali, praedicta diversis temporibus gesta compilavi, » scripsi et in testimonium praemissorum signum meum consue» tum apposui ».

Ex hoc eodem codice edidit Burmannus in *Thes. antiqq. et historr. Italiae,* tom. IX, part. VI; ex Lazari Augustini Cotta iurisconsulti novariensis cum Ambrosiano collato, Muratorius in *Scriptt. rer. ital.,* t. XVI.

Cod. 304 chart., saec. XVI, a. 282, l. 200 [L. X, CCVII]. N.

Bernardini Arluni, *historia patria ab urbe condita et de bello gallico.* « Gallos in Italiam, vini dulcedine pellectos, olim Me» diolanum initio condidisse ... ».

Foliis 1-14 pracit per errorem prooemium operis *de bello*

veneto eiusdem Arluni, quod, *auspicatissimo Venetiarum principi Andreae Gritto, sanctissimoque senatui veneto* ab auctore nuncupatum prodiit anno 1722, *Thes. antiqq. et historr. Italiae*, t. V, p. IV.

Auctor, ex Arluno sive Ara lunae in agro mediolanensi, iurisconsultus, rerum mediolanensium accuratissimus sub initio saeculi XVI scriptor, a fundatione urbis ad Francisci I Galliarum regis captionem [1523], Mediolani historiam stylo redundanti ac poetico quasi lepore deducit. Nimius in etymis inferendis ac historicorum sententiis expendendis, saepius narrationem exemplis plus aequo intercipit, quemadmodum sub fine prolata in captione Francisci I de adversitatibus tollerandis. Quod modum quandoque excesserit nuntiat conclusio: « Proinde ne a » gestis rebus proscribendis actorumque diurnorum ephymeride » digressus, ad christianas pareneses theologicasque doctrinas » diversiore symbolo deflexisse videar, neve solido patientie » clypeo obarmatum pectus institutis monitisque meis infor- » masse videar, scribendi finem facio ».

Tomum primum a fundatione urbis ad annum 1500, praelo paratum, habet Mediolani biblioth. Ambrosiana, una cum praefatione Marci Antonii Maioragii, iam impressa, quae in codice nostro desideratur. Huic adhaeret alter et tertius usque ad auctoris tempora. Universi operis editionem Franciscus frater etsi aetate gravis, molliebatur; immo incaeptam Basileae per Ioannem Oporinum in f.° habet Ambrosiana eadem.

Codex, foliorum 384, basilice compactus, habet sub initio insignia gentis vel urbis alicuius, cum cruce rubea in campo argenteo.

Cod. 305 chart., saec. XVI, a. 290, l. 215 [L. X, CCLV]. N.

Venerabilis viri fratris Andreae de Biliis de Mediolano, ordinis Heremitarum d. Augustini. Rerum gestarum ill. Mediolani ducum Iohannis Galeaz et Philippi Mariae. Prooemium: « Quae sum scripturus nec oculis quidem perspecta dicere au- » sim .... ». Liber primus: « Tum itaque inter curandum Io- » hannis Galeaz funus ... ». Paginae 306.

Auctor, gravis et eloquens, narrationem a funere principis Ioannis Galeatii Vicecomitis orsus, a. 1402, eam deducit ad ann. 1431. Idem obiit vicarius generalis Senarum, a. 1435. Historiam hanc protulerunt primus Vander Aa in *Thesaur. antiquitt. et histor. Italiae*, tom. IX, part. VI, ex codice Apostoli Zeni proxime insequenti, postea Muratorius in *Scriptt. rer. ital.*, t. XIX, ex codice membranaceo Ambrosiano, collatis Trivultiano, Pertusatiano, Novariensi. Editioni utrique addita in principio quae in nostris codicibus sub fine, argumenta novem librorum cum nota ad extremum, puto ex Ambrosiano: *Tomas Curtius Presbyter Mediolanensis transcripsit hoc opus et id expedivit XVI mensis maii MCCCCLXXII.*

Cod. 306 chart., saec. XVIII, a. 266, l. 178 [L. X, CLXII]. Z.

Eiusdem, *idem opus.*

Codicem ex Ambrosiano membranaceo exscriptum Apost. Zeno cum aliquo alio per se contulit, ac editoribus *Thes. antiqq. et histor. Italiae* dedit, ut notavi. Sub fine *historiae* idem Zeno scripsit: *Sequentia ex codice comitis Pertusati descripsimus. Finis feliciter deo laus, cui potestas.*

« Quiquid in Italia gestum est post funera magni
» Anguigeri Galeaz repeti per tempora dignum,
» Donec aquas rediere suas ex arce Cremonae
» Propulsi Veneti, manet hoc in codice scriptum »,

quod epigramma in editione utraque desideratur.

Cod. 307 chart., saec. XV, a. 234, l. 161 [L. XI, LXXXVIII]. Mr.

Francisci Philelphi, *oratio parentalis de divi Franc. Sfortiae Mediolanensium ducis felicitate.* « Si fieri posse censerem » ut lamentationibus ac lacrymis . . . ».

Finem, folio 79, excipit inscriptio: « Quae quidem oratio » habita est ab eodem Francisco Philelpho, equite aurato lau- » reatoque poeta, in ecclesia cathedrali Mediolani, die lunae, VII » idus martias, anno a natali christiano millesimo quadringen- » tesimo sexagesimo septimo ». Manu recentiori: *Ego Ioannes Maria Tertius.*

Orationem pluries editam habet codex, ad normam charta densiori exscriptus, cum littera initiali minio et auro obducta, tegumentis ligneis corio signato coopertis.

Cod. 308 chart., saec. XVII, a. 300, l. 200 [L. X, CLII]. Z.

Diamantis Marinoni, ***de origine urbis Mediolani ac nobilium familiarum eius, ex manuscripto autographo decerpta tractatio fideliter.*** « Post vastissimam universi orbis aquarum cladem sa- » tis constat ex divino sacrarum litterarum oraculo... ». Folia 27.

Auctor, graecae ac latinae linguae peritus, collegio iurisperitorum nobilium mediolanensium a. 1534 adscriptus, eques auratus, caesareus advocatus fiscalis, cathedram senatoriam ascendit. Vidua Violanta Casata ac septem filiis relictis, obiit anno 1568. Opus anonymum familiarum mediolanensium serie alphabetica historiam complectens exstat quoque, teste Montfauconio, in regia bibliotheca parisiensi.

Cod. 309 chart., saec. XVII, a. 195, l. 137 [L. X, XLIV]. F.

De origine et temporibus urbis Bergomi. Francisci Bellafini liber. Agri et urbis bergomatis descriptio, Marci Antonii Michaelis patritii veneti. Folia 80.

Exemplum sumptum ex editione veneta Io. Antonii et fratrum de Sabio a. 1532.

Cod. 310 chart., saec. XVII, a. 316, l. 212 [L. X, XVIII].

I. Benedicti Iovii, ***novocomensis, historiae Comi. Libri duo.*** « Comum italicam urbem in Larii lacus, qui est apud Alpes, ri- » pa conditum . . . », f. 1-44, 71-109.

Exemplum editionis anno 1629 Venetiis datae, Lugduni Batavorum recusae in ***Thes. antiqq. et historr. Italiae,*** t. IV, p. II. Libri primi textus tamen desinit anno 1451, unde quae dimidiam libri partem absolvunt in editione [p. 86-157] omnino deficiunt: ea sunt quibus exscribendis in codice folia 44-70 parata occurrunt.

II. *Normae vivendi, secundum Dei voluntatem, sororibus in monasteriis datae.* « Quis autem in monasterio constitutus soro-» ribus sit arripiendus modus Deo vivendi et regulae...... », f. 113-115.

Cod. 311 chart., saec. XVIII, a. 290, l. 193 [L. X, CCLXXXVI].

Guidi Panciroli, *iuris utriusque doctoris ac in patavino gymnasio lectoris celeberrimi, ad cives patriae suae, rerum regiensium libri octo.* Prooemium: « Praeclara multorum illustrium » virorum gentiumque facta, optimi cives, duabus potissimum » de causis ... »; liber primus: « Vetustissima origo et pote-» stas Etruscorum, qui priusquam in immensum ... ».

Scribendae historiae consilium sic aperit concivibus auctor in prooemio dato Patavii, 17 cal. febr. a. 1560: « Cum in iure » civili docendo Patavii occupatus, non magno me vobis usui fu-» turum animadverterem, aliquo facto meam in patriam pieta-» tem testatam relinquere cupiebam: ad id me etiam accendebat » praeclarum Alberti parentis mei exemplum, qui cum in conser-» vandis augendisque rebus vestris omne suum studium, operam » atque totam vitam indefessus posuerit, ab eo non mediocriter » generasse visus essem, si nulla patriae meae navata opera se-» gniter decessisem. Statui itaque quidquid ex veterum histo-» riis et nostris, ac vicinarum urbium annalibus undique con-» quisitis de rebus gestis civitatis nostrae eruere potui, id totum » ad ipsius gloriam illustrandam, actaque explicanda proferre. » Hoc quidem mihi aliis continuis negotiis detento dificillimum » opus fuit, sed dum subcessivas horas in hoc omnes impendo, » divino favente numine, aliquid me effecisse confido, qui tame-» tsi universam ab ovo, quod aiunt, ad mala Regii historiam » contexuero, plura tamen, aut certe quidquid pro ingenii mei » tenuitate inveniri potuit, prima origine repetita, ordine ex-» plicabo, maximumque tunc beneficium me assecutum esse ar-» bitrabor si aliquem, ut Trasybulus dicebat, pro multis, quas » patriae debeo, gratiam retulisse videbor ». De opere, adhuc inedito, etsi pluries tentata editio, sic Hieron. Tiraboschi: « Que-» st'opera ancora ci mostra la vastissima erudizione dell'auto-

» re; perciocchè, comunque egli seguendo i pregiudizî di quel-
» l'età, si appoggi a favolosi racconti e agli apocrifi documenti
» di Annio da Viterbo, mostra nondimeno quanto ei fosse ver-
» sato nella lettura de' buoni scrittori, e fa ancora uso sovente
» de' monumenti degli archivî della sua patria » (1). Autographum ac recens exemplum servat bibliotheca Estensis; aliud exemplum tabularium generale Venetiarum ex bibliotheca Thomae Gar.

Amanuensis, etsi nitidioribus characteribus, scripturae errores sic coacervat ut sensus quandoque absit.

Auctor, anno 1523 Regii Lepidi natus, graecis et latinis litteris Patavii, Ferrariae, Ticini operam dedit. Cum anno 1545 in iurisconsultorum collegium patavinum cooptari vellet, per litteras triumvirales a praeside reiectus est. Verum biduo post conductus est a senatu, secundae civilium institutionum scholae edocendae, primae a. 1554. Sexennio postea magnis conditionibus accersitus Taurinum migravit, unde anno 1583 Patavium rediit, ubi pluribus operibus editis clarus, anno 1599 diem obiit supremum.

Codex paginas numerat 1138.

Cod. 312 membr.-chart., saec. XV, a. 245, l. 180 [L. X, CCXL].

I. Francisci Puteolani, *de publicis Parmae turbationibus epistola Iacobo Bonarello, ducali consiliario et Parmae gubernatori.* « Vexata et lacerata Italia per annos sexdecim a Poenis » atque ab Annibale . . . », f. 1-4.

II. Damiani Garbatii, *medicinae doctoris, epistola de re eadem, strenuo equiti domino Iacobo Bonarello.* « Mihi accidit, ge-
» nerose miles ac magnifice illius ingratae civitatis Parmae . . .
» Venetiis, die septimo octobris 1477 ». Duplex exemplum. f. 4-7, 35-37.

III. Eiusdem, *de eodem, carmen hexametrum incipit:*

« O lacrimanda dies totum memoranda per orbem,
» Sforciadem Galeaz quintum qua dira Mariam

(1) *Biblioteca modenese.* Modena, 1783, t. IV, p. 19.

» Magnanimumque ducem rapuit mors invida . . . ».
Duplex exemplum, f. 7, 37-38.

IV. Francisci Puteolani, *duplex elegia de eodem, equiti aurato et senatori ducali Iac. Bonarello.* Prima incip.: « Quamvis » innumeris stringantur pectora curis... »; altera: « Turbarat » placidam rabies vesana quietem . . . », f. 8.

V. Francisci Tranchedini, *de eodem elegia Francisco Parmensi poetae.* « Parmensis Francisce diu mihi cognite fama... », f. 8-9.

VI. Franc. Puteolani, *poetae parmensis, epistola de eodem, Ioanni Alimento sed. ap. prothonotario, et reverendiss. legati Bononiae locumtenenti dignissimo.* « Petiisti a me, vir optime et » merito mihi desideratissime . . . », f. 9-11.

VII. Francisci Mariae Grapaldi *parmensis, Iac. Bonarello epistola de eodem.* « Cum animo mecum repeterem quae in te sit » fueritque semper sita humanitas . . . . . Forinovi, XVI kal. ia- » nuarii 1477 », f. 12-15.

VIII. Marii Philelphi *doctoris, equitis et poetae laud. Iacobo Bonarello anc. praesidi Mediolani, saphicum endecasyllabicum, et asclepiadeum carmen.* Primum inc.: « Qui meis dignas, Iaco- » be, laudes »; alterum: « Numa quid commemorant plurima » numina », f. 32.

IX. *Capitulum ad dominum Iac. de Bonarellis de Ancona, magnificum potestatem Florencie feliciter incipit:* « O luce e » specchio d'ogni generoso . . . », f. 33-34.

X. Petri Lazaroni, *ab ill. duce Mediolani ad lecturam artis oratoriae publice conducti, sereniss. principi, ac excell. dominio et inclyto senatui veneto,* f. 40-48.

Auctor brixianus, cuius carmen in laudem Ludovici Sfortiae et Iasonis Mayni exstat in codice nostro [L. XII, CLXXX], nuncupat poemation ineditum *de magistratibus venetis,* epistola quae inc.: « Cum animadverterem, sereniss. princeps, totum ter- » rarum orbem... ». Prologus inc.: « O regina maris, terrarum » et nobile culmen ».

Agit vero de magistratu **a.** *principis et sex assidentium;* **b.** *procuratorum s. Marci;* **c.** *advocatorum;* **d.** *capitum decem;* **e.** *quarantiae criminalis;* **f.** *quarantiae civilis;* **g.** *sapientum*

terrae firmae ; **h.** *dominorum noctis ;* **i.** *auditorum veterum ;* **k.** *auditorum novorum ;* **l.** *magistratibus externis ;* **m.** *magistratu rogatorum.* Margine inferiori prosa oratione data est concinne historia magistratuum, his conclusa: « Hic pedem sisto » et concludo, civitatem Venetiarum merito reginam maris ap» pellandam esse, et summam pulchritudinem reliquarum civi» tatum, quae sitae sunt in toto orbe terrarum praetergredi; et » incoli a viris summa industria et summo ingenio praeditis et » labores et pericula subeuntibus ».

Cod. 313 chart., saec. XV, a. 192, l. 143 [L. X, CLXIX]. Z.

I. *De origine urbium Italiae, et ipsius Italiae primo incolatu, per Ricobaldum ferrariensem ; qui plura ex his habuit ex antiquissimis libris Ravennae compertis.* « Italia provintiarum » nobilissima omnium et domina mundi . . . », f. 1-39.

Auctor, alius ab antiquiori saeculi decimitertii, quippe qui ante dimidium saeculi decimiquinti floruerit (1), ab Ada usque et diluvio describit Italiam, *quam inter ceteras occidentales provintias prim[illegible]habitatam fuisse* liquet. Ea in provincias et urbes distributa, Ricobaldus fabulas de earum origine et regiminibus effutit lippis et tonsoribus notas. Haec habet de urbe natali: « Post fere per ducentos annos adiuti quamplures populi in loco » qui dicebatur Massa Babiloniae, iuxta flumicellum nuncupatum » Ferrariolam infra limites Padi, civitatem Ferrariae construxe» runt, consilio et favore Vitaliani . . . ». Opusculum, *quod nondum multis cognitum est,* Ioannes Pizolpassius a se exscriptum *mansuetudini* Ioannis Bentivoli offert [Bonon., idib. iunii 1485]. Muratorius qui hunc eundem codicem sibi a Zeno communicatum viderat, iure tom. XX *Scriptt. rer. ital.*, p. 867, annotat: « Opus innumeris fabulis scatet, ac propterea nullius pretii ».

II. *Chronica in qua continentur antiquitates et acta memoriae digna, facta et occurrentia in Lombardia, et specialiter in Placentia, et etiam aliqualiter in toto orbe terrarum, compilata*

(1) « Venetia retento sibi nomine totius patriae prioris, quae nobilissima » est et potentissima omnium civitatum Italiae nostris temporibus, et iam » duravit annis a mille usque in praesens in quo currit 1431 . . . ».

et aggregata ex diversis chronicis libris et hystoriis actis, factis gestis, visis et auditis, seu relatis: distincta per annos et tempora ab orbe condito usque ad nativitatem Domini et deinde per annos incarnationis Domini. « Aetates huius mundi sunt sex: » prima aetas incepit ab Adam protoplasto . . . », f. 32-95.

Chronicon ad annum 1374 a Petro de Ripalta conscriptum, ut idem sub fine annotat, idem Muratorius cum chronico placentino Ioannis Mussi [ex biblioth. Estensi in *Scriptt. rer. ital.*, t. XVI illato] contulit: eadem utrobique reperit et paene iisdem verbis scripta; *nisi quod longe plura in chronico Mussiano quam in Ripaltae annalibus brevibus occurrunt.* Pace tamen clarissimi Muratorii assero universa codicis nostri foliis 32-61 in exemplo Mussi desiderari, uti etiam quae de peste sub fine codicis nostri leguntur: « Eodem anno [1374] de mense iunii incepit in civi- » tate et districtu Placentiae morbus et mortalitas generalis, ex » qua defecit circa medietas personarum civitatis et episcopa- » tus placentini, in qua decessit Petrus de Ripalta qui compila- » vit et scripsit manu propria hunc libellum. Et duravit per sex » menses et ultra, et fuit in culmine de mense octobris et po- » stea paulatim declinavit, et gravis mortalitas fuit et per totam » Lombardiam: et per alias partes mundi, scilicet inter civita- » tes Lombardiae, primo invasit Ianuam, deinde Mediolanum » sed anno praecedenti, postea Bononiam, deinde acriter Par- » mam, Laudem, Papiam, Placentiam, Bergamum et Cremo- » nam: et morientibus apparebant signa in inguinibus et sub » assellis, et retro aures tum febre acuta, sicut fuerat in alia » mortalitate, quae fuerat 1361. Eodem anno et mense cum ap- » propinquaret tempus messium, taliter corrupta sunt blada in » campis per pluvias et nebulas multiplicatas, quod nedum semi- » na potuerunt colligi. Cuius occaxione incepit per totam Lom- » bardiam fames et caristia magna, quae duravit per . . . . . . et » ultra. Eodem anno die sabbati 29 iulii stipendiarii praefacti » domini Galeaz Vicecomitis, qui erant pro defensione et custo- » dia in cittadella Vercellarum, non valentes ulterius tollerare ob- » sidionem, tradiderunt ipsam cittadellam gentibus ecclesiae ». Posteriores Antonii de Ripalta ab anno 1401 ad 1463 annales protulit Muratorius tom. XX *Scriptt. rer. ital.*

Cod. 314 membr., saec. XV, a. 293, l. 200 [Z. L., CCCXCII]. P.

Poggii Florentini, *historiarum florentini populi libri octo.* « Ea scripturus bella quae florentinus populus cum Vicecomitum » familia . . . ».

Historiae florentinae libros ab anno 1350, iussu et auctoritate eius republicae, a Poggio exaratos primus publici iuris fecit Io. Baptista Recanatus (1), ex codice hoc, quem ipse possederat; notis *ad rerum fidem et confirmationem, non ad ingenii ostentationem* appositis. A quarum pluribus cum Iacobus Lenfant, in editione operis *Poggiana* amstelodamensi, sententia discessisset, idem Recanatus a. 1721 edidit librum *Osservazioni critiche ed apologetiche* quo centurias duas errorum in *Poggiana* congessit. Editionem, cui additae imago Poggii a veneto Antonio Luciani aere sculpta ac gentis propago, recusam legimus a Burmanno in *Thes. scriptt. Italiae,* VIII, I; ac Murator. in *Scriptt. rer. ital.,* XX.

Codicem foliis 185 belle ac emendate descriptum ornant litterae librorum initiales auro et picturis splendentes, praesertim in titulo quo expressa gentis [puto] Recanatae insignia.

Cod. 315 membr., saec. XV, a. 218, l. 150 [Z. L., CCCXCIII]. P.

I. Io. Baptistae Bevilacqua *veronensis, bellum lucanum, ad Guarinum Veronensem.* Dedicatio: « Cupienti mihi quidquam » ad te scribere, occurrit animo bellum hoc lucanum . . . . . »; textus: « Italia sedatis undique bellis pace composita videbatur. » Hac vero pacis tranquillitate Nicolaus Fortebraccius Braccii » Magni et praestantissimi ducis ex sorore nepos . . . . Vale » litterarum splendor. Ex castris lucanae urbi adversis. IIII kal. » decembris. MCCCCXXX », f. 1-6.

II. Eiusdem, *additamentum narrationi antecedenti. De pri-*

(1) Poggii, *historia florentina nunc primum in lucem edita, notisque et auctoris vita illustrata ab Io. Baptista Recanato, patritio veneto, academico florentino.* Venetiis, anno 1715, apud Io. Gabrielem Hertz, p. XLVI, 384, 4.°

vilegio contra hostes extra moenia lucana continuato, eidem Guarino. « Bellum hoc lucanum militari quadam epistola ipsius ab » initio et illius uti gestum omni ex parte fuerat... », f. 7-15.

Quidam principio haec adscripsit: *Bellum lucanum, quod a Florentinis gestum est, annotatum a Baptista Bivilaqua veronensi, qui in eo erat equitum ductor, sub praestantissimo armorum capitaneo Nicholao Fortebraccio.*

Commentariolum hoc quod Maffeius in parte secunda operis: *Verona illustrata* prorsus ignorat, ex codice Marii Flori aretini, lectione longe emendatiori, protulit Io. Domin. Mansi in *Stephani Baluzii Miscell.* Lucae, 1761, t. I, p. 485-489. Iure Mansius auctorem, *si non prorsus imperitum, saltem tamen armis militaribus exercendis potius, quam calamo et scriptioni assuetum* appellat. *Unde veniam, quam supplex hic petit, promeretur, si stilo utitur implexo, et multa simul evolvente, adeo ut interdum divinantis potius quam legentis lectoris indigeat.* Legenda est epistola Francisci Barbari Baptistae Bevilaquae [inter editas Brixiae, p. 12-13] qua orat ut Petrus Montanus venetus a Nicolai Fortebracii militibus in vincula correptus libertati restituatur [a. 1434].

III. *Copia commissionis factae per gubernatorem ducalem Ianuae, in classe per eum facta contra classem Venetorum et Florentinorum de mense septembris MCCCCXXXI, contra quam, Dei iustitia favente, classis Venet. et Florent. victoriam dicto mense obtinuit. Cuius quidem commissionis, secundum copiam habitam, tenor talis est videlicet:* « Bartolomeus sancte milanensis » [mediolanensis] ecclesiae archiep., ducalis Ianuensium gubernator et consilium .... Ex Ianua MCCCCXXXI, » Iacobus de Braccellis cancellarius ec...... », f. 16-23.

Apostolus Zeno, ubi in opere: *Dissertazioni Vossiane* [Venezia, 1753, t. II, p. 266-271] de Iacobo Braccello scribit, commissionem hanc supremo classis praefecto Francisco Spinola datam se in codice hoc, penes Io. Bapt. Recanatum, vidisse testatur.

Cod. 316 chart., 1527, a. 204, l. 143 [L. XI, LXXIII].

Sebastiani Arrigi *pistoriensis, divini humanique iuris interpretis, de miris laudibus magnifici Zenobii Bartholini, iustitiae, aequitatis, integritatisque sacrarii, pro illustrissima republica florentina, pistoriensis civitatis dictatoris optimi, ad nobilissimum Ioannem Massam a Sardinea, poeticae, rhetoricae ac legiptimae sophiae cultorem insignem, aureum compendiolum.* « Efflagitasti a me, et quidem multifarie multisque modis, nobilissime Massa . . . ».

Auctor, nobili apud Pistorienses familia ortus, iuris in gymnasio pisano interpres, quem Mich. Ang. Salvius ob munera in patria et Senis honestae gesta commemorat (1), Bartholinum Florentiae gente nobilissima natum laudat quod, Clementis pp. VII cura, Pistorienses bellis intestinis vexatos composuerit, ac officia quae urbis rectorem decent optime praestiterit.

Opusculum foliorum 26 anno 1527 scriptum est.

Cod. 317 chart., saec. XVI, a. 219, l. 140 [L. X, CLXVIII]. Z.

I. Bartholomaei de S. Concordio, *de origine civitatis Pisanae.* « Fuit quondam apud Graecos rex quidam nomine Pelops » pater Atrei et avus Agamemnonis . . . », f. 1-3.

Sub fine: « Explicit liber de origine civitatis pisanae compositus a fratre Bartholomaeo de Sancto Concordio, ordinis » Praedicatorum ». Auctor patria et professione pisanus is est qui *Summa pisanellam* exaravit. Floruisse narrant alii a. 1314, alii 1320, alii 1338.

II. *Quinque mundi aetates, quarum extrema:* « A Christo » fino ad ogi fuerunt anni MDXXXI . . . », f. 3.

Opellam utramque illam fabulis saturatam, hanc, anno certe errato, dedit ex manuscripto codice Lucensi Muratorius in *Scrr. rer. ital.*, VI, 163-165. In edita tamen loco a. 1531 legitur 1270.

(1) *Historia pistoriensis,* III, p. 179, 186, 188, 192.

quo tempus conscripti opusculi designatur. Neutra anni nota cum aetate Bartholomaei a Sancto Concordio componitur, cuius faetum minime esse asseruerim. Io. Fr. B. Maria de Rubeis in opere *de rebus congregationis sub titulo b. Iacobi Salomonii* [Ven., 1751, p. 331] hunc Zeni codicem cum exponat, scribit: « Putaverim ego annum 1531 notatum fuisse ab notario, qui opus » eodem anno transcribebat: annum vero 1270 scriptum ab au- » ctore fuisse qui chronicon concinnabat et perduxit ad eundem » Christi annum 1270 », vel antecedentem 1269, ut in codice Lucensi apud Muratorium.

III. Hugonis de Pisis, *archiepiscopi nicosiensis, narratio de adventu Petri apostoli ab Antiochia ad urbem, quam narrationem Roma secum detulit a.* 1267, f. 3-4.

IV. *Sermo s. Isidori de s. Petro apostolo.* « Simon Petrus » filius Ioannis frater Andreae, ortus vico Bethsayda ... », f. 4.

Et narrationem et sermonem ex eodem codice Lucensi obtulit Muratorius.

V. *Chronica pisana.* « Anno Domini CCCCLXXI fuerunt » Pisani in Calabria ... », f. 4-57.

Annorum serie turbata, plura habet post annum 1270 additamenta, a Muratorio loco citato prorsus omissa, quod codice Lucensi minime inserta essent.

Codicem, quem primum possederant Franciscus del Fiorentino et Iacobus Sebastiani Schotti de Pisis, dono dedit Apostolo Zeno die 21 aprilis 1741 eques Hector comes Morelli, *tenente colonnello del reggimento Berlinghen al servizio della regina di Ungheria.* Haec sub fine annotata: « Adi 9 di gennaio 1637. » Rovinò il ponte vecchio di Pisa senza pericolo di persona al- » cuna, et il giorno seguente rovinò un pezzo di arco di detto » ponte colla morte di molte persone ».

Cod. 318 chart., saec. XVIII, a. 265, l. 190 [L. X, XIII]. F.

Historiam Senarum. « Senensis civitas quam multis, quam » magnis ac praeclaris iampridem excelleat ... ».

Historiam hanc annorum 1446-1456, titulo *fragmenta senensium historiarum,* libris tribus distributam, ab Augustino

Dato, coaevo, voto publico exscriptam (1) legimus in huius operibus Senis a. 1503 impressis, fol. CCXXI-CCXXXVI.

Nihilotamensecius codicem magni aestimandum puto, quod, cum filius Nicolaus patris opera publici fecerit iuris, propterea-que quaedam in historia in quorundam dedecus vertentia suppresserit, ea integra in codice serventur ac obelis signata paginis 154, 157, 158 annotentur.

Codicem, paginarum 213, ab exemplo ms. alemannico exscribendum curavit Mannus, anecdotum putans.

Cod. 319 chart., saec. XV, a. 307, l. 206 [Z. L., CCCXCVI]. P.

Iacobi Bonfadii *salodiensis, historiae ianuensis libri V* [ann. 1528-1550]. « Magna quaedam res est magnaeque facultatem » felicitatis continet... ». Folia 52.

Nihil est quod vel rerum enarratarum continentia vel lectionis integritate ab editione differat, quam primum protulit Bartholomaeus Paschettus veronensis Papiae, a. 1586.

Cod. 320 chart., saec. XVII, a. 210, l. 165 [L. XIII, LI]. Z.

Vita Ioannis Vincentii Pinelli, patricii genuensis, in qua studiosis bonarum artium proponitur typus viri probi et eruditi, auctore Paulo Gualdo, patricio vicentino. Augustae Vindelicorum, anno 1607, p. 140, 4.°

Exemplum, cum emendationibus auctoris autographis, de quo Apost. Zeno haec in epistola ad Iustum Fontaninum, data Venetiis 26 iunii 1734: Io tengo fra li miei libri la vita del Pi-
» nelli, scritta dal Gualdo, tutta corretta e postillata di mano
» del medesimo, il quale fra le altre cose vi corregge ancora a
» c. 93 l'anno della morte del Norres, che prima era nel 1570,
» e vi sostituisce 1590, che così appunto, come anche ella av-
» verte, deve stare. Questa vita meriterebbe di essere ristam-
» pata con le correzioni e aggiunte suddette, le quali non ho

(1) Bandiera Io. Nicolai, *de Augustino Dato*, p. 220.

» dubbio alcuno che non sieno di mano del detto Gualdo, per-
» chè le ho confrontate con diversi suoi codici . . . . . . » (1).

Cod. 321 chart., saec. XVII, a. 308, l. 203 [L. X, CCLXXI]. N.

I. Romualdi Guarnae, *archiepiscopi salernitani historia, ab anno* 1001 *ad* 1178. « Per idem tempus Mel Catipanus primum » in Apulia conduxit Hormandos . . . », f. 1-58.

Annales potius salernitanos appella, quorum finem haec excipiunt: *Originale conservabatur a capitulo salernitano, et anno Domini* 1679, *mense aprilis fuit missum ab archiepiscopo Lucio Sanseverino Paulo V pontifici, qui collocari fecit illud in Vaticano archivio. Librarius Vaticanus erat ill. cardinalis.*

Auctor, Romualdus II Salerni archiepiscopus renuntiatus a. 1153, ibi decessit 1181. De opere ita Ughellius in *Italia sacra.* Venetiis, 1721, tom. VII, c. 404: « Scripsit Romualdus chara- » cteribus longobardis ab ipsis mundi primordiis ad sua usque » tempora chronicam, quam egregiam indicat bonae memoriae » Felix Contilorus in lib. Concordiae inter Alexandrum III pa- » pam et Frideric. I imperatorem Venetiis confirmatae ». Unde patet hanc esse eiusdem chronici partem, quod evincunt quoque principium et partes passim desideratae. Ceterum codicem authenticum Romam missum in usum cardinalis Baronii, postmodum vero in Vaticanam illatum constat ex historia principum langobardorum Camilli Peregrini (2).

II. *De hiis omnibus quae in regno Siciliae gesta sunt, vel ubique per orbem a tempore mortis Guillelmi secundi regis, usque ad tempora Friderici secundi Romanorum imperatoris semper augusti, Ierusalem et Siciliae regis, registrata per notarium Riccardum de Sancto Germano.* « Solet aetas antiquorum et pro- » vida ipsorum auctoritas digna memoria quaeque... », f. 62-149.

Consilium chronici ab anno 1189 ad 1243 conscribendi ita auctor exponit: « . . . . . . nisus sum pro viribus ingenioli mei » quae ubique terrarum et praesertim in regno Siciliae gesta

1) *Lettere di Apostolo Zeno.* Venezia, 1785, vol. V, p. 22-23.
2) Muratori. *Scriptt. rer. ital.*, II, p. 282.

» sunt, diebus meis visu cognita, seu fideli relatione percepta, » veritate servata, litteris tradere et in hoc praesens compilare » volumen; ut ex hiis discat futura posteritas varios esse tem- » porum cursus, memineritque prudenter bellum in pace timere » et pacem iterum sperare post bellum ». Sub fine haec ama- nuensis: « Ex codice autographo [203] in membranis chartis ms. » bibliothecae sacri monasterii Cassinensis, longobardicis chara- » cteribus, et etiam obsoletis litteris referto hoc translatum fide- » liter diligenterque, sed non sine maximo labore, descripsit Io. » Dominicus Terranova ». Quem reapse laborem ea subsecuta est errorum colluvies ut sensus absit quandoque.

III. Thesauri de Thesauris, *de Cornito, historia domus Sancti Severini, ex qua Salerni principes.* « Olim enim currentibus » annis Dom.... 1407, Isulfo Salerni principe... », f. 153-259.

Auctor desiderio obsequens praesulis Sancti Severini cardinalis diaconi s. Theodori, mittit eius prosapiae genealogiam, simulque [itale] vitam et gesta eius parentum Roberti et Barbarae de Gonzaga. Plura de seipso. Extremo loco [fol. 94-106] notitias ingerit *di casa Calabrese*, seu *casa Pucello, che hoggi si dice casa de Bulzi.*

Codicis belle compacti ornant opercula insignia, puto domus Sancti Severini.'

Cod. 322 membr., 1474, a. 162, l. 104 [L. XI, LIII]. X.

Oratio Ferdinando Aragoniae, Neapolis regi dicta. « Solae » virtutum actiones, inclyte rex, studiosis earundem immortale » comparasse legimus nomen... ».

Opellam, foliis 8 ornate admodum, litteris passim aureis exscriptam placet verbis Iacobi Morelli illustrare: « Si trova » descritta in questo bel codice un'orazione recitata al re di » Napoli Ferdinando d'Aragona, nell'occasione che conferì le » insegne del cavalierato dell'*armellino* a Federigo di Monte- » feltro, conte di Urbino. Era stato quest'ordine instituito dallo » stesso re Ferdinando, come dall'orazione si viene a sapere; e » ciò fu l'anno 1463, secondo il Gesuita Bonanni nel catalogo » degli ordini equestri e militari, stampato a Roma nel 1711,

» p. 84, in 4.° L'autore non ispicca da verun luogo; nè la nota » posta in fine: *Ioannes Marcus Cynicus exaravit* 1474, altro » significa, senon il copista. Quantunque sia il codice di poca » mole, è però ornatissimo. La miniatura che serve di capopa- » gina al primo foglio, rappresenta il re Ferdinando che confe- » risce le insegne cavalleresche al conte Federigo che sta ingi- » nocchiato dinanzi ad esso; presente, accanto del re, Alfonso » duca di Calabria ».

Cod. 323 chart., saec. XVIII, a. 278, l. 200 [L. X, XVI]. X.

Bartholomaei de Neocastro, *antiquissimi i. c. messanensis, primitus ibidem iudicis, exinde fisci patroni regni Siciliae, dein oratoris pro Iacobo Aragoniae rege apud Honorium IV pont. max.* 1286, *historia sui temporis, a morte Friderici II imperatoris et Siciliae regis, anno* 1250 *ad MCCXCIV, ex codice originali antiquis caracteribus mss., reperto in arcula plumbea subtus altare ss. Salvatoris Linguae Phari Messanae desumpta.* Prooemium: « Incommutabilis gratia Dei patris qui quempiam ad se » provocare non reiicit, quinimo sperantes.... »; textus: « Post » mortem vero Caesaris, Neapolis, Capua, Caserta.... ». Folia 126.

Apographum est codicis eiusdem cuius sibi sumpsit exemplum Paulus Agliottus, iurisconsultus messanensis, et, praefatione proposita, dono obtulit Ludovico Antonio Muratori, qui publici iuris fecit in *Scriptt. rer. ital.,* XIII, 1005-1196. Testimonia de auctore ac index capitulorum 124, quae codice hoc occurrunt, in editione desiderantur. Ceterum lectio eadem [mitte scripturae vitia, quibus redundat codex] et propositio a Muratorio: « Dicitur autem historiae huius aut autographum, aut an- » tiquum apographum repertum in arcula plumbea sub altari » sanctiss. Salvatoris Linguae Phari Messanae », sat evincunt ab uno eodemque fonte tum codicis nostri amanuensem, tum Agliottum hausisse. Qui de auctore et opere pluribus erudiri desiderat, adeat Muratorium loco citato.

Cod. 324 chart., saec. XV, a. 206, l. 140 [L. X, CCL]. N.

I. Antonii Panormitae, *in Alfonsi regis dicta aut facta memoratu digna libri quatuor.* Prooemium: « Xenophon is quem » graeci non abs re musam atticam vocant... »; liber primus: « Orabant et quidem suppliciter Ioannae Neapolitanorum regi» nae... », f. 1-87.

Prooemium excipit epistola Aeneae Sylvii Piccolominaei auctori *Alphonsi* sui emendationem siscitanti, qua spondet annotabit *pleraque, non tanquam mutanda sint, vel quod meum iudicium anteponam tuo, sed ut me librum vidisse ac legisse intelligas, quod tunc verum maxime iudicabis, cum per singula capita tui operis aliquid me videris esse commentum.* Quod reapse obtinuit in codice ut et in editionibus variis.

II. Eiusdem, *Alphonsi regis triumphus.* « Postea quam rex » cum principibus regni decreverunt conventum celebrare... », f. 87-93.

Triumphum quoque excipiunt emendationes Piccolominaei.

Auctor ex Beccatellorum bononiensium familia, eques, iureconsultus, poeta a Sigismundo imperatore laureatus, mille aureorum praemio ab Alphonso utriusque Siciliae et Aragoniae, ideo donatus est.

Ioannes Santes utrumque tum Panormitae tum Piccolominaei opus *in certos titulos et canones digessit et auxit* nomine: *Speculum boni principis sive vita Alphonsi regis Aragoniae,* addita *chronologia vitae et rerum gestarum Alphonsi* [n. 1395, m. 1458], *concinnata a Davide Chytraeo, a.* 1584. Amstelodami, Lud. Elzevir., 1646.

III. *Ad gloriosum principem Alfonsum Aragoniae regem, Aeneae Senensis episcopi oracio.* « Modestius fortasse fuerit, rex » maxime ac piissime... », f. 93-95.

Editam legimus in Piccolominaei operibus.

Sub fine: AMEN . DEO . GRACIAS . SEMPER . TEAOC *Wilhelmus Rottaler.*

Cod. 325 chart., saec. XVII, a. 300, l. 205 [L. X, XL]. Ye.

I. Dominici Zavorei, *de rebus dalmaticis libri octo, admodum illustri ac reverendo d. d. Fausto Verantio episcopo chanadiensi, sacrae caesareae regiaeque maiestatis consiliario, cognato et domino meo observandissimo.* « Cum aliquot abhinc annis mi- » hi ab hac nostra sicensi urbe, praeter meam opinionem ab- » esse . . . », f. 1-135.

Auctor sibenicensis, cum in familiaritatem Rodulphi II imperatoris receptus, Venetiis fieret suspectus, exulare cogitur, cui *intestino dolori ut medelam aliquam afferret, historiarum lectioni operam navare caepit, atque de rebus dalmaticis historiam contexere decrevit.* Haec idem in prooemio, asserens operi proprio lucem plurimam affudisse *commentariolum de Dalmatiae regibus* Marci Maruli, e *slovina* in latinam linguam conversum. In prooemio altero auctor, iam ad lares reversus, Thomae Surichievich archipresbytero sibenicensi, die 7 iulii a. 1602, conqueritur de quodam Roberto Bonaventura clerico britanno, qui cum ex decem, quibus universa ea historia constabat, sex libros a se emendandos recepisset, eos Venetias deferens surripuit. Facto iniquo minime territus, ad nova studia se contulit, qui supererant libros ab erroribus expurgavit; opus universum, uno verbo, superflua resecans, in octo libros congessit; quibus publici iuris faciendis sic archipresbyter Surichievich epistola nonis iulii eius anni data, auctorem hortabatur: « Age igitur et da prelo opus » quod prae manibus habes; sic enim et hominis audaciam com- » pesces . . . . , et te apud viros studiosos gratum, tuaeque » patriae non immemorem declarabis ». Narrationi, ad annum usque 1437 perductae, minime editae, praeeunt epigrammata poetae arbensis ac Ioannis Baptistae Diphnici archidiaconi sibenicensis, nec non index auctorum citatorum. Advertendum puto anno 1864 huius historiae exemplum Ioanni Kukuljević, praesidi societatis historicae Slavorum meridionalium zagabriensis datum.

II. *Vitae in compendium redactae ss. Iustinae, Prosdocimi,*

Danielis, Maximi, Bellini, Geminiani, Fidentii, Hermacorae et Fortunati, f. 137-146.

Eaedem sunt quae in breviario ecclesiastico leguntur.

III. *Breve narratione del conclave nel quale è stato creato papa Paolo V* [electus 17 kal. ian. 1605]. « Lunedì che fu il » nono giorno dell'ingresso del conclave . . . », f. 147-151.

Differt a citata pag. 256, tom. V *Biblioth. ms.*

IV. *Narratio caedis Victoriae Accorambonae, viduae Pauli Iordani Ursini Bracciani ducis, Patavii mense octobris a.* 1585 *habitae.* « Domenica di notte su le tre hore entrorono alquanti » mascherati in numero di 15 o 20 nella casa Cavalli dietro la » Rena, dove stava la sig.^ra^ Vittoria . . . », f. 153-164.

Differt a narrationibus quas habent nostri codices [It. VI, 69, 307 — VII, 226, 264, 1233].

Cod. 326 chart., saec. XVI, a. 219, l. 160 [L. X, CLXV]. Z.

Philippi Cavriana, *commentarium de bello gallico, ann.* 1567-1568. « Repentini totius Galliae motus, qui fuit IIII kal. » octobris anni superioris [1567], causas cum quaererem . . . ». Folia 111.

Auctor, patricius mantuanus, eques ordinis s. Stephani, Pisis medicinam theoricam in archigymnasio legit. Diu in Galliis moratus, regionis illius ita historiam scrutatus est ut bellorum eorum civilium ampliores notitias in opus proprium *Discorsi sopra i primi cinque libri di Cornelio Tacito* [Firenze, per Filippo Giunti, 1600, 4.°] ingesserit.

Operis praefatione, quae inc.: « Belli gallici commentarium, » brevi quidem oratione, at supremo labore a me conscriptum... », auctor fatetur nihil quoad historicam veritatem praetermisisse « ut ea quae ab his qui in utroque exercitu non modo rebus ipsis » interfuerunt, verum etiam praefuerunt conquisita, nulli parti » addictus explicarem ». Hoc autem speciale ab eo animadversum: « Ne nominibus propriis aut novis turbetur [lector], nec » Labienum, nec Cottam, nec Lucium, nec pilum, nec catapul- » tam, nec scorpionem, auribus nostris notas et auditas voces, » toto hoc opere intelliges. Nam cum in Gallia a Gallis bellum

» gestum sit, non nisi gallica nomina, agnominaque referre po-
» tui, quae latina a me quam fieri potuit commodius reddita,
» non omnino incompositam [mea quidem sententia] orationem
» efficient ».

Cod. 327 membr., saec. XIV, a. 240, l. 164 [Z. L., CCCCIII].

Gesta Trevirorum. « Anno ante urbem Romam conditam » millesimo trecentesimo, Ninus rex Assyriorum ... ».

Collectio historica monacho Golscher vulgo tributa, probabilius vero, per plures monasterii *Norienti*, serius *Aprimonasterii* [Ebersmünster] ex fundatione s. Matthiae, elaborata. Quae *gestorum* origines, mutationes, continuationes; quando, ubi et a quibus edita; qui auctores occurrunt, luculenter protulit G. Waitz in prooemio ad idem opus editum in *Monum. Germaniae. Scriptt.*, VIII, 130-200. Vide quoque Potthast. *Wegweiser durch die Geschichtswerke des europäischen Mittelalters.* Berlin, 1862, pag. 340.

Codicem, fol. 144, una manus exscripsit usque ad annum 1152 [f. 1-109] ex treverensi XXXI [sic Waitz], reliquum non una tantum, ad annos 1190 et 1259.

Cod. 328 chart., saec. XVI, a. 330, l. 220 [L. X, CCCII]. D.

I. Christophori Scherlii, *iuris utriusque doctoris, de republica norica, ad Antonium Perrenotum, episcopum atrebatensem.* Dedicatio: « Desiderat amplitudo tua, r. praesul, quemadmodum » respublica nostra regatur ... ». Textus: « Non est haec no- » rica respublica multum antiqua ... », f. 2-10.

Capitulis octodecim epistola [data *Nurembergae ex aedibus nostris*] concluditur, quorum extremum incipit: « Habes, rev. » praesul, labores et operas meas, duorum ferme dierum, quas, » longo usu et experientia edoctus, manu mea semel tantum » scripsi, vix relegi; prout quodque verbum in buccam venit, » ita in calamum incidit ... ».

Nihil mihi de auctore constat. Antonius Perrenotus, cuius nutu Scherlius historiam contexuit, adhuc iunior, episcopus

atrebatensis renuntiatus est [a. 1538], inde cardinalis, metropolita Mecliniae, archiepiscopus Vesontionis, obiit Matriti a. 1586.

II. *De vita et gestis Caroli Magni.* « Mortuo Pipino patre » Karoli, Karolus successit patri in regnum sapiens, prudens et » in die laudabilis ..... »; finit: « in tam magna veneratione » terrae fuit commendatus 814. Ipso sepulto reversi sunt ma» gnates ad propria », f. 13-40.

Narratio haec fabulis immixta deest collectioni clar. Du Chesne: *Historiae Francorum scriptores coaetanei.* Nullum pariter de ea verbum Iacobus Le Long in *Bibliothèque historique de la France.* Stylus sapit saeculum nonum vel decimum.

Cod. 329 chart., saec. XVIII, a. 210, l. 150 [L. X, CCLXXIII].

Ex Melchioris Inchofer annalium Hungariae tomo secundo excerpta.

Operis Inchofer a societate Iesu tomus primus, ad annum 1059 excurrens, editus est Romae anno 1644. Reliqua in codice nostro anecdota, quae annum 1100 pertingunt, saeculo proxime elapso, ex autographo Marci Gerlizi canonici zagabriensis, postmodum vero eius capituli bibliothecae dono dato, excerpta sunt in usum, credo, P. Philippi Riceputi pro *Illyrico sacro,* qui principio quaedam sua manu notavit.

Codicem, foliorum 230, abb. Iacobus Coletti, domo Venetiis, anno 1825 bibliothecae nostrae dono obtulit.

Cod. 330 chart., saec. XV, a. 307, l. 210 [L. X, CLV]. Z.

Ludovici Tuberonis, *dalmatae, abbatis, commentariorum de temporibus suis. Libri undecim.* « Felicioribus ingeniis ad exe» quendam historicam materiam subiecturus, scribendique facul» tatem praebiturus, statui amicorum hortatui ... ».

Auctor, natus Rhacusii a. 1459, liberalium artium praeceptis apud suos imbutus, Parisios adhuc iuvenis missus, adeo philosophicis, mathematicis, sacris studiis profecit, ut in florentissima illius civitatis academia locari qua praeceptor meruerit. Domum reversus Helenam Gozzam sibi despondit, qua paulo

post monasterium ingressa, annos natus vigintiquinque ad s. Andreae Benedictinorum coenobium in patria se contulit, eius ordinis serius abbas constitutus. Diem obiit supremum a. 1527.

Commentariis, non una vice editis, ab obitu Matthiae Corvini Hungariae regis [a. 1490] ad annum 1522, narrantur praecipue quae gesta sunt in illa Europae parte, quam Pannonii, Turcae eorumque finitimi accolunt. Opus commendat verborum delectus, stili elegantia, gravitas, romani eloquii maiestas, quam laudem ei asserit Belius in *Scriptt. a Schwandtnero*, II, addens: « Fateri nobis necessum est nihil Tuberonem totis libris XI, » quibus commentaria sua absolvi voluit, omisisse, quod ad bo- » ni historici officium pertinere cum ipse existimabat, tum opta- » re poterunt lectores ». In impressionibus desideratur epistola qua auctor Gregorio Frangepani Colocensium pontifici commentaria nuncupat.

Cod. 331 chart., saec. XVII, a. 189, l. 134 [L. X, CCXXXIII]. N.

Iacobi Reutenfels, *de rebus moschoviticis ad serenissimum magnum Hetruriae ducem Cosmum tertium, libri quatuor*. Littera dedicationis: « Prodit inde ex gelida sua Arcto cimme- » riisque tenebris commentarius ..... »; praefatio: « Tam la- » boriosum tamque desperatum paene est opus ...... »; liber primus: « Ut omnia sub lunae maculis ex immutabili mutatio- » nis lege ... ». Folia 235.

Folium primum inscriptum: « Exemplar hoc fuit a nobili » quodam Germano ex autographo ipso in Medicea bibliotheca » exstante fideliter descriptum, et ab eodem Petro Mariae Fram- » botti patavino bibliopolae traditum, ut suis typis imprimen- » dum curaret, quod exequutus est anno Domini 1680, in 8.° ». Congruunt reapse codex et editio Frambotti qui in sermone praevio haec de auctore: « Praeclarae huius historiae auctor est vir » clarissimus Iacobus Reutenfels, cuius pater serenissimum apud » Poloniae regem Casimirum gratia et auctoritate admodum » floruit; quippe qui ipsi regi et a secretis et a consiliis fuit; » apprime clarus, qui cum caeteros eius aetatis doctrina et elo- » quentia praestitit; tum vel maxime et morum suavitate, et

» vitae integritate, et humanitate summa, nec non animi candore sui temporis alios anteivit. Eximius igitur hic vir, tantique patris non degener filius, cum Florentiae aliquando degeret, ac in sereniss. magni Hetruriae ducis Cosmi III aula frequenter versaretur, quo ipsius serenissimi animum significatione aliqua demereretur, hunc ipsum librum et a se compositum, et sua manu conscriptum eidem serenissimo dono obtulit, atque dicavit; qui quidem postmodum inter ceteros rarissimos, quibus bibliotheca illa ditissima est, itidem collocatus fuit ».

Cod. 332 chart., 1465, a. 294, l. 214 [L. X, LXXIII]. Ma.

Domini Marci Pauli de Venetiis, *de condictionibus et consuetudinibus orientalium regionum, libri tres de vulgari ad latinum redacti a fratre Francisco Pipino, ordinis Praedicatorum.*
« Librum prudentis, honorabilis ac fidelissimi viri domini Marci » Pauli de Veneciis . . . ».

Latina versio narrationis itinerum Marci Polo, interprete Francisco Pipino, qui opus universum in tres distribuit libros, quorum primus capitulis sexaginta septem, alter septuaginta, quinquaginta constat tertius. Quod in editionibus prooemium est, in codicibus Marcianis latinis, primi libri partem constituit. Prologum Rusticiani supplent verba introductoria Pipini, quae ex hoc codice protulit Vincentius Lazari fol. 439-440 operis: *I viaggi di Marco Polo veneziano.* Venezia, 1847, 8.° Ceterum textus convenit cum editione a Simone Grinaeo curata (1) quoad rem et librorum ac capitulorum numerum, non autem quoad verba et lectionis emendationem quae apud Grinaeum excellit.

Codicem, foliorum 76, *absolutum Bononiae a.* 1465 *ad petitionem Ioannis Marchanovae* [cuius insignia a principio expressa], legavit hic a. 1467 coenobio s. Io. in Viridario Patavii.

(1) Inest operi: *Novus orbis regionum ac insularum veteribus incognitarum.* Basileae, apud Io Hervagium, mense martio, anno MDXXXII, f.°

Cod. 333 chart., saec. XV, a. 217, l. 145 [L. X, CXXVIII]. Mp.

Eiusdem, *de conditionibus et consuetudinibus* ec.

Exemplum idem ac proxime antecedens, nullo verborum discrimine, foliis 183 distributum.

Cod. 334 chart., 1471, a. 218, l. 151 [L. XI, XXIV]. F.

Descriptio terrae sanctae. « Cum in veteribus historiis legamus, sicut dicit beatus Hieronymus, quosdam lustrasse provincias . . . ».

Cum auctor Brocardus seu Burchardus, ordinis Praedicatorum, a. circiter 1232 ab itinere terrae sanctae, ubi annos decem est commoratus, rediisset, quae viderat descripsit opere citato, unde ei nomen *Brocardi de monte Sion*. Loca in eodice recitantur quae ad concilium oecumenicum lugdunense anni 1273 atque ad montem Gelboe a se visum a. 1283 attinent, de quibus nec codices mss. nec editiones conveniunt. Textus cum antiqua veneta impressione a. 1519, non cum posterioribus congruit.

Codex, foliorum 59, sub fine inscriptus: *Explicit hoc opus utile terrae sanctae. Amen.* 1471, *in vigilia sancti Andreae apost.*

Cod. 335 membr., saec. XVI, a. 630, l. 1300 [L. X, CXVI].

Chorographia terrae sanctae.

Membrana duplex simul iuncta, superius inscripta: *longitudo terre promissionis centum LXVI milliaria.* Diagramma manu rudiori pictum offert loca varia, pleraque sine nominibus, quae, ubi exstant, partim graece: Σιρβωνὶς λύμνη, Αλαον Ραφία, Διοςπολις, Σπίλεον τοῦ θεοτοκου, Καρμελος, Στρατωνος πύργος; partim latine: *Hierusalem, Bethlem, Alba specula, Nazareth, Endor, Libanus, Antilibanus, Mons olivarum, Mons Ephraim, Fons Dan, Fons Iordanis, Flumen Cyson;* partim itale: *Vallis Belveder, S. Zorzi, Peregno.* Prope Sydonem legitur: *Distat Tyrus Sydone non plus quam CC stadiis. Protyrus est antiqua Tyrus XXX stadiis distans demum Ptolemais.* Occur-

runt tentoria duo medio fulcro innixa, velis per funes tensis, ita tamen ut aperta quaquaversus remaneant, quod apud Turcas tabernacula in campo figentes usuvenit.

Cod. 336 membr., saec. XV, a. 222, l. 145 [Z. L., CCCXCVII].

I. *De urbis Constantinopoleos iactura captivitateque, ad. s. dom. Nicolaum* [V] *summum pontificem, Leonardi chiensis, humilis theologiae professoris, Mithilenique archiepiscopi historia incipit.* « Flere mihi magis licet, b. pater, et forte dum gladio » impetebar a Teucris .... Data Chyi XVI die augusti » MCCCCLIII », f. 1-22.

Auctor sub initio epist. narrat se a cardinale sabinensi pro unione Graecorum Constantinopolim legato, in eius famulatum vocatum; vixqua sancta unione secundo idus dec. [a. 1453] celebrata, Teucros urbem eam occupasse. Belli impetus terroresque ac Graecos ab eis devictos enarrat. Epistolam editam habemus p. 313 et seqq. operis: *Laonici Calcondylae atheniensis de origine et rebus gestis Turcorum libri decem, nuper e graeco in latinum conversi Conrado Clausero tigurino interprete.* Basileae, Oporinus, 1556, f.°; itale versam in opere: *Historia universale dell' origine, guerre et imperio de' Turchi, raccolta da M. Francesco Sansovino.* Venezia, 1654, p. 257-266.

II. *Beatissimo Nicolao quinto, pontifici maximo Laurus Quirinus salutem in Domino qui est vera salus.* « Quamquam inge- » nium meum par materiae non sit, simque usque adeo luctu, » dolore maeroreque confectus ... », p. 22-29.

Auctor cum Cretae urbe natali anno 1453, quo Constantinopolis a Teucris capta est, epistola hac pontificem invitat ut tanto hosti arcendo eat suppetias, exercitu hinc inde coacto. Publici iuris factam legimus a Ioanne degli Agostini in *Notizie storico-critiche intorno la vita e le opere degli scrittori veneziani.* Venezia, 1752, t. I, p. 216-222, cum loco, mense, die, anno epistolae adscriptis, quae in codice desiderantur: *Data Candidae, idibus iulii. M.CCCCLIII.*

III. *B*[essario] *graecus k*[ardinalis] *tusculanus Bononiae legatus D*[omino] *F*[rancisco] *Foscari inclito Venetiarum duci S.*

dicit. « Distuli ante hunc diem infelicem et calamitosum, ur-
» bem nostram Constantinopolim tuae cels. commendare.....
» Ex Bononia, die XIII iulii MCCCCLIII », f. 29-31.

Epistola *de Constantinopoli a saevissimis christianae fidei hostibus capta, spoliata, direpta, exhausta,* edita est itale in *Lettere et orationi di Bessarione cardinal niceno e patriarca di Constantinopoli, per la guerra contro Turchi, tradotte dalla latina nella lingua italiana da Francesco Donato, veneto patrizio.* Venezia, 1668, per Francesco Valvasense, 4.°, alibique.

Cod. 337 chart., saec. XV, a. 288, l. 218 [L. X, CXXIII]. Mr.

I. Christophori de Bondelmontibus, *insularum maris Aegaei,* f. 2-30.

Insularum descriptiones cum earum diagrammatibus egregie pictis sunt numero triginta duae, non tamen eodem ac in aliis codicibus. Opus mutilum incipit insula Schyros, una ex extremis codicis [L. X, 124].

II. *Fragmentum cosmographiae sive historiae rerum ubique gestarum, Aeneae Sylvii Piccolominaei* [Pii pp. II], f. 31-81.

Pars potior Asiae minoris legenda in eius operibus [Basileae, ex officina Henricpetrina, 1571, p. 349-386]. Inc.: *patria congregatis colonis in insulam desertam nomine Leucophym navigasse* usque ad *quamvis Ptolomeus ultra Indiam collocaverit Synas.*

Folium 82 inscriptum: « *Francisci Picolominaei cardinalis senensis, Pii II pont. max. nepotis, dono missus ad Antonium Leonardum, sacerdotem venetum, amicum carissimum.*

Cod. 338 chart., saec. XV, a. 200, l. 143 [L. X, CCXV]. N.

Eiusdem, *insularium Archipelagi*. Folia 56.

Folium primum abscissum est quo auctor opus Iordano cardinali Ursino nuncupaverat: quod superest secundum incip.: *circa positas cum marium amplitudine et qui in hodiernum dominantur in illis* ......

Insularum diagrammata manu rudiori occurrunt depicta;

illustrationis textus re idem fere est ac in aliis codicibus, non item verbis, quin aliquoties brevior: versus exametri in argumentum passim immixti sunt.

Cod. 339 chart., saec. XV, a. 338, l. 236 [L. X, CXXIV]. Mg.

I. Dominici Bandini, *sive Bandini filii, grammatici aretini, liber de populis, de aedificiis, de provinciis, de civitatibus, de insulis.* « De populis recitando ordine servato alphabetico, brevi» tate qua valeo, Deo favente, opusculum perstringam . . . . . ». f. 2-256.

Pars quarta est immensi operis, quod titulo *Fontis memorabilium universi* ea diligentia ac nulla scribendi intermissione digessit auctor, ut totam vitam in scribendo impendisse putemus. Is se natum Aretii prodit, agens de Aretio. *Hinc oriundus est,* inquit, *qui opus istud multis laboribus, lucubratiunculis et dispendiis, quadam tamen delectactione, composuit.* Patrem suum fuisse Bandinum manifestat in excursu *de lue inguinaria* a. 1348, qui habetur in libro de populis: *Heu tristia mihi fata! tunc genitor meus, Bandinus nomine, debitum mortalitatis exsolvit, vir quidem ad omnia virtutum ornamenta compositus, omniumque divinarum rerum firmatus amore, et qui providentiae ratione quosque fortunae impetus facile superabat.* Quo tempore amisit etiam matrem, fratres, sorores, relictus solus: *Corruit et honesta Nuta nomine, in cibo ac potu parca, vestibusque modesta; et cum esset inter cunctas dominas formosissima, tantus fulgor pudicitiae ex suis oculis, verbis et operibus praefulgebat, quo multum decus patriae, multumque generi contulit faemineo . . . . Obierunt illa tempestate fratres et omnes sorores meae. Ego autem cunctorum minimus infantulus supervixi ex magno grege.* Ea occasione memorat pestilentias in Italia grassantes et Florentiae, annis 1364, 1379, 1383, 1399, 1400, quae postrema *terribiliter laesit Italos et maxime Florentinos, meque privavit Iohanne filio, baculo senectutis meae, peritissimo medico, in vigilia paschatis nativitatis Domini.* Ad civitatem Polae, libro de civitatibus, ait: *Pola anno* 1380 *quo sudabam in libro isto, cum esset subiecta Venetis, a Ianuensibus suis hostibus non tantum capitur sed et*

aequatur. In libro de populis ad Bononienses enuntiat, *quod anno* 1236 *ceperunt ex argento signare monetam, et anno Domini* 1380 *ceperunt ex auro facere Bononinos*. In libro de civitatibus ad urbem asculanam: *Haec in eo saeculo, anno Domini* 1363, *tota terraemotibus corruit, perieruntque omnes incolae, nisi qui fufeis cavernis subterraneis latuerunt*. Ad urbem Venetiarum: *In hac urbe fuit meo saeculo vir quidam Deo deditus, qui absque ullo cibo, totam quadragesimam annis singulis stabat. Novi ferme plurimos qui eum vidisse atque hoc verum esse publice testabantur*. Ad Canariam insulam: *Ad quam nostro saeculo pervenit Angelinus de Corbezis de Florentia, cum pluribus Ianuensium navibus*. Ad Hiberniam insulam nominat *strenuum militem Malatestam de Arimino dictum Ungarum*. In libro de aedificiis, ad vocem *Arena: Arena est sumptuosum aedificium Veronae, spectaculi causa factum; hoc quidem pro magna parte terraemotibus corruit anno* 1306 *die septima ianuarii*. In populis ad Bononienses laudat *Carolum et Romeum celebres legistas*, cui Romeo insigni bononiensi viro alio loco dicit se proluquutum super libro suo *Stellarum errantium*. Ad provinciam Creticam pandit nomen suum: *Ego Dominicus de his*, hoc est de arietibus magnitudine conspicuis, *Venetiis quosdam vidi;* eo scilicet tempore quo apud Carrarienses Patavii dominos degebat. Saepe saepius laudat librum suum *De claris viris virtute et vitio*, aliumque, *Rosarium*. Veteribus, quos citat, scriptoribus Tito Livio, Varroni, Plinio, Pomponio Melae, Solino, Virgilio, Isidoro addit Alexandrum in *scintillario poesis;* Ametum arabicum libro *de proprietatibus rerum*, quem contra detractorem suum edidit; archidiaconum antiochenum in libro *cosmographiae de terra sancta;* Antifretellum *de terra iudaica;* Aithonum in *flore historiarum terrae Orientis;* Ioachimum abbatem *super Ieremiam;* Guillelmum medicum de Placentia in *libro practicae;* Gervasium libro *ociorum imperialium;* Gualfredum in *poetria ad Innocentium papam;* Anselmum *de imagine mundi;* Policraticum *de nugis curialium;* Rulanum *de origine rerum;* Guidonem Ravennatem in *cosmographia;* Cintium Alimetum in *historia de Gorgia Leontino;* Aegidium libro *de paradiso;* Castorium Lolianum et Arbitionem in *cosmographia;* Papiam, Uguiccionem, Vincen-

tium Bellovacensem, Iacobum de Voragine, Petrum de Apono, Riccobaldum Ferrariensem, Marcum Polum venetum, quem appellat *nobis* fere contemporaneum in libro *de varietate et moribus orientalium provinciarum;* Mussatum patavinum, Petrarcham, Boccaccium, Guidonem Bonatum, Ceccum Asculanum, Villanos fratres in *chronicis,* Philippum Villanum, Colucium Pierium, Dominicum Silvestrum notarium florentinum. Quorum amplam nominum seriem ideo protuli ut large pateat qua eruditione auctor excellat. Pro saeculi indole, horoscopon urbium, genium populorum, characteres efformat et deducit ex planetarum influxibus.

De eo plura scire cupientes ad Laurentium Mehus remittimus, qui varias congessit notitias in prooemio ad historiam litterariam florentinam, praefixo vitae Ambrosii Camaldulensis.

II. Christophori de Bondelmontibus, *Rainerii filii, presbyteri florentini, de insulis maris Aegaei, ad Iordanum cardinalem Ursinum.* « Constitui, pater . . . . ., meis itineribus tibi librum » insularum cicladum atque aliarum in circuitu... », f. 258-354.

Praeit index folio 258.

Nomen proprium ac gentis, patriam, nomen cardinalis, annum enuntiat auctor in initialibus litteris [per achrosticon, uti dicunt], quibus insulas describit, ordine insequenti.

C Constitui	E Erat	I Inter
R Restat	L Longe	A Aristoteles
I Insula	M Monstravimus	P Postquam
S Supra	O Ostendi	R Restat
T Transitus	N Nunc	E Est
O Ostendimus	T Testantur	S Sequitur
F Finis	I Iam	B Breve
O Ostendimus	E Est	I Inveni
R Restat	F Fertur	T Tuta
V Venio	L Legimus	E Erant
S Superfluum	O Ostendi	R Radea
B Brevem	R Resume	N Nunc
O Omnia	E Est	V Versus
N Narrari	N Nunc	N Nonnulli
D Devenio	C Constat	C Convicinae

M Monstrabimus	L Linquimus	R Restat
I Iamque	I Iuxta	S Sequitur
S Supereminet	I Insula	I Invenimus
I Iuxta	O Ostendimus	N Non
T Tractavimus	R Resumo	I In
C Computavi	D Dignum	S Sequitur
A Ab	A Ad	M Machri
R Refert	N Navigando	C Capimus
D Dicitur	O Ostenduntur	C Consurgit
I Insulae	D Devenio	C Consequitur
N Non	E Extat	C Coram
A Ad	V Versus	C Christi

nimirum: *Cristoforus Bondelmonti e Florentia presbiter nunc misit cardinali Iordano de Vrsinis. M . CCCC . Christi.*

Insularum, quibus lustrandis quatuor annos insumpsit [vide fol. 353], historiam cum earum schematibus vix delineatis instituit auctor, qui sub fine scripsit: *Christoferus ego in senium venerande pater primum tibi affectanter misi ut notitia Cycladum insularum omnibus per te fuerit indicatum. Nunc vero postquam magis in partibus perscrutatus fui secundum copiosiorem etiam tibi descriptionem valui destinare quod quando fessus extiteris sepe ad hunc librum animum possis iocundare tuum.*

Librarius, cum ex codice ms. familiae secundae exemplum sit mutuatus, errores primigenos auxit propriis, quod vel grammaticae regulas spreverit, vel sensum frequenter inverterit, vel dictiones omiserit. Unde iure amanuensis: *Iste bonus auctor in multis male dixit, librarius vero corruptissime: ego vero neutrum sequutus per quam corruptissime scripsi.*

Insula Candiae, *priscis temporibus NISON dicta, postea a Nembrot filio nomine CRETVS,* excussa est fol. 355-362, fusius ac loco suo fol. 271-283, quo singularis haec descriptio annotata: *Omnia quaevis quae hic narranda erunt, in libro quem de Creta composui sunt proliviora.* Ab utraque differt historia, quam promissiorem ex codice quodam florentino non ex nostro [quod falso innuit Mittarellius in *Biblioth. codd. mss. s. Michaelis Venet. prope Murianum,* p. 156] sibi datam Flaminius Cornelius protulit in *Creta sacra,* I, 77-109.

De auctore et opere egerunt Niger, *de scriptoribus florentinis*, p. 137; Gerardus Io. Vossius, *de historicis latinis*, lib. III, cap. IX; Mazzuchellius, in *Scrittori d'Italia;* Thomas Porchacchi in *Isole*, lib. II ec.

Cod. 340 chart., saec. XVII, a. 214, l. 156 [L. X, XCIX]. Yc.

Ioannis Meursii, *Cyprus, sive de illius insulae rebus et antiquitatibus libri duo.* « De Cypro insula, atque eius item rebus » multi adeo scripserunt . . . ». Folia 116.

Meursii libros de Creta, Cypro et Rhodo, post eius obitum, ad autographum in bibliotheca regia hafnensi repertum, Ioannes Georgius Graevius anno 1675 Amstelodami primum edidit; iuxtaque impressionem illam inter opera eiusdem auctoris omnia Io. Lamius Florentiae repraesentavit. Verum ilud maxime Graevium ceterosque de Meursio scriptores latuit, libros de Cypro, Rhodo et Creta retractatos ab eo fuisse atque secundis curis expolitos; ut proinde ad absolutam eorundem editionem anthographum hafniense satis opportunum minime esset. Rem compertam faciunt summi viri autographa tria, quorum Cyprus et Rhodus ex tabulario reipublicae secreto in bibliothecam Marcianam anno 1795 translata sunt. Ex iis quae ad libros de Cypro et Rhodo emendandos augendosque auctor eruditissimus adscripsit, selecta quaedam protulit Iacobus Morellius in *Biblioth. ms. graeca et latina* [Bassano, 1802, p. 441-447], ad quem lectorem remitto.

Modo qui veneto senatui libros obtulerit, qua via, quo consilio, aperiunt epistolae Ioannis Meursii filii Balthassari Bonifacio archidiacono tarvisino, quas in musaeo nostro urbico una cum libello *Cretae*, ex dono Eman. Cicogna asservatus, luci, qua anecdotas, committo.

1. « Reverende et illustris domine.

» Epistolam tuam Tarvisii cal. mart. scriptam recte accepi » die secundo aprilis, quae etiam vestrae dominationis bonam » valetudinem mihi indicabat, qua auditu nihil gratius mihi » fuit. Quod autem scribis, vir reverendissime, te non facile im- » petratum fore dignitatem equestrem, hoc non tamen curo

» [nam natus sum nobilis] quam quod doleo me solum, exceptis » omnibus, sine remuneratione discedere debere, cum tamen » credo, vix unum in toto Italiae regno posse inveniri, qui in » serenissimae reipublicae auctoritate defendenda promptior fuit, » quam ipse ego (1), sed quid iuvat tandem? Meliora sperabo. » Interea tamen temporis inceptum meum candorem et favorem » erga serenissimam rempublicam nunquam certe omittam, » etiamsi sine remuneratione [quod aequo animo ferendum], sed » tamen hoc habebo honoris atque laudis, ut gloriari possim, » me servitia fecisse seren. reipublicae venetae. Et hoc quicum- » que erunt sapientes in me praedicabunt. Nihilominus tamen » misi ante quatuordecim dies, meis sumptibus, nuntium pro- » prium Daniam, illaturum tres illos libros *Cretam, Cyprum* et » *Rhodum,* quos quamprimum acceperim, serenissimae reipu- » blicae donabo. Natu sum et moriar humilissimus servus ser- » vorum serenissimae reipublicae venetae. Et si serenissima » tunc adhuc nihil honoris neque remunerationis reddet mihi, » esse posset: tunc ego optima conscientia dicere possum, me » fecisse certe non levia seren. reipubl. servitia. O utinam autem » in vivis esset adhuc vir illustrissimus Dominicus Molinus; » erat enim ille vir non solum auctoritate valens, sed etiam iu- » dicio. Ille sciebat existimare doctos, ille inquam sciebat exi- » stimare eos qui se de republica bene meruissent. Te attamen, » quaeso, vir reverendissime, velis mihi, ut promittis, operam » navare impetrando equestrem dignitatem vel a serenissimo » duce vel excellentissimo senatu, a quo autem, si possibile, » libentius haberem. Vir magne salve, vir reverende vale, cum » maxima, ex intimo cordis affectu, gratiarum actione pro tuo » poemate, quo me indignum tanto honore affecisti. Istis versi- » bus autem altera vice respondebo, interea hunc libellum a » patre factum, quem iam mitto, aequi bonique consulere velis,

(1) Ioannis Meursii, *filii, maiestas veneta sive de serenissimae Venetorum reip. cum in Creta, tum in Cypro, titulo regio, bono iure vindicato, contra anonymum dissertatio.* Lugduni Batavorum, 1640, p. 46, 12.°

» maximopere peto. Hagae Comitis, die II aprilis, anno CIƆIƆC
» XXXXII.

» Illustr. nec non reverendiss. vestrae dignitati observand.

» Ioannes Meursius filius m. p.

» Quaeso reverendus dominus loquatur etiam de meis negotiis cum excellentissimo viro, domino Francisco Molino ».

2. « Illustrissime ac reverendissime domine.

» Tertia haec est epistola quam ad reverendam vestram » dignitatem scripsi. Intellexi autem sane non parvo dolore ex » epistola nobilissimi domini Cornelii Vander Mylen litteras » duas postremas tibi ad manus non pervenisse; scripseram » enim multa quae iam ob malam valetudinem repetere non » possum. Sunt iam, vir reverendissime, tres hebdomades cum » traderem tres libros manuscriptos et a parente meo compositos in laudem et ad gloriam serenissimae reipublicae venetae » domino nobilissimo Ioanni Zono residenti veneto, de quibus » etiam scripsit ad dominos suos. Quid autem erit responsi accepturus, illud, ut cetera, cum patientia expectare debeo. Libri quorum iam mentionem feci, fuerunt *Creta, Cyprus* et *Rhodus*, opus sane inaestimabile quoad gloriam et antiquitatem, » sed quod magis immortale nomen conciliaturum multis sane » nobilium Venetorum familiis. Pro hoc autem labore parentis, » quid mihi filio a serenissima republica continget gratitudinis » eventus docebit. Sin autem r. v. dignitas me adiuvare vellet » ut istorum librorum consecratio sive donatio accepta apud » seren. remp. foret, tunc illius foederi amicitiae inter r. v. dignitatem et patrem meum, proh dolor, a morte correptum » imputarem, ac quamdiu in vivis essem, laude et gratiarum » actione, celebrarem. Hagae comitis, die XX iunii. Anno » MDCXXXXII.

» Illustrissimae ec.

» Quaeso summopere, reverendissime domine, ne haec epistola in manus praedicti domini comitis venire possit, hac » enim in re dominus praestabit mihi summum favorem ».

Utriusque epistolae exemplum sua manu Emanuel Cicogna codicis initio praeposuit.

Cod. 341 chart., saec. XVII, a. 212, l. 164 [L. X, C]. Yc.

Eiusdem, *Rhodus, sive de illius insulae atque urbis rebus memoratu dignis libri duo.* « Res antiquas Rhodi insulae atque » urbis, quae iniuria temporis interciderunt . . . ».

Autographum secundis curis expolitum, cui quae in codice superiori dicta sunt aeque conveniunt, habet folia 75. Si cum editionibus compares, capitulorum seriem libri secundi prorsus immutatum advertas.

Cod. 342 chart., saec. XVI, a. 293, l. 218 [L. X, CLVIII]. Z.

Monumenta historica, quae ad Cretam insulam se referunt, saeculis XIII-XVI.

1. *Vetus imago, penicillo in membrana expressa, imperatoris Nicephori Phocae stantis, gladio exserto,* graece inscripta: *In Christo Deo fidelis rex et imperator Romanorum Nicephorus Phocas, domesticus scholarum* [i. e. militiae palatinae praefectus], f. 1.

2. *Donatio Constantini papae Silvestro,* hoc titulo: *Quod in apostolis sancti magni Constantini factum fuit mandatum in scriptis ad sanctum Silvestrum olim papam Rome.* « Cum vehementer iudicavimus cum omnibus sapientibus nostris et toto collegio . . . », f. 2-3.

3. *Notitiae insulae Cretae ex insulario Christophori de Bondelmontibus.* « Quamvis omnia quae hic dicta sunt in libro quem » de Creta presbyter Christophorus del Bon de montibus floren- » tiae prolixiora, hic propter legiptimum commodum succincte » in tribus partibus insulam dividam cum aliquorum locorum » demonstratione . . . », f. 4.

4. *Instrumentum venditionis Cretae,* hoc titulo: *Refutatio Cretae de centum millibus yperperorum et pheudo et Tesalica civitate, et nonnullis possessionibus, facta per Bonifacium marchionem Montisferrati Marco Sanuto et Ravanno de Verona, nuntiis et procuratoribus domini Henrici Dandulo, ducis Venetiarum* [a. 1204, 12 augusti], f. 6-7.

Exscriptum *ex libro Albo ad cart.* 72 *existenti ad Cancellariam Venetiarum*, ediderunt Flaminius Cornelius in *Creta sacra*, II, 122; Tafel et Thomas in *Urkunden zur älteren Handels- und Staatsgeschichte der Republick Venedig*. Wien, 1856, I, 512-515. Titulum ornant picturae variae, quas inter littera initialis aurata, et insignia familiae venetae Manolesso.

5. *Concessio insulae Cretensis, factae per dominum Petrum Ziani, ducem Venetiarum, fidelibus viris venetis* [a. d. 1211, mense septembri], f. 7-9.

Praeter alios, ediderunt Flam. Cornelius loco citato, II, p. 226-232, Tafel et Thomas loco citato, I, p. 129-136.

6. *Instrumentum promissionis coloniae Venetorum in Cretam missae. Quae facere et servare debent supradicti fideles viri veneti occasione concessionis predictae* [a. 1211, mense octobris], f. 9-11.

Publici iuris fecerunt locis citatis Cornelius II, p. 232-237; Tafel et Thomas, I, p. 137-142.

7. *Quomodo milites iverunt Cretam et iuraverunt supradictam observare concessionem, et eorum nomina, a.* 1233, *mense ianuario* [Tafel et Thomas errate *mense iunio*], f. 11-12.

Habet *Liber Albus*, f. 78. Ediderunt Tafel et Thomas loco citato, II, p. 314.

8. *Augumentatio militiarum Cretea, per dominum Petrum Ziani, ducem Venetiarum, eiusque successores concessa et facta tam viris equitibus quam peditibus insulae supradictae, a.* 1222, *mense iunio*, f. 12-14.

Fl. Corn., II, p. 251-260; Tafel et Thomas, II, p. 234-249.

9. *Concessio Caneae, facta per dominum Marinum Maurocenum, ducem Venetiae, et eius successores, fidelibus Venetis, a.* 1252, 29 *aprilis*, f. 15-19.

Ex libris *Albo* et *Pactorum* edider. Fl. Cornel., II, p. 274-282; Tafel et Thomas, ibi, II, p. 470-480.

10. *Gratia Gregorii papae militibus cretensibus destinata pro ecclesia beati Marci evangelistae in civitate Candide sita, a.* 1239, 5 *iulii*, f. 19-20.

Ex libro *Albo*, f. 86 Flamin. Cornelius, II, p. 8-9; Tafel et Thomas, II, p. 349-350.

11. *Littera eiusdem episcopo gerapetrensi pro ecclesia eadem, a.* 1239, 5 *iulii,* f. 20.

Ex libro *Albo* Corn., II, p. 9; Tafel et Thomas, II, 350-351.

12. *Epitaphium d. Sebastiani Ziani, ducis Venetiar.* [obiit mense aprilis 1178]. « Hic dux egregius sapiens dives cinere- » scit . . . », f. 21.

V. Cicogna. *Iscrizioni veneziane,* IV, 361.

13. *Litterae ducales Ioannis Gradonico ducis Venetiarum ad Zufredum Maurocenum ducham Cretae.* « Ambasiatores co- » munitats Candide eorum nobis comparentes, inter alia peti- » tionem . . . . 20 aprilis 1356 », f. 22.

Exemplum sumptum *de libro litterarum repertarum tempore regiminis magnifici domini Zufredi Mauroceno, olim honorabilis duche Crete,* f. 33.

14. *Cronologia di guerre fatte da' Veneziani, dal* 1247 *al* 1409, f. 22-23.

15. *Intrade de' signori italiani, del Turco et del regno di Cipro,* f. 23.

16. *Tabula duchum Cretae.* « D. Iacobus Teupulo — D. » Paulus Quirinus . . . », f. 24.

17. *Notae variae de insula Cretae* occurrunt fol. 24 *verso* et tegumentis codicis interioribus.

Cod. 343 chart., saec. XVII, a. 197, l. 132 [L. X, CX]. O.

I. *Itineris ab illustrissimo principe Ruperto, principe palatino ad Rhenum, confecti ad insulas maris atlantici et Indiam occidentalem brevis narratio, quam scilicet in modum diarii conscripsit Henricus Fermesius anglus, gubernator navis praetoriae sub auspiciis eiusdem principis militantis, in latinum sermonem conversa et ad serenissimum principem Ferdinandum secundum magnum ducem Hetruriae dicata.* « Iulii 7.° Anno D. 1651.° Ru- » pertus princeps palatinus ad Rhenum omnes navium duces » sub auspiciis suis militantes ad concilium advocavit haben- » dum in nave practoria quae dicta est *Constans Reformatio...* »; finit: « Moram itaque traxi per aliquot mensium spatium in » portu praedicto Penbefc », f. 5-49.

Absoluti itineris a mense septembri a. 1651 ad martium 1653 commentariolum, Ferdinandi ducis iussu, ex anglico sermone latine reddidit, et quidem eleganter, L. D. anglus, cuius ad Hetruriae ducem epistola: « Nihil quidem hominum ingenio » et indoli magis insitum esse a natura videtur........ Pisis, » calend. aprilis ann. 1659 scripta, cum elegiaco carmine quod » praefationis loco incipit:

Accipe, sed facili dextra vultuque sereno ».

II. *Narratio brevis horum fere omnium quae classis anglicana, armata manu instructa, vel perfecit, vel attentavit in India occidentali, eo scilicet missa ut continentem vel insulas sub ditione regis Hispaniarum positas vel subiugaret vel saltem infestaret, anno a partu Virginis Deiparae* 1654, *auctore Henrico Fermesio anglo, istius classis, mare quod spectat et iter, duce constituto et conductore generali.* « Anno Dom. 1654, decembris » 25. Die ipsomet, natalibus Domini nostri sacro, paulo post » meridiem solvimus anchoras... », f. 50-84.

Interpres in prooemio dat causas belli. Iter reditus Liburnum die 25 septembris a. 1658 absolutum est.

I.

INDEX PERSONARUM.

II.

INDEX RERUM.

II.

INDEX RERUM.

III.

INDEX LOCORUM.

OPERA AUCTORIS.

Orazione per la solenne inaugurazione del busto di Gregorio XVI P. M., fattasi nel seminario Gregoriano di Belluno il dì 14 maggio 1835. — *Belluno,* tip. Tissi, 1835, 4.°

Specimen bibliographicum de Dalmatia et agro Labeatium. — *Venetiis,* typis Caecinianis, 1842, 8.°

Bibliografia dalmata tratta da' codici mss. della Marciana di Venezia. — *Venezia,* tip. Cecchini e Naratovich, 1845, 8.°

Discorso pronunciato in Piove di Sacco, per anno quinquagesimo quinto del sacerdozio di d. Francesco dott. Targhetta. — *Padova,* Penada, 1845, 8.°

Della biblioteca del seminario di Padova. — *Venezia,* tipogr. di Teresa Gattei, 1849, 8.°

Bibliografia della Dalmazia e del Montenegro. Saggio. — *Zagabria,* 1854, Ljudevito Gaj, 8.°

Degli studj sul Friuli. Memoria letta alla reale società boema delle scienze in Praga, li 23 ottobre 1854. — *Praga,* 1856, Carlo Bellmann, 4.°

Catalogus codicum manuscriptorum de rebus forojuliensibus, ex bibliotheca ad d. Marci Venetiarum. — *Wien,* aus der k. k. Hof-und Staatsdruckerei, 1857, 8.°

Sulle antichità spagnuole in generale, e singolarmente delle provincie Nuova Castiglia, Estremadura, Andalusia, Murcia, Valenza, Catalogna. — *Wien,* aus der k. k. Hof-und Staatsdruckerei, 1859, 8.°

Delle biblioteche della Spagna. Commentario. — *Wien,* aus der k. k. Hof-und Staatsdruckerei, 1860, 8.°

Bibliografia del Friuli. — *Venezia,* tip. del Commercio, 1861, 8.°

Supplementi al saggio bibliogr. della Dalmazia e del Montenegro. — *Zagabria,* Lodovico Gaj, 1862, 8.°

Delle biblioteche e delle società scientifico-letterarie della Neerlandia. — *Wien,* aus der k. k. Hof-und Staatsdruckerei, 1862, 8.°

Diplomatarium Portusnaonis. — *Wien,* aus der k. k. Hof-und Staatsdruckerei, 1865, 8.°

Regesta Germanica ex biblioth. s. Marci Venetiarum. — *München*, 1865-66, vol. II, 4.°

Catalogo deì marmi del museo archeologico ec. — *Venezia*, Melch. Fontana, 1865, 16.°

Verzeichniss der Marmorbilder des archäologischen Museums ec. — *Venedig*, Melch. Fontana, 1865, 16.°

Marmi scolpiti del museo archeologico della Marciana di Venezia. — *Prato*, F. Alberghetti, 1866, 8.°, con fig.

Sul lessico Forcelliniano di tutta la latinità, riordinato e aumentato dal dott. Vinc. Devit. — *Firenze*, Tito Giuliani, 1866, 8.°

Di alcune legature antiche di codici mss. liturgici della Marciana di Venezia. — *Venezia*, A. Antonelli, 1867, 4.°, con fig.

Di un bronzo antico del museo Marciano. — *Venezia*, A. Antonelli, 1868, 8.°, con fig.

Bibliotheca manuscripta ad s. Marci Venetiarum. — *Venetiis*, typ. Commercii, 1867-1873, tom. I-VI, 8.°

Libri membranacei a stampa della biblioteca Marciana di Venezia. — *Venezia*, tip. del Commercio, 1870.

Cataloghi a stampa di codici manoscritti delle Biblioteche italiane. — *Venezia*, tip. Grimaldo, 1871, 8.°

Prostat venalis argent. ital. 6.